ἀγέλαστος, ον, risus expers, non ridens, tetricus, severus. 2) risu non dignus, s. de quo non ridetur. Ruhnk. Hymn. Hom. in Cer. 200.

ἀγελάτης, ου, ὁ qui praeest ἀγέλαις, s. manipulis puerorum Cretensium, annum septimum decimum nondum egressorum, (ἀγελαίων.) *Plutarch.*

ἀγελεία, ας, ἡ, (ἄγω et λεία) Epitheton Palladis, praedatrix, quae praedam ducit.

ἀγέλη, ης, ἡ, (ἄγω) armentum, grex, proprie boum, deinde etiam equorum, luporum, avium et ipsorum hominum etc.

ἀγεληδόν, *adv.* gregatim, turmatim, catervatim. Hom. ἀγεληδά, Arat. Dios. 233.

ἀγέληθεν, *adv.* ex armento, e grege.

ἀγεληΐς, ίδος, ἡ i. q. ἀγελαία.

ἀγελήτης, ου, ὁ, qui ex armento, vel grege est.

ἀγελικός, ή, όν, ad gregem pertinens, i. q. ἀγελαῖος. Basil. hom. 8. p. 73.

ἀγελοκομικός, ή, όν, (κομέω) ad curam pecorum pertinens.

ἀγελοτροφία, ας, ἡ, i. q. ἀγελαιοτροφία.

ἀγελοτροφικός, ή, όν, i q. ἀγελαιοτροφικός.

ἀγελοτρόφος, ὁ, qui greges pecudum nutrit.

ἄγελως, ωτος, ὁ καὶ ἡ, non ridens, severus. *dub.*

ἄγεν, 3. pl. aor. 2. ind. pass. v. ἄγνυμι, pro ἐάγησαν. (◡◡)

ἀγενεαλόγητος, ον, (γενεαλογέω) is, de cujus genealogia non constat, qui non a certo aliquo genus suum ducit.

ἀγένεθλος, ον, i. q. ἀγενής, sine genere, ignobilis.

ἀγένεια, ας, ἡ (γένος) ignobilitas, vilitas, animus ignobilis, non generosus.

ἀγένειος, ον, (γένειον) imberbis. *Adv.* – είως. Philostr. V. Soph. 1, 489.

ἀγενής, ές (γένος) cujus genus ignoratur, ignobilis, humili loco natus. 2) ignavus, minime generosus, abjectus, vilis, humilis, improbus. 3) qui est sine prole, aut caelibem vitam agit.

ἀγένητος, ον, (γίνομαι) i. q. μὴ γινόμενος, non creatus, infectus, non existens.

ἀγεννάδας, f. l. pro γεννάδας. Arist. Ach. 1230.

ἀγέννεια, ας, ἡ, (ἀγεννής) ignobilitas generis, ignavia, ἀνανδρία.

ἀγεννής, ές (γεννάω) ignobilis, idem quod ἀγενής. *Adv.* ἀγεννῶς.

ἀγεννησία, ας, ἡ, (γεννάω) sterilitas, orbitas. 2) ap. Scriptores Eccles. est character Dei patris, qui non est genitus. Greg. Naz.

ἀγεννητογενής, ές, sine creatione genitus. Epiph. I, 731. ex ignobilibus ortus.

ἀγέννητος, ον, (γεννάω) non genitus, non natus, non creatus. 2) ignobilis, Soph. Tr. 61. *Adv.* - ήτως Plut.

ἀγεννία, ἡ, timiditas, ignavia. Polyb.

ἀγεννίζω, ίσω, ignavum et ignobilem me gero. Teles Stob.

ἀγέραστος, ον, (γέρας) praemio carens, sine munere. Il. 1, 118.

ἄγερθεν, 3. pl. aor. 1. pass. pro ἠγέρθησαν, a verbo ἀγείρω. Hom.

ἀγερμός, ὁ, (ἀγείρω) congregatio.

ἀγερμοσύνη, ης, ἡ, (ἀγείρω) collectio, congregatio. Opp. Cyn. 4, 251.

ἀγέρομαι, vid. ἀγείρω.

ἀγερσικύβηλις, ὁ, praestigiator, qui secures in se colligit. Etym. M., Hes.

ἄγερσις, εως, ἡ, collectio.

ἀγερωχία, ας, ἡ, (ἀγέρωχος) 1) strenuitas. 2) superbia, ferocia, arrogantia.

ἀγέρωχος, ον, incertae radicis, 1) sensu bono ap. Hom. et Pind. *strenuus*, gloriosus. 2) Serius transiit in sensum malum, *superbus, ferox, protervius, insolens. Adv.* ἀγερώχως.

ἀγεσίλαος, ου, ὁ, (ἄγω et λαός) Epitheton Plutonis, quasi ductoris populi: quoniam mortales omnes ad se ducit. (⏑⏑⏑–⏑)

ἀγεσίλας, ου, ὁ, idem.

ἀγέστρατος, ου, ὁ, ἡ, (ἄγω, στρατός) dux exercitus.

ἀγέτας, ου, ὁ, dux. Dor. pro ἡγέτης d. l. Orph. 52, 7.

ἀγέτις, ἡ, fem. ab ἀγέτης. Anal. 1. p. 255.

ἀγευστία, ας, ἡ, (ἄγευστος) jejunium, inedia.

ἄγευστος, ον, (γεύομαι) qui gustari non potest, vel gustatus non fuit. 2) qui non gustavit, κακῶν Soph. Ant. 583.

ἀγέω, ἀγέομαι. Dor. i. q. ἡγέομαι. ἀγημένα, i. q. νενομισμένα. Dem.

ἀγεωμέτρητος, ον, Geometriae ignarus.

ἀγεωργησία, ας, ἡ (γεωργέω) agriculturae neglectus, imperitia.

ἀγεώργητος, ον, incultus, desertus.

ἀγεωργίου δίκη, crimen neglectae agriculturae. A. B. I. p. 30. 336.

ἄγη, 3. sing. aor. 2. ion. pro ἐάγη, a verbo ἄγνυμι.

ἄγη, ης, ἡ, admiratio cum stupore, veneratio, aemulatio. 2) invidia, odium. (⏑–)

ἀγή, ῆς, ἡ (ἄγνυμι) fractura, contusio: fragmentum, Aesch. Pers. 425. 2) fractio fluctus, littus, ubi fluctus frangitur. 3) pernicies. (– –)

ἀγηγέραται, ἀγηγέρατο, 3. pl. pf. et plqupf. pass. verbi ἀγείρω.

ἀγήγερκα, perf. ind. act. Att. et Ion. verbi ἀγείρω.

ἀγηλατέω, ήσω, *piaculum exigo*: scelus expio, i. q. ἄγος ἐλαύνω. Inde in universum: depellere, abigere. Herod. 5, 72. Soph. O. R. 402. Scribitur falso cum spiritu leni; asperum defendit derivatio ab ἄγος et ἐλαύνω. V. Brunck. ad Soph. O. R. 402. Schaef. Greg. Cor. p. 545. Eustath. Od. p. 462, 23.

ἀγηλατίζω, ίσω, persequor, fugo, abigo. Etymol.

ἀγήλατος, ον, (ἀγηλατέω) piaculum exigens, expians. ἀγ. μάστιξ dicitur fulmen, propter vim expiandi ap. Lyc. 436.

ἄγημα, τος, τό, (ἄγω) agmen, exercitus, Xen. Laced. 11, 9. 13, 6. In Macedonum exercitu praestantissima pars, quae regem tuebatur, ἄγημα audiebat. Polyb. 15, 65. 31, 3, 8. Plut. Eum. 7. τοὺς ἐῤῥωμενεστάτους ἱππέας εἰς ἄγημα συντάξας, Arr. Exp. Al. 1, 1.

ἀγηνορέω, ήσω (ἀγήνωρ) strenuus sum, superbio, insolesco.

ἀγηνόρειος, α, ον, i. q. ἀγήνωρ. Aesch. Pers. 1029. ἀγανόρειος Dor. alii h. l. ἀγανόρειος et ἀγανέριος.

ἀγηνορία, ας, ἡ, (ἄγαν et ἀνήρ) strenuitas, audacia, arrogantia,

ἀγήνωρ, ορος, ὁ, (ἄγαν et ἀνήρ) admodum virilis, strenuus, fortissimus, audax, superbus: arrogans.

ἀγήοχα, perf. ab ἄγω Lys. Buttmann. Lexil. p. 207. ἀγήγοχα, E. M. et Inscr. Sigea ap. Chishull. Ant. As. p. 50.

ἀγήραντος, ον: ἀγήραος, ον contr. ἀγήρως, ων: ἀγήρατος, ον, (γῆρας) senectutis expers, qui non senescit, perennis. κλέος ἀγήρατον. Eur. I. A. 568. χάριν ἀγήρων. Eur. Suppl. 1178.

ἀγηρασία, ας, ἡ, (γῆρας) perennitas. Schol. Nic. Ther. 343.

ἀγήρατον, ου, τό herba ap. Dioscor. 4, 59. Plin. H. N. 27, 4, 4. nostr. *Schaafgarbe*.

ἀγήρατος, ὁ lapis, quo utebantur sutores, ad expoliandos mulierum calceos. Galen.

ἀγής, ές, (ἄγνυμι) curvatus, i. q. περιηγής. Empedocl.

ἀγής, ές, (ἄγος) scelestus Hippon. fr. 4. (– –.)

ἀγησάνδρος, ου, ὁ, (ἄγω et ἀνήρ.) Epitheton Plutonis, qs. ducens homines, s. viros, i. q. ἀγεσίλαος.

ἀγησίλαος, ου, ὁ idem quod ἀγεσίλαος Aesch.

ἀγησίχορος, ον, (ἀγέομαι, χορός) ducens, vel moderans chorum.

ἀγητήρ, Dor. pro ἡγητήρ. Pind. P. 1, 134.

ἀγητός, ή, ον, (ἄγαμαι) admirabilis.

ἀγήτωρ, Dor. p. ἡγήτωρ.

ἁγιάζω, άσω, (ἅγιος) sanctifico, consecro, veneror: Deo sacrifico et sancte adoleo. *Scr. Eccl.* c. der.

ἁγίασμα, ατος, το, (ἁγιάζω) res sacrata, ut templum Dei.

ἁγιασμός, οῦ, ὁ, consecratio.

ἁγιαστήριον, ου, τό, sanctuarium.

ἁγιαστής, οῦ, ὁ, qui consecrat. Theophyl.

ἁγιαστία, ας, ἡ sanctitas, sanctimonia.

ἁγιαστικός, ή, όν, ad consecrandum pertinens. Basil. Epist. 189.

ἀγίγαρτος, ον, acinis carens. βότρυς, Geopon.

ἁγίζω, ίσω, (ἅγιος) consecro, sacrum esse jubeo. Pind. Ol. 3, 34. βωμοὶ ἁγισθέντες. Apud Comicum Plut. 681. πόπανα ἥγιζεν εἰς σάκταν, de sacrificulo libas furto auferente.

ἀγινέω, ήσω, (⏑–⏑–) ἀγίνω, (⏑– –) forma plenior verbi ἄγω, duco, fero, confero, congrego, colligo. Il. 18, 692. 24, 784. Od. 14, 105. 20, 213. Herod. 7, 25. 33. Praeter praes. impf. et fut. (Hom. h. Apoll. 57.) nullum aliud tempus in usu est. 2) *intrans.* se movere Ap. Rh. 1, 613. ibique Brunck.

ἁγιόγραφα, ων, τά, sc. βιβλία, scripta sancta: pars ultima sacrorum librorum, Hebr. ketuvim LXX.

ἁγιόγραφος, ον, a divinis viris scriptus.

ἅγιον, ου, τό, sanctuarium, templum: *in N. T.* pars templi Hierosolymitani solis sacerdotibus adeunda.

ἁγιοπρεπής, ές, (ἅγιος, πρέπει) sanctis conveniens, sanctus. *Adv.* -ῶς.

ἅγιος, α, ον, vel ἅγιος, ον, (Isocr.) sanctus, sacer: inde purus, venerandus, inviolabilis. 2) *sacer* i. e. devotus i. q. μιαρός. Bekk. An. 1. p. 337. – Attici hanc vocem raro, tragici nunquam usurpant, ἁγνός pro ea adhibentes, v. Porson. ad Eur. Med. 750. *Adv.* ἁγίως. (⏑⏑⏑)

ἁγιοσύνη, ης, ἡ, sanctitas, sanctimonia N. T.

ἁγιότης, ητος, ἡ, idem.

ἁγιόω, ώσω, sanctifico, sanctum reddo.

ἁγιστεία, ας, ἡ, (ἁγιστεύω) sanctimonia, puritas. 2) cultus Deorum, sacrorum peractio, sacrum, res divina, caerimoniae, initia s. mysteria. Isocr.

ἁγιστεύω, εύσω, (ἅγιος) sancte pieque vivo. 2) caerimonias et religiones perficio, Deos colo et veneror; perago, quae ad sacrificium pertinent. Plato de Legg. 6. p. 266. Ruhnk. Tim. p. 11.

ἁγιστέω, ήσω, sanctifico, sanctum reddo.

ἁγιστία, ας, ἡ idem quod ἁγιστεία.

ἁγιωσύνη, ης, ἡ, aliis ἁγιοσύνη, quod vide, Herod. Epim. p. 252.

ἀγκ – vocabula multa sic incipientia quaere in ἀνακ –, ut ἀγκεῖμαι in ἀνακεῖμαι, sic enim poetae dicere solent.

ἀγκάζομαι, άσομαι, (ἀγκαί) ulnis amplector, ulnis attollo, in ulnas sumo. Il. 17, 722.

ἀγκάθεν, *adv.* 1) i. q. ἀγκάς, ulnis. Aesch. Eum. 80. παλαιὸν ἀγκάθεν λαβὼν βρέτας, antiquum ulnis amplexus simulacrum 2) pro ἀνέκαθεν, i. q. ἄνωθεν, superne, supra. Aesch. Ag. 3. Eum. 369.

ἀγκάλη, ης, ἡ, (ἀγκαί) ulna, brachium. 2) res, qua quis arcte includitur. πετραία ἀγκ. Aesch. Pr. 1018. πότνιαι ἀγκ. Choe. 585. (–⏑–)

ἀγκαλιδαγωγέω, ήσω, (ἀγκαλιδαγωγός) manipulos s. fasciculos veho.

ἀγκαλιδαγωγός, ον, (ἀγκαλίς, ἄγω) qui manipulos, s. fasciculos navigio, aut jumento vehit, bajulus.

ἀγκαλιδοπώλης, ου, ὁ, qui manipulos vendit. E. M.

ἀγκαλιδοφορέω, ήσω, manipulos porto, fasciculos gesto.

ἀγκαλιδοφόρος, et ἀγκαλιδηφόρος, ον, (ἀγκαλίς, φέρω) qui manipulos, s. fasciculos portat, bajulus.

ἀγκαλίζομαι, ίσομαι, (ἀγκάλη) ulnis amplector, in ulnis gesto. *Simon.* 2) in fasciculos colligor. Ath. 9, 2.

ἀγκαληδόν, *adv.* (ἀγκάλη) ulnis gestando vel complectando.

ἀγκαλίς, ίδος, ἡ, manipulus, fasciculus, qui ulnis gestatur. 2) pl. ulnae. Il. 18, 515. Call. Dian. 73.

ἀγκάλισμα, τος, τό, quod ulnis amplectimur, quod in ulnis gestamus, quantum complecti ulnis possumus.

ἄγκαλος, ου, ὁ, fasciculus. Hom. Merc. 82.

ἀγκάς, άδος, ἡ, ulna. Opp. Hal. 2, 315.

ἀγκάς, *adv.* ulnis, e. g. λαβεῖν, ἔχειν. Hom.

ἄγκειον, ου, τό, angustia convallium. Aristot. H. A. 8. 16.

ἄγκη, ἡ, ulna i. q. ἀγκάλη.

ἀγκίον, ου, τό, vallis parva, vallicula, Dim. ab ἄγκος. Aristot.

ἀγκιστρεία, ας, ἡ, (ἄγκιστρον) piscatio, quae fit hamo.

ἀγκιστρευτής, οῦ, ὁ (ἀγκιστρεύω) piscator hamo utens.

ἀγκιστρευτικός, ή, όν, piscatorius, ad piscationem cum hamis pertinens. Hinc ἡ ἀγκιστρευτική, ῆς, sc. τέχνη, ars piscandi cum hamo Plat. Soph. p. 220.

ἀγκιστρεύω, εύσω, (ἄγκιστρον) inesco, allicio, uncino hamo, adhamo.

ἀγκίστριον, τό, Dim. ab. ἄγκιστρον. Theocr. 21. 57.

ἀγκιστρόδετος, ον, (δέω) hamo alligatus.

ἀγκιστροειδής, ές, (ἄγκιστρον, εἶδος) hamatus, aduncus in hami modum.

ἄγκιστρον, ου, τό, hamus 2) uncus quilibet.

ἀγκιστροπώλης, ου, ὁ qui hamos vendit.

ἄγκιστρος, ου, ὁ, idem. Basil.

ἀγκιστροφάγος, ον, (φάγω) qui hamum deglutit. *metaph.* avarus.

ἀγκιστρόω, ώσω, (ἄγκιστρον) aduncum facio, in modum hami. 2) capio hamo, capio. πόθῳ Lycophr.

ἀγκιστρώδης, ες, i. q. ἀγκιστροειδής.

ἀγκιστρωτός, οῦ, ὁ (ἀγκιστρόω) hamatus, hami formam habens, hamis consertus.

ἄγκλιμα, ατος, τό, i. q. ἀνάκλιμα, impr. locus in nave, ad quem reclinatur gubernator.

ἀγκοίνη, ης, ἡ, (ἀγκών) i. q. ἀγκάλη, ulna, brachium. Plurale tantum occurrit. Il. 14, 213. 2) *metaph.* de unaquavis re, qua quis arcte includitur, e. g. ἀγκ. πετραίας. Opp. Hal. 2, 173. qui lucem accipit ex Aesch. Prom. 1018. ἅλμης, ib. 3, 34. (cf. Aesch. ap. Schol. Arist. Ran. 716. κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.) λίνοιο, ib. 3, 567. χθονός Iuliani Aeg. Ep. 45.

ἀγκονέω, ήσω, pro ἀνακονέω, i. q. διακονέω, studiose in opere versor, opus accelero. Aristoph.

ἀγκοινίζω, ίσω, i. q. ἀγκαλίζομαι.

ἀγκονεῖν, Aristoph. Lys. 1311. legitur in MSS. ἀγκονεύουσαι. v. ἀγκονέω.

ἀγκονίς, ίδος, ἡ ministra, serva. Etym. M.

ἄγκονος, ου, ὁ, minister, famulus, Hesych.

ἄγκος, εος, τό, vallis, convallis, *pr.* ulna.

ἀγκταλιάζω, άσω, (ἄγχω) suffoco, strangulo. Hesych. Fort. f. l. pro ἀγκτηριάζω.

ἀγκτειρα, ας, ἡ fem. ab ἀγκτήρ q. v. Zoroast. Or. p. 78. de furiis adhibuit.

ἀγκτήρ, ῆρος, ὁ, (ἄγχω) id, quo constringimus aliquid, ut laqueus, fibula. 2) locus in collo, in quo fit suffocatio.

ἀγκτηριάζω, άσω, (ἀγκτήρ) anctere constringo.

ἀγκτηριασμός, οῦ, ὁ, constrictio per ancterem.

ἀγκυλέομαι, ήσομαι, (ἀγκύλη) jaculor.

ἀγκύλη, ης, ἡ, lorum, quo media hasta religatur et jacitur. Schol. Eur. Or. 1477. Latinis *amentum*; ansa jaculi. Inde jaculum ipsum, hasta. Eur. Or. 1477. quo pertinent verba ἀγκυλέομαι, et ἀγκυλίζομαι, jaculum emittere, jaculari. 2) quodvis lorum, ut Xenoph. Cyn. 6, 1. de corollariis canum loquens, dixit οἱ δὲ ἱμάντες ἀγκύλας ἔχοντες τῇ χειρί, i. e. lora, quibus digiti inseri possunt: lora calceorum, Bekk. An. I, p. 338. Hesych. de nervo arcus, Soph. Or. 204. ἀγκυλᾶν χρυσοστρόφων, ubi tamen ante Brunck. legebatur ἀγκύλων, quod firmat Eustath. p. 33, 3. (25. 12.) ἀγκύλα χρυσόστροφα ex h. l. afferens. 3) flexus cubiti vel poplitis, poples. Philostr. Icon. 2, 6. 4) contractio et adstrictio articulorum, αἱ τῶν ἄρθρων κατοχαί, Paul. Aeg. ἀγκύλη ἐν γλώσσῃ, βλεφάρου, vitiosa contractio et adstrictio linguae, palpebrarum, id. 5) genus poculi cottabis aptum. Athen.

ἀγκυλητός, όν, projectus ut jaculum, emissus. δόρατα. Aesch. Athen. XI, p. 217. ed Schw. ἀγκυλητόν, τό, jaculum. Aesch. Harpocr. sub χλῆδος.

ἀγκυλιδωτόν, οῦ, τό, (ἀγκυλίς) ansulam habens.

ἀγκυλίζομαι, ίσομαι, jaculor, vid. ἀγκύλη.

ἀγκύλιον, ου, τό, dim. ab ἀγκύλη, in omnibus signif.; praeterea Graeci sic vertunt Lat. *ancile*. Plut.

ἀγκυλίς, ίδος, ἡ, ansa, instrumentum aliquod venatorium. Opp. Cyn. 1, 155.

ἀγκυλιστής, οῦ, ὁ, (ἀγκυλίζομαι) jaculator.

ἀγκυλοβλέφαρον, ου, τό, palpebrarum adstrictio, v. ἀγκύλη signif. 4.

ἀγκυλόβουλος, ον, curva i. e. callida consilia agitans. Tzetz. Hom. 144. Posth. 84. 630. i. q. ἀγκυλομήτης, q. v.

ἀγκυλόγλωσσον, ου, τό linguae impedimentum, vid. ἀγκύλη n. 4.

ἀγκυλόγλωσσος, ον, praepeditam habens linguam, vid. praec.

ἀγκυλόδειρος, ον, (δειρή) collum aduncum habens. Opp. Hal. 4, 630.

ἀγκυλόδους, οντος, ὁ, ἡ, curvis dentibus praeditus.

ἀγκυλοειδής, ές, cavus, depressus et simul tortuosus, *de locis*, *vallibus*:

ἀγκυλόεις, εσσα, όεν, pro ἀγκύλος poetice.

ἀγκυλόκυκλος, ον, incurvus, rotundus. Nonn. Dionys. 35. p. 878.

ἀγκυλόκωλος, ον, curvis, vel adstrictis membris Archestr. Athen. VII, 20. p. 320, a

ἀγκυλομήτης, ου, ὁ (μῆτις) dolosis consiliis utens, versutus, habens curva consilia. Hom. Epith. Saturni. Seriores dicunt etiam ἀγκυλόμητις, ὁ, ἡ ut δολόμητις al.

ἀγκύλον, τό, nervus arcus. Soph. OR. 204. v. l. vid. ἀγκύλη 2.

ἀγκυλόπους, οδος, ὁ, curvis pedibus. δίφρος, sella curulis.

ἀγκύλος, η, ον, curvus, aduncus, tortuosus, rotundus.

ἀγκυλόστροφος, ον, curvatus et flexus. ῥοαὶ Ἰορδάνου. Phoc. Sym. Allatii p. 54.

ἀγκυλοτόμον, ου, τό (τέμνω) instrumentum chirurgicum, quo ἀγκύλη, s. vitium linguae tollitur.

ἀγκυλότοξος, ον, (τόξον) arcum curvum s. inflexum gerens. Hom.

ἀγκυλοχείλης, ου, ὁ, (χεῖλος) incurvum habens rostrum. αἰετός, Od. 19, 538.

ἀγκυλόχειλος, ον, idem.

ἀγκυλοχήλης, ου, ὁ (χηλή) habens aduncas chelas, aduncos ungues, ut cancer Batr. 285.

ἀγκυλόω, ώσω, curvo, tortuosum reddo. ἠγκυλωμένος, curvatus, recurvus. 2) Med. vibro, e. g. ἀκόντιον, jaculor.

ἀγκύλω, curvo, retro flecto. Ὀπισθότονος δὲ κατόπιν ἀγκύλλει τὸν ἄνθρωπον, Aret. 1, 6.

ἀγκύλως, *adv.* adunce, tortuose.

ἀγκύλωσις, εως, ἡ, incurvatio recurvatio. 2) morbus quidam articularis, v. ἀγκύλη. 4.

ἀγκυλωτός, ή όν, incurvus. 2) jaculo instructus. Eur. Bacch. 1194.

ἄγκυρα, ας, ἡ uncus praecipue *ancora*. Vox primum occurrit ap. Pindarum. 2) metaph. praesidium, columen. οἴκων. Eur. Hec. 80. – ἀγκύραν χαλᾶν, ancoram ejicere. ἀγκ. αἴρειν, ἀνασπᾶν, solvere.

ἀγκυρίζω, ίσω, hamo capio: *de luctantibus*: supplanto. Arist. Eq. 262.

ἀγκύριον, ου, τό, ancora parva. (ῠ)

ἀγκύρισμα, τος, τό (ἀγκυρίζω) supplantatio, genus arteficii in lucta. (ῠ)

ἀγκυροβάλλω, ancoram jacio. Hippocr.

ἀγκυροβολέω, ancoram jacio. 2) insero aliquid ita, ut tenaciter haereat. Hippocr.

ἀγκυροβόλιον, ου, τό, locus ad jaciendam ancoram aptus. Ion. ἀγκυρηβόλιον. Plutarch.

ἀγκυροειδής, ές, ancorae formam habens.

ἀγκυρομήλη, ης, ἡ, (μήλη) hamus s. uncus, instrum chirurg.

ἀγκυρουχία, ας, ἡ (ἔχω) ancorae retentio. Aesch. Supp. 779.

ἀγκυρόω, ώσω, ancora firmo, utor aliqua re pro ancora.

ἀγκυρωτός, ή, όν, (ἀγκυρόω) ancoris firmatus, fundatus.

ἀγκών, ῶνος, ὁ, cubitus, flexus brachii 2) quaelibet curvatura, sinus. γλυκὺς ἀγκών, Plat. Phaedr. p. 257. D. *dulcis angulus*, cui opponitur πικρός (e Schneideri conj. πικροῦ pro μακροῦ.) Proverb. de iis, qui res molestas appellant jucundas. cf. Herod. 2, 99.

ἀγκωνίζω, ίσω, brachiis includo, firmiter teneo; dicitur de pugile: qui adversarium brachiis comprimit. *Med.* sinuo me, sinuor, e. g. de fluvio. Eustath.

ἀγκωνίσκος, ου, ὁ, (ἀγκών) parvus cubitus. 2) catenatio, commissura: Exod. 26 instrumentum torturae et carnificinae Suid.

ἀγκωνόδεσμος, ου, ὁ, (δεσμός) cubital. Gl. Vet. dub.

ἀγλαέθειρος, ον, (ἔθειρα) nitidam, pulcram comam habens. Hom. h.

ἀγλαΐα, ας, ἡ, splendor, nitor, pulcritudo, ornatus, decus, voluptas, laetitia, lautitia, deliciae. 2) *nom. pr.* una ex tribus Gratiis.

ἀγλαΐζω, ίσω, illustro, splendidum reddo, decoro, orno. Saepius *Med.* ἀγλαΐζομαι, illustror: splendeo, niteo, gaudeo re, c. dat. Hom. ἐν αὐτῷ Pind.

ἀγλάϊσμα, τος, τό, ornamentum.

ἀγλαϊσμός, οῦ, ὁ, ornatus, splendor.

ἀγλαϊστός, ή, όν, optabilis, praetiosus.

ἀγλαόβοτρυς, υος, ὁ, ἡ, splendidas uvas habens. Nonn.

ἀγλαόγυιος, ον, (γυῖον) pulcra membra habens. 2) pulcra membra faciens.

ἀγλαόδενδρος, ον, (δένδρον) qui pulchras fert arbores.

ἀγλαόδωρος, ον, splendidus. θήρην ἀγλαόδωρον ἐπιστείχειν. Opp. Cyn. 4. 17.

ἀγλαοεργός, όν, splendida facta perficiens. Maximus Epirota de Electionibus p. 74.

ἀγλαοθηλής, ές, (θάλλω) tener.

ἀγλαόθρονος, ον, (θρόνος) splendida sede residens.

ἀγλαόθυμος, ον, praeclare animatus. Jo. Geom. Terrast. p. 455.

ἀγλαόθωκος, ον, (θῶκος) pulcram sedem, vel splendidum solium habens.

ἀγλαόκαρπος, ον, pulchros ferens fructus De pulchra liberorum progenie adhibet Pind. N. 3, 54. ubi Boeckh. ἀγλαόκρανος (a κρήνη) conjecit, unus autem cod. ἀγλαόκολπος habet. Fertilis, ὄχθαι ἀγλ. Νείλου Opp. Cyn. 2, 84.

ἀγλαόκοιτος, ον, (κοίτη) splendidum lectum

habens in honorifico loco ad mensam constitutus, inde: valde honoratus. cf. AB. I, 329. Suid.

ἀγλαόκουρος, ον, pulchros habens pueros.

ἀγλαόκρανος, ἀγλαόκολπος, v. ἀγλαόκαρπος.

ἀγλαόκωμος, ου, ὁ καὶ ἡ, (κῶμος) epitheton *vocis s. cantus* apud Pindarum; oblectans convivium vel ornans.

ἀγλαομήτηρ, clara matre natus. Jo. Geom. Hymn. 2, 47.

ἀγλαομητία, ας, ἡ, praeclarum et illustre consilium, magnus Senatus. *Vox suspecta* Hes. Etym. M. Suid.

ἀγλαόμητις, ὁ, ἡ (μῆτις) consilio clarus, prudentia insignis. Tryph.

ἀγλαόμορφος, ον, (μορφή) insignis forma, formosus.

ἀγλαόνους, excellenti mente praeditus. Jo. Geom Tetrast. p. 454.

ἀγλαόπαις, αιδος, ὁ καὶ ἡ, (παῖς) pulchros pueros, aut liberos habens.

ἀγλαόπεπλος, ον, splendida veste indutus. Qu. Smyrn. 11, 240.

ἀγλαόπηχυς, υος, ὁ, ἡ, i. q. λευκώλενος. Epith. Junonis ap. Nonn.

ἀγλαόπιστος, ον, (πιστός) praeclare fidelis.

ἀγλαόπυργος, ον, splendidas turres habens. Ἴλιον Tzetz. Hom. 417.

ἀγλαός, ή, όν vel -ός, όν, (ἀγάλλω) splendidus, clarus, fulgens; praeclarus; limpidus, ὕδωρ Hom. Od. 3, 429.; de hominibus ap. Hom. nobilis, gloriosus, illustris; ap. seriores: laetus. Fortasse etiam signif. act. Il. 7, 203. εὖχος, splendidum faciens, concelebrans. — *Adv.* ἀγλαῶς.

ἀγλαότευκτος, ον, splendide exstructus. Or. Sib. 14, 125,

ἀγλαότιμος, ον, valde honoratus.

ἀγλαοτριαίνης, ου, ὁ (τρίαινα) tridente inclitus, Pind. de Neptuno.

ἀγλαοφαρής, ές, splendida veste, Orac. Sibyll.

ἀγλαοφεγγής, ές, clare splendens. Max. Elect. 189.

ἀγλαόφημος, ον, (φήμη) clarus, celeberrimus.

ἀγλαόφοιτος, ον, splendida via incedens. Max. El. 403.

ἀγλαόφορτος, ον, onere quod quis portat, superbiens. Nonn.

ἀγλαόφωνος, ον, praeclaram vocem habens.

ἀγλαοφῶτις, ιδος, ἡ, paeonia, eadem herba quae et γλυκυσίδη. Ael. H. A. 14, 27. Phot. Bibl. p. 353.

ἄγλαυκος, ον, non caeruleus. Diod. Sic.

ἄγλαυρος, ον, i. q. ἀγλαός. 2) nom. propr. filiae Cecropis, quae in arce Athenarum colebatur; Herod. 8, 53. dicta est etiam Ἄγραυλος, vid. ad Lycurgi vers. germ. 24, 5.

ἀγλάφυρος, ον, (γλαφυρός) inelegans, invenustus. *Adv.* -ως.

ἀγλαῶπις, ιδος, ἡ, (ὤψ) pulchros habens oculos.

ἀγλαώψ, ωπος, ὁ, ἡ, (ὤψ) adspectu splendidus, pulchros oculos habens. Soph.

ἀγλευκής, ές, (γλεῦκος) minime dulcis, insuavis, insipidus. Xen. metaph. de dicendi genere Thucydidis. Hermog. Vox Siculae originis esse perhibetur a Suida. cf. Intpp. ad Xen. Hier. 1, 21. et v. ἀγλυκής.

ἄγλευκος, ον, idem poet.

ἄγληνος, ον, (γλήνη) pupillas non habens, caecus.

ἀγλίη, ης, ἡ, subalba cicatrix in oculis. Hippocr. i. q. alibi αἰγίς.

ἀγλίς, ἀγλῖθος, ἡ, nucleus allii, qui a Theophr. vocatur γελγίς. Aristoph. Vesp. 680. Nic. Ther. 874. Callim. fr. 140, 2. Ap. Hesych. legitur ἀγλίθια, σκόροδα, Falso scribitur ap. Dioscor. 2, 142. ἀγλιθες. (⏑⏑)

ἀγλίσχρος, ον, (γλισχρός) non lentus, non viscosus.

ἀγλυκής, ές, i. q. ἀγλευκής, amarus, expers dulcedinis. ἀγλυκέστερον vulgo legebatur ap. Xen. Hiero 1, 21. ubi nunc ἀγλευκέστερον editur, ex Suida et Bekk. An. I. p. 329. *Adv.* ἀγλυκῶς Phot. Bibl. p. 543.

ἄγλυφος, ον, (γλύφω) non caelatus, non sculptus.

ἀγλωσσέω, ήσω, idem quod δυσφημέω, Hesych. obscoena, inauspicata loquor.

ἀγλωσσία, vel ἀγλωττία, ας, ἡ inscitia loquendi, taciturnitas.

ἄγλωσσος, vel ἄγλωττος, ου, ὁ καὶ ἡ, (γλῶσσα) linguam non habens, elinguis; qui loqui non potest, qui obmutuit; dicendi imperitus; barbarus. Soph. Tr. 1060.

ἄγμα, τος, τό, (ἄγνυμι) fragmentum, fractura.

ἀγμίζω, ίσω, (ἄγμα) frango, concutio.

ἀγμός, οῦ, ὁ, (ἄγνυμι) fractio. 2) locus praeceps ac praeruptus, littus.

ἀγναμπτοπόλεμος, ον, qui invicti est roboris, bello insuperabilis, ex Hesych. V. D'Orville Misc. Obs. 9, 1. p. 118. Alii ἀγναπτοπόλεμος.

ἄγναμπτος, ον, (γναμπτός) qui flecti nequit, durus, inexorabilis.

ἄγναπτος, ον, (γνάπτω) a fullone nondum purgatus, impexus.

ἄγναφος, ον, (γνάπτω) idem.

ἁγνεία, ας, ἡ, (ἁγνεύω) castitas, pudicitia, castimonia, puritas. 2) expiatio, lustratio.

ἅγνευμα, τος, τό vita casta; castitas.

ἁγνευτήριον, ου, τό, locus, in quo fit expiatio.

ἁγνευτικός, ή, όν, castitatem servans, non proclivis in Venerem.

ἁγνεύτρια, ας, ἡ, piatrix Gl. Vet.

ἁγνεύω, εύσω, (ἁγνός) castus sum, abstineo a venere; purus sum, abstineo, c. inf. Herod. 1, 140. 2) purum reddo, expio, lustro.

ἁγνής, ές, idem quod ἁγνός, dub.

ἁγνίζω, ίσω, purifico, lustro, expio. 2) sacrifico, diis offero. Eur. Alc. 76. Iph. T. 711.

ἄγνιος, α, ον, vel ἄγνινος, ον, adj. ab ἄγνος, Vitex. Plut. Q. R. 6, 8.

ἅγνισμα, τος, τό (ἁγνίζω) purificatio, lustratio, expiatio. ἁγνίσματα, piacula. 2) combustio in sacris, sacrificatio.

ἁγνισμός, οῦ, ὁ expiatio, lustratio; res ad lustrationem inserviens. Aesch.

ἁγνιστήριος, α, ον, i. q. ἁγνιστικός. Subst. τό, locus ubi fit expiatio.

ἁγνιστής, οῦ, ὁ, purificus.

ἁγνιστικός, ή, όν, expiandi vim habens.

ἁγνίτης, ου, ὁ, qui alium expiat, purificus. ἅλς, Lycophr.

ἁγνοδικής, ές, Epitheton Deorum, utpote qui sunt sancti et justi. AB. I, 338.

ἀγνόδικος, ον, justum ignorans. Hesych. et AB. I. p. 338

ἀγνοέω, ήσω, (νοέω) ignoro, non intelligo. 2) pecco, erro.

ἀγνόημα, τος, τό, ignoratio. 2) peccatum per ignorantiam commissum, erratum.

ἄγνοια, ας, ἡ, ignorantia, inscitia, imperitia, imprudentia, error, peccatum. Etiam ἀγνοία producta ult. Bottm. Gr. plen. I. p. 142. Piers. ad Moer. v. ἱερεία. Fischer. ad Well. I. p. 280 Lobeck. ad Phryn. p. 494. Brunck. ad Soph. Trach. 350. Eustath. ad Od. 1579: 27.

ἀγνοιέω, pro ἀγνοέω, metri causa ap. poet.

ἁγνομάντις, ὁ, ἡ, castus vates.

ἀγνοούντως, *Adv.* (ἀγνοέω) inscite. Aristot. Top. 2, 9.

ἁγνοποιός, όν, purificans, purum reddens.

ἁγνοπόλος, ον, (πολέω) purus, act. purificans. Orph.

ἁγνοπόλος, ον, (πέλομαι) castus. Orph.

ἁγνόρροος, pure fluens, pro ἁγνόρροος.

ἁγνόρρυτος, ον, (ῥέω) pure fluens. Aesch. Prom. 433. ubi alii ἁγνόρυτος legunt.

ἁγνός, ή, όν, purus, integer; inde sanctus, sacer; pius. ἱερόν, θυσίαι, Hom. χῶρος οὐχ ἁγνός πατεῖν Soph. O. C. 38. 2) castus, pudicus, de virginibus. Epith. Dianae ap. Hom. et Proserpinae. Od. 11, 385. 3) sanctus, pie colendus, venerabilis, 4) purus scelere, flagitio non pollutus. c. gen. ἁγνὸς γάμων Plato de Legg. 8. Eur. Phoen. 953. ibique Valck. — Tragici semper hanc vocem usurpant pro ἅγιος. — *Adv.* ἁγνῶς.

ἄγνος, ου, ἡ, Att. ὁ (Niclas Geopon. 2, 4, 1. Heindorf. Plat. Phaedr. p. 198. p. 230. A. St. Schneider ad Theophr. h. pl. 1, 5, 3, 12.) *vitex*, i. q. λύγος. agnus castus, cujus arbusculae frondes mulieres sacris diebus sibi substernebant, ad custodiendam castitatem. v. Plin. H. N. 24, 9, 38.

ἁγνόστομος, ον, integro ore. Tzetz. Chil. 6, 98.

ἁγνόστροφος, ον, (στρέφω) Manetho 6, 105.

ἁγνοσύνη, ης, ἡ, castitas. Theod. Prodr.

ἁγνοτελής, ές, (τελέω) perfecte purus, castus. Orph.

ἁγνοτερής, ές, castus, Orph. nisi sit pro ἁγνοτελής.

ἁγνότης, ητος, ἡ, castitas, puritas, sanctitas.

ἁγνοτόκεια, ας, ἡ (τίκτω) partus castus. Theod. Prodr.

ἁγνοφόρος, ον, sanctum portans. Ignat. epist. 11.

ἁγνόφυτος, ον, caste genitus. Jo. Geom.

ἈΓΝΥΘΕΣ, ων, αἱ, lapides quos stamini inter texendum appendunt textores.

ἄγνυμι, Irreg. f. ἄξω, aor. 1. ἔαξα, ap. Hom. ἦξα, partic. ἄξας, sed etiam ἐάξας, Lysiae p. 158. Reisk. κατεάξαντες) aor. pass. ἐάγην, correpta media, sed etiam Il. 11, 559. propter metri necessitatem producta. Perf. 2. ἔαγα, ion. ἔηγα, significatione passiva. Seriores etiam futurum ἐάξω formant, v. Taylor ad Lys. p. 156. nam Graeci, ut hoc verbum ab ἄγω distinguerent, eas quoque formas, quae proprie augmento carent, augmento ornarunt, praesertim in compos. ut κατεαγῆναι Plat Gorg. 56. κατεαγείς, Lysias p. 156. κατεάξῃ Plato Phaed. p. 86. A. in quibusd. codd. — Significat: *frango*, *diffringo*.

ἀγνώδης, ες, (ἄγνος) viticeus.

ἀγνωμονέω, idem ap. Plut. 10, p. 49. H. (si vera lectio).

ἀγνωμονέω, ήσω, (ἀγνώμων) ignoranter et imperite ago, inique et improbe ago 2) τινά, injuste s. ingrate aliquem tracto.

ἀγνωμόνως, *adv.* ab ἀγνώμων.

ἀγνωμοσύνη, ης, ἡ, (ἀγνώμων) mens consilii expers, stoliditas; crudelitas, error, vana formido, Xen. An. 2, 5, 6. improbitas, iniquitas, inficiatio debiti, perfidia, fraus, fraudatio.

ἀγνώμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, (γνώμη) *qui re-*

spectum non habet, inde: mente, et consilio carens, stolidus; improbus, malignus: inclemens, qui veniam non dat: non agnoscens debitum, ingratus. Herm. Trach. 474. non praevisus, Parthen. 2) carens dentibus, qui gnomones dicuntur, aetatis indicibus. Pind.

ἀγνωρίζω, ίσω, (γνωρίζω) ignoro. dub.

ἀγνώριστος, ον, (γνωρίζω) non agnitus, qui non innotuit, incertus, incognitus

ἀγνώς, ῶτος, ὁ καὶ ἡ, (γιγνώσκω) ignotus, incognitus, c. dat. Eur. Ion. 14. πατρί, clam patre: inglorius. 2) *act.* ignarus, inscius: c. gen. rei. σοῦ μὲν τυχὼν ἀγνῶτος. Soph. OR. 673. talem te expertus qui me ignoret; v. ibi Erfurdt; alii expl. ἀγνώμων durus, crudelis. 3) incertus, non satis notus. Soph. OR. 677. δόκησις. Ant. 1001. φθόγγος.

ἀγνωσία, ας, ἡ, (γνῶσις) ignorantia, ignoratio, inconsiderantia. 2) ignobilitas.

ἀγνώσσασκε, 3. sing. ind. aor. 1. act. pertinens ad ἀγνοέω, formata e verbo γιγνώσκω, aor. 1. ἔγνωσα. Od. 23, 95.

ἀγνώσσω, serior forma verbi ἀγνοέω. cf. λιμώσσω.

ἄγνωστος, ον, (γνωστός) ignotus, incognitus, inglorius: non cognoscendus, vel qui cognosci non potest. Od. 13, 397. obscurus, occultus, arcanus. 2) *act.* ignarus, c. gen. ψευδέων. Pind. O. 6, 113.

ἀγνωτίδιον, τό, piscis genus incognitum, ap. Athen. 3, p. 118.

ἄγνωτος, ον, (γνωτός) i. q. ἄγνωστος. Ap. Hom. et Pind. non occurrit.

ἀγόγγυστος, ον, non murmurans non mussans. Suic.

ἀγοήτευτος, ον, (γοητεύω) qui fascinari non potest.

ἀγοητεύτως, *adv.* citra praestigias et fucum.

ἀγόμφωτος, ον, nullis compactus clavis, incompactus.

ἀγόνατος, ον, (γόνυ) genu carens: non geniculatus, v. c. de arundine. inexorabilis, inflexibilis. Athen. 3, p. 72. C.

ἀγονέω, ήσω, (γόνος) sterilis sum, infecundus sum.

ἀγονία, ας, ἡ, sterilitas, infertilitas, orbitas.

ἀγονόμοχθος, ον, *epith.* mulae, teste Hesych. e γόνος et μόχθος, quoniam sterile animal, *cui proles molestiam non creat*.

ἄγονος, ον, (γόνος) 1) *pass.* non natus. Il. 3, 40. 2) *act.* non gignens, sterilis, infecundus, liberos non habens. c. gen. *metaph.* ἄγονος σοφίας. Plat.—ἄγονος κακῶν βίος. Aesch. Dial. 3, 17. Soph. O. T. 27. τόκοισιν ἀγόνοις γυναικῶν, nove dixit de partubus, qui nihil progignunt, *immaturos partus*, abortus intelligens, in quibus pereunt foetus. ἄγονος ἡμέρα Hippocr. p. 1058. D. dies par, generationi non aptus, opp. γόνιμος.

ἄγοος, ὁ καὶ ἡ, (γόος) indefletus. 2) act. luctu carens.

ἀγορά, ἡ, (ἀγείρω) quaevis hominum multitudinis congregatio, prae ceteris *populi concio*, opposita *consilio*, βουλῇ. Od. 3, 127. 2) locus, in quem congregatur populus, *forum*. εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσιέναι, Xen. Mem. 4, 2, 1. forum frequentare, sive ad conciones in forum accedere. εἰς τὴν ἀγ. ἐμβάλλειν, Lycurg. 2. p. 139. R. i. q. jure civis frui. ἀγορὰ πλήθουσα, *forum frequens*, dicebatur de eo tempore quo forum maxime frequens est; quod erat Athenis inter horam diei tertiam et sextam, s. inter πρωΐ et μεσημβρίαν. v. Ducker ad Thuc. 8, 92. Gesner ad Lucian. Philops. 11. distinguitur hoc tempus diserte a μεσημβρίᾳ. Xen. An. 1, 8, 1. 3) quodcunque agitur in concione vel in foro; oratio, concio, quae ap. populum habetur; facultas orationes habendi; Il. 2, 370. Solon ap. Plut. V. Sol. 8. κόσμον ἐπέων ᾠδὴν ἀντ' ἀγορῆς θέμενος i. e. ἀντὶ τῶν πεζῶν λόγων, οἷς ἐν ἀγορᾷ χρῶνται. 4) forum rerum venalium. ἐξ ἀγορᾶς ὠνούμενος, Plut. Pericl.. ἡ ἀγορὰ τῶν κυκλουμένων, Thuc. ἀγορὰ τῶν ὠνίων, Aristot. Polit. 7. Inde res venales, commeatus, ἀγορὰν ἄγειν, παρέχειν, commeatum afferre, Xenoph. annona, ἀγορὰ εὔωνος, annona vilis, Xen. γυναικεία ἀγορά, Theophr. Char. 2, 4. forum muliebre, ubi venduntur vasa et utensilia, omnisque generis opsonia (⏑⏑–)

ἀγοράασθε 2. pl. ind. praes. pro ἀγορᾶσθε verbi ἀγοράομαι. Prima syllaba producitur Il. 2, 337..

ἀγοράζω, άσω, (ἀγορά) *in foro versor*, emo (*pr.* in foro), mercor; orationem habeo; consilium publicum profero. *Med.* delibero, consulto.

ἀγοραῖος, ον, qui in foro est, vel ad forum pertinet, forensis: θεός, Deus fori praeses, cujus statua in foro stat, colitur: ἀνήρ, patronus causarum; mercator, in primis pusillus, qui emit, quae statim vendat; subrostranus, concionalis, sordidus, illiberalis Theophr. Char. 6. Salm. de Usur. 19. Valck. Ammon. p. 10. Hoc significatu, quo subrostranum s. illiberalem significat, grammatici ἀγόραιος scribendum esse praecipiunt, v. γέλοιος et γελοῖος.—ἡ ἀγοραῖος sc. ἡμέρα, dies, quo forum agitur, judicialis.—ἀγοραίως λέγειν, circumforaneorum modo, sordide loqui.

ἀγορανομέω, ήσω, (ἀγορανόμος) praefectum fori, s. annonae ago.

ἀγορανομία, ας, ἡ, agoranomi munus.

ἀγορανομικός, ή, όν, ad agoranomum pertinens.

ἀγορανόμιον, ου, τό, ἀρχεῖον, s. curia agoranomi. Plat.

ἀγορανόμος, ου, ὁ, (νέμω) magistratus, qui foro rerum venalium praeest, praefectus annonae. Xen. Symp. 2, 20.

ἀγοράομαι, ήσομαι, congregor, ad concionem venio. Il. 4, 1. 2) dico ad concionem, concionor: consulto, delibero. Hom. (⏑⏑⏑–)

ἀγοραστείω, emturio, emere cupio.

ἀγορασία, ας, ἡ, (ἀγοράζω) emtio.

ἀγόρασις, εως, ἡ, idem et ab eodem.

ἀγόρασμα, τος, τό, res venalis. Dem.

ἀγορασμός, οῦ, ὁ, emtio.

ἀγοραστής, οῦ, ὁ, emtor, servus opsonator.

ἀγοραστικός, ή, όν, idoneus, aptus ad emendum et vendendum, s. ad faciendam mercaturam: ad emptionem pertinens.

ἀγοραστός, ή, όν, emtitius emptus.

ἀγοράστρια, ας, ἡ, emtrix. Gl. Vet.

ἀγορεύω, εύσω, concionor in foro: orationem quamlibet habeo: dico, loquor, denuncio, appello, nomen impono. 2) i. q. ἀγοράζω, emo.

ἀγορῆθεν, (ἀγορά) *adv.* e foro, e concione.

ἀγορήνδε, (ἀγορά) *adv.* in forum.

ἀγορητής, οῦ, ὁ, (ἀγοράομαι) orator, concionator.

ἀγορητύς, ύος, ἡ, eloquentia, concionandi facultas, *ionica forma*. Od. 8, 168.

ἄγορος, ου, ὁ, i. q. ἀγορά. Eur. Andr. 1021. El. 724. Occurrit tantum in lyricis et saepius in plurali; sed singularem ἄγορον vett. edd. fide restituit Hermanus Herc. f. 412.

ἄγος, εος, τό, (ἄζω) mundities, quae venerationem parit, veneratio, admiratio. Recte Suidas expl. τὸ τίμιον καὶ ἄξιον σεβάσματος. 2) res deo devota, deo sacra. Inde, ut Latini hominem cujus caput ob admissum scelus deo devovissent, *sacrum* appellabant, sic etiam ἄγος ap. Graecos *de scelere, quod piaculo luendum sit*, usurpari coepit; *piaculum*, μύσος. Herod. 6, 56. Plut. Sol. p. 14. C. ἄγη καὶ μιασμούς. ἄγος ἐλαύνειν, scelus expiare. Thuc. In editionibus perperam vulgo scribitur ἄγος, quod Ionicis tantum relinquendum esse videtur.

ἄγος, v. ἄγος.

ἀγός, οῦ, ὁ, (ἄγω) dux.

ἀγοστέω, ήσω, (ἄγος, ἄγος) immundus sum, sordibus inquinatus sum, unde apud Hom. Il. 6, 506. ἀγοστήσας, ut aliqui veterum, teste Eustathio, legebant pro ἀκοστήσας.

ἀγοστός, οῦ, ὁ, interior pars manus, palma. Hom. Ap. Rh. 3, 120. 2) cubitus, ulna. Theocr. inde: angulus, recessus.

ἄγρα, ας, ἡ, captura; venatio, piscatio, 2) res, quam capimus aut venamur, praeda.

ἀγραῖος, αία, αῖον, ad ἄγραν pertinens: ἀγραία Ἄρτεμις, Diana capturae praeses, venatrix.

ἀγραμματία, ας, ἡ, (ἀγράμματος) litterarum imperitia.

ἀγράμματος, ον, (γράμμα) illitteratus, indoctus, expers litterarum.

ἄγραμμος, ον, (γραμμή) linea carens.

ἄγραπτος, ον, (γράφω) non scriptus.

ἀγραυλέω, ήσω, (ἄγραυλος) ruri, seu in agris pernocto, excubo, die vel nocte: rusticor, villicor: item vigilo.

ἀγραυλής, ές, i. q. ἄγραυλος. Nic.

ἀγραυλία, ας, ἡ, stabulatio in agro, pernoctatio ruri.

ἄγραυλος, ον, vel ἀγραύλη, Hom. (ἀγρός, αὐλή) in agro stabulans, agrestis, sylvestris.

ἀγραφία, ας, ἡ, scripturae et litterarum defectus. Theophyl.

ἀγραφίου, ἀγραφίου γραφὴ vel δίκη, actio adversus eos, qui, quum publico debitores essent, eoque in tabulas publicas inscripti, ante persolutionem tamen ex iis essent expuncti. Harpocr. s. v. Pollux 8, 54. ibique Hemsterhus. Demosth. adv. Theocrin. Etymol. dicit, fuisse etiam adversus eos, qui inscribebant eorum nomina, qui nihil deberent.

ἄγραφος, ον, (γράφω) non scriptus: ut νόμιμα ἄγρ. lex non scripta; ἀδίκημα ἄγραφον, stellionatus; crimen quod nullum certum nomen habet, contra quod e nulla certa lege actio est: cujus delatio est εἰσαγγελία. 2) quod sine scriptura ac litteris fit, ut ἄγραφος διαθήκη, nuncupatio, Gl. Vet. item qui nondum adscriptus est alicui numero, societati etc.

ἀγράφως, *adv.* citra scripturam, sine scripto.

ἄγρει, et in Plur. ἀγρεῖτε, pr. imperativ. ab ἀγρέω capio; *adverb.* age, agesis, agite. Hom.

ἀγρεῖος, εία, εῖον, (ἀγρός) agrestis, rusticus.

ἀγρειοσύνη, dub. lect. Anal. III, 183.

ἀγρειτάω, ῶ, (ἀγρέω) sum violentus, violenter ago.

ἀγρεύφνα, ἡ, furcilla, rastellum. Phanias ep. 4. in Anal. 2, 53. (Suidas habet ἀγρεύφνη, Hesych. ἀγρίφη et ἀσχρίφη).

ἄγρεμα, τό, poet. i. q. ἄγρευμα. Anal. 2. p. 41.

ἀγρέμιος, ον, (ἀγρέω) qui in venatione captus est.

ἄγρεμον, τό, hasta, Aesch. f. *dub.* v. ἀγρεμών.

ἀγρεμών, όνος, ὁ, i. q. ἀγρευτής. poet. Aesch. fr. Artemidor. 2, 17.

ἀγρεσία, ας, ἡ, venatio, captura.

ἀγρέτης, ου, ὁ, dux. Hesych. Id reponendum censuerunt nonnulli ap. Aesch. Pers. 997. ubi nunc est ἀγρέται.

ἄγρευμα, τος, τό, (ἀγρεύω) quod venatu vel piscatu captum est, praeda: res omnis studio ac labore parta: spolium. 2) rete. Aesch. 3) τὸ ἐπὶ τῆς ἀγροικίας κτῆμα, Solon. AB. 340.

ἀγρεύς, έως, ὁ, venationi vel piscatui praefectus, ut Pan et Apollo, Neptunus. Lucian.

ἀγρεύσιμος, qui facile capi potest, Schol. Soph. Phil. 877.

ἄγρευσις, εως, ἡ, venatio, praedatio.

ἀγρευτέω, ῶ, infero injuriam, Hesych. ubi ἀγρευτεῖ, ὑβρίζει.

ἀγρευτήρ, ῆρος, ὁ, (ἀγρεύω) venator.

ἀγρευτής, οῦ, ὁ, idem.

ἀγρευτικός, ή, όν, venandi peritus: captiosus.

ἀγρευτός, όν, captus. Oppian. Hal. 3, 541.

ἀγρεύω, εύσω, (ἄγρα) venor, venatu capio feras, pisces, aves etc. capto, allicio.

ἀγρέω, ῶ, idem et ab eod. Longin. 10. 40.

ἀγρέω, i. q. ἀγρεύω aeolica forma pro αἱρέω. Buttm. Lexil. p. 131. ἀγρεῖς occurrit Phaniae ep. 7. Alias reperitur tantum imperativus ἄγρει, cape. Archil. fr. 5. ἄγρει οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός. Ap. Hom. ἄγρει, ἀγρεῖτε hortandi vim habet, idemque valet, quod *agedum*, *age*, *agesis*; estque translatum a celeritate quae adhibetur in venatione.

ἄγρηθεν, (ἄγρα) *adv.* ex venatione.

ἄγρηνον, ου, τό (ἄγρα) rete. 2) vestis lanea, reti similis: qualem gestabant harioli.

ἀγριάζω, (ἄγριος) ferus sum, efferor. Ex Hesych.

ἀγριαίνω, ανῶ, effero, exaspero, ferum facio, irrito, instigo. ἀγριαίνομαι, ferus sum, ferocio, saevio. *Act.* eadem signif. posuit Plato de Rep. 6. Part. aor. 1. pass. ἀγριανθείς, pro quo Attici dicebant ἀγριωθείς. Phryn. Bekk. p. 15.

ἀγριάμπελος, ου, ἡ, (ἄγριος, ἄμπελος) labrusca.

ἀγριάς, άδος, ἡ, agrestis. 2) i. q. ἀγριάμπελος. Schol. Il. 3, 246.

ἀγριασταφίς, ίδος, ἡ, i. q. ἀγρία σταφίς. Alex. Trall. I. p. 97.

ἀγριαυλή, ῆς, ἡ, habitatio in agris. Geopon. 2, 24, 2.

ἀγριάω, i. q. ἀγριαίνομαι. Opp. Cyn. 2, 49

ἀγρίδιον, ου, τό, agellus, villula. Dim. ab ἀγρός.

ἀγριελαία, ας, ἡ, (ἐλαία) agrestis oliva, oleaster.

ἀγριέλαιος, ον, ex agresti oliva, s. oleastro confectus. 2) Subst. ἡ, oleaster.

ἀγριεύς, έως, ὁ, rusticus. Hesych.

ἀγρίζω, ίσω, exaspero. *dub.* Hippocr. p. 658, 28. pro vulg. ἢν ἀγρησθῶσιν αἱ μῆτραι, Erotianus legit ἀγρισθῶσιν. cf. ἀγγρίζω.

ἄγρικος, η, ον, i. q. ἄγροικος. *v. l.* Mosch. Id. 5, 13. ubi nunc editur ἄγριον.

ἀγριμαῖος, αία, αῖον, (ἀγρός) ferinus, ferus, poet.

ἀγριμέλισσα, ἡ, i. q. ἀγρία μέλισσα.

ἀγριοαπίδιον, ου, τό, parvum pirum sylvestre. Geopon.

ἀγριοβάλανος, ἡ, arbor glandifera sylvestris, ilex vel fagus.

ἀγριόβουλος, ὁ, ἡ, ferocia consilia agitans. Polemon. Physiogn. p. 230.

ἀγριοδαίτης, ου, ὁ, qui sylvestrium arborum glandibus vescitur, βαλανηφάγος. poet. Pausan. 8, 42, 4.

ἀγριόεις, εσσα, εν, i. q. ἄγριος. poet. Nic.

ἀγριόθυμος, ον, (θυμός) ferox.

ἀγριοκάρδαμον, ου, τό, nasturtium agreste, herba Iberis Paul. Aeg. 3, 77. Aetio dicitur καρδαμίνη, 12, 12.

ἀγριοκάρυον, τό, nux sylvestris. Hesych.

ἀγριοκήπιον, ου, τό, (κῆπος) hortulus incultus, *dubia lect.* ap. Strab. 12, p. 821. p. ἀγροκ.

ἀγριοκοκκύμηλα, ων, τά, pruna agrestia. Diosc. 1, 175.

ἀγριοκρόμμυον, ου, τό, cepa agrestis. Schol. Aristoph. Plut. 283.

ἀγριόμηλα, ων, τά, (μῆλον) mala sylvestria.

ἀγριόμορφος, ον, (μορφή) qui adspectu agresti et truculento est, ferinam faciem habet. Orph. Arg. 997.

ἀγριομυρίκη, ης, ἡ, myrica agrestis, s. sylvestris.

ἀγριόμωρος, ον, (μωρός) ferociter, rustice stultus.

ἀγριοπήγανον, ου, τό, (πήγανον) ruta agrestis, Hesych.

ἀγριοπηγοί, ῶν, οἱ, (πήγνυμι) carpentarii, plaustrorum artifices: qui ex quibusvis agrestibus lignis opera conficiunt.

ἀγριοποιός, όν, (ποιέω) ferum reddens, feritatem inducens. Ap. Aristoph. Ran. Aeschylus vocatur ἀγριοποιός, quoniam heroas induceret in scenam feros et inmanes.

ἀγριορίγανος, ου, ὁ, origanum sylvestre.

ἀγριόρνιθες, ων, αἱ, (ὄρνις) gallinae ferae.

ἀγριόρροδον, ου, τό, (ῥόδον) *saliunca*, herba de qua Plin. 21, 7.

ἄγριος, ία, ον, vel ἄγριος, ον, (ἀγρός) ruri degens, agrestis; inde *ferus* de animalibus. Hom. σῦς, αἶγες, ἄγρια πάντα, fera animalia omnis generis. Il. 5, 52. Sic etiam de herbis, opp. hortensibus, rusticus i. q. ἄγροικος, Mosch. 5, 13. 2) metaph. de moribus hominis dicitur *ferus*, *ferox*, immanis, immitis, atrox. opp. πρᾶος Xen. ἄγριον ἦθος, Eur. θυμός, χόλος, μένος. Hom. ἄγρια εἰδώς, Il. 24. 41. Inde etiam de rebus: πόλεμος, μῶλος. ἀγρία ἄτη. Il. 19. 88. Apud Atticos ἄγριος dicitur ut ἄγροικος de eo, qui urbanitatem nec novit, nec ferre potest, incultus, horridus, agrestibus moribus. Aristot. Eth. 4. vel etiam de eo, qui est nimius in aliqua re, praesertim in amore, ἄγριοι, paederastae. Schol. Arist. Nub. 348. ἄγριοι ἔρωτες, effrenatae indomitaeque cupiditates. Plat. Phaed. p. 81. A. Aliter tamen etiam ἄγριος, difficilis, crudelis, amasius dicitur, qui flecti nescit, v. Valck. ad Theocr. 2, 54. Transit praeterea vox in varios significatus, qui omnes ex feritatis notione explicari possunt, ut αἰχμητὰς ἀγρ. Hom. bellator atrox s. fortis; ἄγριον ἕλκος, Theophr. ulcus quod late grassatur, totum corpus corrumpit; τὰ ἄγρια, terra inculta. (Ap. Homerum secunda syllaba producitur Il. 22, 313. nisi mavis credere trochaeum a poeta admissum esse; cf. Spitzner de versu Gr. heroico p. 85 sq.)

ἀγριοσέλινον, ου, τό, (σέλινον) apium sylvestre.

ἀγριοσταφυλίς, ίδος, et ἀγριοστάφυλις, ιος, ἡ, (σταφυλίς) uva agrestis, s. sylvestris.

ἀγριοσύνη, ης, ἡ, (ἄγριος) feritas, immanitas, saevitia, inhumanitas et duritia.

ἀγριότης, ητος, ἡ, idem et ab eod.

ἀγριόφαγρος, ὁ, species quaedam φάγρου feri. Opp. Hal. 1, 140.

ἀγριόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ (φρήν) mente ferox.

ἀγριόφυλλον, ου, τό, (φύλλον) peucedanum. Plin. 25, 9.

ἀγριόφωνος, ον, (φωνή) feram et immanem vocem habens.

ἀγριοχηνάρια, ων, τά, (χήν) anserculi feri.

ἀγριόψυχος, ον, ferox, saevus.

ἀγριοψωρία, ας, ἡ, (ψώρα) scabies saeva. v. ἄγριος sub. fin.

ἀγριόχοιρος, ", porcus ferus. Wessel. ad Diod. T. 2. p. 645.

ἀγριόω, ώσω, (ἄγριος) agreste, vel ferum reddo, exaspero. ἠγριωμένος, efferatus, perf. part. pass.

ἀγρίππος, ου, oliva sylvestris, oleaster. *Lacon.* Suid.

Ἀγρίσκα, ης, ἡ, Epith. Minervae. Lycophr. 1152, i. q. ἀγρία.

ἀγρίφη, ης, ἡ, ligo, bidens, rastrum. Suid. v. ἀγρεῖφνα.

ἀγριώδης, ες, ferus, feritatem prae se ferens.

Ἀγριώνιος, ὁ cognomen Bacchi. Plut. Anton. 14. τὰ Ἀγριώνια, solenne, Baccho celebrari solitum apud Orchomenos. Plut. Hell. 7.

ἀγριωπός, όν, (ὤψ) qui vultu fero est, impudens, insolens, saevus, horribilis.

ἀγρίως, *adv.* fere, immaniter, duriter, aspere. ἀγριωτέρως, *comp.* Plato.

ἀγριώτης, ου, ὁ, fem. -ῶτις. i. q. ἀγροιώτης. *Aeol.* Sappho fr. 21. 42. Aristoph. Thesm. 58. v. l. Theocr. 25, 23. nunc legitur ἀγροιώταις pro ἀγριώταις, vide tamen ἄγριος versus fin.

ἀγριωτός, ή, όν, (ἀγριόω) efferatus.

ἀγροβότης, ἀγροβώτης, ου, ὁ, (βόσκω) qui in agris pascit, degit. Soph. Ph. 214.

ἀγρογείτων, ονος, ὁ, (γείτων) vicinum agrum habens, accola.

ἀγρογενής, ές, (γίνομαι) rurigena.

ἀγρόδε, *adv.* rus, in agrum. Callim. fr. 26.

ἀγροδίαιτος, ον, (δίαιτα) in agro vitam agens, rusticam vivendi rationem sectans, agricola: rusticus, inscitus, illepidus.

ἀγροδότης, ου, ὁ, agrorum dator, ex ἀγρός et δότης; vel venationis dator, ex ἄγρα et δότης.

ἀγρόθεν, ἀγρόθε, *adv.* rure, ex agro,

ἀγρόθι, *adv.* ruri, in agro.

ἀγροικεύομαι, εύσομαι, (ἄγροικος) sum moribus agrestibus et rusticis.

ἀγροικία, ας, ἡ, rusticorum habitatio, ager, rus, villa. 2) inurbanitas, rusticitas, inscitia.

ἀγροικίζομαι, (ἄγροικος) rustice ago, vel loquor; ineptio. 2) morosus sum. Plut. Sull. 6

ἀγροικικός, ή, όν, rusticanus. Schol. Aristoph. in Ran. 1507.

ἀγροίκιος, ία, ον, agrestis. Diod. Sic. 1, 43.

ἀγροῖκος, ου, ὁ καὶ ἡ, ruri habitans, rusticus.

ἄγροικος, ου, ὁ καὶ ἡ, imperitus, illepidus, inurbanus. (Sic enim accentum ponendum esse hac signif. docent Grammatici)

ἀγροικοτέρως, subrustice.

ἀγροικότονος, ον, agreste sonans. Aristoph.

ἀγροίκως, *adv.* rustice. 2) imperite.

ἀγροιώτης, ου, ὁ, f. -ῶτις, (ἀγρός) homo rusticus, pastor.

ἀγροιωτικός, ή, όν, rusticanus. Athen. VII, 17.

ἀγροκήπιον, ου, τό, hortulus in agro. cf. ἀγριοκήπιον.

ἀγρόκομος, ου, ὁ, (κομέω) villicus. ἀγρόκομος, ον, qui agri curam gerit. Joseph. Ant. 5, 9, 2.

ἀγροκύδοιμος, ον, (κυδοιμός) qui in agris tumultuatur.

ἀγρολέφος, ον, in agris eminens, Opp. Cyn. 1, 417.

ἀγρόμενος, η, ον, part. praes. med. pro ἀγειρόμενος, vel. part. aor. 2. med. vide ἀγείρω.

ἀγρόνδε, *adv.* in agrum.

ἀγρονομία, ας, ἡ, (ἀγρονόμος) agri suburbani administratio s. distributio, magistratus τοῦ ἀγρονόμου.

ἀγρόνομος, ον, (νέμω) qui in agro pascitur, vitam in agro degens. 2) agrestis, ap. poet. ita ut altera compositi pars sine significatione adjecta sit, Soph. OR. 1102. πλάκες ἀγρόνομοι. Sic. Antig. 786. ἐν ἀγρονόμοις αὐλαῖς.

ἀγρονόμος, ον, (νέμω) in agro pascens, pastor, agricola, villicus. 2) Subst. ὁ magistratus Athenis administrans, quae ad rura suburbana pertinent. Arist. Pol. 6, 8.

ἀγρός, οῦ, ὁ, rus, ager, fundus, praedium, villa: fines, regio, ditio. 2) rusticitas.

ἀγροσύνη, ης, ἡ, captura. Athen. 7, 7.

ἀγρότερος, έρα, ερον, agrestis, ferus. Sed ἀγροτέρα Ἄρτεμις, Diana venatrix, montes et sylvas incolens. Hoc ab ἄγρα, illud ab ἀγρός.

ἀγροτήρ, ῆρος, ὁ, fem. ἀγρότειρα, ας, ἡ, rusticus, rustica.

ἀγρότης, ου, ὁ, fem. -ότις, ιδος, rusticus, rustica.

ἀγρότης, ητος, ἡ, rusticitas.

ἀγροτικός, ή, όν, rusticae rei studiosus.

ἀγροφύλαξ, ακος, ὁ, (φύλαξ) agri custos, saltuarius.

ἀγρυμένη, Apollonid. ep. 23. in Anal. 2. p. 138. part. praes. pass. ab ἄγρυμι i. q. ἀγρέω.

ἀγρυξία, ας, ἡ, (γρύζω, *hisco*) silentium, taciturnitas.

ἀγρυπνέω, ήσω, (ὕπνος) vigilo, noctem insomnem duco. 2) invigilo, vigili et attenta mente observo, lucubro, c. dat.

ἀγρυπνητήρ, ῆρος, ὁ, i. q. ἀγρυπνητής. Manetho.

ἀγρυπνητής, οῦ, ὁ, vel τήρ, τῆρος, ὁ, vigil, excubitor.

ἀγρυπνητικός, ή, όν, vigil, insomnis.

ἀγρυπνία, ας, ἡ, insomnia, vigiliae, pervigilium, lucubratio. (penult. producitur Opp. C. 3, 511.)

ἀγρυπνίς, ίδος, ἡ, festum quoddam, pervigilium Bacchi.

ἄγρυπνος, ον, insomnis, vigil.

ἀγρυπνώδης, ες, vigilias afferens.

ἀγρωτεύς, έως, ὁ, (ἀγρός) rusticus, Hesych.

ἀγρώσσω, (ἄγρα) venor, in venatu capio; dicitur et de piscatu. Od. 5, 53. Ap. seriores Med. usitatius.

ἀγρώστης, ου, ὁ, venator, operarius. 2) genus phalangii, ap. Nic. Ther.

ἀγρωστῖνος, ου, ὁ, venator. 2) rusticus. Ab ἄγρα, vel ἀγρός.

ἄγρωστις, ιος, ἡ, (ἀγρός) genus herbae, gramen. Od. 6, 90. εἰλιτενής Theocr. 13, 42.

ἀγρώστωρ, ορος, ὁ, (ἄγρα) venator.

ἀγρωτήρ, ῆρος, ὁ fem. ἀγρώτειρα, ας, ἡ, rusticus, rustica.

ἀγρώτης, ου, ὁ, (ἀγρός) ruricola, pastor.

ἀγυιά, ᾶς, ἡ, (ἄγω) *via*, tum in urbe: vicus, platea; tum in agro; semita, via regia. Inde locus publicus, Hom. et *in plur.* i. q. urbs. Metaph. ἀγυιὰ προγόνων, Pind. N. 7, 136. via majorum, i. e. exemplum. τέρεν αἷμα κλαδασσόμενον δι' ἀγυιῶν. Empedocl. ubi intelliguntur venae. (⏑ – –. Sed testibus Etym. M. v. εἷς, p. 305. Eustath. ad Od. 1, 325. p. 1651. Dracone Strat. p. 19, 20. in Ion. dial. et antiqua Atthide proparoxytonon fuit, sicut ὄργυια, correpta ultima; atque sic scribitur in edd. Homeri, jubente metro, unico loco Il. 20, 245. At verisimile est, ubique ita scribendum esse ap. Hom. Vide Spitzner de versu heroico p. 31.)

ἀγυιαῖος, ον, i. q. ἀγυιεύς. Soph. fr.

ἀγυιάτης, ου, ὁ, fem. ἀγυιᾶτις, ιδος, ἡ, i. q. κωμήτης, vicinus. Σεμέλα Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις, Pind. Pyth. 11, 2. 2) Athenis hoc cognomine appellabatur Apollo, viarum praeses; cujus cultus inde ab Eurip. Ion. 186. dicuntur ἀγυιάτιδες θεραπεῖαι.

ἀγυιεύς, έως, ὁ, columna acuminata ante fores sacra Apollini viarum in urbe praesidi. 2) cognomen Apollinis, qui viis praeesse credebatur. Eur. Phoen. 634.

ἀγυιοπλαστέω, (πλάσσω) in vico, via fingo, de avibus, v. g. hirundinibus, nidos ponentibus. χαλιάς. Lycophr. 601.

ἄγυιος, ον, (γυῖον) inarticulatus, carens membris: imbecillis, infirmus.

ἀγυιόω, ῶ, (ἀγυιά) *dub.*

ἀγυμνασία, ας, ἡ, exercitationis omissio, defectus: inertia, desidia.

ἀγύμναστος, ον, (γυμνάζω) inexercitatus, qui non est adsuetus exercere corpus.

ἀγυμνάστως, *adv.* inexercitate, imperite.

ἀγύναικος, ου, qui uxore caret, caelebs.

ἀγύναιος, ου, ὁ, idem. Maneth. 1, 173.

ἀγύνης, ου, ὁ, idem.

ἄγυνος, ου, ὁ, idem.

ἀγυρίζω, ίσω, idem et ab eodem. Hesych.

ἄγυρις, εως, ἡ, coetus, multitudo congregata. Aeol. pro ἀγορά.

ἀγυρισμός, οῦ, ὁ, congregatio, collectio.

ἄγυρμα, τό, i. q. τὸ ἀγειρόμενον.

ἀγυρμός, οῦ, ὁ, (ἄγυρις) coetus, turba. 2) circuitio colligendae stipis caussa, mendicitas. v. ἀγείρω, 2.

ἀγυρμοσύνη, ης, ἡ, coetus Opp. Cyn. 4, 251.

ἀγυρτάζω, άσω, (ἀγύρτης) congrego, cogo in unum, colligo, agyrtam, circulatorem ago.

ἀγυρτεία, ας, ἡ, (ἀγύρτης) circulatio, praestigiae, imposturae; mendicitas.

ἀγυρτέω, ήσω, praestigias exerceo. Athen. 6, 2.

ἀγυρτήρ, ῆρος, ὁ, fem. ἀγύρτρια, ας, ἡ, i. q. ἀγύρτης.

ἀγύρτης, ου, ὁ, (ἀγείρω) qui congregat ac cogit in unum. 2) circulator et praestigiator circumforaneus, mendicus, qui stipem colligit. Ruhnk. Tim. p. 10. Heind. Hor. Sat. 1, 2.

ἀγυρτικός, ή, όν, ad ἀγύρτην pertinens; futilis, mendax, vanus, de trivio.

ἀγυρτός, ή, όν, congregatus, collectus.

ἀγύρτρια, ἡ, circulatrix, mendica, v. ἀγυρτήρ.

ἀγυρτώδης, ες, more ἀγύρτου.

ἄγυψος, ον, non gypsatus. οἶνος Alex. Trall. 2. p. 145.

ἀγχ- vide ἀναχ- ut ἀγχάζω i. q. ἀναχάζω, ἀγχαλάω i. q. ἀναχαλάω, etc.

ἄγχαυρος, ον, (ἄγχι, αὔρα) — ἀγχοῦ ἤτοι πλησίον ἔχων τὴν αὔραν ut Suidas expl., aurae matutinae propinquus, diluculo vicinus. νύξ, Ap. Rh. 4, 111. dixit de extrema noctis parte. Subst. ὁ, mane gelidum ac pruinosum, diluculum, crepusculum.

ἀγχεῖος, εία, εῖον, (ἄγχι) propinquus, vicinus, Suid.

ἀγχέμαχος, ον, (ἄγχι et μάχομαι) cominuspugnans. 2) quo cominus pugnatur. ὅπλα, Xen.

ἀγχήρης, ες, (ἄρω) arcte compactus, vicinus.

ἄγχι *adv.* Comp. ἄγχιον, ἆσσον, Sup. ἄγχιστα. prope, juxta. c. gen. rarius c. dat. 2) brevi tempore, mox. Od. 19, 301. 3) In similitudine adhibuit Pind. N. 6, 16. pro ὥσπερ. — (Superl. ἀγχίτατος, Appian.)

ἀγχίαλος, ον, vel ἀγχιάλη, (ἅλς) mari vicinus. Hom. νῆσος ἀγχίαλος vocatur Salamis Sophocli Aj. 134. Peparethus Hom. hymn. Apoll. 32. Tenedos Q. Calabro 13, 467. et aliae insulae Aeschylo Pers. 890. quod epitheton interpretatur Lobeckius ad Ajac. l. l. de insula non longe a continente remota, altera autem parte in latum mare prospiciente. Sed ἀγχίαλος in omnibus his locis nil aliud significare videtur, nisi *cui vicinum est mare*, i. e. circumfluus, ἀμφίρυτος. Neque enim Lobeckiana interpretatio cum situ omnium insularum, quae vocantur ἀγχίαλοι, potest conciliari.

ἀγχιβαθής, ές, (βάθος) vicinus profundo, qui prope fundum est: 2) prope littus, vel ripam profundus. Od. 4, 413. θάλασσα.

ἀγχιβαίνω, ήσομαι, prope accedo.

ἀγχιβασία, ας, ion. —η actio propius accedendi. Heraclit. Suidae I, 43. 154.

ἀγχιβατέω, ήσω, (βαίνω) prope accedo.

ἀγχιβάτης, ου, ὁ, qui propius accedit.

ἀγχιβαφής, ές, (βάπτω) Nonn. Dion. 15, 412.

ἀγχίγαμος, ον, nuptiis propinquus. Nonn. Dion. 48, 1252.

ἀγχίγειος, ον, (γῆ) terrae nostrae vicinus; conterminus, propinquus.

ἀγχιγείτων, ον, valde propinquus, valde vicinus.

ἀγχίγυος, ον, (γύα) arvis nostris vicinus; vicinus.

ἀγχίδικος, ον, appropinquans δίκη. Theologum. arithm. p. 38.

ἀγχιθάλασσος, *Att.* ἀγχιθάλαττος, ον, (θάλασσα) vicinus mari, maritimus.

ἀγχιθανής, ές, (θνήσκω) morti vicinus, semimortuus.

ἀγχίθεος, ον, propinquus, s. similis Deo. Hom.

ἀγχίθρονος, ον, (θρόνος) sedem alteri propinquam habens.

ἀγχίθυρος, ον, (θύρα) propinquus foribus: vicinus, proximus.

ἀγχικέλευθος, ον, (κέλευθος) qui prope viam est.

ἀγχικέραυνος, ον, fulmini vicinus. Q. Sm. 4, 49. Anal. Br. 3, 226.

αἰ Dor pro εἰ. Ap. Hom. non occurrit, nisi cum inclitica κε conjunctum, αἴ κε et αἴ κεν, Dor. αἴκα. (⏑⏑) c. conj. 1) *si, si forte, si modo*, i. q. ἐάν. Od. 8, 496. 2) *num, forte, ob etwa, ob vielleicht*, cum quadam metus, sollicitudinis vel desiderii significatione. ἐσθλὸν γὰρ Διὶ χεῖρας ἀνασχέμεν, αἴ κ' ἐλεήσῃ, Il. 24, 301. Sic Od. 1, 379. 2, 144. etc. Conjungitur etiam cum aliis particulis αἴ κε . . . γε, Od. 5, 169. 22, 167. αἴ κεν δή, Od. 8, 496. αἴ κε μή, Il. 16, 32. 18, 97. αἴ κε . . . περ, Il. 17, 121. αἴ κέ ποθι, Od. 1, 379 al. αἴ κέν πως, Il. 16, 725. al. Disjunctim legitur αἰ δέ κε Od. 12, 53. 163. Theocr. 1, 10: Rarissime invenitur αἴ κε *cum optativo*, Il. 7, 387. ubi aliena referuntur verba. Od. 13, 389. αἴ κέ μοι ὣς μεμαυῖα παρασταίης, ubi Thierschius Gr. gr. p. 508. corrigit αἴθε. Pro αἴκε τύχοιμι Il. 5, 279. 7, 243. et αἴ κε γνοίη Il. 24, 688. Wolfius nunc recepit τύχωμι et γνώῃ. Corrigendus etiam videtur locus Od. 24, 217. Thierschio l. l., nec immerito.

αἶ, *Interj.* 1) vox admirantis, vituperantis, dolentis. c. acc. αἶ τὸν Ἄδωνιν. 2) *utinam*, signum desiderii. Hac potestate Homerus semper αἲ γάρ, αἲ γὰρ δή dicit, pro quo Attici εἰ γάρ, vel εἰ γάρ. Dor. et Aeol. simplex αἰ usurpant. – αἲ γὰρ ἔχοιμεν sc. ἐθέλοι, Od. 7, 313.

αἶ, *Interject.* heu! eheu!

ἀΐ, *Aeol.* pro ἀεί.

αἶα, αἴης, ἡ, *Ion.* pro γαῖα, terra. Hom. nunquam in plur. adhibet.

αἴαγμα, τος, τό, (αἰάζω) luctus, gemitus. Eur. Ph. 337. Alc. 873. Hel. 186.

αἰάζω, άξω, (αἶ) heu dico, lamentor, gemo, ingemisco. 2) *act.* c. acc. lugeo. Eur. Med. 1350.

αἰακτός, ή, όν, (αἰάζω) defletus: gemitu dignus, lamentabilis, luctuosus. Ar. Ach. 1193.

αἰαλοί, οἱ, qui duas sorores in matrimonio habent. Phavor.

αἰανής, ές, (αἶ, αἰνός) gravis, molestus, acerbus, luctuosus. 2) (ἀεί) perpetuus. Herm. Aj. 657.

αἰανός, ή, όν, idem Soph. El. 605. Blomf. ad Pers. 935.

αἰανῶς, *adv.* perpetuo. 2) graviter. Aesch. Eum. 675.

αἰαστής, οῦ, ὁ, (αἰάζω) qui αἶ αἶ clamat, ejulat. Nic. fr. 2, 31. αἰαστῇ Ὑακίνθῳ de flore cujus foliis αἶ αἶ inscriptum est, v. Voss ad Virg. Ecl. 3, 63. Alii αἰαστῇ pro dat. fem. adj. αἰαστός habent, v. sub ὑάκινθος.

αἰβοῖ *vox dolentis seu indignantis*, heu! hei! 2) *admirantis*, papae!

αἶγα, ἡ, i. q. αἴξ, capra. Valck. Ammon. p. 230.

αἰγάγρος, i. q. αἴγαγρος, sed forma maxime dubia, v. Bast. ad Gregor. p. 699.

αἴγαγρος, ου, ὁ, ἡ, (αἴξ, ἄγριος) caper vel capra sylvestris.

αἰγανέα, ας, ἡ, (αἴξ) *Ion.* αἰγανέη, *quod est in usu*, jaculum, spiculum, tragula. cf. Damm. Lex. p. 945.

αἶγδην, (ἀΐσσω) *adv.* subito, impetuose. (α producitur, Ap. Rh. 2, 826.)

αἰγέη, ης, ἡ, (αἴξ) pellis caprina.

αἰγειοπράτης, ου, ὁ, qui pelles caprinas vendit. Olympiodor. in Plat. Gorg.

αἴγειος, ον, vel ειος, εία, ειον, (αἴξ) caprinus: e pelle caprina. Il. 3, 247. Od. 24, 230.

αἰγείπυρος, ου, ὁ, (αἴξ, πυρός) herbae nomen quasi caprae triticum. Forma susp. p. αἰγίπ. v. Lobeck post Phryn. p. 686.

αἰγείρινον, ου, τό, (αἴγειρος) unguentum populeum.

αἰγείρινος, η, ον, e ligno populi nigrae confectus.

αἴγειρος, ου, ἡ, populus nigra, alnus.

αἰγειροτόμος, ου, ὁ, populorum succisor.

αἰγειροφόρος, ον, i. q. αἰγείρους φέρων. Max. Tyr. 29, 7.

αἰγειρών, ῶνος, ὁ, locus populis nigris consitus. Strabo 16.

αἰγελάτης, ου, ὁ, (αἴξ, ἐλαύνω) caprarius, caprarum agitator.

αἴγεος, έα, ον, idem quod αἴγειος. Od. 9, 196.

αἰγιάζω, i. q. περὶ αἰγῶν λαλῶ. poeta inc. ap. Suid. et AB. p. 353.

αἰγιάλειος, ον, (αἰγιαλός) in littore habitans.

αἰγιαλεύς, έως, ὁ, (αἰγιαλός) in littore degens.

αἰγιαλίτης, ου, ὁ, littoreus: in littore habitans.

αἰγιαλῖτις, ιδος, ἡ, (αἰγιαλίτης) littorea: quae in littore habitat.

αἰγιαλός, οῦ, ὁ, (ἄγνυμι, ἀκτή) littus, ora maritima.

αἰγιαλώδης, ες, (αἰγιαλός) littoreus.

αἰγιβάτης, ου, ὁ. (αἴξ, βαίνω) capras saliens. Nicarch. Ep. 8, 6. Jacobs Anth. Pal. p. 759.

αἰγίβοσις, εως, ἡ, (βόσις) pascuum caprarum.

αἰγίβοσκος, ον, (βόσκω) capras alens sc. terra.

αἰγιβότης, ου, ὁ, (βότης) capras pascens, pastor caprarum.

αἰγίβοτος, ον, (βόσκω) a capris depastus, Od. 4, 606. capris pascendis aptus.

αἰγίδιον, ου, τό, capella, haedus. Dimin. ab αἴξ.

αἰγιδοειδής, ές, (αἰγίς) aegidis formam habens. Lob. Parerg. Phryn. p. 681.

αἰγιθαλός, οῦ, ὁ, parus, avis quaedam. Dicitur et αἰγίθαλλος, Ar. Av. 889. et αἰγιθαλής.

αἴγιθος, ου, ὁ, salus, avis quaedam. Arist. h. a. 9, 16, 1.

αἰγίκνημος, ον, (κνήμη) crura caprina habens.

αἰγικορεύς, έως, ὁ, (κορέννυμι) caprarius, qui capras satiat et pascit: cujusvis pecoris pastor. *usitatum plurale* αἰγικορεῖς, tribus Atheniensium.

αἰγίλιψ, ιπος, ὁ, ἡ, praealtus. Epitheton scopuli. Hom. Ex αἴξ, *capra* et λείπω, *linquo, quasi ad cujus fastigium pervenire caprae nequeant; sive ex* ἀΐξ, *procella.* Hesych. *quem fluctus et procellae attingere nequeunt.*

αἰγίλος, ου, ἡ, (αἴξ) herba quaedam capris grata.

αἰγιλώπιον, τό, Dim. ab αἰγίλωψ, vitium oculi, ulcus in interno oculi angulo.

αἰγίλωψ, ωπος, poet. οπος, (αἴξ, ὤψ) vitium oculi capris familiare. 2) festuca, avenae quoddam genus. 3) herba, quae hordeum enecat. 4) arboris glandiferae genus.

αἴγινθος, et αἰγιοθος, ου, ὁ, i. q. αἴγιθος, nomen avis. Opp. Ixeut. 2, 14.

αἰγινόεις, εσσα, εν, (αἴξ) capris abundans. var. lect. h. Hom. in Pan. 12.

αἰγινομεύς, έως, ὁ, pastor caprarum.

αἰγινομος, capras pascens. v. αἰγονόμος.

Αἰγινοπώλης, ου, ὁ, i. q. παντοπώλης. Schol. Pind. Ol. 8, 28.

αἰγίοχος, ον, (αἰγίς, ἔχω) aegida gestans, seu habens. Jovis Epith.

Αἰγίπαν, ανος, ὁ, Pan semicaper, qui caprino fuisse corpore fingitur: *lat.* Silvanus.

αἰγιπόδης, ου, ὁ, capripes.

αἰγίπους, οδος, ὁ, ἡ, pedibus caprinis praeditus.

αἰγίπυρος, ου, ὁ, herbae nomen, quasi caprae triticum. Theocr. 4, 24. Theophr. h. pl. 2, 9. dicitur et αἰγόπυρος.

αἰγίς, ίδος, 1) ἡ, (ἀΐσσω) *a*) *Aegis*, scutum Jovis, a Vulcano fabricatum; quod interdum etiam Minerva et Apollo gestant. Il. 5, 738. seq. *b*) tempestas, qualis oriri solebat, quum Jupiter aegida concuteret. 2) (αἴξ) *a*) pellis caprina, vestimentum ex pelle caprina, munimentum pectoris. *b*) quod meditullio pini arboris, s. πεύκης innascitur, Theophr. h. pl. 3, 10. *c*) vitium quoddam oculi. (Grammat. Hermanni p. 427. tradit genitivum Att. esse αἰγῖδος.)

αἰγίσκος, ου, ὁ, caper juvenis, hoedus. Dimm. ab αἴξ.

αἰγλάεις, εσσα, εν, Dor. pro αἰγλήεις, contr. αἰγλᾶς ἀντος.

αἰγλάζω, splendeo, fulgeo. Maneth. 4, 264.

αἴγλη, ης, ἡ, fulgor, splendor: gloria, claritas.

αἰγλήεις, ήεσσα, ῆεν, (αἴγλη) fulgens, splendidus, coruscus. Dor. αἰγλάεις, contr. αἰγλᾶς.

αἰγλήτης, ου, ὁ, qui fulgorem s. splendorem emittit, Epith. Apollinis.

αἰγλοβολέω, i. q. βάλλω αἴγλην. Manetho 4, 188.

αἰγλοφανής, ές, (φαίνομαι) cum splendore apparens.

αἰγοβάτης, ου, ὁ, i. q. αἰγιβάτης.

αἰγόβοσκος, ον, (βόσκω) caprarius, pastor caprarum. v. αἰγίβοσκος.

αἰγιβότης, ου, ὁ, v. αἰγιβότης.

αἰγογενής, ές, (γένος) caprigena, e genere caprino.

αἰγοδίωξ, (διώκω) capras persequens.

αἰγόδορος, ον, (δορά) e pelle caprina. Opp. p. Hal. 5, 356.

αἰγοθήλας, ου, ὁ, (θηλή) caprimulgus, avis quaedam. *Nachtschwalbe.*

αἰγόκερας, ατος, τό, foenum Graecum, quod semen habet corniculis simile.

αἰγοκερεύς, έως, ὁ, et αἰγοκέρως, ω, cornibus caprinis praeditus, Epith. Panis. 2) ὁ, capricornus, *der Steinbock.*

αἰγοκέφαλος, ον, capriceps, caprinum caput habens. 2) ὁ, avis quaedam.

αἰγόλεθρος, ου, ὁ, (ὄλεθρος) herba capris noxia, forsitan *azalea pontica*.

αἰγομελής, ες, (μέλος) membra caprina habens, pedibus caprinis. Orph.

αἰγονομεύς, έως, ὁ, caprarius, pastor caprarum.

αἰγονόμιον, ου, τό, grex caprarum: pascuum caprarum.

αἰγονόμος, ου, ὁ, (νέμω) caprarius. 2) locus qui capris pascua suppeditat.

αἰγόνυξ, υχος, ὁ, ἡ, (ὄνυξ) ungulas caprinas habens, i. q. αἰγώνυξ. Jac. A. P. p. 760.

αἰγοπίθηκος, ὁ, simia caprina. Philostorg. h. e. 3, 11.

αἰγόπλαστος, ον, (πλάσσω) formatus ut capra. Sphaera Empedocl. 139.

αἰγοπόδης, ου, ὁ, (πούς) capripes.

αἰγοπρόσωπος, ον, caprinam habens faciem.

αἰγόπυρος, ὁ, i. q. αἰγίπυρος.

αἰγοσκελής, ές, (σκέλος) cruribus caprinis praeditus.

αἰγοτριχέω, ήσω, (θρίξ) caprarum in morem hirtus sum.

αἰγότριψ, ιβος, (τρίβω) a capris calcatus s. frequentatus. Dion. Hal. Epit. 19, 12.

αἰγοφάγος, ον, (φαγεῖν) caprivorus, capras comedens.

αἰγόφθαλμος, ον, oculos habens caprinos.

αἰγοψιός, οῦ, ὁ, (γύψ) vultur.

Αἰγυπτιάζω, f. άσω, Aegyptios imitor: vafre me gero, ut Aegyptii. 2) solis calore adustus sum, ut Aegyptii. 3) inundatus sum, sicuti Aegyptus a Nili aqua inundari solet. Philostr. p. 851.

Αἰγυπτιογενής, ές, et Αἰγυπτογενής, Aegyptius. Aesch.

Αἰγύπτιος, ία, ιον, Aegyptius.

Αἰγυπτιόω, Aegyptium facio, nigrum reddo. Hesych.

Αἰγυπτιστί, dolose, more Aegyptiorum. 2) lingua Aegyptiaca.

Αἰγυπτίως, *adv.* more Aegyptio. Dion. p. 374.

Αἴγυπτος, ου, ἡ, Aegyptus. 2) ὁ, Nilus fluv. ap. Hom.

αἰγωλιός, οῦ, ὁ, ulula, avis quaedam nocturna. *dub. lect.*

αἰγών, ῶνος, ὁ, (αἴξ) caprile.

αἰγώνυξ, υχος, ὁ, ἡ, (ὄνυξ) ungulas caprinas habens.

αἰγώνυχον, τό, herba, quae et λιθόσπερμον, Dioscor. 3. 158.

αἰγωπός, οῦ, ὁ, (ὤψ) habens oculos caprinos.

Ἀΐδας, Dor. pro Ἀΐδης, Ἅιδης. (⏑⏑–)

αἰδεῖο, imperat. praes. verbi αἰδέομαι, contr. ex αἰδέεο Il. 24, 503.

αἰδέομαι, έσομαι, poet. έσσομαι, aor. 1. pass. ᾐδέσθην, (αἰδώς) veneror, revereor, timeo, metuo, pudet me, verecundor: non audeo: placor, injuriam remitto. *Constr.* c. acc. pers. etc. inf. (Fut. αἰδήσομαι olim male lectum Od. 14, 388. pro αἰδέσσομαι.)

αἰδέσιμος, ον, venerabilis, reverentia dignus, honestus: dignus, qui exoret s. misericordiam moveat: inviolatus, intactus. 2) act. pudicus. Ael. h. a. 2, 25.

αἰδεσιμότης, ητος, ἡ, veneratio.

αἴδεσις, εως, ἡ, veneratio, reverentia: venia, misericordia.

αἰδεστικός, ή, όν, pudicus, Sch. Eur. Hip. 345.

αἰδεστικῶς, *adv.* pudenter.

αἰδεστός, ή, όν, reverentia dignus.

ἀΐδηλος, ον, (α priv., ἰδεῖν) non conspicuus, tenebricosus, arcanus: inexspectatus. 2) e conspectu tollens, exitialis. Buttm. Lexil. p. 247.

ἀϊδήλως, (ἀΐδηλος) *adv.* obscure, ut conspectus adimatur. 2) exitiose. Il. 21, 220.

αἰδημονέω, ήσω, (αἰδήμων) verecundus sum, verecundiam servo.

αἰδημόνως, *adv.* verecunde, pudenter. Ab eodem. Xen. Symp. 4, 58.

αἰδημοσύνη, ἡ, verecundia, pudicitia. Stob. ecl. ph. p. 106.

αἰδήμων, ον, (αἰδώς) verecundus, pudicus.

ἀϊδής, ές, (α pr., ἰδεῖν) qui cerni nequit, abolitus. Hes. Sc. 477. (⏑⏑–)

ἀΐδης, ὁ, Ion. p. Ἅιδης. (⏑⏑– Hom. –⏑– Trag.)

αἰδήσιμος, ον, i. q. αἰδέσιμος. Orph. Arg. 1335.

Αἰδήψιος, ία, ιον, Aedepsius, ab Aedepso, Euboeae urbe, quae quum celebris esset aeris et ferri metallis, Callim. fr. 51. Αἰδήψιον ἄορ dixit, pro ense ferreo.

ἀϊδιάζω, i. q. ἀϊδίζω. Epiphan. I. p. 633.

ἀϊδίζω, (ἀεί) perpetuo, Gl. Vet.

ἀΐδιος, ία, ιον, (ἀεί) perpetuus, aeternus. v. ἀείδιος. (–⏑⏑⏑)

ἀϊδιότης, ητος, ἡ, (ἀΐδιος) aeternitas.

ἀϊδίως, *adv.* sempiterne, in perpetuum.

ἀϊδνής, ές, et ἀϊδνός, ή, όν, (α pr. et ἰδεῖν) qui cerni nequit, tenebricosus, occultus: niger, κῆρες ἀϊδναί, Orph.

αἰδόθεν, *adv.* ex inferis. Athen. 13, 8.

αἰδοιϊκός, ή, όν, (αἰδοῖον) ad inguen pertinens.

αἰδοίϊος, poet. pro αἰδοῖος.

αἰδοῖον, ου, τό, (αἰδώς) inguen, veretrum. τὰ αἰδοῖα, pudenda.

αἰδοῖος, οία, οῖον, venerabilis, venerandus. 2) verecundus. *Superl.* αἰδοιέστατος. *Comp.* αἰδοιότερος, αἰδοιέστερος, Dion. Per. 172.

αἰδοιώδης, ες, (αἰδοῖον) formam inguinis habens.

αἰδοίως, *adv.* cum reverentia.

αἴδομαι, revereor, v. αἰδέομαι. Hom.

αἶδος, εος, τό, idem quod αἰδώς.

Ἄϊδος, Ἄϊδι gen. et dat. epicus pertinens ad Ἀΐδης, ab obsoleto Ἄϊς. Hom. Hinc Ἄϊδόσδε, *adv.* ad inferos. εἰς Ἀΐδοσδε, idem. ἐν Ἄϊδος, sc. οἴκῳ, apud inferos. (⏑⏑⏑, rarius –⏑⏑)

αἰδοσύνη, ἡ, i. q. αἰδώς. AB. 354.

ἀϊδοφοίτης, ου, ὁ, (ἀΐδης, φοιτάω) qui ad inferos ventitat.

αἰδόφρων, ον, (αἰδώς, φρήν) verecundus.

ἀϊδρείη, ας, ἡ, Hom. et ἀϊδρία, (ἄϊδρις) inscitia, imprudentia.

ἀϊδρήεις, ήεσσα, ῆεν, inscius, imprudens. Nicand.

ἄϊδρις, εως, ὁ, ἡ, (ἴδρις) ignarus, inscius, imperitus, c. *gen.*

ἀϊδροδίκης, ου, i. q. ἀϊδρόδικος.

ἀϊδρόδικος, ον, *proprie*, justitiae nescius. 2) perniciosus, saevus.

ἀΐδρυτος, ον, (α pr. et ἱδρυτός) instabilis, i. q. ἀνίδρυτος. (⏑⏑–⏑)

ἀϊδρῶς, (ἄϊδρις) *adv.* imperite.

ἀΐδυλος, ύλη, υλον, audax. Hesych. Suid. Etym.

Ἀΐδων, ωνος, i. q. Ἅιδης.

Ἀϊδωνεύς, έως, Ion. ῆος, longior forma nominis Ἀΐδης, Ἅιδης, Pluto. Hom. Aesch. Seriores correpta ω versus necessitate adducti finxerunt casus obliquos Ἀϊδονῆος, ῆϊ, ῆα, prima producta. Ἀϊδωνεύς Antip. Sid.

αἰδώς, όος, *contr.* οῦς, ἡ, pudor, verecundia. 2) reverentia, veneratio, observantia. 3) pudenda.

ἀϊδῶς, (ἀϊδής) *adv.* invisibiliter: modo incomprehensibili.

αἰεί, Ion. et poet. pro ἀεί. Compositam cum αἰει – quaere sub ἀει –, ut αἰειγενέτης vide ἀειγενέτης.

αἰέλιοι, οἱ, iidem qui αἴαλοι.

αἰέν, Ion. et poet. pro ἀεί. *Sic et in Compos.* αἰενάων i. q. ἀενάων, semper fluens. Hes. Op. 550.

αἰένυπνος, ον, i. q. ἀείυπνος, semper dormiens. epith. mortis, vel mortui, apud Suid. Soph.

αἰέλουρος, ὁ, ἡ, Ion. pro αἴλουρος. Herodt. Arist.

αἰές, Dor. pro ἀεί.

αἰετός, οῦ, ὁ, Ion. et poet. pro ἀετός, Hom. et Trag. – *Adj.* αἰετόεις, εσσα, εν, ad aquilam pertinens, aquilinus. Opp. *Adv.* αἰετηδόν, more aquilarum.

αἰζήεις, εσσα, εν, i. q. αἰζηός. Athen. 4, 183.

αἰζήϊος, ου, ὁ, (αἰζηός) juvenilis. Hes. Sc. 408.

ἀΐζηλος, ον, i. q. ἀΐδηλος, ἄδηλος, ἀφανής, qui conspici nequit. Sic nunc ex Gramm. testimoniis legitur Il. 2, 318. pro ἀρίζηλον. cf. Buttm. Lexil. p. 252.

αἰζηός, οῦ, ὁ (rad. ζάω, ζέω) juvenis, qui robore juvenili viget. Il. 2, 660.

αἰηνής, ές, Ion. pro αἰανής.

αἴητος, ον, πέλωρ αἴητον dicitur Vulcanus Il. 18, 410. quod diverso modo explicant. vid. Buttm. Lexil. p. 233. sq. Idem vocabulum esse videtur atque ἄητος, vehementer spirans, inde in universum: vehemens, magnus.

αἰητός, ὁ, Dor. pro ἀετός, αἰετός, aquila. Boeckh. ad Pind. P. 4, 4.

αἰθαλέος, έα, έον, cineritius sc. color. A seq.

αἰθάλη, ης, ἡ, (αἴθω) fuligo, favilla.

αἰθαλής, ές, i. q. αἰθαλέος.

ἀϊθαλής, ές, i. q. ἀειθαλής. Orph. h. 7, 13. 12, 1. ubi olim edebatur αἰθαλής. v. Ruhnk. ad Tim. p. 28, b. (–⏑⏑–)

αἰθαλίτης, ου, ὁ, fumosus, fuliginosus.

αἰθαλίων, ωνος, ὁ, calore solis gaudens, Epith. cicadarum. Theocr. 7, 138. Potest etiam explicari: solis ardore adustus, subnigro colore.

αἰθαλόεις, εσσα, εν, (αἰθάλη) fuliginosus, cinereus, κόνις αἰθαλόεσσα, cineres. Il. 18, 23. in cinerem conversus, μέλαθρον Πριάμοιο, Il. 2, 415. 2) (αἴθω) ardens. κεραυνός, Hes. Th. 72. αἰθαλόεσσα φλόξ, Aesch. Pr. 1000. ardens flamma, fulmen.

αἰθαλοκομπία, ας, ἡ, (αἰθάλη, κομπέω) vani jactantia, magniloquentia. Sch. Ar. Suid. sub ψολοκομπία.

αἴθαλος, ον, fuliginosus. Nic. Th. 659. 2) Subst. ὁ, fuligo, i. q. αἰθάλη: ignis, flamma. Lycophr. 55. Eur. Hec. 905.

αἰθαλόω, ώσω, (αἰθάλη) uro, comburo: nigrefacio.

αἰθαλώδης, ες, fuliginosus, fumeus, obscurus: in favillas conversus.

αἰθάλωσις, εως, ἡ, Max. Tyr. 41, 4.

αἰθαλωτός, ή, όν, (αἰθαλόω) ustus, combustus.

αἶθε, Dor. pro εἴθε, utinam. Frequens ap. Hom., conjungitur cum ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε, Il. 1, 415.

αἰθερεμβατέω, ήσω, (αἰθήρ, ἐμβατέω) per aethera incedo. vid. ἀεροβατέω.

αἰθέριος, ον, vel αἰθέριος, ία, ον, aethe-

rius, coelestis : frigidus, *χιὼν αἰθερία.*

αἰθεριώδης, ες, aetherius.

αἰθεροβατέω, ήσω, idem quod αἰθεριμβατέω.

αἰθεροβόσκας, ου, ὁ, (βόσκω) in aethere pascens s. vivens. Diog. Laert. 6, 76. al. legunt αἰθεριβόσκας.

αἰθεροδρομέω, ήσω, curro per aetherem. Niceph. Sch. in Synes. p. 395. B.

αἰθεροδρόμος, ον, per aetherem currens.

αἰθεροειδής, ές, (εἶδος) aetheris formam habens.

αἰθερολαμπής, ές, lucidi aetheris, in aethere splendens. Manetho 4, 29.

αἰθερολογέω, ήσω, de aethere et rebus aetheriis loquor. Diog. L. 2, 5.

αἰθερολόγος, ον, de rebus aetheriis loquens, i. q. ἀστρολόγος. Diog. L. 2, 5.

αἰθερόνομος, ον, qui in aethere, (aut in altis locis) pascitur.

αἰθερονωμάω, in aethere moveor, versor. Maneth. 4, 25.

αἰθερόπλαγκτος, ον, (πλάζω) qui in aere vagatur, ut avis, vel coelo, ut stellae.

αἰθερώδης, ες, i. q. αἰθεροειδής. Diog. L.

αἰθήεις, εσσα, εν, (αἴθω) ex ustione niger: combustus.

αἰθήρ, έρος, ὁ, ap. Hom. et Pind. plerumque ἡ, (αἴθω) Aether, aer superior et purior, opp. ἀήρ, inde: coelum, domicilium deorum. Il. 15, 192. *Ζεὺς αἰθέρι ναίων*, Il. 2, 412. lumen coeleste, claritas, Il. 16, 300. 8, 556. 2) Ap. seriores; aer in universum, serenitas coeli, i. q. αἴθρη.

Αἴθινος, η, ον, (αἴθω) qui comburi potest, qui facile comburitur. Etymol. Hesych.

Αἰθιοπεύς, έως, ὁ, i. q. *Αἰθίοψ*. Ap. Rh. 3, 1192. Il. 1, 423.

Αἰθιοπίζω, more Aethiopum utor.

Αἰθιοπικός, ή, όν, Aethiopicus, λίθος, Herodt. Basaltes.

Αἰθιόπιος, ία, ιον, i. q. *Αἰθιοπικός*.

Αἰθιοπίς, ίδος, Aethiopica v. c. femina, lingua etc.

Αἰθίοψ, οπος, ὁ, (αἴθω, ὤψ) Aethiops. 2) fuscus.

αἴθοικες, ων, (αἴθω) pustulae in summa cute, ex igne vel aliunde. Hesych.

αἰθόλικες, idem et ab eodem. v. αἰθόλ. Erotian.

Αἰθοπία, ας, ἡ, cognomen Dianae. v. Jacobs ad Anth. 1, 1, p. 183.

αἶθος, εος, τό, (αἴθω) aestus, ardor, ignis, flamma. Eur. usurpat etiam αἶθος, ου, ὁ.

αἰθός, ή, όν, niger, ustus. 2) splendidus, ut ignis. Pind.

αἴθουσα, ης, ἡ, (αἴθω) porticus.

αἴθοψ, οπος, ὁ καὶ ἡ, (αἰθός, ὤψ) niger, rutilus, calidus, splendidus. 2) metaph. comedens, saevus. Hes. Op. 361. λιμός.

αἴθρα, ας, ἡ, Ion. et Att. αἴθρη, ης, ἡ, (αἰθήρ) aeris serenitas, suda tempestas: frigus.

αἰθρέω, ήσω, (αἴθρα) sub dio dego.

αἰθρηγενέτης, ου, ὁ, (αἴθρα, γίνομαι) in aethere natus: vel frigus et pruinam, vel etiam serenitatem inducens. Epith. Boreae. Hom.

αἰθρηγενής, ές, idem et ex iisdem.

αἰθρήεις, εσσα, εν, i. q. αἴθριος, Pherenicus Sch. Pind. Ol. 3, 28. Opp. Cyn. 4, 75.

αἰθρία, ας, ἡ, (αἰθήρ) aer sudus, serenitas, sudum. 2) serenitas nocturna. 3) ἐν αἰθρίᾳ, sub dio. (‒ ⏑ ‒, media longa Ar. Nub. 370.)

αἰθριάζω, άσω, (αἰθρία) sereno, serenum induco. 2) sub dio versor.

αἰθριάω, άσω, idem.

αἰθρινός, ή, όν, matutinus. Hesych.

αἰθριοκοιτέω, ήσω, (αἰθρία, κοίτη) sub dio cubo. Theocr. 8, 78.

αἴθριος, ον, (αἴθρα) serenus, sudus, apricus, clarus. 2) subdialis, qui est sub dio. 3) frigidus. 4) τὸ αἴθριον, *lat.* atrium. Joseph.

αἰθρίζω, (αἴθρα) sereno, Gl. Vet.

αἰθροβάτης, ου, ὁ, (βαίνω) qui in aere ambulat: funambulus. Maneth. 4, 271.

αἰθροβολέω, in aerem jacio. Maneth. 4, 274.

αἰθροδόνητος, ον, (δονέω) qui in aethere movetur. Maneth. 4, 298.

αἰθροπλανής, ές, in aethere errans. Maneth. 4, 586.

αἰθροπολεύω et -λέω, in aethere versor. Maxim. de Elect. 357. 483. Manetho 2, 383.

αἶθρος, ου, ὁ, (αἰθήρ) pruina, frigus matutinum

αἰθρός, οῦ, ὁ, ventus a serena parte coeli flans. Hesych.

αἰθροτόκος, ον, in aethere pariens. Maneth. 4, 339.

αἴθυγμα, τος, τό, (αἰθύσσω) fomes, suscitabulum: incitamentum: splendor.

αἴθυια, ας, ἡ, mergus, fulica. Od. 5. 337. 2) *metaph.* navis.

αἰθυιόθρεπτος, ον, (αἴθυια, τρέφομαι) epith. piscatoris, qui perpetuo in mari versatur, et e mari victum quaerit, ut mergi. Lycophr. 236.

αἰθυκτήρ, ῆρος, ὁ, (αἰθύσσω) violentus, impetuosus.

αἰθυλικώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, qui refert formam pustularum. Ab αἰθύλικες, id est, αἰθόλικες, quod vid.

αἴθυξ, υκος, Draco p. 28. fortasse: celeriter movens. v. αἰθύσσω.

αἰθύσσω, ξω, (αἴθω) celeriter moveo, quatio, concutio: suscito, ἐλπὶς αἰθύσσει φρένας, Bacchyl. 11. 2) *intr.* celeriter moveor, splendeo, corusco. Vide Compos. hujus verbi cum ἀνά, διά, κατά, παρά.

αἴθω, *in praes. tantum et impf. usit.*, uro, accendo, cremo; χόλον αἴθειν, iram accendere. 2) *Frequentius intrans.* ardeo, Soph. Aj. 286. fulgeo, splendeo.

αἴθων, ωνος, ὁ, (αἴθω) ardens, flagrans: comburendi vim habens. 2) splendidus, fulgidus, nitidus. 3) fervidus, agilis. 4) niger, seu rutilus, fuscus, fumo foedatus.

αἰκᾶ, Dor. pro εἴ κε, si, c. conj. cf. αἴ.

αἰκάλλω, αλῶ, blandior, adulor, adsentior. c. acc.

αἴκαλος, ου, ὁ (αἰκάλλω) adulator, adsentator. Hesych.

αἴκε, sic interdum editum est pro αἴ κε, quod vide sub αἴ.

αἰκεία, ἡ, i. q. αἰκία.

αἰκέλιος, ον, i. q. ἀεικέλιος, Theogn. 1344.

αἰκή, ῆς, ἡ, (ἀΐσσω) motus irruentis: motus violentus quivis, impetus.

αἰκής, ές, Hom. αἰκής, ές, Trag. i. q. ἀεικής. Adv. αἰκῶς, Il. 22, 336.

αἰκία, ας, ἡ, pros. pro ἀεικία, interdum αἰκία, (ἀεικής) indecentia; contumelia, indignum facinus, injuria. Dicitur praecipue de injuria, quae fit caedendo aut pulsando, αἰκίας δίκη, actio injuriarum ob verbera. Isocr. αἰκίας νόμος, lex de injuriis. αἰκίαν βλέπειν irato et minaci vultu esse. Ar. Av. 1670. 2) plaga, pulsatio, αἰκίῃσιν ἐρετμῶν, Opp. Hal. 4, 651. 3) dedecus, malum, infortunium. (‒ ⏑ ‒, Br. Ar. Eccl 663.)

αἰκίζω, ίσω, et αἰκίζομαι, contr. ex ἀεικίζω, indecenter tracto, contumelia afficio, *impr.* verberibus indigne afficio, pulso, mulcto, foede, misere tracto: virgis, supplicii causa caedo: supplicio afficio: mutilo, contumeliae causa, ut statuas: vexo miseriis omnibus: affligo, unde et de iis dicitur, qui gravius lugendo aliquem se ipsi male tractant, lacerant etc. *de regionibus*: devasto, depopulor.

αἰκίον, ου, τό, (αἰκία) laesio, damnum. f. l. Herodot. 5, 89.

αἴκισμα, τος, τό, idem quod sequ.

αἰκισμός, οῦ, ὁ, (αἰκίζω) contumelia; verbera, pulsatio: flagellatio et mutilatio.

αἰκιστής, οῦ, ὁ, (αἰκίζω) qui contumelia afficit, pulsat, vexat.

αἰκιστικός, ή, όν, ad pulsandum proclivis, contumeliosus.

αἰκιστός, ή, όν, contumelia affectus, vexatus. *var. lect.* Soph. Ant. 206.

αἰκίστρια, ας, ἡ, quae pulsat.

αἶκλον, ου, τό, vespertina coena, δεῖπνον ap. Lacedaemonios.

αἰκτήρ, ῆρος, ὁ, impetuosus. Opp. Pisc. 1, 171.

ἄικτος, ον, (α priv. et ἱκνέομαι) inaccessus, ingens.

αἰκῶς, *adv.* indecenter, turpiter, contumeliose: pro ἀεικῶς, quod suo loco videndum. cf. αἰκής.

αἴλινος, ον, lugubris, molliter et miserabiliter lugens. Soph. Aj. 627. 2) *Subst.* ὁ, cantus lugubris. (Derivatur a nom. propr. Λίνος et αἶ. Pausan. 9, 29. 3.) — Hinc *Adv.* αἴλινα, flebiliter, lugubriter. Call. Apoll. 20.

αἰλούριος, ου, ὁ, (αἴλουρος) radix quaedam, qua cati vescuntur.

αἰλουρόμορφος, ον, (αἴλουρος, μορφή) cati seu felis formam habens.

αἴλουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, felis, catus. 2) piscis quidam. Diosc. 2, 29. 3) mustela, ap. seriores.

αἷμα, τος, τό, sanguis, cruor. 2) caedes, homicidium. 3) consanguinitas: genus, nati, posteri. Non dicitur pro μάχαιρα, Herm. El. 1386.

αἱμαγωγός, όν, sanguinem educens Dioscor. 3, 137.

αἱμακορίαι, et αἱμακουρίαι, (αἷμα, et κορέννυμι) parentatio, inferiae sanguine in sepulchro mortui profuso factae. Dor. et Boeot.

αἱμακτός, ή, όν, (αἱμάσσω) sanguinolentus.

αἱμαλέος, ία, ίον, idem.

αἱμαλωπίς, ίδος, ἡ, color sanguineam speciem habens, vel sanguineus. A seq.

αἱμάλωψ, ωπος, ὁ, (αἱμαλέος, ὤψ) cruenta suffusio, praesertim in oculis. 2) cui oculi sunt cruentati. *It. adjective*, sanguineus, ut χυμὸν αἱμάλωπα, Aretaei p. 49. B.

αἱμαπότης, ου, ὁ, i. q. αἱμοπότης.

αἱμάς, άδος, ἡ, sc. φλέψ, vena. Soph. Ph. 697.

αἱμασιά, ᾶς, ἡ (αἱμός) dumus, dumetum, Od. 18, 359. 24, 224. sepes e dumis facta: septum quodlibet: etiam maceria, s. murus e lapidibus temere congestis sine luto aut calce constructus. Herodt. 1, 180.

αἱμασιώδης, ες, (αἱμασιά) ad modum maceriae structus.

αἱμάσσω, Att. αἱμάττω. f. ξω, cruento;

lacerando sanguinem elicio, vulnero, occido. 2) sanguinem fundo, cruentus sum. ᾑμαγμένος, cruentatus, perf. part. pass.

αἱμαστρόφος, ον, sanguineus. Ath.

αἱματεκχυσία, ας, ἡ, (αἷμα, ἔκχυσις) sanguinis effusio. Hebr. 9, 22.

αἱματηρός, ρά, ρόν, sanguinolentus, cruentus.

αἱματηφόρος, ον, cruentus: necem afferens.

αἱματία, ας, ἡ, jus nigrum, apud Lacedaemonios usitatum, Plut. Lycurg. 12.

αἱματίζω, ίσω, sanguinem elicio, vulnero.

αἱματικός, ή, όν, sanguineus, e sanguine oriens, sanguine praeditus.

αἱμάτινος, ον, idem, sed rar.

αἱμάτιον, ου, τό, sanguiculus, exiguus sanguis. Dimin. ab αἷμα, M. Ant. 5, 4.

αἱματίτης, ου, fem. αἱματῖτις, ιδος, sanguinarius, sanguini similis, e sanguine factus. λίθος αἱματίτης, haematites lapis. φλὲψ αἱματῖτις s. αἱματῖτις absol. vena. χορδὴ αἱματῖτις, Sophil. Athen. 3. p. 485. Schw. farta sanguine.

αἱματοειδής, ές, sanguini similis, praeditus colore sanguinis. Diod. Sic.

αἱματόεις, εσσα, όεν, cruentus: purpureus.

αἱματολοιχός, ὁ, (λείχω) sanguinem lambens. Aesch. Ag. 1487.

αἱματοποιέω, in sanguinem converto, sanguinem facio. Alex. Tral. 8. p. 432.

αἱματοποιητικός, ή, όν, sanguificandi vim habens, sanguificus.

αἱματοποσία, ας, ἡ, et αἱμαποσία, ας, ἡ, (πίνω) potatio sanguinis. Porphyr. Stob. Ecl. ph. p. 1024. ubi al. MSS. αἱμαποσία legunt.

αἱματοποτέω, sanguinem poto.

αἱματοπότης, vel -πώτης, ου, ὁ, sanguinem bibens. αἱματοπώτιδες ἄρκτοι, Manetho. 4, 616.

αἱματοῤῥοέω, sanguine flo. Sch. Biseti ad Ar. Lys. 204.

αἱματοῤῥοία, ας, ἡ, profluvium sanguinis.

αἱματοῤῥόφος, ον, (ῥοφέω) sanguinem sorbens. Soph. AB. p. 362.

αἱματόῤῥυτος, ον, (ῥέω) sanguine fluens. Eur. Iph. A. 1514.

αἱματοσταγής, ές, (στάζω) sanguine stillans. Ar. Ran. 474. Aesch. Theb. 842. Ag. 1318. Eum. 366.

αἱματοσφαγής, ές, (σφάζω) sanguine caesorum cruentatus. Aesch. Pers. 813.

αἱματόφυρτος, ον, (φύρω) sanguine permixtus, sanguinolentus.

αἱματοχαρής, ές, (χαίρω) sanguine gaudens, sanguinarius.

αἱματοχάρμης, ου, ὁ, i. q. αἱματοχαρής. Anastas. Ep. 107.

αἱματόω, ώσω, cruento, cruore, seu sanguine inficio. 2) interficio. 3) in sanguinem verto.

αἱματώδης, ες, sanguinolentus, sanguineus, cruentus.

αἱματωπός, οῦ, ὁ, (ὤψ) sanguineum adspectum habens, Eur. Ph. 877.

αἱμάτωσις, εως, ἡ, (αἱματόω) quasi sanguificatio.

αἱματώψ, ῶπος, i. q. αἱματωπός.

αἱμηπότης, ου, ὁ, (πίνω) sanguinis potor. Ion. pro. αἱματοπότης. Apollon. de adverb. p. 602.

αἱμηρός, ά, όν, idem quod αἱματηρός.

αἱμνίον, ου, τό (αἷμα) vas, quo excipitur sanguis. Sic. Od. 3, 444. alii legebant pro ἀμνίον.

αἱμοβαρής, ές, (βάρος) sanguine gravis. Opp. hal. 2, 603.

αἱμοβαφής, ές, (βάπτω) sanguine tinctus, cruentus. Soph. Aj. 219.

αἱμοβόρος, ον, (βορά) sanguivorus. Adv. -όρως) Theocr. 24, 18.

αἱμοδαιτέω, (δαίς) carnem cruentam epulor. Theophr. ap. Porphyr. de Abstin. 2, 8.

αἱμοδίψος, ον, (δίψα) sanguinem sitiens.

αἱμοδόχος, ον, (δέχομαι) sanguinem recipiens.

αἱμόδωρον, ου, τό, genus herbae. falsa lect. Theophr. h. pl. 8, 8. pro λιμόδωρον.

αἱμοκέγχρον, ου, τό, (κέγχρος) quidquid in sanguinis e faucibus profluvio induit κέγχρον, Hippocr.

αἱμομίκτης, ου, ὁ, (μίγνυμι) qui suo sanguine miscetur, incestus, incestuosus.

αἱμοπότης, ου, ὁ, et αἱμοπώτης, ου, ὁ, Lycophr. 1403. potor sanguinis, v. αἱματοπότης et αἱμηπότης.

αἱμοπτυϊκός, ή, όν, (πτύω) sanguinem exspuens.

αἱμοῤῥαγέω, ήσω, (ῥήγνυμι) sanguinis eruptione opprimor, sanguinem sponte erumpentem emitto.

αἱμοῤῥαγής, ές, sanguinis eruptione oppressus, sanguinem stillans.

αἱμοῤῥαγία, ας, ἡ, sanguinis eruptio.

αἱμοῤῥαγικός, ή, όν, ad sanguinis eruptionem pertinens.

αἱμόῤῥαντος, ον, (ῥαίνω) sanguine conspersus.

αἱμοῤῥοέω, ήσω, (ῥέω) sanguinis profluvio laboro.

αἱμοῤῥοια, ας, ἡ, fluxus sanguinis, sanguinis profluvium.

αἱμοῤῥοϊκός, ή, όν, ad profluvium sanguinis pertinens, id indicans s. adducens.

αἱμοῤῥοΐς, ΐδος, ἡ, haemorrhois, sanguinis fluxus, sc. per venas ani. *usitatius in plur.* 2) genus serpentum.

αἱμόῤῥοος, ον, *contr.* αἱμόῤῥους, sanguine fluens, profluvio sanguinis laborans: ἡ, se ina menstrua patiens. 2) serpens quaedam, cujus ictu ex toto corpore sanguis profluit. Nic. Ther. 282. sq. vocatur etiam αἱμοῤῥοΐς.

αἱμοῤῥοώδης, ες, sanguinis profluvii instar.

αἱμοῤῥυγχία, ας, ἡ, (ῥύγχος) rostri cruentatio: rostrum cruentum.

αἱμοῤῥυώδης, ες, plenus sanguine. ἧπαρ, Hippocr. 316.

αἱμορυγχία, ας, ἡ, idem. Hermipp. A. B. p. 362.

αἱμορυγχιάω vel αἱμοῤῥυγχιάω, rostrum cruentum habeo. Hesych.

αἷμος, ου, vel αἱμός, οῦ, ὁ, locus arboribus densus, dumus. unde αἱμασιά.

αἱμοσταγής, ές, (στάζω) sanguine stillans.

αἱμόσταγμα, τος, τό, stillatio sanguinis.

αἱμοφθόρος, ον, (φθείρω) sanguinem corrumpens. Hesych.

αἱμόφοβος, ον, sanguinem metuens: metuens sanguinis missionem.

αἱμοφόρυκτος, ον, (φορύσσω) sanguine inquinatus.

αἱμόφυρτος, ον, sanguine inquinatus. idem quod αἱματόφυρτος, quod vid.

αἱμοχαρής, ές, idem quod αἱματοχαρής, quod vide.

αἱμόχροος, ον, *contr.* αἱμόχρους, (χρόα) sanguinei coloris.

αἱμυλία, ας, ἡ, festivitas, lepor. Ab seq.

αἱμύλιος, ον, idem quod αἱμύλος.

αἱμύλλω, (αἱμύλος) decipio, vox ficta a. Sch. Ar. ad expl. nom. Χρεμύλος.

αἱμυλομήτης, ου, ὁ, blande decipiens, blanditiarum auctor. h. Hom. 2, 13. ubi immerito varia tentarunt critici.

αἱμύλος, ον, vel αἱμύλη, blandus, festivus, lepidus, affabilis; illiciens, blanditiis decipiens. Plat. Phaedr. 237. B.

αἱμωδέω, ήσω, (ὀδούς) dentibus stupeo, hebesco, sc. ex acidis aut acerbis cibis: dentium dolore afficior.

αἱμώδης, ες, (αἷμα) sanguine suffusus, aut mistus: sanguineus, sanguinem habens.

αἱμωδία, ας, ἡ, (αἱμωδέω) proprie suffusio sanguinis aut admistio sanguinis in saliva etc.: dolor dentium, vel stupor ac torpor.

αἱμωδιασμός, οῦ, ὁ, idem.

αἱμωδιάω, idem quod αἱμωδέω.

αἵμων, ονος, ὁ, peritus, guarus, i. q. δαήμων, Il. 5, 49. 2) (αἷμα) cruentus.

αἱμωπός, ον, idem quod αἱματωπός.

αἰναρέτης, ου, ὁ, (αἰνός, ἀρετή) male fortis, abutens fortitudine ad perniciem aliorum.

αἰνασία, ας, ἡ, vox vitiosa pro ἐνησία vel ἐνεσία. vid. Ern. ad Callimach. H. in Dian. 107.

αἴνεσις, εως, ἡ, (αἰνέω) laudatio, laus, assensus.

αἰνέτης, ου, ὁ, laudator.

αἰνετός, ή, όν, laudabilis, laude dignus.

αἰνέω, έσω, (epice ήσω) aor. 1. ᾔνεσα, perf. pass. ᾔνημαι, aor. pass. ᾐνέθην, laudo, approbo, comprobo, assentior, *de rebus et personis*, c. acc. commendo, τινί τι. Aesch. Choe. 709. 2) renuo, recuso, i. q. ἀναίνομαι, παραιτέομαι. Hes. Op. 641. 3) i. q. ἀγαπᾶν, contentum esse aliqua re, ferre, θήσσαν τραπέζαν αἰνέσαι, Eur. Alc. 2. 4) dico, narro, ὁ δεινὸν αἶνον αἰνέσας, Soph. Ph. 1380 o, qui prodigiosam fabulam narrasti. Aesch. Ag. 98 Hinc: promitto, ᾔνεσ' ἀνδρὶ πάντα, Eur. Med. 1157. ἃ δ' ᾔνεσάς μοι δεξιᾶς ἐμῆς θιγών, Soph. Ph. 1388. ἐπεί κεν ᾔνεσεν, Eur. Hipp. 1319.

αἴνη, ης, ἡ, laus.

αἴνημι, Aeol. pro αἰνέω. Hes. Op. 683.

αἰνητός, ή, όν, poet. id. quod αἰνετός.

αἴνιγμα, τος, τό, (αἰνίσσομαι) aenigma, obscurus sermo: occulta significatio alicujus rei.

αἰνιγματίας, ου, ὁ, i. q. αἰνιγματιστής.

αἰνιγματίζομαι, (αἴνιγμα) aenigmatice loquor, obscuro sermone utor.

αἰνιγματικός, ή, όν, aenigmaticus, obscurus. Adv. -κῶς.

αἰνιγματιστής, οῦ, ὁ, (αἰνιγματίζομαι) sermone aenigmatico et obscuro utens.

αἰνιγματώδης, ες, (αἴνιγμα) aenigmaticus, aenigmatice dictus vel scriptus, obscurus.

αἰνιγματωδῶς, *adv.* aenigmatice, per aenigmata, obscure.

αἰνιγμός, οῦ, ὁ, (αἰνίσσομαι) aenigma, sermo obscurus, adumbratus, alludens.

αἰνίζομαι, ίσομαι, i. q. αἰνέω. Hom.

αἰνικτήρ, ῆρος, vel αἰνικτής, οῦ, ὁ, qui obscure loquitur.

αἰνικτήριος, ον, aenigmaticus, obscure dictus.

αἰνικτηρίως, *adv.* aenigmatice, obscure.

αἰνικτός, ή, όν, aenigmaticus, obscurus.

αἰνίσσομαι, Att. αἰνίττομαι, f. ίξομαι, (αἶνος) obscure significo, occulto, s. aenigmatice innuo: alludo ad aliquid, etiam sensu reprehendendi et irridendi. *Etiam pas.*

αἰνοβάκχευτος, ον, (αἰνός, βακχεύω) graviter bacchans, terribili furore percitus.

αἰνοβίας, *Ion.* αἰνοβίης, ου, ὁ (αἰνός, βία) immani robore et vi praeditus, strenuus, fortis.

αἰνόγαμος, ον, (αἰνός, γάμος) infelici, item incesto matrimonio junctus. 2) adulter, furtivis amoribus deditus.

αἰνογένειος, ον, (αἰνός, γένειον) terribiles malas habens.

αἰνοδότειρα, ας, ἡ, (αἰνός, δότειρα) dirorum malorum datrix.

αἰνόθεν, (αἰνός) *adv.* a re gravi. αἰνόθεν αἰνῶς, Il. 7, 97. ἐκ δεινοῦ δεινῶς expl. Apollon. Lex. i. e. gravissime, maxime horribiliter.

αἰνόθρυπτος, ον, (αἰνός, θρύπτομαι) perdite delicatus, valde mollis, luxu diffluens. anceps lect. Theocr. 15, 27. al. οἰνόθρ.

αἰνολαμπής, ές, terribiliter fulgens, ut gladius, galea.

αἰνόλεκτρος, ον, (λέκτρον) idem quod αἰνόγαμος.

αἰνολέτης, ου, ὁ, (αἰνός, ὄλλυμι) grave exitium inferens.

αἰνολεχής, ές, (λέχος) idem quod αἰνόλεκτρος.

αἰνολέων, οντος, ὁ, (αἰνός, λέων) saevus ac formidabilis leo.

αἰνόλινος, ον, (λίνον) infelix, infaustus, de filo Parcarum.

αἰνόλυκος, ου, ὁ, (αἰνός, λύκος) horrendus ac saevus lupus.

αἰνομανής, ές, (μαίνομαι) gravi et immani furore percitus.

αἰνόμορος, ον, (αἰνός, μόρος) infelix, miserandus, gravi cum fortuna conflictans. Il. 22, 481.

αἰνοπαθής, ές, (αἰνός, πάσχω) gravia patiens. Od. 18. 200

Αἰνόπαρις, ιδος, ὁ, exitiosus Paris i. q. Δύσπαρις. Eur.

αἰνοπατήρ, έρος, ὁ, parens infelix. Aesch.

αἰνοπέλωρος, ον, (αἰνός, πέλωρ) valde monstrosus, immanis.

αἰνοπλήξ, ῆγος, ὁ, ἡ, (αἰνός, πλήττω) graviter percutiens.

αἰνόποτμος, ον, (πότμος) infelix, saevi fati homo.

αἶνος, ου, ὁ, apologus, fabula: proverbium: dictum quodlibet, narratio: 2) laus, oratio laudatoria, collaudatio, assentio.

αἰνός, ή, όν. Ion. et poet. pro δεινός, (de etymologia vide Buttm. Lexil. p. 255.) vehemens, gravis, terribilis, horrendus. χόλος, κότος, μένος, Homer. 2) miser, miserabilis, aerumnosus, infelix. μόρος, Il. 18, 465. 3) *act.* vehemens, crudelis, durus. αἰνότατε Κρονίδη, Il. 4, 25.– *Adv.* αἰνά, valde, vehementer.

ἄϊνος, ον, (ἴς, ἰν) sine fibris. (⏑–⏑)

αἰνότης, ητος, ἡ, (αἰνός) i. q. δεινότης.

αἰνοτόκεια, ας, ἡ, (αἰνός, τίκτω) quae male peperit, mater infelix. Mosch. 4, 27.

αἰνοτεκής, ές, i. q. αἰνοτόκος. Nonn. Dion. 48, 428.

αἰνοτόκος, ον, *vel* cum gravi dolore pariens, *vel* infeliciter, h. e. malos, infelices liberos pariens.

αἰνοτύραννος, ὁ, tyrannus infelix.

αἴνυμαι, capio, aufero, prenso. *c. acc. et gen.*

αἰνῶς, *adv.* graviter, horrende, valde.

αἴξ, αἰγός, ἡ, vel ὁ, (ἀΐσσω) capra, caper. 2) signum coeleste. 3) αἶγες, fluctus, Artemid. 2, 12.

ἀΐξ, ἄϊκος, ἡ, et *plur.* ἄϊκες, (ἀΐσσω) impetus *pr.* bellici in conflictu acierum: ventorum reflatus et conflictus: motus violenti, impetus, fluctus.

αἰξωνεία, ας, ἡ, maledicentia.

αἰξωνεύεσθαι, maledicere, maledictum esse. v. *Αἰξωνεύς*.

Αἰξωνεύς, vel Αἰξονεύς, έως, ὁ, (duplici enim modo scribitur in lapidibus vett.) qui est e populo Atticae Aexonensi. Αἰξωνή enim pagus erat Cecropidis tribus; cum vero Aexones propter calumniandi et maledicendi libidinem male audirent, quilibet maledicus, calumniator et Sycophanta inde dictus est Αἰξωνεύς et Αἰξωνεύεσθαι. Plat. Lach. p. 253. F. ed. Laemar. ἵνα μή με φῇς ὡς ἀληθῶς Αἰξωνέα εἶναι, quae sunt verba Lachetis, e pago Aexone oriundi. Cf. Ruhnk. ad Tim. p. 15. AB. p. 355, 31.

αἰολάω, et αἰολέω, f. ήσω, (αἰόλλω) vario, variego; fallo. 2) verto, volvo; ango, terreo. *Med.* angor animo.

Αἰολεύς, έως, ὁ, Aeolius *Adj.* Αἰολικός, ή, όν.

αἰολίζω, f. ίσω, (αἰόλος) vario, variego. versute ago 2) (Αἰολεύς) Aeolum more loquor.

αἰολιστί, et αἰολικῶς, Aeolum more: Aeolice.

αἰόλλησις, ἡ, (αἰολέω) variegatio: cita conversio.

αἰόλλω, celeriter moveo, versor, Il. 20, 27. 2) moveo animum alicujus, terreo. 3) variego, varium reddo. Med. varius, versicolor sum vel fio. ὄμφακες αἰόλλονται, variegantur. Hes.Sc. 399. Vide αἰολάω, αἰόλος,

αἰολόβουλος, ον, (αἰόλος, βουλή) versutus in consiliis, callidus.

αἰολοβρόντης, ου, ὁ, *Dor.* αἰολοβρόντας, (αἰόλος, βροντή) qui velocia tonitrua excitat, apud Pindar.

αἰολόδεικτος, ον, (αἰόλος, δείκνυμι) qui varias sui formas ostendit, variarum artium indagator. Orph. 7, 12. ubi vulgo αἰολόδικτε.

αἰολόδειρος, ον, (δειρή) versicolorem cervicem habens.

αἰολόδερμος, ον, (δέρμα) variam habens pellem.

αἰολόδωρον, ου, τό, donum ex variis rebus constans.

αἰολόδωρος, ον, (δῶρον) varia donans.

αἰολοθώρηξ, ηκος, ὁ, ἡ (θώραξ) vario i. e. pulchro thorace indutus: *vel* agilis, velox in thorace.

αἰολομήτης, ου, ὁ, (μῆτις) varius consiliis, astutus.

αἰολόμητις, ὁ, ἡ, i. q. αἰολομήτης,

αἰολομίτρης, ου, ὁ, (μίτρα) qui mitram varie ornatam gerit, mitram variegatam habens.

αἰολόμορφος, ον, (μορφή) multiformis.

αἰολόνωτος, ον, (νῶτον) variegatum, maculosum tergum habens.

αἰολόπεπλος, ον, (πέπλος) variegatis vestibus indutus.

αἰολοπτέρυξ, υγος, versicoloribus s. variegatis alis praeditus. *v. l. Athen.* 14, 2. *ubi al.* ἀελλοπτέρυξ.

αἰολόπωλος, ον, (πῶλος) velocem equum habens, vel maculosum. 2) bene equitans, equos agitans.

αἰόλος, η, ον, velox, mobilis, agilis, volubilis. πόδας αἰόλος, Il. 19, 404. i. q. πόδαργος, celeripes. 2) multicolor, varius, variegatus, versicolor. νύξ, nox stellis variegata et distincta. Soph. multiformis, multiplex, varius. *metaph.* mutabilis, inconstans, versutus, callidus: ambiguus, fallax, decipiens.

αἰολόστομος, ον, (στόμα) habens os varium: ambiguus, obscurus, perplexa loquens.

αἰολόφωνος, ον, (φωνή) varie sonans, variam vocem edens.

αἰολοχαίτης, ου, ὁ, (χαίτη) varios, i. e. crispos capillos habens.

αἰολόχρως, ωτος, (χρόα) varii coloris.

αἰονάω, ήσω, adspergo, perfundo, irrigo. *Ion. rec.*

αἰόνημα, τος, τό, humectatio, adspersio: liquor adspersus.

αἰόνησις, εως, ἡ, adspersio.

αἰπεινός, ή, όν, (αἰπύς) excelsus, in edito loco positus; superbus, altus: profundus.

αἰπήεις, ήεσσα, ῆεν, (αἰπύς) altus.

αἰπολέω, ήσω, (αἴξ, πολέω) sum pastor caprarum. 2) versor inter capras.

αἰπολικός, ή, όν, (αἰπόλος) caprariis usitatus, utilis; pastoritiae vitae deditus.

αἰπόλιον, ου, τό, grex caprarum. 2) pascuum caprarum.

αἰπόλιος, ου, ὁ, vel αἰγόλιος, avis quaedam, Artemid. 4, 58. 3, 66.

αἰπόλος, ου, ὁ, (αἴξ, πολέω) caprarius, pastor caprarum.

αἶπος, εος, τό, (αἰπύς) altitudo, celsitas: cacumen montis. 2) labor, difficultas, res ardua.

αἰπός, ή, όν, altus. epic. p. αἰπύς.

αἰπύδμητος, ον, (αἰπύς, δέμω) alte structus.

αἰπύκερως, ων, gen. ω, (κέρας) cornua alta gerens.

αἰπύλοφος, ον, (λόφος) celsos colles habens.

αἰπυμήτης, ου, ὁ, (μῆτις) consilia alta capiens, alta appetens: prudens, callidus: grandiloquus.

αἰπύνωτος, ον, (νῶτον) altus. Epith. urbis in alti montis dorso sitae.

αἰπύς, εῖα, ύ, altus, excelsus, in alto positus: profundus. 2) gravis, ingens, difficilis.

αἰπύτιος, ία, ιον, (αἰπύς) altus. Il. 2. 604. *al. pro nom. pr. accipiunt.*

αἶρα, ας, ἡ, malleus. 2) securis. 3) lolium.

αἱρεσιαρχέω, ήσω, (αἱρεσίαρχος) sum auctor sectae.

αἱρεσιάρχης, ου, ὁ, (αἵρεσις, ἄρχω) sectae auctor ac caput.

αἱρεσίαρχος, ου, ὁ, idem et ex iisdem.

αἱρεσιμάχος, ου, ὁ, ἡ, (αἵρεσις, μάχομαι) haereseos, s. sectae propugnator, qui pro secta pugnat. 2) qui sectas impugnat.

αἱρέσιμος, ον, qui capi potest.

αἱρεσιομάχος, ον, i. q. αἱρεσιμάχος. Philo de V. Mos. p. 606. C.

αἵρεσις, εως, ἡ, (αἴρω) actio tollendi, sublatio. Aristot.

αἵρεσις, εως, ἡ, (αἱρέω) actio capiendi, expugnatio. 2) optio, electio: animus, voluntas, propositum: institutum, vitae ratio: secta, dogma: contentio.

αἱρεσιώτης, ου, ὁ, (αἵρεσις) haereticus.

αἱρεσιῶτις, ιδος, ἡ, haeretica.

αἱρετέος, έα, έον, eligendus, suscipiendus.

αἱρέτης, ου, ὁ, fem. -έτις, ιδος, (αἱρέω) elector, electrix.

αἱρετίζω, ίσω, (αἵρεσις) deligo, optabile

duco, amplector. 2) amo, οἱ, ὁ et N. T. 3) sectae adhaereo.

αἱρετικός, ή, όν, factiosus, sectae auctor.

αἱρέτις, ιδος, ἡ, electrix.

αἱρετιστής, οῦ, ὁ, qui sectam aliquam suscepit, sectator etiam in politicis.

αἱρετός, ή, όν, (αἱρέω) eligendus prae aliis, optabilis, expetendus. 2) electus, delectus, creatus. αἱρετώτερον, potius.

αἱρέω, ήσω, aor. pass. ᾑρέθην, fut. 2. act. ἑλῶ, aor. act. εἷλον. ἑλεῖν. med. εἱλόμην, perf. Ion. ἀραίρηκα, ἀραίρημαι. capio, prehendo, corripio, occupo. φῶτας, πόλιν, νῆας: Hom. χόλος, δέος, ἵμερος, αἱρεῖ με, capit me; ὕπνον αἱρῶ i. q. ὕπνος αἱρεῖ με, Hom. 2) vinco, supero, vel bello vel coram judicio. αἱρεῖν τὴν γραφήν, superiorem evadere in causa. 3) convinco, τινά τινος: subigo, interficio, tollo: perdo aliquem; capio, propitium vel amicum mihi reddo, c. acc. II.) Med. αἱρέομαι, mihi capio, eligo, capesso, volo, opto; pluris facio, antepono, τί τινος, τὶ ἀντί τινος, τι πρό τινος, τι μᾶλλον ἤ τι: sectam aliquam sequor, τὰ τῶν Ῥωμαίων vel τοὺς Ῥωμαίους. III.) Intrans. αἱρεῖ λόγος, ratio evincit, Plato de Rep. X. p. 607. B. ibique Ast. p. 621. γνώμη, Herodt. 7. 41.

αἱρησιτείχης, ες, (αἱρέω, τεῖχος) murorum, urbis expugnator. Lob. Phryn. p. 447.

αἱρικός, ή, όν, (αἶρα) loliaceus.

αἴρινος, ίνη, ινον, idem et ab eod.

αἱρόπινον, ου, τό, (αἶρα, πίνω) cribrum. Etymol. Hes. Suid. ex Aristoph.

ἄϊρος, ου, ὁ, infelix, miser Irus. Ex α notante κακόν, et Ἶρος, Irus. Od. 18, 73.

αἴρω, fut. ἀρῶ, contr. ex ἀείρω, f. ἀέρσω et ἀερῶ, aor. 1. act. ἄειρα, ἦρα. med. ἠράμην, inf. aor. 2. ἀρέσθαι. Ion. ἤειρα, ἠειράμην, aor. 1. pass. ἀέρθην, 3. sing. plusqpf. pass. ἄωρτο epice pro ἦρτο vel ἤερτο: I.) 1) tollo, attollo, sursum tollo, eveho: augeo rem, amplifico, collaudo: φωνήν, vocem tollere; ἀγκύρας, ancoras solvere; σημεῖον, signum dare: οἶνον ἀείρειν, Il. 6, 264. vinum tollere in poculo, aliique praebere. 2) tollo e medio, interficio. Soph. 3) affero, aufero, porto, gesto, fero. II.) med. moveo, excito: νεῖκος, δηϊοτῆτα ἀείρεσθαι, Theogn. 90. Ap. Rh. 4, 420.: mihi comparo, κῦδος, κλέος, τιμὴν ἀρέσθαι, gloriam, honorem sibi comparare, Hom. 2) suscipio, aggredior: ὅσσ᾽ Ὀδυσεὺς ἐμόγησε καὶ ἤρατο, Od. 4, 107. 3) efferor aliqua re, superbio, c. dat. 4) θυμὸν ἀρέσθαι, animum recipere. III.) Pass. ἄωρτο, 3. sing. plusqpf. ap. Epicos significat: suspensus erat, pendebat. IV.) Intrans. αἴρειν, de sole, oriri. Soph. Phil. 1331. ἄρας ἐπορεύετο, Plut. Luc. 26. castra movit et profectus est; sic ἄρας ἐκ Κρήτης, Apollodor. 3, 2, 1. Usitatius etiam αἴρειν dicitur de profectione navali, ut ἄραντες περιέπλεον, Thuc. αἴρειν βουλόμενος καὶ πλεῖν ἐπὶ τὸν Ἰσθμόν, Plut. ubi est: ancoras solvere; sed potest etiam in talibus suppleri τὰς ἀγκύρας, ut pertineant ad I, 1. αἴρειν ἐς κόρακας, in malum abire. Not. Poetae Attici, si brevi syllaba opus est, loco aor. primi, med. qui unus alioquin in usu est, utuntur iis aor. 2. med. modis, qui augmento carent et α corripiunt. Brunck. ad Soph. El. 34. Homerus utitur indicativo aor. 1. med., reliquis modis autem aor 2. med., nisi ubi omissum est augmentum: ἀρόμην. Contra ἠράμην nunquam occurrit (α corripitur in formis, quae augmento carent; sed in aor. 1. act. et med. semper producitur, e. g. Eur. Or. 3. Soph. Aj. 129.) (Aor. 1. rectius sine ι subscr. scribitur.)

αἰρώδης, ες, (αἶρα) lolio plenus, sive lolio permixtus, loliaceus.

ἄϊς, Nom. obsol. v. Ἄϊδος.

Αἶσα, ης, ἡ, Parca, quae suam cuique sortem, debitam cuique partem tribuit. Od. 7, 197. 2) nom. appellat. decretum, Διὸς αἶσα. fatum, sors, debita pars: portio. κατ᾽ αἶσαν, secundum sortem cuique destinatam, decenter; opp. ὑπὲρ αἶσαν. παρ᾽ αἶσαν, indecenter, injuste, praeter fatum. Hom.

αἴσακος, ου, ὁ, ramus lauri vel myrti. Plut.

αἰσάλων, ὁ, aesalon, accipitris species.

αἰσθάνομαι, f. αἰσθήσομαι, aor. 2. ᾐσθόμην, perf. pass. ᾔσθημαι, sentio, proprie sensu corporis: audio: sentio sensu quolibet: 2) mente percipio, intelligo, cognosco: scio. c. gen. et acc.

αἴσθημα, τος, τό, (αἰσθάνομαι) sensio, ipse sentiendi actus.

αἴσθησις, εως, ἡ, sensus: sensio, sentiendi actio, vel passio. 2) cognitio, notitia, intelligentia.

αἰσθητήριον, ου, τό, (αἰσθάνομαι) sentiendi instrumentum, sensorium: domicilium sensus. 2) intelligendi et judicandi facultas.

αἰσθητής, οῦ, ὁ, qui sentit, intelligit. Plato.

αἰσθητικός, ή, όν, sentiendi vim habens, sensu praeditus. 2) qui sentiri potest, qui in sensus cadit.

αἰσθητικῶς, sensibiliter, ut sentias.

αἰσθητός, ή, όν, sensibilis, qui sensu percipi potest.

αἰσθητῶς, adv. sensibiliter, ita ut sensu percipiatur.

ἀΐσθω, (ἄω) exspiro. θυμὸν ἄϊσθε, animam efflavit. Il. 20, 403. (υ––)

αἰσιμία, ας, ἡ, (αἴσιμος) quod decet, felicitas, Aesch. Eum. 994.

αἴσιμος, ον, vel αἰσίμη Hom. (αἶσα) fatalis, αἴσιμον ἦμαρ, Hom. 2. quod secundum fatum est, decens, quod est ex officio, bonus, aequus, pius, αἴσιμα φρεσὶν, Od. 23. 14.

αἰσιοποιῶ, obsecundo, secundo, prospere facio, Gl. Vet. αἰσιοποιηθήσεται, prosperabitur, Gl. Vet.

αἴσιος, ον, vel ια, (αἶσα) faustus, auspicatus, fortunatus, prosper, secundus. 2) justus.

αἰσιόω, ώσω, auspicatum, i. faustum reddo. 2) auspicium accipio.

αἰσίως, adv. fauste, auspicate, prospere. 2) decenter.

ἄϊσος, η, ον, (ἴσος) inaequalis, impar. (υ––)

ἀΐσσω, f. ἀΐξω, aor. 1. ἤϊξα, Att. ᾄσσω, ᾄττω, rectius sine ι subscr., f. ᾄξω, aor. 1. ᾖξα, (melius ἄξω, ἦξα) dicitur de motu quovis celere et vehementi, ruo, cum impetu feror. Hinc varie usurpatur: ingruo, irruo, erumpo, prosilio, me proripio; vagor, festino, impellor. Sic etiam in pass. ἐκ χειρῶν ἡνία ἠΐχθησαν, prosiliebant. 2) transit. celeriter moveo, cum impetu admoveo. χέρα, Soph. Aj. 40. cf. Herm. Vig. 739. Pors. Or. 1427. (––– Hom., υ–– Trag. Raro α ap. tragicos quoque producitur, ut Eur. Tro. 157.)

αἰστήρ, ῆρος, ὁ, (αἴθω) qui incendit. Opp.

ἄϊστος, ον, (α pr. et ἴσημι) de quo nihil sciri potest, obscurus, incertus: qui, quod de medio sublatus est, ideo conspici nusquam potest. 2) act. qui non videt, ignarus, c. gen. Eur.

ἀϊστόω, ώσω, ex adspectu tollo, facio ut conspici non possit, deleo, aboleo. Att. ἀϊστῶ, Soph. Aj. 515.

ἀΐστωρ, ορος, ὁ, ἡ (ἵστωρ) imperitus, inscius, ignarus.

ἀϊστωτήριος, ον, (ἀϊστόω) delens.

αἰσυητήρ, ῆρος, ὁ, idem quod αἰσυμνητήρ (ex quo et corruptum quidam putant.) Il. 24. 347. regius, praeclarus.

αἰσυλοεργός, ον, (αἴσυλος, ἔργον) qui nefaria perpetrat.

αἴσυλος, ου, vel. αἴσυλος, υλη, υλον, iniquus, nefarius, injustus, flagitiosus.

αἰσυμνάω, ήσω, (αἶσα) regno, impero, suam cuique αἶσαν, sortem, munium, seu provinciam attribuo. c. gen. Eur.

αἰσυμνητεία, ας, ἡ, (αἰσυμνήτης) regia potestas per electionem data. Aristot. Pol. 3, 11.

αἰσυμνητήρ, ῆρος, ὁ, certaminis praeses et curator. 2) rex: praeses magistratus.

αἰσυμνήτης, ου, ὁ, idem.

αἰσυμνῆτις, ιδος, ἡ, regina.

αἴσχισις, εως, ἡ, dedecoratio dub.

αἰσχίω, ίσω, (αἶσχος) dedecoro, infamo. dub.

αἴσχεμον, ον, (αἶσχος) turpis. Anal. III. p. 259. (epigr. adesp. 413, 5.) Schol. Soph. Aj. 1046. In Anal. l.l. varia lectio est αἰσχεήμων, recepta Brunckio. Sed utraque forma in analogiam peccat, et corruptum vocabulum esse videtur ex ἀσχήμων, cf. Pors. Phoen. 1622., quod etiam reposuit Lobeckius in Sch. Soph. l.l.

αἴσχιστος, η, ον, turpissimus, αἰσχίων, turpior. Ab αἰσχρός.

αἰσχίστως, adv. turpissime.

αἶσχος, εος, τό, turpitudo, foeditas, deformitas. 2) probrum, dedecus, infamia.

αἰσχραντράποδα, (αἰσχρός, ἀνδράποδον) famosa mancipia, Gl. Vet. dub.

[illegible]

αἰσχροεπέω, ήσω, (ἔπος) turpia loquor.

αἰσχροεπής, ές, (ἔπος) qui foeda loquitur.

αἰσχροεργέω, (ἔργον) turpiter ago.

αἰσχροκέρδεια, ας, ἡ, turpis quaestus studium.

αἰσχροκερδέω, ήσω, turpiter lucrum facio.

αἰσχροκερδής, ές, (κέρδος) deditus turpi lucro, turpis lucri cupidus, sordidus.

αἰσχροκερδία, ας, ἡ, idem, quod αἰσχροκέρδεια.

αἰσχροκερδῶς, adv. cum turpi lucro, faciendo turpe lucrum, turpiter adfectato lucro, studio turpis lucri. Ab αἰσχροκερδής.

αἰσχρολογέω, ήσω, (λόγος) foeda loquor.

αἰσχρολογία, ας, ἡ, turpitudo verborum, sermo turpis et obscoenus. 2) maledicentia foeda, exprobatio rerum foedarum.

αἰσχρολόγος, ον, turpia loquens, obscoenus.

αἰσχρόμητις, ὁ, ἡ, (μῆτις) turpia consilia capiens, ad foeda consilia descendens.

αἰσχρομυθέω, (μῦθος) turpia loquor.

αἰσχροποιέω, ήσω, (ποιέω) turpia (inpr. in Venere) facio. 2) act. foedum reddo.

αἰσχροποιΐα, ας, ἡ, foeda actio, turpe et flagitiosum facinus.

αἰσχροποιός, όν, turpia perpetrans: foedus: fellator, obscoenus.

αἰσχροπραγέω, ήσω, (πράττω) turpia ago.

αἰσχροπραγία, ας, ἡ, turpis actio.

αἰσχροπρόσωπος, ον, foedus ore, vultu, facie.

αἰσχροῤῥημοσύνη, ης, ἡ, foeda et turpis oratio. Ab sequ.

αἰσχροῤῥήμων, ον, (ῥῆμα) foeda loquens.

αἰσχρός, ά, όν, (αἶσχος) turpis, foedus, deformis. 2) inhonestus, probrosus. Compar. αἰσχρότερος et αἰσχίων. Superlat. αἰσχρότατος et αἴσχιστος.

αἰσχρότης, ητος, ἡ, (αἰσχρός) turpitudo, foeditas, obscoenitas, dedecus.

αἰσχρουργέω, ήσω, (αἰσχρουργός) idem quod αἰσχροποιέω.

αἰσχρουργία, ας, ἡ, foedum facinus, improbitas.

αἰσχρουργός, όν, (ἔργον) foeda patrans.

αἰσχρῶς, *adv.* turpiter, foede.

αἰσχύνη, ης, ἡ, (αἶσχος) pudor, verecundia. 2) ignominia, dedecus. 3) pudenda. (‒ ‒ ‒)

αἰσχυνομένως, *adv.* reverenter.

αἰσχυντηλία, ας, ἡ, verecundia, pudor nimius.

αἰσχυντηλός, ή, όν, (αἰσχύνη) verecundus, pudens, pudicus. 2) pudendus.

αἰσχυντήρ, ῆρος, ὁ, foeda perpetrans, ut adulter.

αἰσχυντηρός, ρά, ρόν, (αἰσχύνω) verecundus. Att. pro αἰσχυντηλός.

αἰσχυντία, ας, ἡ, pudor, verecundia. *dub.*

αἰσχυντός, ή, όν, pudendus: verecundus, pudicus.

αἰσχύνω, υνῶ, (αἶσχος) pudefacio, pudorem incutio. 2) infamo, dedecore adficio. 3) vitium offero, stupro. Hinc αἰσχύνομαι, pudeo, me pudet, revereor. Constr. c. acc., inf., part., ἐπί τινι.

αἴτας, Dor. pro αἴτης, quod vid.

αἶτε, Dor. pro εἴτε.

αἰτέω, ήσω, peto, postulo, posco, mendico. Constr. cum acc. pers. et rei, utroque etiam conjuncto. Od. 2, 387. *Med.* mihi peto, utendum vel mutuum posco, αἰτεῖσθαί τινα, τί τινα, τι παρά τινος. etiam c. inf. αἰτήσομαι δέ σ' οὐ μακρὸν γέρας λαβεῖν. Soph.

αἴτημα, τος, τό, (αἰτέω) petitio, postulatum, quod petitur.

αἴτημι, idem quod αἰτέω. Aeol.

αἴτης, ου, ὁ, (αἰτέω) mendicus.

ἀΐτης, ου, ὁ, amicus, qui amatur libidinose. Theocr. 12, 14. *Vox Thessalica.*

αἴτησις, εως, ἡ, petitio, postulatio.

αἰτητής, οῦ, ὁ, petitor, postulator.

αἰτητικός, ή, όν, qui amat petere.

αἰτητός, ή, όν, petendus, qui peti debet, vel potest.

αἰτία, ας, ἡ, causa, ratio, occasio: materia, Pind. N. 7, 16. 2) accusatio, crimen. αἰτίαν ἔχειν, *crimen habere*, accusari, reprehendi, Xen. Mem. 2, 8, 4. Oec. 3, 11. Aesch. Eum. 99. ἐν αἰτίᾳ εἶναι, reprehendi, Xen. Mem. 2, 8, 5. δι' αἰτίας ἄγειν τινά, accusare aliquem. Ael. Var. 9, 32, 2. ἐν αἰτίᾳ βάλλειν τινά, culpare, criminis arguere, Soph. OR. 656. Trach. 940. ἐν αἰτίᾳ τίθεσθαι, culpare. Philo Jud. Vol. I. p. 545. αἰτίας ἄξιος, reprehensibilis, reprehendendus. Xen. αἰτίαν ἐπιφέρειν τινί, Dem. ἐν αἰτίᾳ ποιεῖσθαι τινά, reprehendere, accusare aliquem. Inde 3) *causa*, lis, controversia. 4) αἱ αἰτίαι vocantur a philosophis causae rerum naturales, Aristot. Metaph. I, 4. Phys. 2, 7.

αἰτιάζω, άσω, accuso, culpo, reprehendo, in crimen adduco. i. q. αἰτιάομαι.

αἰτίαμα, τος, τό, criminatio, accusatio.

αἰτιάομαι, άσομαι, (αἰτία) caussam attribuo, adsigno, imputo, acceptum fero, caussor: criminor, accuso, culpo, incuso. Constr. τινά τι, τινά τινος, τινὰ περί s. κατά τινος, et c. acc. c. inf.

αἰτίασις, εως, ἡ, (αἰτιάζω) accusatio, querela, litis principium, conquestio, incusatio.

αἰτιατικός, ή, όν, criminatorius, accusatorius, accusativus. αἰτιατική sc. πτῶσις, Accusativus, sc. casus.

αἰτιατικῶς, accusatorie. 2) in Accusativo.

αἰτιατός, ή, όν, (αἰτία) ex alio tamquam ex caussa procedens, effectus. 2) qui pro caussa, s. ratione affertur: id cujus causa affertur, causatum.

αἰτίζω, ίσω, (αἰτία) peto, mendico. τινά τι.

ἀναφρίσσω, f. ξω, horreo pilis, horreo.

ἀναφροδισία, ας, ἡ, (Ἀφροδίτη) rerum venerearum contemtus, invenustas, inelegantia.

ἀναφρόδιτος, ον, non venereus, a re venerea alienus: invenustus.

ἀναφρονέω, f. ήσω, resipisco, ad sanam mentem redeo.

ἀναφροντίζω, f. ίσω, animo volvo, excogito.

ἄναφρος, ον, (ἀφρός) spumae expers, non spumans, non spumosus.

ἀναφυγή, ῆς, ἡ, (ἀναφεύγω) refugium, effugium. Aesch. Choe. 931.

ἀνάφυμι, idem quod ἀναφύω.

ἀνάφυξις, εως, ἡ, (ἀναφεύγω) effugium, perfugium.

ἀναφυράω, f. ήσω, idem quod seq.

ἀναφύρω, f. ῶ, commisceo, permisceo, confundo: inquino, foedo. (ῠ)

ἀναφυσάω, f. ήσω, sursum flo: sufflo, in-

flo: elatum reddo, ad superbiam attollo *med.* inflatus sum, superbio.

ἀναφύσημα, ατος, τό, inflatio: evaporatio, spiraculum. A praec. (ῡ)

ἀναφύσησις, εως, ἡ, inflatio; spiraculum. (ῡ)

ἀναφυσιάω, anhelo.

ἀνάφυσις, εως, ἡ, renascendi actio. Ael. h. a. 12, 18.

ἀναφύσσω, haurio, Nonn. Dion. 48. p 1202.

ἀναφυτεύω, f. εύσω, rursus sero, rursus planto.

ἀναφύω, f. ύσω, renasci facio: produco, emitto. ἀναφύομαι, recresco. Valck. Phoen. 647.

ἀναφωνέω, f. ήσω, alta voce pronuncio, exclamo, proloquor, pronuncio.

ἀναφώνημα, ατος, τό, exclamatio, pronunciatio rei alta voce.

ἀναφώνησις, εως, ἡ, idem.

ἀναφωτίς, ίδος, ἡ, (φῶς) fenestra, Nicet. ann. 4, 2.

ἀναχάζω, f. σω, (χάζω) recedere facio, reprimo, repello. 2) retrocedo, Xen. Multo frequentius hac signif. *med.*

ἀναχαίνω, f. ανῶ, (χαίνω, *irreg.*) hisco, dehisco, hio.

ἀναχαιτίζω, f. ίσω, (χαίτη, *juba*) ferocio, de equis: contumaciter efferor, in licentiam erumpo, contumacem me praebeo, parere recuso. 2) inhibeo, retro ago, reprimo.

ἀναχαίτισμα, τος, τό, actio cohibendi. Plut.

ἀναχαλασμός, οῦ, ὁ, (ἀναχαλάω) relaxatio.

ἀναχαλαστικός, ή, όν, relaxandi vim habens.

ἀναχαλάω, f. άσω, relaxo, remitto.

ἀναχαράσσω, f. άξω, denuo sculpo, rursum incido, sulcis ducendis scabrum, asperum reddo, ut limam: excito, efficio.

ἀναχάραξις, εως, ἡ, actio τοῦ ἀναχαράσσειν, exasperatio.

ἀναχάσκω, i. q. ἀναχαίνω, in praes. et impf.

ἀναχειρίζομαι, (χειρίζω) impedio: *tracto.*

ἀναχειροτονέω, Basil. epist. 150.

ἀναχελύσσομαι, (χελύσσω) exscreo, extussio. vid. χέλυς.

ἀναχέω, f. εύσω, (χέω, *irreg.*) refundo: infundo, perfundo: conturbo, moveo. *med.* infundor, diffundor.

ἀναχλαινόω, f. ώσω, (χλαῖνα) induo, vestio.

ἀναχλιαίνω, f. ανῶ, tepefacio, calefacio.

ἀναχνοαίνομαι, (χνόος) lanugine obsitus sum: primam lanuginem emitto.

ἀναχνοάω, (χνόος) primam lanuginem emitto.

ἀναχοή, ῆς, ἡ, (ἀναχέω) refusio, profusio.

ἀναχορεύω, f. εύσω, tripudio, salto, choreas ago: celebro cantu et choreis.

ἀναχόω, praes. antiq. ad ἀναχώννυμι.

ἀναχράομαι, i. q. διαχρ. v. l. Thuc. 1, 126.

ἀναχρέμπτομαι, extussio, per tussim emitto.

ἀνάχρεμψις, εως, ἡ, actio extussiendi.

ἀναχρώννυμι, f. ώσω, (χρώννυμι, *irreg.*) colore aliquo inficio, adfrico, adspergo labem.

ἀνάχρωσις, εως, ἡ, infectio, coloris quaedam communicatio; inunctio; contagium.

ἀνάχυμα, τος, τό, i. q. ἀνάχυσις.

ἀναχύρωτος, ον, (ἄχυρον) a paleis purus, non aceratus.

ἀνάχυσις, εως, ἡ, refusio: maris aestuarium navigabile: confusio: animi viriumque resolutio, mollities, hilaritas, petulantia.

ἀνάχωμα, ατος, τό, agger.

ἀναχωματισμός, οῦ, ὁ, aggeris exstructio.

ἀναχωμάτωσις, εως, ἡ, i. q. ἀναχωματισμός, Theophyl. 4. p. 115.

ἀναχωνεύω, f. εύσω, conflo; refundo.

ἀναχώννυμι, f. χώσω, (χώννυμι, *irreg.*) aggero, e terra congesta exstruo: fossam aut lacunam expleo.

ἀναχωρέω, f. ήσω, (χωρέω) retrocedo, redeo, revertor: *contr.* c. ἐκ vel *cum gen.* ἀνεχώρησαν μεγάροιο, Od. 22, 270. cedo alicui. 2) redeo ad pristinum dominum, Herodt. 6, 5. 3) decedo, v. c. magistratu; secedo in otium, solitudinem: ἀνακεχωρηκὼς τόπος, locus in secessu. 4) abhorreo ab aliqua re.

ἀναχώρημα, ατος, τό, (ἀναχωρέω) recessus, successus: locus, qui est in secessu.

ἀναχώρησις, εως, ἡ, recessus, secessus: reditus: receptus ex pugna et periculo: locus semotus, solitudo: locus perfugii, perfugium.

ἀναχωρητής, οῦ, ὁ, qui in solitudine vivit, eremita, anachoreta: qui ad privatam conditionem, aut ad otium a reip. administratione se recipit.

ἀναχωρητικός, ή, όν, ad recedendum, solitarie vivendum proclivis.

ἀναχωρίζω, f. ίσω, facio reverti, aut secedere, recedere jubeo, in locum reduco, suae terrae restituo

ἀνάχωσμα, τος, τό, terra a fluminibus egesta. Sch. Ar. Eq. 531.

ἀναψαθάλλω, desuper contrecto.

ἀναψαλάσσω, (ψαλάσσω) contundo, retundo: aperio, Lycophr. 342.

ἀναψάω, f. ήσω, tergo, detergo: manu demulceo.

ἀναψηλάφησις, εως, ἡ, contrectatio: investigatio, indagatio. Eustath. Od. 2, p. 91, 35.

ἀναψηφίζω, f. ίσω, rursus in suffragia mitto. 2) abrogo. 3) retracto.

ἀναψήφισις, εως, ἡ, repetitio suffragiorum. 2) abrogatio. 3) retractatio.

ἀναψόχω, f. ήξω, i. q. ἀναψάω.

ἄναψις, εως, ἡ, (ἀνάπτω) accensio.

ἀναψυκτήρ, ῆρος, ὁ, recreator.

ἀναψυκτικός, ή, όν, (ἀναψύχω) refrigeratorius.

ἀνάψυξις, εως, ἡ, refrigeratio: recreatio, refocillatio, requies.

ἀναψυχή, ῆς, ἡ, i. q. ἀνάψυξις.

ἀναψύχω, f. ξω, (ψύχω) refrigero, recreo, focillo, quietem indulgeo: ἕλκος ἀναψύχειν, vulnus refrigerare, i. e. recreari ex vulnere accepto, Il. 5, 795. Hoc sensu seriores verbo *gen.* jungunt, πόνου. *Med.* recreor, animum recupero. 2) sicco in aëre.

ἀνδ – Verba quaedam sic incipiunt pro ἀναδ – ap. *poetas.*

ἀνδαίω, *poet.* p. ἀναδαίω, Aesch. Ag. 315. *dub.*

ἁνδάνω, (ἅδω, ἥδομαι) *impf.* ἥνδανον, pro quo Hom. ἑήνδανον, *Att.* interdum ἑάνδανον, *fut.* ἁδήσω. aor. ἅδον pro ἕαδον, alpha correpto, ap. Hom. etiam εὔαδον. *perf.* ἕαδα, *Dor.* ἇδα, *-placeo*, *contr.* c. *dat.* pers. ἁνδάνει μοι, vel c. duplici *dat.* Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ, Il. 1, 24. sed etiam *c. accus.* οὐδ᾽ ὁ Ζεὺς ὕων πάντας ἁνδάνει, Theogn. 26. siquidem lectio ibi vera, vid. Gaisford.

Med. invenitur Arch. ep. 16.

ἀνδέκτορος, ον, i. q. ἀναδέκτωρ, Plut. si lectio vera.

ἀνδέμα, ἀνδεσμός, ἀνδέω, *poet.* p. ἀναδ. Jac. A. P. p. 325.

ἄνδηρον, ου, τό, terra suggesta, agger, Mosch. 4, 101. Saepius in *plur.* altiora fluminum labra, aggeres: litora maris, Opp. hal. 4, 319. areolae in hortis, Theocr. 5, 93. 2) fossa canalis, Plut.

ἀνδίκτης, ου, ὁ, pro ἀναδίκτης, i. q. ῥόπτρον, species laquei s. pedicae.

ἄνδιχα, *adv.* (ἀνά, δίχα) divisim, seorsim. 2) *Praep. c. gen.* i. q. χωρίς, Ap. Rh.

ἀνδραγαθέω, f. ήσω, (ἀνήρ, ἀγαθός) fortiter, seu strenue me gero, virum me praebeo.

ἀνδραγάθημα, ατος, τό, (ἀνδραγαθέω) facinus viro forti dignum, actio fortis viri, res fortiter et praeclare gesta, strenuitas.

ἀνδραγαθητής, οῦ, ὁ, qui facinora edit viro forti digna, fortiter se gerens.

ἀνδραγαθία, ας, ἡ, strenuitas, fortitudo: actio digna forti viro: officium boni viri: probitas.

ἀνδραγαθίζομαι, f. ίσομαι, fortiter me gero, bonum virum me praesto.

ἀνδράγρια, ων, τά, (ἄγρα) spolia hosti detracta.

ἄνδραγχος, ου, ὁ καὶ ἡ, (ἄγχω) qui homines strangulat. Eust. A. B. 393.

ἀνδραδελφός, οῦ, ὁ, (ἀδελφός) laevir. Dicitur et ἀνδραδελφή, Lob. Phryn. p. 306.

ἀνδρακάς, άδος, ἡ, pars, portio. Nic. Th. 643.

ἀνδρακάς, *adv.* (ἀνήρ) viritim. Od. 13, 4. cf. A. B. 394.

ἀνδραποδίζω, f. ίσω, (ἀνδράποδον) in servitutem redigo, captivum abduco liberum hominem: servum alteri furor et meum facio: subjugo, in potestatem redigo, velut urbem. Frequentius in *medio.*

ἀνδραπόδισις, εως, ἡ, et

ἀνδραποδισμός, οῦ, ὁ, (ἀνδραποδίζω) redactio in servitutem eo, quo de ἀνδραποδιστῇ dictum est, modo.

ἀνδραποδιστής, οῦ, ὁ, qui vel liberum furatur et in servitutem redigit, vel legitimo domino furatur et suum facit aut vendit.

ἀνδραποδιστήριος, α, ον, plagio serviens, aptus.

ἀνδραποδιστικός, ή, όν, idem.

ἀνδραποδοκάπηλος, ου, ὁ, (κάπηλος) qui mancipia vendit, mango, venalitiarius.

ἀνδράποδον, ου, τό, (ἀνήρ, πούς) mancipium, inpr. qui bello captus et in servitutem redactus est. Ap. Hom. Il. 7, 475. invenitur dativus ἀνδραπόδεσσι, quasi ab ἀνδράπους. sed Aristoph. et Zenodotus integrum versiculum spurium esse censuerunt, vocem serioris originis esse existimantes.

ἀνδραποδώδης, ες, servilis. 2) illiberalis, servilis ingenii, degener: voluptatibus et cupiditatibus serviens: flagitiosus, turpiter et belluinum in modum libidinosus.

ἀνδραποδωδία, ας, ἡ, servilis submissio, servilis turpitudo, vita flagitiosa.

ἀνδραποδωδῶς, *adv.* serviliter.

ἀνδραποδώνης, ου, ὁ, (ὠνέομαι) qui mancipia vendit, mango. Ar. Polluc. 7, 16.

ἀνδράριον, ου, τό, (ἀνήρ) homuncio, homo contemnendus.

ἄνδρασι, dat. plur. ab ἀνήρ.

ἀνδράφαξις, εως, ἡ, i. q. ἀτράφαξις.

ἀνδραχθής, ές, (ἀνήρ, ἄχθος) virum gravans, seu onerans, sufficiens ad satis onerandum virum valentem

ἀνδράχλη, ης, ἡ, scabellum muliebre, foramen habens et subjectos carbones.

ἄνδραχλος, herba quaedam.

ἀνδράχνη, ης, ἡ, portulaca.

ἀνδρεία, ας, ἡ, vide ἀνδρία.

ἀνδρεῖα, ων, τά, convivia publica ap. Cretenses, eadem quae ap. Lacedaemonios φειδίτια dicebantur. Aristot. Pol. 2, 7, 3. Ephorus et Alcman Strabonis 10. p. 738. Plut. Symp. 7, 9. Forma ἀνδρεῖα falso hucusque Lexica occupavit.

ἀνδρείκελον, ου, τό, (εἴκελος) id quod similitudine virum refert, simulacrum, statua. 2) genus coloris, quod colorem faciei virilis refert, purpurissum. Plat.

ἀνδρείκελος, ον, (εἴκελος) viro s. homini similis.

ἀνδρειόθυμος, ον, fortis, virili animo praeditus.

ἀνδρεῖον, ου, τό, virile robur, fortitudo.

ἀνδρεῖος, εία, εῖον, (ἀνήρ) virilis, robustus: fortis, strenuus: constans.

ἀνδρειότης, ητος, ἡ, i. q. ἀνδρία, sed reprehendit vocabulum ut praedurum Poll. III, 120.

ἀνδρειοφρόνως, *adv.* virili mente. Theophyl. III. p. 479.

ἀνδρειόω, virilem facio.

ἀνδρειφόντης, ου, ὁ, (φόνος) homicida. Epith. Martis ap. Hom.

ἀνδρειών, ῶνος, ὁ, *poet.* p. ἀνδρών.

ἀνδρείως, *adv.* viriliter, strenue.

ἀνδρεράστρια, ας, ἡ, (ἀνήρ, ἐράστρια) virorum amatrix. Ar. Th. 292.

ἄνδρεσσι, dat. plur. Ep. ab ἀνήρ pro ἀνδράσι.

ἀνδρεύμενος, η, ον, part. *Ion.* p. ἀνδρούμενος, ab ἀνδρόω, Hdt.

ἀνδρεύομαι, virilem aetatem attingo.

ἀνδρεών, ῶνος, ὁ, i. q. ἀνδρών. forma reprehensa a Gramm.

ἀνδρηλατέω, (ἐλαύνω) in exsilium pello, in exsilium mitto: ex asylo detraho.

ἀνδρηλάτης, ου, ὁ, in exsilium homines ejiciens.

ἀνδρία, ας, ἡ, (ἀνήρ) *virtus*, virile robur, fortitudo, constantia: virilis aetas. 2) sensu malo i. q. ἀναίδεια. *Not.* Saepenumero pro ἀνδρία, altera forma invenitur ἀνδρεία, quam satis tuetur *Ionicum* ἀνδρηΐη. H. Stephanus Thes. T. 1. p. 439. F. Suidam secutus ἀνδρία praetulit, adsentiente Dorvillio ad Charit. p. 405. Contra Schaeferus Mel. p. 42. statuit diphthongum in prosa Atticorum ubivis; in poematis, ubicumque per metrum liceat, esse tenendam: formam ἀνδρία autem ibi tantum admittendam esse, ubi metrum brevem syllabam postulet. Mihi vero omnia in utramque partem argumenta expendenti, simulque librorum MSS. in hac re inconstantiam consideranti, neutra forma damnanda, neutra alteri praeferenda esse videtur. Certo enim ne veteribus quidem hac in re ita constitit, ut non modo hanc, modo illam formam adhibuerint.

ἀνδριαντάριον, τό, *Dim.* ab ἀνδριάς

ἀνδριαντεργάτης, ου, ὁ, i. q. ἀνδριαντουργός. Tzetz. Chil. 9. p. 188.

ἀνδριαντίσκος, ου, ὁ, parva statua. *Dimin.* ab ἀνδριάς.

ἀνδριαντογλύφος, ου, ὁ, (γλύφω) statuarius sculptor, qui signa ex aere, ligno, marmore exsculpit.

ἀνδριαντοειδής, ές, statuae similis.

ἀνδριαντοπλαστία, ας, ἡ, (πλάσσω) statuarum fabricatio. Epiph. I. p. 8. 79.

ἀνδριαντοπλάστης, ου, ὁ, (πλάσσω) statuarius fictor, qui signa e gypso aut cera fingit.

ἀνδριαντοπλαστική, ῆς, ἡ, scil. τέχνη, ars fingendi signa. A praec.

ἀνδριαντοποιέω, (ποιέω) statuas facio, artem sigillariam exerceo.

ἀνδριαντοποιητική, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, ars statuaria.

ἀνδριαντοποιΐα, ας, ἡ, statuarum confectio, ipsa actio faciendi statuas. 2) ars statuaria.

ἀνδριαντοποιϊκή, ῆς, ἡ, i. q. ἀνδριαντοποιητική, Sext. Emp. adv. Math. 1, 182.

ἀνδριαντοποιός, οῦ, ὁ, statuarius, statuarum artifex.

ἀνδριαντουργέω, statuas facio.

ἀνδριαντουργία, ας, ἡ, statuarum fabricatio, Tzetz. Chil. 8. p. 147.

ἀνδριαντουργός, οῦ, ὁ, statuarius.

ἀνδριάς, άντος, ὁ, (ἀνήρ) simulacrum viri, statua. De tabulis pictis non dicitur, nam quo loco hanc significationem probare voluerunt, Plat. de Rep. 4. p. 420. c., eo sermo est de statuis pictis, cf. Pausan. 7, 26, 3. 2) dicitur etiam de vivis hominibus, blandiendi vel irridendi caussa, Dem. A. B. p. 394.

ἀνδρίζω, virum facio, corroboro. *Med.* virum me facio, aetatem virilem ingredior: viriliter, fortiter ago: vires intendo.

ἀνδρικανία, ας, ἡ, Hesych. Miles. de vir. clar. p. 8.

ἀνδρικός, ή, όν, virilis, ad viros pertinens: fortis, strenuus, gnavus: viro forti dignus.

ἀνδρικῶς, *adv.* viriliter, fortiter, strenue: valide, robuste: vehementer.

ἀνδρίον, ου, τό, parvus vir, homuncio. *Dimin.* ab ἀνήρ.

ἀνδρισμα, τος, τό, i. q. ἀνδρία, Max. Tyr. 38, 4. sed dubia lectio.

ἀνδρισμός, οῦ, ὁ, i. q. ἀνδρία

ἀνδριστέον, *adj.* verb. ab ἀνδρίζω, fortiter agendum est, Plato.

ἀνδριστής, οῦ, ὁ, qui fortiter agit. Nicet. ann. 1, 9.

ἀνδριστί, *adv.* viriliter, fortiter, strenue.

ἀνδρίφιλος, ον, (ἀνήρ, φίλος) viri amans, viri amicus.

ἀνδριφόντης, ου, ὁ, homicida.

ἀνδροβαρής, ές, idem quod ἀνδραχθής.

ἀνδροβασία, ας, ἡ, incestus puerorum amor, Epiph. I. p. 105.

ἀνδροβατέω, cum viris, s. pueris consuesco, rem habeo, amore scilicet nefando. Jac. A. P. Add. p. 36.

ἀνδροβόρος, ον, (βορός) hominem vorans.

ἀνδρόβουλος, ον, virilis consilii, fortis, s. viris insidians. Aesch.

ἀνδροβρώς, ῶτος, ὁ, ἡ, (βιβρώσκω) viros devorans.

ἀνδρόβρωτος, ον, ab hominibus devoratus.

ἀνδρογένεια, ας, ἡ, (γένος) virorum genitura, hominum propagatio: successio generis per viros.

ἀνδρογίγας, αντος, ὁ, gigas.

ἀνδρογόνος, ον, marem gignens. Hes. op. 781.

ἀνδρογύνης, ου, ὁ, (ἀνήρ, γυνή) androgynus, hermaphroditus, homo utrumque sexum in se conjungens, Plat. Symp. 189 sq. 2) eunuchus, castratus, semivir: hinc debilis, effeminatus. 3) pathicus, cinaedus.

ἀνδρόγυνος, ον, androgynus, utrumque sexum in se conjungens, Plat. Symp. 189. e. 2) utrique sexui communis, λουτρά, Anal. 3, p. 202. Ex iisdem.

ἀνδρόγυνος, ου, ὁ, androgynus, semimas, semifemina, semivir, Gl. Vet. 2) castratus. 3) debilis, imbecillis, invalidus. 4) effeminatus, muliebri animo praeditus. 5) socors, parum strenuus. Ex iisdem.

ἀνδρογύνως, *adv.* ab ἀνδρόγυνος, Epiph. I. p. 131.

ἀνδροδάϊκτος, ον, (δαΐζω) viros s. homines perimens.

ἀνδροδάμας, αντος, ὁ, (δαμάω) virum domans. 2) gemma quaedam, Plin. 36, 20. 37, 10.

ἀνδροδόκος, ον, (δέχομαι) viros recipiens.

ἀνδρόδομος, ου, ὁ, (δόμος) pars aedium solis viris consecrata. Hesych. Suid.

ἀνδροείκελον, ου, τό, i. q. ἀνδρείκελον. Clem. Alex. p. 79.

ἀνδροθέα, ας, ἡ, dea virilis, epith. Minervae ap. Simm. securi.

ἀνδρόθεν, *adv.* (ἀνήρ) ex viro.

ἀνδρόθηλυς, υ, i. q. ἀνδρόγυνος. Tzetz. ad Lyc. 212. Philostr. vit. Soph. I. p. 489.

ἀνδροθνής, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, (θνήσκω) a viris occisus.

ἀνδροκάπηλος, ον, (κάπηλος) hominum venditor.

ἀνδροκάρδιος, ον, virili mente praeditus, Theod. Prodr. ep. f. 22.

ἀνδροκλάς, οῦ, ὁ, vel ἀνδροκλάστης, ου, ὁ, annus climactericus, ita dictus, quod omnem vitae substantiam frangat. Jul. Firmic. 4.

ἀνδροκμής, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, (κάμνω) homines perdens, vexans, aerumnosus. Lob. Soph. Aj. 323.

ἀνδρόκμητος, ον, (κάμνω) ab homine laboratus, seu factus. Il. 11, 371.

ἀνδροκοιτέω, cum viro dormio, Moschio de affect. mul. p. 20.

ἀνδροκόνος, ον, i. q. ἀνδροκτόνος.

ἀνδροκτασία, ας, ἡ, (κτείνω) caedes virorum.

ἀνδροκτονεῖον, ου, τό, locus, ubi homines interficiuntur.

ἀνδροκτονέω, f. ήσω, viros interficio.

ἀνδροκτονία, ας, ἡ, homicidium.

ἀνδροκτόνος, ον, homicida.

ἀνδρόλαγνος, ον, (λάγνος) viros libidinose desiderans.

ἀνδρολέτειρα, ας, ἡ, homines, viros perdens.

ἀνδροληψία, ας, ἡ, (λαμβάνω) jus homines prehendendi, quo scil. Athenienses, si civis extra Atticam interfectus esset, tres ejus urbis incolas prehendebant, caedis poenam daturos, nisi ipse criminis reus traderetur.

ἀνδροληψιον, ου, τό, idem.

ἀνδρολογέω, f. ήσω, (λέγω) viros lego, delectum militarem habeo.

ἀνδρολογία, ας, ἡ, virorum collectio ad militiam, delectus: collectio quaevis, quae viritim fit.

ἀνδρολογίζω, f. ίσω, idem quod ἀνδρολογέω.

ἀνδρολόγος, ον, virorum delectum habens.

ἀνδρομανής, ές, (μαίνομαι) virorum amore insaniens, viros insane adpetens, libidinosa.

ἀνδρομανία, ας, ἡ, insanus virorum amor, libido feminae.

ἀνδρομάχος, ον, (μάχομαι) cum viris, vel viro pugnans. *Fem.* ἀνδρομάχη, Pallad. ep. 14.

ἀνδρόμεος, έα, εον, (ἀνήρ) virilis, humanus.

ἀνδρομήκης, ες, (μῆκος) staturam et altitudinem viri equans.

ἀνδρομηκὲς vel ἀνδρομηκὸν ἐγχειρίδιον, gladius, qui in scenis adhibebatur, v. c. ab histrione, Ajacis partes agente, Hesych. cf. Achill. Tat. 3, 21. Radix est ἀναδρομή, ἀνατρέχω.

ἀνδρονομέομαι, superbio, inflatus sum, M. Ant. 10, 19. si lectio vera.

ἀνδρόπαις, αιδος, ὁ, (παῖς) puer virili animo, qui ante aetatem virilem viriliter sentit, cogitat, agit.

ἀνδροπλαστία, ας, ἡ, (πλάσσω) virorum formatio.

ἀνδροπλήθεια, ας, ἡ, (πλῆθος) hominum multitudo seu conventus.

ἀνδροποιός, όν, (ποιέω) virum s. virilem faciens.

ἀνδρόπορνος, ου, ὁ, scortum masculinum.

ἀνδροπρεπής, ές, (πρέπει) virum decens.

ἀνδροπρόσωπος, ον, (πρόσωπον) virili s. humana facie praeditus.

ἀνδρόπρωρος, ον, (πρώρα) hominis faciem habens, *in neutro*: humana facies.

ἀνδροσάθης, εος, ἡ, (σάθη) virilia grandiora habens.

ἀνδροσάθων, ωνος, ὁ, idem.

ἀνδρόσαιμον, ου, τό, ruta silvestris. Ex ἀνήρ et αἷμα *sanguis*, quia herba haec, digitis trita, sanguineo succo fluit.

ἀνδρόσινις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, (σίνις) hominibus noxius, pestifer.

ἀνδροσύνη, ης, ἡ, i. q. ἀνδρία.

ἀνδρόσφιγξ, γγος, ὁ, statua virum et Sphingem referens. Hdt. 2, 175.

ἀνδρότης, ητος, ἡ, virilitas, fortitudo.

ἀνδροτομέω, (τέμνω) eunuchum aliquem facio.

ἀνδρότρωπος, ον, virili modo factus, Man. 4, 557.

ἀνδροτυχής, ές, maritum nactus; in matrimonio agens femina.

ἀνδροφαγέω, humana carne vescor.

ἀνδροφάγος, ον, humana carne vescens.

ἀνδροφθόρος, ον, homini perniciosus.

ἀνδροφονεύς, έως, ὁ, homicida, Man. 2, 302.

ἀνδροφονέω, f. ήσω, sum homicida, occido homines.

ἀνδροφονία, ας, ἡ, homicidium.

ἀνδροφόνος, ου, ὁ, homicida, sicarius. ἀνδροφόνος, ἡ, interfectrix viri.

ἀνδροφόντης, ου, ὁ, homicida.

ἀνδρόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρονέω) virili mente praeditus. Soph.

ἀνδροφυής, ές, (φυή) virilem naturam habens. Empedocl. ap. Ael. h. a. 16. 29.

ἀνδρόφωνος, ον, virilem vocem habens.

ἀνδρόω, f. ώσω, virum facio, virilem reddo, virile robur subministro: hinc in virum transformo. *Med.* virile robur consequor, virilem aetatem attingo, munera et officia viri praesto: feminam ineo. *Pass.* virum experior, de femina, ἀνδρωθεῖσα, compressa a viro.

ἀνδρύνω, f. υνῶ, i. q. ἀνδρόω, ap. seriores.

ἀνδρώδης, ες, virilis, virum decens, forti viro dignus: forti animo praeditus, magnanimus.

ἀνδρωδῶς, *adv.* viriliter, fortiter.

ἀνδρών, ῶνος, ὁ, pars domus, in qua viri a mulieribus seorsim agunt.

ἀνδρωνῖτις, ιδος, ἡ, i. q. ἀνδρών.

ἀνδρωνυμέω, (ὄνομα) virile nomen habeo.

ἀνδρωνυμικός, ή, όν, ap. Gramm. τὸ ἀνδρωνυμικόν, vox, quae ad homines transfertur, de hominibus translata quadam significatione dicitur, e. g. πῶλος, σκύμνος.

ἀνδρώνυμος, ον, virili nomine praeditus.

ἀνδρῷος, ῴα, ῷον, virilis, ad virum pertinens.

ἀνδύεται, *poet.* p. ἀναδύεται.

ἄνδωκε, *poet.* p. ἀνέδωκε.

ἀνέγγραφος, ον, qui non inscriptus est, non relatus in tabulas.

ἀνεγγυάω, f. ήσω, i. q. ἐγγυάω. *dub.*

ἀνέγγυος, ον, sine sponsione actus. ἀνέγγυος, ἡ, non desponsa: ἀνέγγυοι, liberi nothi, spurii.

ἀνεγείρω, f. ερῶ, (ἐγείρω, *irreg.*) expergefacio, excito. ἀνεγείρομαι, resurgo, evigilo.

ἀνεγρόμενος, ον, suscitatus, expergefactus.

ἀνέγερσις, εως, ἡ, suscitatio: constitutio, erectio.

ἀνεγερτικός, ή, όν, suscitatorius. Epiph. I. p. 713.

ἀνέγερτος, ον, (ἐγείρω) non experrectus, non suscitatus.

ἀνεγέρτως, *adv.* citra restitutionem vitae.

ἀνεγκλητί, *adv.* ab ἀνέγκλητος, Plato. cf. A. B. 400, 28.

ἀνέγκλητος, ον, (ἐγκαλέω) qui propter manifestum scelus aliquod in jus vocari nequit: inculpatus, irreprehensus: inaccusabilis.

ἀνεγκλήτως, *adv.* citra reprehensionem, culpam, sine vitio.

ἀνέγκυος, ου, ἡ, (ἔγκυος) quae uterum non fert, quae non est gravida.

ἀνεγκωμίαστος, ον, illaudatus, nulla laude adfectus.

ἀνέγνω, ἀνέγνων, aor. *irreg.* ab ἀναγινώσκω.

ἀνέγρομαι, expergiscor. *per sync.* pro ἀνεγείρομαι.

ἀνεγχείρητος, ον, (ἐγχειρέω) qui fieri, concedi, admitti, nequit, quod locum non habet in rerum natura.

ἀνεδάφιστος, ον, (ἐδαφίζω) solo non aequatus, non pavitus. 2) ad humum non prostratus

ἀνεδέγμεθα, imperf. *syncop.* p. ἀνεδεχόμεθα.

ἀνέδην, *adv.* (ἀνίημι) licenter, impune: effuse, large: promiscue: palam, aperte. Aliter A. B. 40.

ἀνέδραμον, aor. *irreg.* ab ἀνατρέχω.

ἀνέδραστος, ον, (ἕδρα) non stabilis.

ἀνέζω, f. έσω, (ἕζω) sublatum in sede colloco et pono. Il. 13, 657.

ἀνεθελησία, ας, ἡ, (ἐθέλω) conditio hominis inviti, quum quis non vult, coactio.

ἀνεθέλητος, ον, coactus, invitus: inexspectatus: tristis, adversus.

ἀνεθίζομαι, adsuefio, Diog. L. 2, 96.

ἀνέθιστος, ον, (ἐθίζω) non adsuefactus.

ἀνείδεος, ον, (εἶδος) forma carens, informis.

ἀνειδωλοποιέω, (ἀνά, εἰδωλοποιέω) speciem et imaginem fingo, animo propono.

ἀνειδωλοποίησις, εως, ἡ, i. q. ἀνειδωλοποιΐα. Sext. Emp. p. 174.

ἀνειδωλοποιΐα, ας, ἡ, imaginum effictio in animo.

ἀνεικάζω, i. q. ἀνασχύπτω. Eupolis Suidae. Cratin. A. B. 396, 24.

ἀνεικαιότης, τος, ἡ, providentia, *oppon.* τῇ εἰκαιότητι, temeritati.

ἀνείκαστος, ον, (εἰκάζω) qui nulla imagine exprimi potest, quem nulla conjectura adsequi possis, inexistimabilis.

ἀνεικής, ές, (νεῖκος) litis expers.

ἀνεικία, ας, ἡ (νεῖκος) sic vocabatur ap. Pythagoreos πεντάς, ἀμέτοχος νείκους καὶ μεταβολῆς ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὴν ὑπαρχόντων.

ἀνεικόνιστος, ον, (εἰκονίζω) qui imagine exprimi non potest, ut Deus.

ἀνεικοτολογέω, indecentia loquor, Antig. Caryst. c. 141.

ἀνειλείθυια, ας, ἡ, (Εἰλείθυια) quae nondum peperit, Lucinae labores nondum experta. 2) cui Lucina opem non fert, quae in difficili partu laborat.

ἀνειλέω, f. ήσω, (εἰλέω, *irreg.*) evolvo, involutum explico, expando. 2) involvo, circumplico.

ἀνείλημα, ατος, τό, evolutio. 2) involutio, involucrum. 3) i. q. στρόφος, tormina.

ἀνείλησις, εως, ἡ, involutio, evolutio.

ἀνειλιγμένως, *adv.* ab ἀνειλίσσω, revolute.

ἀνείλιξις, εως, ἡ, (ἀνειλίσσω) evolutio explicatio, Plato Politic. c. 26.

ἀνειλίσσω, revolvo, *poet.* p. ἀνελίσσω.

ἀνείλλω, (εἴλλω) evolvo, explico. Scribitur etiam simplici λ, sed vide Lobeck. ad Phryn. p. 29.

ἀνείλω, v. ἀνείλλω.

ἀνείμαρται, non constitutum est per fatum, Plut. plac. philos. 1, 27. *dub.*

ἀνειμένως, *adv.* a pf. pass. verbi ἀνίημι, remisse, languide, solute, licenter, negligenter.

ἄνειμι, (εἶμι) sursum eo, adscendo: de sole, orior: in altum navigo, i. q. ἀνακλέω. 2) accedo ad aliquem precibus, εἴς τινα, Il. 22. 492. 499. 3) recedo, redeo. *Obs.* Praesens frequenter et apud Atticos quidem semper futuri habet significationem, vide simplex.

ἀνείμων, ον, (εἷμα) non vestitus, nudus: male vestitus.

ἀνειπεῖν, (εἰπεῖν, *irreg.*) edicere, proclamare, palam pronunciare; *de praecone.* 2) invocare. 3) vocem tollere.

ἀνείργω, f. ξω, arceo, repello, inhibeo.

ἀνείρξις, εως, ἡ, (ἀνείργω) inhibitio.

ἀνείρομαι, *poet.* p. ἀνέρομαι, interrogo, quaero, inquiro, *c. acc.* vel cum duplici *accus.* rei et pers. Hom.

ἀνειρόω, ύσω, *poet.* p. ἀνερύω.

ἀνείρω, (εἴρω, *irreg.*) necto, adnecto

ἀνείσακτος, ον, (εἰσάγω) non initiatus, i. q. ἀμύητος: vel male initiatus, Jambl. v. Pythag. p. 62.

ἀνεισίδωρος, ον, i. q. ἀνησίδωρος.

ἀνείσοδος, ον, (εἴσοδος) inaccessus, ad quem non patet ingressus.

ἀνεισφορία, ας, ἡ, immunitas a tributo.

ἀνείσφορος, ον, (εἰσφέρω) immunis, qui tributum non solvit.

ἀνέκαθεν, *adv.* (ἀνεκάς) desuper, e loco alto. 2) ab origine generis et juxta seriem priscorum, quibus quis ortus est, a majoribus inde. 3) inde ab initio.

ἀνεκάς, *adv.* sursum.

ἀνέκβατος, ον, (ἐκβαίνω) unde non est egressus: carens eventu.

ἀνεκβίαστος, ον, (ἐκβιάζω) qui vi compelli nequit, inviolabilis.

ἀνεκβιάστως, *adv.* inviolabiliter, seu sic ut coactione effici, et velut extundi nequeat.

ἀνεκδαρτί, *adv.* sine excoriatione. Suid.

ἀνέκδαρτος, ον, (ἐκδέρω) non excoriatus.

ἀνεκδήμητος, ον, (ἐκδημέω) qui non peregrinatur, seu, qui nunquam domo abfuit, aut nunc domi versatur, non peregre. ἡμέρα, dies, quo iter suscipiendum non est.

ἀνεκδιήγητος, ον, (ἐκδιηγέομαι) inenarrabilis, ineffabilis, maximus.

ἀνεκδιηγήτως, *adv.* inenarrabiliter.

ἀνεκδίκητος, ον, (ἐκδικέω) inultus, indefensus.

ἀνέκδοτος, ον, (ἔκδοτος) non editus, non vulgatus. 2) non elocata, de filia.

ἀνέκδρομος, ον, (ἔκδρομος) excursum et effugium non habens, impervius.

ἀνεκθέρμαντος, ον, (ἐκθερμαίνω) qui calefieri non potest.

ἀνέκθυτος, ον, (ἐκθύομαι) inexpiabilis.

ἀνεκκλησίαστος, ον, (ἐκκλησιάζω) coetu populi carens, inanis; item de re, quae ad populum non est lata, cujus caussa concio commissa non est.

ἀνεκκρίνω, i. q. ἐκκρίνω. Theod. Prodr.

ἀνεκλάλητος, ον, (ἐκλαλέω) ineffabilis, summus: i. q. ἀπόῤῥητος.

ἀνέκλειπτος, ον, (ἐκλείπω) non deficiens: perpetuus: inexhaustus.

ἀνεκλείπτως, *adv.* perpetuo, semper, sine fine.

ἀνέκλεκτος, ον, (ἐκλέγω) non electus.

ἀνεκλιπής, ές, (ἐκλιπής) non deficiens, indefinitus.

ἀνεκλόγιστος, ον, (ἐκλογίζομαι) a quo rationes non petuntur; cujus rationes subduci non possunt.

ἀνεκλογίστως, *adv.* sine ratione, sine modo, intemperanter.

ἀνέκνιπτος, ον, (ἐκνίπτω) elotu difficilis, qui nequit elui.

ἀνεκπίμπλημι, (ἐκπίμπλημι, *irreg.*) repleo, expleo. Xen.

ἀνέκπληκτος, ον, (ἐκπλήσσω) non obstupefactus, imperterritus, impavidus. 2) non perterrens, nihil roboris habens ad percellendum.

ἀνεκπλήκτως, *adv.* impavide, intrepide.

ἀνεκπλήρωτος, ον, inexplebilis.

ἀνέκπλυτος, ον, (ἐκπλύνω) non elutus, indelebilis.

ἀνεκποιέω, i. q. ἀναποιέω.

ἀνεκπύητος, ον, (ἐκπυέω) quod ad suppurationem perduci non potest.

ἀνεκπύρωτος, ον, (πυρόω) non inflammatus, Niceph. Blemm. p. 152.

ἀνέκπυστος, ον, (πυνθάνομαι) non exploratus, non explorandus.

ἀνεκρίζωτος, ον, (ἐκριζόω) non radicitus evulsus, aut quod eradicari, exstirpari nequit.

ἀνεκτέος, ον, *adj.* verb. ab ἀνέχω, ferendus, tolerandus, Soph. O. C. 883.

ἀνεκτικός, ή, όν, (ἀνέχω) patiens, qui tolerare potest.

ἀνεκτός, όν, (ἀνέχω) tolerabilis, tolerandus, ferendus, commodus. Ap. seriores etiam ἀνεκτή.

ἀνεκτριπτος, ον, qui deleri, deteri non potest.

ἀνεκτῶς, *adv.* tolerabiliter, commode.

ἀνέκφευκτος, ον, (ἐκφεύγω) quem nemo effugere potest. 2) qui non potest effugere.

ἀνεκφλογόομαι, subito flammam concipio eamque sursumque volvo, Galen.

ἀνεκφοίτητος, ον, (ἐκφοιτάω) non prodiens foras non emanans. *Adv.* -ήτως.

ἀνέκφορος, ον, (ἐκφέρω) quem efferre non licet.

ἀνεκφράζω, rursus edico, effor, Athanas. II. p. 705.

ἀνεκφράστος, ον, (ἐκφράζω) ineffabilis.

ἀνεκφώνητος, ον, (ἐκφωνέω) ineffabilis, qui exprimi verbo, pronunciari non potest.

ἀνεκχύμωτος, ον, cui succus non detractus est, Galen.

ἀνέλαιος, ον, (ἔλαιον) sine oleo.

ἀνέλατος, ον, (ἐλαύνω) quod malleo dilatari non potest, sicuti ferrum. Aristot.

ἀνέλεγκτος, ον, (ἐλέγχω) irreprehensibilis, qui refelli non potest, aut non convinci: qui probari nequit.

ἀνελέγκτως, *adv.* sine reprehensione: sine probatione.

ἀνελεγξία, ας, ἡ, quum quis redargui aut reprobari nequit, Diog. L. 7, 1, 47.

ἀνελέγχω, f. γξω, (ἐλέγχω) denuo probo vel convinco.

ἀνελεήμων, ον, *Att.* ἀνελήμων, immisericors, durus.

ἀνελεημόνως, *adv.* sine misericordia, crudeliter.

ἀνελεημοσύνη, ης, ἡ, immisericordia, durities.

ἀνελεής, ές, (ἔλεος) immisericors, durus. Schaef. ad Sch. Ap. p. 312.

ἀνελέητος, ον, (ἐλεέω) misericordia indignus. Liban. I. p. 854.

ἀνελελίζω, f. ξω, (ἐλελίζω) vehementer concutio.

ἀνελευθερία, ας, ἡ, (ἀνελεύθερος) illiberalitas, illiberalis morositas: avaritia, sordes.

ἀνελευθεριότης, ητος, ἡ, idem. Vocabulum rarius.

ἀνελεύθερος, ον, (ἐλεύθερος) non liber, illiberalis: sordidus, avarus: inhonestus, indecens.

ἀνελευθέρως, *adv.* illiberaliter, sordide.

ἀνέλευσις, εως, ἡ, (ἔρχομαι, ἐλεύσομαι) reditus.

ἀνελεῶς, *adv.* sine misericordia: dicitur et ἀνηλεῶς.

ἀνελήμων, *Att.* pro ἀνελεήμων.

ἀνέλιγμα, ατος, τό, (ἀνελίσσω) convolutio, cincinnus.

ἀνέλιξις, εως, ἡ, (ἀνελίσσω) involutio, convolutio. 2) conversio coeli, Plato.

ἀνελίσσω, f. ίξω, *poet.* ἀνειλίσσω, (ἑλίσσω) volvo, evolvo, revolvo, voluto, verso. 2) explico, aperio. 3) *metaph.* βίον, versare vitam.

ἀνελκόω, f. ώσω, (ἑλκόω) exulcero.

ἀνέλκτος, ον, (ἕλκω) qui trahi non potest.

ἀνελκύω, f. ύσω, idem quod ἀνέλκω.

ἀνέλκω, f. ξω, sursum traho, attollo attrahendo: subduco. 2) extraho, retro traho.

ἀνελκωσις, ἡ, exulceratio, Cassii probl. 9.

ἀνέλκωτος, ον, (ἑλκόω) non ulceratus, qui ulcus non sensit.

Ἀνέλλην, ηνος, ὁ, ἡ, (Ἕλλην) non Graecus, barbarus, Aesch.

ἀνελλήνιστος, ον, (ἑλληνίζω) alienus a Graeca consuetudine, qui Graecis moribus aut imbutus non est, aut iis nequit imbui.

ἀνελλιπής, ές, (ἐλλείπω) cui nihil deest, cui nihil detrahi potest. 2) non deficiens, non cessans, perpetuus.

ἀνελλιπῶς, *adv.* ab ἀνελλιπής, Apollon de adv.

ἀνελπις, ὁ, ἡ, (ἐλπίς) qui est sine spe, exspes.

ἀνελπιστέω, f. ήσω, spei expers sum.

ἀνελπιστία, ας, ἡ, desperatio.

ἀνέλπιστος, ον, (ἐλπίζω) insperatus, praeter spem accidens. 2) non sperans, desperans, nullam spem habens. 3) ex ἀνά et ἐλπίζω, denuo sperans, Thuc. 6, 17. si lectio certa.

ἀνελπίστως, *adv.* sine spe, citra spem; praeter spem, insperato.

ἀνέλυτρος, ον, (ἔλυτρον) non involutus, sine tegmine, velamine.

ἀνέμβατος, ον, (ἐμβαίνω) inaccessus, invius. 2) non accedens.

ἀνεμέσητος, ον, (νεμεσάω) carens invidia, non invisus, nulli reprehensioni obnoxius. 2) *act.* non invidens, non indignans.

ἀνεμεσήτως, *adv.* citra invidiam.

ἀνέμετος, ον, (ἔμετος) vomitu carens.

ἀνεμέτως, *adv.* sine vomitu.

ἀνεμέω, f. έσω, (ἐμέω) evomo.

ἀνέμητος, ον, (νέμω) indivisus, individuus, non distributus. 2) non particeps.

ἀνεμία, ας, ἡ, (ἄνεμος) i. q. ἐμπνευμάτωσις.

ἀνεμιαῖος, ον, vel -αία, (ἄνεμος) vento plenus, vanus, evanidus. 2) levis, inconstans, vanus.

ἀνεμίδιον, ου, τό, ventulus. *Dimin.* ab ἄνεμος.

ἀνεμίδιος, ία, ιον, (ἄνεμος) idem quod ἀνεμιαῖος. *dub.* Lob. Phr. p. 555. Schaef. Bos. p. 244.

ἀνεμίζω, f. ίσω, ventis agito, ventilo. N. T. Jac. 1, 6.

ἀνέμιος, ία, ιον, idem quod ἀνεμιαῖος.

ἀνεμόδρομος, ου, ὁ, (δρόμος) cursor, qui ventos cursu aequat, velocissimus.

ἀνεμόεις, όεσσα, όεν, *Ion.* ἠνεμ. ventosus, vento plenus. (Prima corripitur: sed producitur etiam, ubi est *Dorice* pro ἠνεμόεις.)

ἀνεμόθροος, ον, (θρόος) ventis strepens.

ἀνεμοκοῖται, ῶν, οἱ, (κοῖτος) qui apud Corinthios incantamentis ventos sedabant. A. B. 397.

ἄνεμος, ου, ὁ, (ἄημι) ventus.

ἀνεμοσκεπής, ές, (σκέπας) a vento tegens, ventum arcens, ventis inaccessus.

ἀνεμόστροφος, ον, a vento agitatus, et in orbem actus.

ἀνεμοστρόφος, ον, (στρέφω) ventos agitans, ventos in orbem agens, θύελλα, Anacr. 41, 14.

ἀνεμοσφάραγος, ον, (σφάραγος) a vento perstrepens.

ἀνεμοτραφής, ές, (τρέφω) a vento nutritus, a vento auctus et corroboratus. Lobeck. Phr. p. 576.

ἀνεμοτρεφής, ές, i. q. ἀνεμοτραφής.

ἀνεμότροφος, ον, (τρέφω) i. q. ἀνεμοτραφής, Anacr. 41. ex conj. Salmasii.

ἀνεμούριον, ου, τό, vexillum versatile ventorum index.

ἀνεμοφθορία, ας, ἡ, corruptio, quae fit a vento. A seq.

ἀνεμόφθορος, ον, (φθείρω) vento corruptus.

ἀνεμόφοιτος, ον, Nonn. Dion. 48, 1276.

ἀνεμοφόρητος, ον, (φορέω) a ventis sublatus, a ventis in diversas partes dispersus, levis.

ἀνεμόω, f. ώσω, ventilo, vento expono. *Pass.* moveor a vento, agitor. partic. pf. pass. saepe construitur *c. accus.* ἠνεμωμένος τὴν τρίχα, τὸ ὄμμα, etc.

ἀνεμπλήκτως, *adv.* (ἔμπληκτος) intrepide, audacter.

ἀνέμπληστος, ον, (ἐμπίμπλημι) quos quis expleri nequit.

ἀνέμπλοος, ον, (ἐμπλέω) non navigans, quiescens. 2) in quo navigari nequit.

ἀνεμποδίστος, ον, (ἐμποδίζω) cui nihil impedimento est, non impeditus, liber.

ἀνεμποδίστως, *adv.* sine impedimento, et libere.

ἀνεμπόλητος, ον, (ἐμπολάω) non venditus.

ἀνέμπτωτος, ον, (ἐμπίπτω) qui incidere non potest, e. g. εἰς πάθη.

ἀνέμφατος, ον, (ἔμφατος) indicio carens, non expressus, efficacia destitutus.

ἀνεμφάτως, *adv.* sine efficacia, non expresse: *c. gen.*

ἀνεμώδης, ες, vento plenus, ventosus: venti naturam habens.

ἀνεμώκης, ες, (ὠκύς) venti celeritatem habens.

ἀνεμωλία, ας, ἡ, nomen herbae, Theophr. h. pl. 7, 10.

ἀνεμώλιος, ον, (ἄνεμος) ventosus, vanus, futilis: ἀνεμώλια βάζειν, inania loqui, Hom.

ἀνεμώνη, ης, ἡ, anemone herba: vaccinium, saliunca. 2) *metaph.* ἀνεμῶναι λόγων, vani et futiles sermones.

ἀνεμωνίς, ίδος, ἡ, i. q. ἀνεμώνη.

Ἀνεμῶτις, ιδος, ἡ, cognomen Minervae, ventum perniciosum sedantis.

ἀνενδεής, ές, (ἐνδεής) largus, copiosus. 2) *act.* non indigus, cui nihil deest.

ἀνένδεκτος, ον, (ἐνδέχεται) qui fieri nequit, impossibilis.

ἀνενδεῶς, *adv.* sine necessitate et inopia: largiter, abunde.

ἀνενδοίαστος, ον, (ἐνδοιάζω) indubitatus, indubitabilis.

ἀνενδοιάστως, *adv.* indubitanter, haud dubie.

ἀνένδοτος, ον, (ἐνδίδωμι) non remissus, non languidus: in quo non est remissio nec languor: rigidus, inexorabilis.

ἀνενδότως, *adv.* non remisse, non languide, non perfunctorie.

ἀνένδυτος, ον, (ἐνδύω) non indutus, non vestitus.

ἀνένεικα, *poet.* p. ἀνήνεικα, *Ion.* et Hom. aor. act. ab ἀναφέρω. — ἀνενείκατο, aor. *med.* Il. 19, 314. ἀνενειχθείς, part. aor. pass. Herodt. 1., 116. vide φέρω.

ἀνενεργής, ές, (ἐνεργής) effectu carens: quiescens, segnis, torpens, otiosus, ab actione vel exercitatione alienus.

ἀνενεργησία, ας, ἡ, inefficacia, desidia.

ἀνενέργητος, ον, (ἐνεργέω) inefficax, effectu carens.

ἀνενευρίσκω, (εὑρίσκω, *irreg.*) rursus invenio, Heliod.

ἀνενθουσίαστος, ον, (ἐνθουσιάζω) non adflatus divino numine, non fanaticus, non vesanus, non insanus. *Adv.* -άστως, Plut.

ἀνεννόητος, ον, (ἐννοέω) ignarus, indoctus, qui non cogitat aliquid, non memor est. 2) inexcogitatus, imperceptus: cujus notio mente formari, quod percipi mente nequit.

ἀνενόχλητος, ον, (ἐνοχλέω) non perturbatus, placatus, quietus.

ἀνέντατος, ον, (ἐντείνω) non intentus.

ἀνέντευκτος, ον, (ἐντυγχάνω) non affabilis, hominum congressus refugiens, insociabilis, morosus, difficilis, superbus: qui seduci, corrumpi nequit. τὰ ἀνέντευκτα, inaffabilitas, morositas, rusticitas. Est pr. vitium eorum, qui aditum conveniendi petentibus non dant.

ἀνεντρεχής, ές, tardus, non velox.

ἀνέντροπος, ον, (ἐντρέπομαι) irreverens.

ἀνεξάκουστος, ον, non audiendus, non auditus, cujus sensus ad aures non pervenit, aut pervenire nequit.

ἀνεξάλειπτος, ον, (ἐξαλείφω) indelebilis. *Adv.* -λείπτως.

ἀνεξάλλακτος, ον, (ἐξαλλάσσω) immutabilis, invariabilis, constans.

ἀνεξάντλητος, ον, (ἐξαντλέω) inexhaustus.

ἀνεξάνυστος, ον, non absolutus, Theophyl.

ἀνεξαπατησία, ας, ἡ, fides certa.

ἀνεξαπάτητος, ον, (ἐξαπατάω) qui decipi, falli non potest.

ἀνεξαρίθμητος, ον, (ἐξαριθμέω) qui enumerari nequit, innumerabilis.

ἀνεξάρνητος, ον, (ἐξαρνέομαι) qui non abnegat.

ἀνεξεικόνιστος, ον, imagine non effingendus, Basil. ep. 188.

ἀνεξέλεγκτος, ον, (ἐξελέγχω) qui refutari et coargui non potest: inscrutabilis.

ἀνεξελέγκτως, *adv.* citra refutationem, ut nil contra dici queat.

ἀνεξέλικτος, ον, (ἐξελίσσω) non devolutus.

ἀνεξέργαστος, ον, (ἐξεργάζομαι) non elaboratus, imperfectus.

ἀνεξερεύνητος, ον, (ἐξερευνάω) imperscrutabilis, qui indagari non potest, abditus.

ἀνεξέταστος, ον, (ἐξετάζω) non examinatus, non exploratus, diligenti examine non cognitus, inconsultus.

ἀνεξετάστως, *adv.* sine examine, inexplorato, sine delectu, vel discrimine: sine rationis reddendae necessitate.

ἀνεξεύρετος, ον, (ἐξευρίσκω) qui inveniri nequit: non inventus, incompertus.

ἀνεξήγητος, ον, (ἐξηγέομαι) non expositus, non explicatus, non enarratus: inenarrabilis.

ἀνεξικακέω, f. ήσω, malos tolero.

ἀνεξικακία, ας, ἡ, tolerantia malorum, tolerantia, patientia.

ἀνεξίκακος, ον, (ἀνέχομαι, κακός) tolerans malorum, vel injuriarum; patiens.

ἀνεξικάκως, *adv.* animo malorum et cladium patiente.

ἀνεξίκμαστος, ον, (ἰκμάζω) qui exsiccari non potest: qui exsiccatus non est: non exsuccus.

ἀνεξίλαστος, ον, (ἐξιλάσκομαι) implacabilis, qui placari nequit.

ἀνεξίτηλος, ον, (ἐξίτηλος) non delendus, non eluendus.

ἀνεξίτητος, ον, (ἔξειμι) exitum non habens, impervius.

ἀνεξιχνίαστος, ον, (ἐξιχνιάζω) investigabilis.

ἀνεξοδίαστος, ον, (ἐξοδιάζω) qui impensam non habet, vel, qui vendi non debet.

ἀνέξοδος, ον, (ἔξοδος) qui nullum habet exitum, unde exiri non potest, impervius: cui exitus non permittitur.

ἀνέξοιστος, ον, (ἐκφέρω, fut. ἐξοίσω) quem efferre non licet, non evulgandus.

ἄνεοι, sive ἀνεοί, v. ἄνεως.

ἀνεόρταστος, ον, (ἑορτάζω) parum festus, festo diei non aptus.

ἀνέορτος, ον, (ἑορτή) incultus, inceleber, non feriatus, non hilariter transactus: profestus.

ἀνεοστασίη, ἡ, (ἄνεως, ἵστημι) i. q. ἀνεοστασίη, Hesych. cf. Ruhnk. ep. crit. p. 212.

ἀνεπάγγελτος, ον, (ἐπαγγέλλω) non vocatus. 2) non denunciatus, non indictus.

ἀνεπαίσθητος, ον, (αἰσθάνομαι) qui non sentitur. 2) qui non sentit.

ἀνεπαισθήτως, *adv.* citra sensum, ita ut non sentiatur.

ἀνεπάϊστος, ον, (ἐπάϊστος) non auditus, qui audiri nequit.

ἀνεπαίσχυντος, ον, (ἐπαισχύνω) inverecundus, impudens: quem non debet pudere, qui omni culpa vacat.

ἀνεπαισχύντως, *adv.* inverecunde, impudenter.

ἀνεπαιτίατος, ον, (ἐπαιτιάομαι) innocens, cui aut nequit crimen exprobrari, aut nil est crimini datum.

ἀνεπάλλακτος, ον, (ἐπαλλάττω) non alternans, seriem continuam habens: ζῶον, cui sunt dentes continui, Aristot.

ἀνέπαλτο, aor. *syncop.* pro ἀνεπάλλετο, ab ἀναπάλλω, resiluit, Hom. Alii deducunt ab ἀνεφάλλομαι, quod si verum esset, scribi deberet ἀνεπᾶλτο. Ad sensum nihil interest. cf. Wernicke ad Tryphiodor. p. 386.

ἀνεπανόρθωτος, ον, (ἐπανορθόω) qui corrigi, aut emendari non potest, non emendabilis, non emendatus.

ἀνέπαφος, ον, (ἐφάπτομαι) intactus, liber, quam attingere nequeas: sincerus, purus, *c. gen.*

ἀνεπαφρόδιτος, ον, qui sine venere et gratia est, invenustus, illepidus.

ἀνεπαχθής, ές, non molestus. 2) non invidiosus, nullam invidiam creans.

ἀνεπαχθῶς, *adv.* non moleste, non gravate, non aegre. 2) sine invidia vel offensione.

ἀνέπειμι, (εἶμι) sursum accedo ad aliquid, Basil.

ἀνεπέλευστος, ον, (ἐπέρχομαι) non redux.

ἀνεπηρέαστος, ον, (ἐπηρεάζω) inoffensus, injuria nulla petitus.

ἀνεπής, ές, (ἔπος) nihil dicens, mutus, Hesych.

ἀνεπίβατος, ον, (ἐπιβαίνω) inaccessus, impervius.

ἀνεπιβούλευτος, ον, cui insidiari nemo potest, insidiis non obnoxius, ab insidiis tutus, aut ab iis non adpetitus: qui non insidiatur alicui.

ἀνεπίγνωστος, ον, (ἐπιγινώσκω) non praevisus, non intellectus, oculo acri et castigatore non perlustratus.

ἀνεπιγνώστως *adv.* ut agnosci, cerni nequeat.

ἀνεπίγραφος, ον (ἐπιγραφή) titulo carens, carens inscriptione, cujus auctor ignoratur.

ἀνεπιδάνειστος, ον, non pignoratus, pignori non oppositus. Schol. Luc. Jov. trag. 48.

ἀνεπιδεής, ές, non indigens, nullius rei indigus. Plato.

ἀνεπίδεικτος, ον, (ἐπιδείκνυμι) qui est sine ostentatione, non ostentator.

ἀνεπίδεκτος, ον, (ἐπιδέχομαι) non capax, non admittens, qui recipere non potest: *c. gen.* 2) qui non accidit, impossibilis.

ἀνεπίδετος, ον, (ἐπιδέω) non obligatus.

ἀνεπίδικος, ον, purus et controversia vacuus, de quo nulla controversia est: ἡ, puella, de cujus patrimonio et matrimonio

contendi inter consanguineos fas non est. Dem.

ἀνεπίδοτος, ον, (ἐπιδίδωμι) nihil proficiens, nulla incrementa capiens.

ἀνεπιείκεια, ας, ἡ, durities, immanitas, iniquitas. Dem.

ἀνεπιεικής, ές, durus, immitis, iniquus, saevus.

ἀνεπιεικῶς, *adv.* inique, immaniter.

ἀνεπιθόλωτος, ον, (θολόω) non pollutus, coeno non infectus.

ἀνεπιθύμητος, ον, (ἐπιθυμέω) vacuus concupiscentia.

ἀνεπικαλύπτως, *adv.* sine tegmine, nude: aperte, palam.

ἀνεπίκαυστος, ον, (ἐπικαίω) non adustus.

ἀνεπίκαυτος, ον, idem.

ἀνεπικηρύκευτος, ον, (ἐπικηρυκεύομαι) non denunciatus per caduceatorem, ut ἀκήρυκτος.

ἀνεπίκλητος, ον, (ἐπικαλέω) nulli criminationi obnoxius, irreprehensus, inculpatus.

ἀνεπικλήτως, *adv.* citra reprehensionem.

ἀνεπικοινώνητος, ον, incommunicabilis.

ἀνεπικούρητος, ον, (ἐπικουρέω) auxilio destitutus, cui nemo fert opem.

ἀνεπικρισία, ας, ἡ, quum quis judicare de aliqua re non potest. Sext. Emp. p.723.

ἀνεπίκριτος, ον, (ἐπικρίνω) inconsultus, temerarius, inconsulte et temerarie factus. 2) qui non judicat de aliqua re.

ἀνεπικρίτως, *adv.* inconsulto.

ἀνεπίκρυπτος, ον, qui non occultat.

ἀνεπικώλυτος, ον, liber, non interdictus.

ἀνεπικωλύτως, *adv.* sine impedimento, nemine impediente, libere, fortiter.

ἀνεπίληπτος, ον, (ἐπιλαμβάνω) qui prehendi non potest; reprehensioni non obnoxius, irreprehensus, inculpatus, vitii expers.

ἀνεπιλήπτως, *adv.* sine reprehensione, culpa.

ἀνεπίληστος, ον, (ἐπιλανθάνομαι) memor, quem oblivio rei non incessit, sine oblivione. 2) non absconditus.

ἀνεπιλογιστία, ας, ἡ, inconsiderantia, Sch. Od. 15, 225.

ἀνεπιλόγιστος, ον, (ἐπιλογίζομαι) inconsideratus.

ἀνεπιλογίστως, *adv.* inconsiderate, imprudenter, temere.

ἀνεπιμέλητος, ον, (ἐπιμελέομαι) incuriosus, qui nullam curam habet: non curatus.

ἀνεπίμικτος, ον, (ἐπιμίγνυμι) non permixtus. 2) ab omni commercio sejunctus, nulla commercia exercens. *c. gen.*

ἀνεπιμίκτως, *adv.* sine omni permixtione: 2) sine commercio, vel aditu.

ἀνεπιμιξία, ας, ἡ, abstinentia ab aditu, commercio etc. Polyb. 16, 29, 12.

ἀνεπίμονος, ον, (ἐπιμένω) non permanens, non durabilis. 2) intolerabilis.

ἀνεπινοησία, ας, ἡ, conditio rei, quae cogitatione comprehendi nequit. Sext. Emp. p. 320.

ἀνεπινόητος, ον, (ἐπινοέω) notione carens, qui mente comprehendere nequit. 2) incogitabilis, qui cogitatione percipi nequit, non animadversus.

ἀνεπίξεστος, ον, (ἐπιξέω) impolitus: imperfectus.

ἀνεπίπλαστος, ον, (ἐπιπλάσσω) nulla simulatione fucatus, non fictus.

ἀνεπίπλεκτος, ον, (ἐπιπλέκω) qui aliis non permiscetur.

ἀνεπίπληκτος, ον, (ἐπιπλήσσω) non caesus, non punitus, irreprehensus, qui reprehendi non meretur: etiam sensu malo, qui tam malus est, ut corrigi reprehensione nequeat. Plato de Legg. 3, 695. B. 2) *act.* non caedens, non puniens, non reprehendens.

ἀνεπιπλήκτως, *adv.* sine reprensione.

ἀνεπιπληξία, ας, ἡ, (ἐπιπλήττω) vacuitas a reprehensione; status pessimus, qui corrigi nequit. Plat. Legg. 3. p. 695. B.

ἀνεπιπρόσθητος, ον, non tectus, Porphyr. de grad. 28.

ἀνεπίῤῥεκτος, ον, (ἐπιῤῥέζω) nondum ad sacrificiorum usum adhibitus. Hes. op. 746.

ἀνεπισήμαντος, ον, (ἐπισημαίνω) non notabilis, nulla nota insignitus, non insignis, ut veste etc. 2) de oratione, vel facto quod nulla neque laus, neque reprehensio insequitur, sed dissimulatione, aut ignoratione transmittitur: inglorius, obscurus. Polyb. 5, 81, 13. 11, 2, 1.

ἀνεπισημείωτος, ον, non notatus, s. explicatus, sc. scholiis aut commentariis.

ἀνεπίσκεπτος, ον, (ἐπισκέπτομαι) inconsideratus, inexplicatus, neglectus. 2) non considerans, non disquirens.

ἀνεπισκέπτως, *adv.* inconsiderate, inexplorate.

ἀνεπισκεύαστος, ον, (ἐπισκευάζω) irreparabilis.

ἀνεπισκεψία, ας, ἡ (ἐπίσκεπτος) incogitantia, negligentia.

ἀνεπισκίαστος, ον, (ἐπισκιάζω) non obumbratus, Euseb. laud. Const. p. 549.

ἀνεπισκόπητος, ον, (ἐπισκοπέω) rectore et inspectore carens Eccl.

ἀνεπισκότητος, ον, (ἐπισκοτέω) cui tenebrae non offunduntur. Eccl.

ἀνεπισκότιστος, ον, non obscuratus, Procl.

ἀνεπισταθμευτος, ον, (ἐπισταθμεύω) immunis ab hospitiis praebendis exercitui in transitu, a parochi munere immunis.

ἀνεπίσταθμος, ον, i. q. ἀνεπισταθμευτος.

ἀνεπιστασία, ας, ἡ, (ἐφίστημι) inconsiderantia, incogitantia.

ἀνεπιστάτητος, ον, (ἐπιστατέω) qui sine curatore est, incustoditus, inobservatus.

ἀνεπίστατος, ον, (ἐφίστημι) cui animum non advertimus, nulla diligentia consideratus. 2) negligens. Polyb.

ἀνεπιστάτως, *adv.* sine animadversione, inconsiderate, incaute.

ἀνεπιστημόνως, *adv.* imperite, inscite, inepte.

ἀνεπιστημοσύνη, ης, ἡ, inscitia, imperitia.

ἀνεπιστήμων, ον, (ἐπιστήμων) inscius, ignarus, nescius, indoctus, imperitus.

ἀνεπιστρεπτί, *adv.* idem quod ἀνεπιστρέπτως.

ἀνεπιστρεπτέω, non converto me, non respicio, non curo, negligo, negligens sum.

ἀνεπιστρεπτί, *adv.* sine reditu, sine reversione.

ἀνεπίστρεπτος, ον, (ἐπιστρέφω) qui non mutatur, qui non convertitur, qui rationem nullam habet, inexorabilis, ad veniam flecti nescius: securus, negligens. 2) qui neminem in se animadvertit, neminem offendit. Lob. Phryn. p. 579.

ἀνεπιστρέπτως, *adv.* ita, ut non convertatis, nec faciem convertendo, nec pedem reflectendo.

ἀνεπιστρεφέω, i. q. ἀνεπιστρεπτέω cf. Reiff. ad Artemidor. p. 425.

ἀνεπιστρεφής, ές, i. q. ἀνεπίστρεπτος.

ἀνεπιστρεψία, ας, ἡ, neglectus, incuria.

ἀνεπίστροφος, ον, i. q. ἀνεπίστρεπτος.

ἀνεπιστρόφως, *adv.* sine retrogressu, incuriose: sine cujusquam offensatione.

ἀνεπισφαλής, ές, (σφάλλω) i. q. ἀσφαλής.

ἀνεπίσχετος, ον, (ἐπέχω) qui inhibitus, aut repressus non est: qui inhiberi, aut reprimi nequit, effrenatus.

ἀνεπισχέτως, *adv.* sine inhibitione, ut reprimi nequeat,

ἀνεπίτακτος, ον, (ἐπιτάττω) non jussus, injussu aliquid agens: invictus, fortis, qui dedignatur aliena imperia,

ἀνεπιτάκτως, *adv.* injussu.

ἀνεπίτατος, ον, (ἐπιτείνω) qui intendi non potest, aut tentus non est.

ἀνεπίτευκτος, ον, (ἐπιτυγχάνω) infelix, non consequens petita, qui non adsequitur scopum.

ἀνεπιτεχνήτως, *adv.* (ἐπιτεχνάω) sine arte. 2) inconsulto, non ex industria.

ἀνεπιτήδειος, ον, (ἐπιτήδειος) non idoneus, ineptus, incongruus, inhabilis, importunus. 2) dissentiens, alienus, hostis: non cognatus, non conciliatus amicitia. τὸ ἀνεπιτήδειον, male ominatum incommodum.

ἀνεπιτηδειότης, ητος, ἡ, inhabilitas.

ἀνεπιτήδευτος, ον, (ἐπιτηδεύω) non accuratus, sine arte, incompositus.

ἀνεπιτηδεύτως, *adv.* non accurate, negligenter.

ἀνεπιτίμητος, ον, (ἐπιτιμάω) irreprehensus, impunis. 2) i. q. ἀτελής, vectigalia non solvens.

ἀνεπιτρόπευτος, ον, non administratus, Euseb. Laud. Const p. 535.

ἀνεπίτροπος, ον, (ἐπιτρέπω) tutoribus carens. 2) qui non revertitur, qui non curat aliquid, i. q. ἀνεπίστρεπτος.

ἀνεπιτυχής, ές, (τυγχάνω) i. q. ἀνεπίτευκτος.

ἀνεπιφανής, ές, obscurus, ignobilis.

ἀνεπίφαντος, ον, idem. 2) parum ornatus, non conspicuus.

ἀνεπιφάντως, *adv.* sine ostentatione.

ἀνεπίφατος, ον, (ἐπίφατος) improvisus, inexspectatus,

ἀνεπίφθονος, ον, (ἐπίφθονος) non invidendus, minime invidiosus, sine invidia: non reprehensus, reprehensioni non obnoxius.

ἀνεπιφθόνως, *adv.* non invidiose, citra invidiam: citra reprehensionem.

ἀνεπίφραστος, ον, (ἐπιφράζομαι) non adnunciatus, non animadversus.

ἀνεπιχείρητος, ον, (ἐπιχειρέω) insuperabilis; inaccessus, quem conatu nullo adsequaris.

ἀνεπόπτευτος, ον, (ἐποπτεύω) qui non inspexit, proprie sc. mysteria Cereris, non initiatus Cereris mysteriis, inter ἐπόπτας non receptus.

ἀνεπόψιος, ον, (ἐπόπτομαι) qui non videtur, inadspectabilis.

ἀνέραμαι, *poet.* pro ἀνεράομαι.

ἀνεράομαι, aor. ἀνηράσθην, (ἐράω, *irreg.*) denuo amo, v. Xen. Mem. 3, 5, 7. Andoc. p. 63. Locella ad Xen. Ephes. p. 139.

ἀνεραστία, ας, ἡ, vita amoris expers.

ἀνέραστος, ον, (ἐράω) non amatus, inamabilis. 2) *act.* ab amore alienus.

ἀνέργαστος, ον, (ἐργάζομαι) perficio.

ἀνέργαστος, ον, (ἐργάζομαι) inelaboratus,

incultus, rudis, qui factus, seu fabrefactus non fuit, infectus.

ἄνεργος, ον, (ἔργον) infectus, ἔργα ἄνεργα, Eur. Hel. 363.

ἀνέργω, antiqua forma verbi ἀνείργω, arceo, a qua impf. ἀνέεργον, Hom.

ἀνερεθίζω, f. ίσω, (ἐρεθίζω) rursus incito, instigo, irrito, ad iram vel indignationem excito.

ἀνέρεικτος, ον, (ἐρείκω) non fresus, s. fractus, mola sc. aut pistillo: non cribratus, qui cribrari non potest.

ἀνερείπομαι, f. ψομαι, sursum rapio, abripio, inpr. per auras. Occurrit tantum ἀνερείψαντο, 3 plur. aor. Hom. et praeterea ἀνερείψατο et ἀνερειψάμενος, Ap. Rh. 1, 214. 2, 503.

ἀνερέπτω, (ἐρέπτω) sursum traho: στομάχοις ἀνερεπτόμενος, stomachus in vomitu sursum tractus, Nic. Alex. 256.

ἀνερεύγω, f. ξω, (ἐρεύγω) eructo, emitto. *Med.* infundor, de fluminibus.

ἀνερευνάω, f. ήσω, investigo, scrutor, invenio.

ἀνερεύνησις, εως, ἡ, perscrutatio.

ἀνερεύνητος, ον, non investigabilis.

ἀνερίθευτος, ον, de quo nulla rixa est: incorruptus, de judice.

ἀνερίναστος, ον, (ἐρινάζω) non caprificatus, cui non sunt admoti fructus caprifici, ut fici maturescant.

ἀνέριστος, ον, (ἐρίζω) de quo non contenditur.

ἀνερκής, ές, (ἕρκος) non circumseptus.

ἀνερμάτιστος, ον, (ἑρματίζω) non saburratus, saburra non stabilitus. 2) non fultus, non stabilis, vanus.

ἀνερμήνευτος, ον, inexplicabilis, ineffabilis: non explicatus.

ἀνερμηνεύτως, *adv.* ut explicari nequeat; modo inscrutabili.

ἀνέρομαι, (ἔρομαι) interrogo, rogito, percontor. In usu fuerunt aor. ἀνηρόμην et fut. ἀνερήσομαι, reliqua tempora sumuntur ab ἀνερωτάω. In praes. *Ion.* et *Ep.* dicitur ἀνείρομαι, q. v.

ἀνερπύζω, f. ύσω, (ἑρπύζω) sursum serpo: adrepo: sursum eo.

ἀνέρπω, (ἕρπω) i. q. ἀνερπύζω.

ἀνέρρω, f. ανερρήσω, aor. ἀνήρρησα, (ἔρρω, *irreg.*) sursum eo, accedo, sed dicitur semper cum calamitatis notione: pereo. ἀνέρρε, abi in malam rem.

ἀνερυθρίαστος, ον, sine pudore. *adv.* -άστως, Schol. Plat. Gorg. e cod. Clark.

ἀνερυθριάω, f. άσω, erubesco.

ἀνερύω, f. ύσω, (ἐρύω) sursum traho. 2) retraho.

ἀνέρχομαι, f. ἀνελεύσομαι, aor. ἀνήλυθον, vulgo ἀνῆλθον, (ἔρχομαι, *irreg.*) sursum eo, adscendo. 2) redeo. 3) referor ad aliquem, fidei alicujus committor, ἐς τινα, Eur.

ἀνερωτάω, f. ήσω, interrogo, saepe rogo.

ἀνερωτίζω, i. q. ἀνερωτάω, Com.

ἀνέσαιμι, opt. aor. 1. act. ab ἀνίημι, ap. Hom. Il. 14, 209.

ἄνεσαν, 3 plur. aor. 2. act. ab ἀνίημι.

ἀνέσαντες, part. aor. act. ab ἀνέζω, q. v.

ἀνέσει, 3 sing. fut. ab ἀνίημι pro ἀνήσει, Od. 18, 265.

ἀνεσία, ας, ἡ, i. q. ἄνεσις.

ἀνέσιμος, ον, (ἀνίημι) remissus, otiosus.

ἄνεσις, εως, ἡ, (ἀνίημι) relaxatio, requies, remissio, otium, inprimis diebus festis segnis et diffluens otio vita: immodica libertas, lascivia: condonatio v. c. debitorum, delictorum.

ἀνέσπερος, ον, (ἕσπερος) vespera carens.

ἀνέσσυτο, 3 sing. plusq. et aor. *syncop.* ab ἀνασεύω, Il. 11, 458.

ἀνέστιος, ον, (ἑστία) domo et sede propria carens.

ἀνεστραμμένως, *adv.* a part. pf. pass. verbi ἀναστρέφω, perverse, praepostere.

ἀνέσχεθον, i. q. ἀνέσχον, vide ἀνασχέθω et ἀνίσχω.

ἀνετάζω, f. άσω, (ἐτάζω) inquiro, quaestioni subjicio.

ἀνέταιρος, ον, (ἑταῖρος) nullos habens amicos, carens sodalibus.

ἀνετέος, έα, έον, *adj.* verb. ab ἀνίημι, remittendus, laxandus: condonandus, ignoscendus.

ἀνετεροίωτος, ον, (ἑτεροιόω) non mutatus: immutabilis.

ἀνετικός, ή, όν, (ἀνίημι) vim habens remittendi, solvens: remissionem indicans.

ἀνέτλην, ης, η, etc. aor. 2. ab ἀνατλῆναι.

ἀνέτοιμος, ον, imparatus, invitus.
ἀποίμαντος, ον, (ποιμαίνω) carens pabulo, s. pascuis, s. pastore.

ἀποιμώζω, f. ώξω, ejulo, lamentor, defleo, c. *acc.* Soph. Ph. 227. Eur. Med. 31.

ἄποινα, ων, τά, (ex α notante similitudinem et ποινή) quod poenae instar est, *pretium redemptionis*; pretium, quo quis ex servitute se liberat, Il. 1, 13. vel quod victus promittit, ne occidatur a victore, Il. 2, 230. 6, 49. In universum: pecunia cujus usus est in compensatione rerum, compensatio ipsa, Il. 1, 111. 2, 230. *c. gen.* 2) praemium, remuneratio, Pind. 3) pretium aut munus, quod loco poenae debitae offertur, sive quo poena debita pensatur; poena; in Solonis legibus ita dicitur pecunia, quae ab homicida occisi cognatis pendebatur ad luendam poenam. *Not.* Singularis hujus vocabuli non est in usu.

ἀποινάω, i. q. ἀποινόω.

ἀποινεί, *adv.* (ποινή) sine poena.

ἀποίνητος, ον, (ποινάω) impunitus. Soph.

ἀποινίζω, (οἶνος) faecibus purgor, de musto, Alexis Stobaej.

ἀποινόδικος, ον, (ἄποινα et δίκη) ultor, ultrix.

ἀποινόδορπος, ον, (δορπέω) ea, quae poenae loco offeruntur, vorans, Lycophron. 901.

ἄποινον, τό, *sing. obsol.* v. ἄποινα.

ἀποινόω, (ἄποινα) pro redemtionis pretio poenam alicui remitto, dicitur impr. de cognatis occisi: pecuniam poenae loco debitam exigo, Dem. *Med.* debitae poenae eximi, auct. Rhesi 177.

ἄποιος, ον, (ποῖος) carens qualitate, qualitatis expers.

ἀποιστέον, (ἀποφέρω) auferendum, perferendum.

ἀποϊστεύω, (ὀϊστεύω) sagittis interficio.

ἀποίσω, fut. ab ἀποφέρω.

ἀποίχομαι, f. οιχήσομαι, (οἴχομαι, *irreg.*) abeo, discedo, τινός, ab aliquo. 2) absum, abstineo me ab aliqua re, c. *gen.* Hom. 3) e vita discedo, morior.

ἀποιωνίζομαι, (οἰωνίζομαι) abominor.

ἀποκαθαίρω, expurgo, abstergo.

ἀποκάθαρμα, ατος, τό, (ἀποκαθαίρω) pur-

gamentum, excrementum. 2) piaculum, piamentum.

ἀποκάθαρσις, εως, ἡ, expurgatio. 2) expiatio, lustratio. Ab eod.

ἀποκαθαρτικός, ή, όν, purgatorius, purgandi vim habens. 2) expiatorius. Ab eod.

ἀποκαθίζομαι, f. εδοῦμαι, (ἕζομαι, *irreg.*) resido, resideo.

ἀποκαθεύδω, f. θευδήσω, (εὕδω, *irr.*) seorsum dormio, secubo: obdormio. *Not.* Quod adtinet ad augmentum, dicitur vel ἀπεκαθηῦδον, vel ἀποκαθεῦδον, vel ἀπεκάθευδον.

ἀποκαθηλόω, f. ώσω, (καθηλόω) refigo, revello.

ἀποκαθήλωσις, εως, ἡ, (καθηλόω) refigendi s. revellendi actio.

ἀποκάθημαι, (κάθημαι, *irreg.*) deses sum, desideo, languidus sum: seorsum sedeo. ἀποκαθήμενος, sessilis, reses.

ἀποκαθίζομαι, (καθίζω, *irreg.*) sedem repeto: seorsum sedeo. *Act.* rar.

ἀποκαθίστημι, (καθίστημι) restituo, repraesento, redintegro: in pristinum statum restituo, e. g. domum reduco, in libertatem restituo.

ἀποκαίνυμαι, (καίνυμαι, *irreg.*) vinco, supero, τινά τινι.

ἀποκαίριος, ον, (καιρός) intempestivus, absurdus.

ἀποκαισαρόω, (καῖσαρ) Caesarem aliquem facio.

ἀποκαίω, f. καύσω, (καίω, *irreg.*) aduro, exuro.

ἀποκακέω, f. ήσω, (κάκη) prae mali magnitudine deficio, succumbo malo: succumbo: male me habeo: ignaviter fugio.

ἀποκάκησις, εως, ἡ, detrectatio laboris, fuga laboris, militiae, prae mollitie et formidine.

ἀποκακίζω, (κακίζω) degenero. 2) malum, degenerem, ignavum adpello.

ἀποκαλέω, f. έσω, (καλέω, *irreg.*) voco, adpello, per opprobrium et invidiam adpello. 2) advoco seorsum, sevoco. 3) interdico, veto.

ἀποκαλλωπίζω, f. ίσω, (καλλωπίζω) ornatu privo.

ἀποκαλυπτικός, ή, όν, qui revelare, seu patefacere solet, aut potest. A seq.

ἀποκαλύπτω, f. ψω, (καλύπτω) detego, revelo. *Med.* ἀποκαλύπτεσθαι πρός τι, consilia sua adversus aliquid vel de aliqua re patefacere, Diod. 17, 62.

ἀποκάλυψις, εως, ἡ, revelatio, patefactio: interpretatio. A praec.

ἀποκάμνω, f. καμοῦμαι, (κάμνω, *irreg.*) defatigor, deficio, fatisco, recuso laborem: despondeo animum, c. inf. vel c. part.

ἀποκάμπτω, f. ψω, (κάμπτω) deflecto. 2) deflecto me a recto cursu, declino de via: degenero.

ἀπόκαμψις, εως, ἡ, deflexus. A praec.

ἀποκαπνίζω, f. ίσω, suffio, suffumigo.

ἀποκαπνισμός, οῦ, ὁ, exceptio vel adplicatio ad partem aegram rei suffitae per infundibulum sive arundinem. A praec.

ἀποκαπύω, (καπύω) exspiro, exhalo, ψυχήν, Il. 22, 467. (υ breve.)

ἀποκαραδοκέω, f. ήσω, exspecto, spero. *Proprie* vultum aliquo converto spectandum.

ἀποκαραδοκία, ας, ἡ, exspectatio. A praec.

ἀποκαρατομέω, (καρατομέω) caput abscindo.

ἀπόκαρμα, ατος, τό, (ἀποκείρω) quod tondendo resecatur.

ἀποκαρπίζω, f. ίσω, fructus decerpo: privo bono aliquo.

ἀποκαρπόω, fructum edo, pullulo.

ἀπόκαρσις, εως, ἡ, (ἀποκείρω) tonsura, detonsio.

ἀποκαρτέος, έα, έον, *adj. verb.* ab ἀποκείρω.

ἀποκαρτερέω, f. ήσω, (καρτερέω) inedia mortem mihi conscisco. 2) non sustineo, animo deficio, impar sum dolori.

ἀποκαρτέρησις, εως, ἡ, mors quaesita per inediam. 2) tolerantia doloris victa, abruptio patientiae prae dolore. A praec.

ἀποκαρφολογέω, f. ήσω, paleas, seu festucas alicunde lego.

ἀποκαταβαίνω, (καταβαίνω, *irreg.*) descendo.

ἀποκαταλλάσσω, *Att.* ἀποκαταλλάττω, f. άξω, reconcilio, placo.

ἀποκατάστασις, εως, ἡ, (ἀποκαθίστημι) restitutio in pristinam formam vel statum, restitutio, redhibitio: ἀποκ. ἀστέρων, reditus solis, lunae, et aliarum stellarum errantium anno vertente ad eadem signa.

ἀποκαταστατικός, ή, όν, ad restitutionem pertinens, restituens.

ἀποκατάσχεσις, εως, ἡ, (ἀποκατέχω) detentio, abstentio.

ἀποκατατίθημι, (κατατίθημι) depono.

ἀποκαταφαίνω, de speculo, figuram reddente rei objectae inspicienti. *med.* adpareo, effingor.

ἀποκατέχω, (κατέχω, *irreg.*) detineo.

ἀποκατορθόω, i. q. κατορθόω, sed fortius.

ἀποκαυλέω, f. ήσω, (ἀπόκαυλος) decaulesco, caulem amitto.

ἀποκαύλησις, εως, ἡ, (ἀποκαυλέω) caulis amissio et abjectio, exstirpatio.

ἀποκαυλίζω, f. ίσω, (καυλός) caulem defringo: decutio, decurto: evello una cum caule.

ἀποκαύλισις, εως, ἡ, caulis revulsio, convulsio, detractio. 2) evulsio penis, s. exsectio. A praec.

ἀπόκαυλος, ον, (καυλός) caule reciso non germinans.

ἀπόκαυμα, τος, τό, i. q. ἀπόκαυσις.

ἀπόκαυσις, εως, ἡ, (ἀποκαίω) ambustio deustio.

ἀπόκειμαι, f. κείσομαι, (κεῖμαι, *irreg.*) sepositus sum: adservor, depositus sum: negligor, non curor, obscurus et incognitus sum. 2) ἀπόκειται, paratum est, statutum est, instat. τὸ ἀποκείμενον, quod a sorte constitutum vel destinatum est.

ἀποκείρω, f. κερῶ, *poet.* κέρσω, (κείρω) tondeo, detondeo. 2) amputo, abscindo. 3) privo, spolio, imminuo.

ἀποκεκαλυμμένως, *adv.* (ἀποκαλύπτω) aperte, palam.

ἀποκεκινδυνευμένως, *adv.* (ἀποκινδυνεύω) audacter.

ἀποκεκληρωμένως, *adv.* (ἀποκληρόω) distribute, discrete.

ἀποκεκρυμμένως, *adv.* (ἀποκρύπτω) occulte.

ἀποκέλλω, (ὀκέλλω) deflecto, declino a via, quae ad portum tendit: declino a recta via. 2) *intr.* aberro.

ἀπόκενος, ον, (κενός) vacuus, inanis.

ἀποκενόω, f. ώσω, evacuo.

ἀποκεντέω, f. ήσω, compungo, transfigo, interficio.

ἀποκέντησις, εως, ἡ, compunctio, interfectio.

ἀποκένωσις, εως, ἡ, (ἀποκενόω) exinanitio, vacuitas.

ἀποκερδαίνω, lucrifacio, lucror ex aliqua re, *c. gen.*

ἀποκερματίζω, f. ίσω, grandes nummos in aeris minutulos redigo: facultates dissipo, bona decoquo. ap. Com.

ἀποκεφαλίζω, f. ίσω, (κεφαλή) capite privo, caput amputo, decollo.

ἀποκεφάλισμα, ατος, τό, sordes, a quibus caput repurgatum fuit, Poll.

ἀποκεφαλισμός, οῦ, ὁ, capitis amputatio.

ἀποκηδεύω, (κηδεύω) mortuo honores debitos non exsolvo, mortuum non, ut par est, lugeo, τινά, Valck. Hdt. 9, 31.

ἀποκηδέω, ήσω, (κηδέω) i. q. ἀκηδέω, negligo, non curo, negligenter ago, incurius sum, Il. 23, 413.

ἀποκηδής, ές, i. q. ἀκηδής.

ἀποκήρυγμα, τος, τό, quod per praeconem proclamatur, ut sc. vendatur: i. q. ἀποκήρυξις.

ἀποκήρυκτος, ον, (ἀποκηρύσσω) abdicatus, excommunicatus: exheredatus.

ἀποκήρυξις, εως, ἡ, venditio per praeconem: proscriptio: abdicatio: excommunicatio.

ἀποκηρύσσω, *Att.* ἀποκηρύττω, f. ξω, proclamo, per praeconem vendo, auctionor: proscribo: exheredo: finibus expello, in exsilium ejicio: excommunico, per praeconem s. edicto publico interdico.

ἀποκιδαρόω, τὴν κεφαλήν, cidarin capiti detraho, Levit. 10, 6.

ἀποκίδνημι, i. q. ἀποσκεδάννυμι, dissipo, *poet.*

ἀποκικλήσκω, avoco, *poet.* pro ἀποκαλέω.

ἀποκινδύνευσις, εως, ἡ, periculum, alea, Thuc. 7, 67.

ἀποκινδυνεύω, f. ευσω, periculum facio, periclitor, periculum adeo, aleam subeo; proelio decerno, πρός τινα et περί τινος. 2) c. *gen. pers.* relinquo aliquem in periculo, Philostr. Apoll. 7, 15.

ἀποκινέω, f. ήσω, amoveo, removeo, dimoveo, τινός, ab aliqua re.

ἀποκίνησις, εως, ἡ, remotio, emotio. (ῑ)

ἀπόκινος, ου, ὁ, (κινέω) recessus, discessus, fuga. 5) genus saltationis.

ἀποκισσόω, (κισσός) in hederam muto.

ἀποκίχω, (κίχω) thema *obsol.* ad quod pertinet aor. *Dor.* ἀπέκιξε, i. q. ἀπέβαλε, Ar. Ach. 869.

ἀποκλαδεύω, (κλαδεύω) ramos abscindo.

ἀποκλάζω, f. κλάγξω, (κλάζω, *irr.*) clangorem edo, cano, clango.

ἀποκλᾴζω, f. ξω, *Dor.* p. ἀποκληΐζω, ἀποκλείω.

ἀποκλαίω, f. κλαύσομαι, (κλαίω, *irr.*) defleo, deploro. *med.* flere desino. *Att.* ἀποκλάω, κλάομαι, quod vide.

ἀπόκλασμα, ατος, τό, (ἀποκλάω) abruptio, fragmentum.

ἀπόκλαυμα, et ἀπόκλαυσμα, τος, τό, (ἀποκλαίω) deploratio.

(ἀποκλάω, f. άσω, defringo, praefringo. ᾰ)

ἀποκλάω, *Att.* pro ἀποκλαίω. (ᾱ)

ἀπόκλεισις, εως, ἡ, (ἀποκλείω) exclusio, interclusio.

ἀπόκλεισμα, ατος, τό, locus, quo aliquid includitur: res, qua aliquid includitur: carcer.

ἀπόκλειστος, ον, inclusus.

ἀποκλείω, f. είσω, (κλείω) excludo, non intromitto, arceo, prohibeo; includo, claudo: excipio: *verbum juris*. *med. c. gen.* abstineo aliqua re.

ἀποκλέπτω, f. ψω, furor, surripio.

ἀποκληΐζω, ἀποκλῄζω, *Ion.* pro ἀποκλείω, Hdt.

ἀποκληρονόμος, ον, expers hereditatis, exheredatus.

ἀπόκληρος, ον, (κλῆρος) exsors, expers, liber: exheredatus. 2) sorte lectus, *dub. sign.*

ἀποκληρόω, f. ώσω, sortior, sorte lego; sorte distribuo, adsigno. 2) segrego, sorte privo, exheredo, Aristot. Polit. 4, 14. *dub.*

ἀποκλήρωσις, εως, ἡ, electio, seu creatio, quae fit per sortes: delegatio, deputatio.

ἀποκληρωτής, οῦ, ὁ, qui sorte distribuit, *dub.*

ἀποκληρωτικός, ή, όν, sorte eligens: temere contendens, sine idonea ratione aliquid adfirmans.

ἀπόκλητος, ον, (ἀποκαλέω) vocatus, evocatus: apud Aetolos οἱ ἀπόκλητοι dicebantur viri ad sanctius consilium delecti, Polyb. 4, 5.

ἀπόκλιμα, ατος, τό, declivitas.

ἀποκλινής, ές, declivis, deflexus, Man. 6, 62.

ἀποκλίνω, (κλίνω) declino, inclino, vergo, deflecto: inclino animo ad aliquid: deflecto, deficio ab aliquo. ἀποκλίνει καλῶς, res bene cadit, in bonam partem inclinat.

ἀπόκλισις, εως, ἡ, inclinatio. 2) declinatio, quum quis de via declinat, ut alteri locum faciat, Plat. de rep. 4. p. 425. B.

ἀπόκλιτος, ον, inclinatus.

ἀποκλύζω, f. ύσω, (κλύζω) eluo, abluo, deluo.

ἀπόκλυσις, εως, ἡ, abluendi actio.

ἀπόκναισις, εως, ἡ, molestatio, vexatio.

ἀποκναίω, f. αίσω, contero: taedio adficio, adfligo, excrucio: obtundo, eneco molesta loquacitate: exhaurio, accido.

ἀποκνάω, scalpo, abrado, *Att.* pro ἀποκναίω, inf. ἀποκνῆν. (ᾰ)

ἀποκνέω, (ὀκνέω) metu ab aliquo deterreor, per ignaviam aliquid adgredi recuso, *c. acc.* vel *acc. c. inf.* 2) *intr.* piger, ignavus sum, πρός τι.

ἀπόκνησις, εως, ἡ, detrectatio alicujus rei ex ignavia aut metu. A praec.

ἀποκνίζω, f. ίσω, (κνίζω) vellico, ungue aliquid abscindo, vel abrumpo: ungue vulnero: dedolo, extenuo.

ἀπόκνισις, εως, ἡ, vellicatio, abscissio, quae fit ungue. A praec.

ἀπόκνισμα, ατος, τό, frustrum rei alicujus proprie ungue abscissum: segmentum. Ab eod.

ἀποκογχύζω, (κογχή) concha depleo.

ἀποκοιμάομαι, f. ήσομαι, seorsum dormio, secubo: foris dormio: dormio.

ἀποκοιμίζω, (κοιμίζω) seorsum dormire jubeo. *med.* obdormio.

ἀποκοιτέω, seorsum dormio, secubo.

ἀπόκοιτος, ον, (κοίτη) accubans, seorsum dormiens, emanens. Philox. ἀπόκοιτοι, emansores: ablegati ad castella in finibus agri patrii, in confinio hostium, praesidii ergo. *Demosth.*

ἀποκολακεύω, eblandior, *dub.*

ἀποκολάπτω, f. ψω, tundendo, sculpendo, dolando aufero: pertundo: insculpo.

ἀποκολλάω, (κολλάω) abstraho glutine soluto.

ἀποκολοκύντωσις, εως, ἡ, relatio inter κολοκύνθας s. cucurbitas, titulus satirae in Claudium imperatorem, cujus auctor esse putatur Seneca, Dio Cass. 60, 35.

ἀποκολούω, f. ούσω, detrunco, mutilo: infringo.

ἀποκολπόω, f. ώσω, sinuo, in sinus excavo.

ἀποκολυμβάω, f. ήσω, enato, natando evado.

ἀποκομάω, f. ήσω, (κόμη) comis nudor. Luc. Lexiph.

ἀποκομιδή, ῆς, ἡ, asportatio, deportatio. 2) reditus. A seq.

ἀποκομίζω, f. ίσω, asporto, porto, deporto, aufero. *Med.* reporto, accipio, nanciscor: redeo, abeo.

ἀπόκομμα, ατος, τό, frustrum, fragmentum. ἀποκόμματα, segmenta, praesegmina.

ἀποκομπάζω, f. άσω, insolentius me effero, vel jacto: λύρας ἀπεκόμπασε χορδά, rupta est, Anth.

ἀποκοντόω, f. ώσω, (κοντός) *propr.* conto propello: projicio, ἀγκύρας ἀντίχειν ἀποκοντουμένας, navis retinendae caussa projectas, Arrian. peripl. mar. erythr. p. 165. (p. 23. ed. Hudson.

ἀποκοπή, ῆς, ἡ, (ἀποκόπτω) abscissio, amputatio, praesectio, desectio; χρεῶν, tabulae novae. 2) figura grammatica, qua a fine vocis aliquid aufertur.

ἀπόκοπος, ον, abscissus: spado: debilis, imbecillis: eviratus, castratus.

ἀποκόπτω, f. ψω, (κόπτω) abscindo, amputo, recido, praecido, minuo: repello, abjungo, separo, avoco, abstraho: dejicio. *Med.* ἀποκόπτεσθαι νεκρόν, Eur. Tro. 625. lugere mortuum.

ἀποκορέννυμι, (κορέννυμι, *irreg.*) obsaturo.

ἀποκορέω, ήσω, (κορέω) detergo, verro.

ἀποκορσόω, f. ώσω, detondeo, *poet.* p. ἀποκείρω.

ἀποκορυφόω, f. ώσω, in verticem attollo, figuram verticis efficio: paucis rem expedio.

ἄποκος, ον, (πόκος) intonsus, epith. ovis.

ἀποκοσμέω, f. ήσω, ordine collocata aufero, amoveo. 2) ornatum aufero, ornatu privo: *omninoque*, privo: sed re pulchra, ut regno etc.: dedecoro.

ἀποκόσμιος, ον, (κόσμος) qui procul a coetu hominum degit, qui in secessu, s. monasterio vivit

ἀποκοτταβίζω, f. ίσω, effundo cum sonitu, quod a potu in poculo remanserat. v. κότταβος.

ἀποκοτταβισμός, οῦ, ὁ, certamen illud potorum, quo, postquam biberant, reliquum sic e poculo ejiciebant, ut resonaret. A. praec.

ἀποκουρεύω, detondeo. Eccl.

ἀποκουρή, ῆς, ἡ, tonsura. Eccl.

ἀποκούριμος, ον, tonsus vel tondendus, f. l. Eur. El. 148.

ἀποκουφίζω, f. ίσω, levo, sublevo, exonero, libero, τινά τινος, vel ἔκ τινος.

ἀποκόψιμος, ον, (ἀποκόπτω) succidaneus, e ramo ficulneo aufero.

ἀποκραδίζω, (κράδη) e ramo ficulneo aufero.

ἀποκράδιος, ον, (κράδη) e ramo ficulneo ablatus.

ἀποκραιπαλάω, (κραιπάλη) crapulam edormio, seu exhalo.

ἀποκραιπαλίζομαι, f. ίσομαι, idem.

ἀποκραιπαλισμός, ου, ὁ, crapulae exhalatio, reditus ad sobrietatem. A praec.

ἀποκρανίζω, f. ίσω, (κρᾶνον) caput amputo, et reseco: de capite revello, βοὸς κέρας, Anth.

ἀποκρατέω, f. ήσω, cohibeo, compesco: retineo, inhibeo. 2) longe multumque supero, praevaleo, τινά, Hdt. 4, 50. 75.

ἀποκρεμάννυμι, f. κρεμάσω, (κρεμάννυμι, *irreg.*) dependere facio, pendulum s. demissum habeo, e g. αὐχένα, Il. 23, 879. suspendo.

ἀποκρεμάω, i. q. ἀποκρεμάννυμι, quod vide. Praesens hoc *Atticis* est *inusitatum*.

ἀποκρεόω, (κρέας) in carnem muto, carnem facio, Scr. eccl.

ἀπόκρεως, ω, ὁ, abstinentia carnis, tempus, quo a carne abstinetur. Script. eccl.

ἀποκρῆθεν, *adv.* i. q. κατακρῆθεν, de capite.

ἀπόκρημνος, ον, (κρημνός) abruptus, praeruptus, praeceps. ἀπόκρημνον, praeceps, abrutum, praecipitium.

ἀποκρίδόν, *adv.* (ἀποκρίνω) separatim.

ἀποκρινθύνω, f. υνῶ, i. q. ἀποκρίνω, secerno, excerno, *dub.* lect. Galeni ad Glauc. libr. 2.

ἀπόκριμα, τος, τό, absolutio, sententia judicis. 2) responsum.

ἀποκρίνω, f. κρινῶ, (κρίνω) secerno, separo, excerno, eximo: deligo, eligo; rejicio, improbo, adjudico, τινὰ τῆς νίκης, victoriam alicui abjudicare, Aristot. Pol. 5, 12. *Pass.* secernor, separor, ἀποκρινθείς, part. aor., separatus, Il. 5, 12. pertineo, abeo, vertor, vergo aliquo, εἴς τινα, vel εἴς τι. *Med.* ἀποκρίνομαι, respondeo, dicere ordior τι vel πρός τι: raro sic in *pass.* ἀποκρίνεταί μοι, respondetur mihi. ἀποκριθῆναι, i. q. διακριθῆναι, de pugnantibus, Poppo Thuc. T. 1, 1. p. 246.

ἀπόκρισις, εως, ἡ, responsio, responsum. 2) excretio, seu ipsa actio excernendi.

ἀποκριτικός, ή, όν, excernendi vim habens.

ἀπόκριτος, ον, selectus, excretus.

ἀποκροτέω, f. ήσω, crepito, plausito.

ἀποκρότημα, ατος, τό, digitorum crepitus.

ἀπόκροτος, ον, (κρότος) durus, asper, rigidus. 2) praeruptus, praeceps.

ἀποκρουνίζω, (κρουνίζω) fontis instar scaturio.

ἀπόκρουσις, εως, ἡ, (ἀποκρούω) depulsio, repulsio, propulsatio: τῆς σελήνης, decrescentia lunae.

ἀποκρουστικός, ή, όν, depulsivus, vim depellendi habens: σελήνη ἀποκρουστική, luna in occasu.

ἀπόκρουστος, ον, qui repellitur, seu rejicitur.

ἀποκρούω, f. ούσω, (κρούω) repello, depello, propulso, reprimo, excutio. *Med.* ἀποκρούομαι, propulso, refello, refuto.

ἀποκρυβή, ῆς, ἡ, i. q. ἀποκρυφή, Nicet.

ἀποκρύπτασκε, imperf. ep. ab ἀποκρύπτω, Hes.

ἀποκρύπτω, f. ψω, (κρύπτω) abscondo, occulto, contego, operior, τινί τι, Hom. obscuro dignitate et praestantia supero,

Plato. 2) e conspectu amitto, c. g. γῆν, Plat. Protag. p. 338. A. ut lat. *abscondo*, Virg. Aen. 3, 291. – ἀποκρύπτειν ἀνθρώπους dicimur, quos longius provecti amplius videre non possumus, Luc. 3) ἀποκρύπτεσθαί τινά τι, celare aliquem aliquid, Plato.

ἀποκρυσταλλοῦμαι, in glaciem concresco, conglacio.

ἀποκρυφή, ῆς, ἡ, (ἀποκρύπτω) latebra, latibulum.

ἀπόκρυφος, ον, occultus, absconditus. 2) spurius, suppositus. ἀπόκρυφόν τινος, clam aliquo, Xen. Symp. 8, 11.

ἀπόκρυψις, εως, ἡ, occultatio, latitatio.

ἀποκτάμεν, ἀποκτάμεναι, inf. aor. 2. act. *poet.* pro ἀποκτάναι, ab ἀποκτείνω, occido.

ἀποκτάμενος, part. aor. pass. *poet.* ab ἀποκτείνω.

ἀποκτάομαι, (κτάομαι, *irreg.*) possessionem alicujus rei amitto, alieno, emancipo: ap. seriores.

ἀποκτείνω, f. κτενῶ, *aor.* 1. ἀπέκτεινα, *aor.* 2. ἀπέκτανον, *poet.* ἀπέκταν, ας, α, pass. ἀπεκτάμην, apud sequiores, ἀπεκτάνθην, v. Lobeck ad Phryn. p. 36., *perf.* ἀπέκτονα, rarius ἀπεκτόνηκα, ap. scriptores non *Atticos* ἀπέκταγκα, Schaef. ad Sch. Ap. Rh. p. 147. – *interficio*, occido, perimo, caedo: eneco, pessumdo: capitis damno: per mortem tollo, aboleo, irritum reddo. (Radix κτείνω.)

ἀπόκτησις, ἡ, (ἀποκτάομαι) detrimentum.

ἀπόκτητος, ον, alienatus.

ἀποκτίννυμι, vel ἀποκτιννύω, i. q. ἀποκτείνω

ἀποκτιννύω, idem quod ἀποκτείνω, in dial. vulg.

ἀπόκτισις, εως, ἡ, colonia, ex ἀπό et κτίζω.

ἀποκτυπέω, f. ήσω, (κτυπέω, *irreg.*) sonum edo, vel cieo.

ἀποκυαμεύω, i. q. κυαμεύω.

ἀποκυβεύω, aleam tento, fortunae casum subeo.

ἀποκυβιστάω, desilio, praecipitem me do jactu corporis.

ἀποκυδαίνω, i. q. κυδαίνω, sed fortius.

ἀποκυέω, f. ήσω, pario, gigno. ἀποκυήσασα, enixa, connixa; effoeta.

ἀποκύησις, εως, ἡ, partus, puerperium. A praec.

ἀποκυΐσκω, (κυΐσκω) facio, ut aliqua pariat, abortum efficio. *Med.* i. q. ἀποκυέω, pario, fetum depono.

ἀποκυλινδέω, v. ἀποκυλίνδω.

ἀποκυλίνδω, vel ἀποκυλινδέω, f. ήσω, (κυλίνδω) devolvo, volvendo amoveo.

ἀποκύλισμα, τος, τό, devolutum, volvendo amotum.

ἀποκυλίω, f. ίσω, (κυλίω) devolvo, volvendo amoveo, volvendo amolior. (penult. in praes. brevis, in fut. longa est.)

ἀποκυματίζω, f. ίσω, undis agito.

ἀπόκυνον, ου, τό, (κύων) frutex, qui canes in primis ab ipsis comestus necare traditur.

ἀποκύπτω, f. ψω, declino me, Ar. Lys. 1003. ubi legitur ἀποκέκυφα, significatione praesentis.

ἀποκυρόω, f. ώσω, abrogo, irritum facio, auctoritate privo.

ἀποκυρτόω, f. ώσω, gibbosum reddo.

ἀποκύρωσις, εως, ἡ, abrogatio. (ῡ)

ἀποκωκύω, flendo conficior. Aesch. Ag. 1555. (υ producitur et corripitur.)

ἀποκώλυσις, εως, ἡ, impeditio.

ἀποκωλύω, f. ύσω, prohibeo, veto, impedio, arceo. (penult. anceps.)

ἀποκωφόω, (κωφόω) mutum reddo. 2) surdum reddo.

ἀπολαγχάνω, (λαγχάνω, *irreg.*) sorte aliquid accipio, sortior, Hdt. 2) alicujus rei expers sum, ut ἀποτυγχάνω, Eur. Ion. 609.

ἀπολάζυμαι, *poet.* pro ἀπολαμβάνω, recipio, repeto: demo.

ἀπολαιμίζω, i. q. ἀπολαιμοτομέω.

ἀπολαιμοτομέω, gulam incido, fauces amputo.

ἀπολαιμοτόμος, ον, gulam praecidens.

ἀπολαιμότομος, ον, cui gula praecisa est.

ἀπολᾱκέω, (λακέω, *irreg.*) crepo, sonum edo.

ἀπολάκησις, εως, ἡ, crepitus. (Antepen. longa.)

ἀπολακτίζω, f. ίσω, calce ferio, calce repello. 2) despicio, sperno.

ἀπολακτισμός, οῦ, ὁ, calcitratio: βίου, sui ipsius caedes, Aesch. A praec.

ἀπολαλέω, f. ήσω, enuncio, eloquor. 2) renuo, sermone recuso.

ἀπολαμβάνω, f. λήψομαι, (λαμβάνω, *irreg.*) perf. *Att.* ἀπείληφα, perf. pass. ἀπείλημμαι, aor. 1. pass. ἀπελήφθην, aor. 2) act. ἀπέλαβον, *accipio*, inprimis rem mihi debitam, vide sub ἀποδίδωμι: χάριτας, χάριν, gratiam accipio, s. gratia mihi rependitur: τοὺς ὅρκους, (jusjurandum accipio, mihi praestari jubeo, Dem. 2) seorsum capio, excipio, excerpo: intercludo, *e. g.* τὴν ἀναπνοήν, Plut. intercipio, cohibeo, dirimo, detineo: sic imprimis de ventis adversis, navis cursum impedientibus, Plat. Phaed. 58. B. ἀπολαμβάνεσθαι ὑπ' ἀπλοίας, detineri, Thuc. Hinc ἀπειλημμένος ἔν τινι vel εἴς τι, interceptus alicubi, in angustias compulsus, Valck. Hdt. 9, 70. 3) adimo, aufero, Pol. b. 22, 26, 8. 4) *recipio*, amissum recupero, τί παρά τινος.

ἀπολάμπετος, ον, i. q. ἀλάμπετος, conjecit Herm. Hom. h. 32, 5.

ἀπολαμπρύνω, splendidum reddo, illustro, polio. pass. ἀπολαμπρύνεταί τις, gloria quaeritur, paratur alicui, Hdt. 6, 70.

ἀπολάμπω, f. ψω, emico, effulgeo, resplendeo: etiam *Med.* 2) ejaculor, emitto, αὐγήν.

ἀπολανθάνομαι, i. q. ἐπιλανθάνομαι, v. Schaef. ad Long. p. 377.

ἀπολάπτω, f. ψω, (λάπτω) lambendo absorbeo.

ἀπόλαυσις, εως, ἡ, (ἀπολαύω) fruitio, usus, commodum, fructus, quem ex aliqua re percipimus: voluptas, oblectatio

ἀπόλαυσμα, ατος, τό, oblectamentum.

ἀπολαυστικός, ή, όν, in voluptate vivens, voluptatibus deditus: voluptatem afferens.

ἀπολαυστός, όν, ad voluptatem pertinens, cujus dulcedo percepta est. A seq.

ἀπολαύω, f. αύσω et αύσομαι, Ar. Av. 178. (ejusdem radicis cum λαμβάνω, λαβεῖν) capio ex aliqua re vel commodum, vel incommodum: utor, fruor, fructum, emolumentum capio: damnum capio, punior: ἱκανῶς ἀπολαύσασά μου, quum mihi satis illusisset, Plut. *Constr.* vel *cum gen.* ἀπολαύειν τῶν παρόντων ἀγαθῶν, σχολῆς, bonis, otio frui, Isocr., Dem. vel, quod rarius est, *c. praep.* ἀπό, Plato Apol. 18. Saepenumero adjicitur praeterea accusativus, ut ἀγαθὸν ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ, Ar., qui etiam solus ponitur, sine genitivo, ut δέδοικα, μὴ αὐτὸς ἀπολαύω τι φλαῦρον, Isocr.

ἀπελαχεῖν, inf. aor. 2. ἀπέλαχον, ab ἀπολαγχάνω.

ἀπολεαίνω, (λεαίνω) laevigo, complano: contero, comminuo.

ἀπολέγω, f. ξω, (λέγω, *irreg.*) deligo, seligo, decerpo. 2) rejicio, repudio. 3) declaro. 4) interdico, veto. *Med. c. acc.* mihi interdico, abnuo, abstineo, despero, animum despondeo.

ἀπολεία, ας, ἡ, (ἀπόλλυμι) detrimentum, pernicies.

ἀπολείβω, f. ψω, destillo, fundo.

ἀπόλειμμα, τος, τό, reliquum, reliquiae. A seq.

ἀπολείπω, f. ψω, (λείπω) relinquo, οὐδ' ἀπέλειπεν ἔγκατα, ne exta quidem reliquit, Od. 9, 292. βίον, morior, Soph. Ph. 1158. desero, destituo auxilio, δόμον, Il. 12, 169. Θρασύλοχον ἀτυχήσαντα, Isocr. ἄνδρα, relinquo virum, s. divortium facio, frequentissime omisso ἄνδρα, Andoc.: sic et ἀπολελοιπυῖα γυνή, Dem. 2) deficio, ἤπου σε ταχέως ἀπέλιπε τὰ χρήματα; defecerunt te, Ar. Plut. 832. Multo vero frequentius hac significatione omittitur accusativus, ut ἀπολείπω *intransitive* sit: desum, deficio; καρπὸς ἀπολείπει, Od. 7, 117. ποταμός, discedit, defluit, Hdt. 2, 14. cf. c. 22. Dicitur etiam de personis, desino, desisto, finem facio. ὅθεν δ' ἀπέλιπον, πάλιν ποιήσομαι τὴν ἀρχήν, unde destiti, Isocr., etiam c. partic. – absum, ἀπὸ τεσσάρων πηχέων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους a quatuor ulnis distans trium digitorum longitudine, Hdt. 1, 60. μικρὸν ἀπολείπω, parum absum, *c. inf.* vel c. gen. cui etiam, si ille gen. verbi infinitivus c. articulo est, μὴ adjicitur; μικρὸν ἀπολιπὼν ἐκπολιορκεῖσθαι, Plut. μικρὸν ἀπέλιπον τοῦ μὴ περιπεσεῖν συμφοραῖς, Isocr. μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων, μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά, Hes. Op. 694. cf. 487. – Notandus praeterea *Passivi* usus, ἀπολείπεσθαί τινος, relinqui ab aliquo, proprie in certamine cursus, alio praevertente, superari, vinci, ὥστε μηδεμιᾶς τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἀπολελεῖφθαι, etiam addito dativo, τοῖς ἔργοις, Isocr.: abesse, absentem esse, ὁδίστου θεάματος ἀπελείφθης, Luc.: non adsequi, non intelligere aut non discere posse, rei penitus ignarum esse, ἀρετῆς, Dem. παιδείας, Isocr. – *med.* deficio animo, concido.

ἀπολειτουργέω, munere defungor.

ἀπολείχω, f. ξω, lambendo tollo, aufero.

ἀπόλειψις, εως, ἡ, (ἀπολείπω) relictio, derelictio: defectus, σελήνης, Aristot. ἀπόλειψιν ἀπογράψασθαι, mulier dicitur, quae viro repudium mittit, Demosth.

ἀπόλεκτος, ον, (ἀπολέγω) electus, eximius.

ἀπολελημμένως, *adv.* negligenter.

ἀπολελυμένως, *adv.* (ἀπολύω) solute, libere. Grammaticis dicitur etiam de positivo adjectivorum gradu.

ἀπολέμητος, ον, (πολεμέω) bello non vexatus, bello non lacessitus.

ἀπόλεμμα, τος, τό, (λέπω) corium, pellis.

ἀπόλεμος, ον, imbellis, inhabilis ad bellum: inexpugnabilis: pacificus.

ἀπολέμως, *adv.* non pugnaciter, leniter.

ἀπολεπίζω, f. ίσω, decortico.

ἀπολέπισμα, τος, τό, cortex resectus; minutae partes olerum, plantarum resectae.

A praec.

ἀπολεπτύνω, f. υνῶ, extenuo: in mucronem colligo.

ἀπολέπω, f. ψω, decortio, putamen seu squamas aufero.

ἀπολέσκετο, 3 sing. aor. 2. med. *Epice* pro ἀπώλετο, ab ἀπόλλυμι, Od.

ἀπολευκαίνω, dealbo, candefacio.

ἀπολήγω, f. ξω, desino, desisto, *c. gen.* vel part. Hom. 2) *trans.* i. q. παύω, Ap. Rh. 4, 767.

ἀποληκέω, *Ion.* pro ἀπολακέω, crepo, crepitum edo.

ἀποληκυθίζω, f. ίσω, detraho ληκύθιον, seu ornamentum oratorium.

ἀπόληξις, εως, ἡ, (ἀπολήγω) finis, clausula.

ἀποληρέω, f. ήσω, nugor, deliro.

ἀπόληψις, εως, ἡ, (ἀπολαμβάνω) receptio, retentio, recuperatio. 2) interclusio, suppressio.

ἀπολιβάζω, f. άξω, (ἀπολείβω) recedo, aufugio, Ar. Av. 1467.

ἀπολιγαίνω, (λιγαίνω) strepitum facio, turbas excito, Ar. Ach. 967.

ἀπολιθόω, f. ώσω, (λιθόω) in lapidem verto, lapidescere facio. ἀπολιθοῦμαι, lapidesco: taceo.

ἀπολίθωσις, εως, ἡ, mutatio in lapidem. A praec.

ἀπολιμπάνω relinquo *Ion.* p. ἀπολείπω.

ἀπολινόω, f. ώσω, lino vincio.

ἀπολίνωσις, εως, ἡ, ligatio, proprie, quae fit lino. (ῐ)

ἀπολιόρκητος, ον, (πολιορκέω) qui obsideri, expugnari non potest.

ἄπολις, εως, ἡ, ἄπολις πόλις, urbs eversa, quae non amplius urbs est, Plato de Rep. 6. Aesch. Eum. 451.

ἄπολις, ιδος, ὁ, ἡ, cui urbs non est, qui sine urbe est, qui urbe sua privatus est, extorris, Xen. Hell. 6, 3, 1. patria pulsus, cui nulla est patria: dignus patria ejici, Soph. Ant. 370. inurbanus, incultus, Synes.

ἀπολισθαίνω, f. σθήσω, (ὀλισθαίνω, *irreg.*) delabor, lapsante gressu, ut in loco lubrico; aberro ab eo, quod petebam, non adhaeresco, defluo, τῆς μνήμης, e memoria, Alciph. ep. 3, 11.

ἀπολισθάνω, id. quod ἀπολισθαίνω, Thuc. 7, 65. ὅπως ἂν ἀπολισθάνοι καὶ μὴ ἔχοι ἀντιλαβὴν ἡ χεὶρ ἐπιβαλλομένη.

ἀπόλιστος, ον, id quod ἄπολις, Man. 4, 281.

ἀπολιταργίζω, (λιταργίζω) celeri gradu a foribus me proripio, celeriter aufugio, me abripio. Ar. Nub. 1255. Pac. 561.

ἀπολίτευτος, ον, (πολιτεύομαι) nequaquam civilis, non urbanus, sine politia, nulli civitati adscriptus, extra leges et consortium civilis societatis agens: alienus a republica gerenda, s. ineptus ad rempublicam gerendam: non popularis.

ἀπολίτης, ου, ὁ, qui civis esse desiit. 2) alienus a reipublicae negotiis.

ἀπολιτικός, ἡ, όν, qui non est πολιτικός, qui est reipublicae ignarus: civilis gubernationis expers.

ἀπολιχμάω, f. ήσω, delambo, delingo.

ἀπολλήγω, *poet.* pro ἀπολήγω.

ἀπόλλυμι, f. ἀπολῶ, *poet.* ἀπολέσω vel ἀπολέσσω, aor. ἀπώλεσα, *poet.* ἀπόλεσσα, perf. ἀπώλεκα, *Att.* ἀπολώλεκα. *med.* aor. 2. ἀπωλόμην. *Pass.* aor. 1. ἀπωλέσθην, apud sequiores et deteriores, ut Aesop. fab., 28. (ὄλλυμι, *irreg.*) perdo, interficio, perimo: vasto, diruo: amitto, ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι, occidi, Hom. *med.* ad quod pertinet etiam perf. 2. ἀπόλωλα, pereo, intereo, dispereo, morior: amittor, deficio. Homerus utitur formula ὄλεθρον, μόρον ἀπολέσθαι vel ἀπ' αἰῶνος ὀλέσθαι pro mori. *Not.* Perf. 2. apud seriores quosdam *activa* signif. invenitur, v. Lobeck. Phryn. p. 428. nisi in omnibus his locis lectio corrupta est.

Ἀπόλλων, ωνος, ὁ, Apollo *Dimin.* Ἀπολλωνίσκος, ου, ὁ.

Ἀπολλώνειον, vel Ἀπολλώνιον, ου, τό, templum Apollinis.

ἀπολογαριάζω, rationem ineo, computo. Suid.

ἀπολογαριασμός, οῦ, ὁ, supputatio. A praec.

ἀπολογέομαι, f. ήσομαι, (λόγος) defendo me verbis, dico pro me: excuso me.

ἀπολόγημα, ατος, τό, excusatio, defensio, refutatio. A praec.

ἀπολογητικός, ή, όν, defensorius, ad defensionem pertinens. Ab eod.

ἀπολογία, ας, ἡ, defensio, quae fit verbis, excusatio, purgatio; satisfactio: oratio, vel scriptio defensoria.

ἀπολογίζομαι, f. ίσομαι, rationes reddo, seu refero: expensum refero: rationem ineo, ratione inita colligo, τὶ vel περί τινος.

ἀπολογισμός, οῦ, ὁ, rationis redditio et relatio: expensi relatio: rationum codex, tabulae rationum. 2) narratio, expositio rei, qua adpareat, rem bene actam: explicatio caussarum: defensio.

ἀπόλογος, ου, ὁ, narratio longa et verbosa. 2) fabula, apologus, narratio ficta. 3) ἀπόλογοι, tabulae expensarum.

ἀπολοίατο, 3. plur. opt. aor. 2. *Med. Ion.* pro ἀπόλοιντο, ab ἀπόλλυμι.

ἀπόλοιπος, ον, reliquus.

ἀπολολύζω, f. ύξω, (ὀλολύζω) clamore et vociferatione laetitiam prae me fero.

ἀπολοπίζω, i. q. ἀπολεπίζω, A. B. 25. 26.

ἄπολος, ον, (πόλος) immobilis.

ἀπόλουμα, ατος, τό, lavacrum, s. quod lavando abluitur, sordes e lotione.

ἀπολούσιμεν, i. q. ἀποκόψειν: ita legebant nonnulli Il. 21, 455. Vox *Cypria* fuisse dicitur.

ἀπόλουσις, εως, ἡ, lotio.

ἀπολούτριος, ον, ad lavandum pertinens.

ἀπολούω, f. ούσω, abluo. *Med.* curo me abluendum.

ἀπολοφύρομαι, (ὀλοφύρομαι) ejulatibus prosequor, deploro. 2) plorare desino.

ἀπολοχμόομαι, f. ώσομαι, frutico, fruticescor densis fruticibus silvesco.

ἀπόλῡμα, τό, (λῦμα) retrimentum, Nic. Th. 919.

ἀπολῡμαίνομαι, purgor. 2) corrumpo.

ἀπολῡμαντήρ, ῆρος, ὁ, corruptor, perniciem afferens, pernicies. A praec.

ἀπολυπραγμόνητος, ον, (πολυπραγμονέω) nihil laboris habens, rerum alienarum incurius.

ἀπολυπραγμονήτως, *adv.* sine multo labore.

ἀπολυπράγμων, ον, non curiosus.

ἀπολύσιμος, ον, (ἀπολύω) liberatio, absolutio, liberandi vim habens. 2) qui liberari potest. (ῡ).

ἀπόλῡσις, εως, ἡ, (ἀπολύω) liberatio, absolutio: refutatio. 2) discessus, profectio: decessus, obitus: 3) confectio sc. negotiorum.

ἀπολῡτικός, ή, όν, vim absolvendi habens.

ἀπολῡτικῶς, *adv.* cum vi absolvendi; ἔχειν, proclivem esse ad absolvendum. Xenoph.

ἀπόλῡτος, ον, solutus, liberatus. 2) absolutus. τὸ ἀπόλυτον, positivus gradus, Grammat.

ἀπολυτρόω, f. ώσω, accepto pretio dimitto. *Med.* redimo.

ἀπολύτρωσις, εως, ἡ, *proprie* redemtio captivi solvendo pretio: liberatio. A praec.

ἀπολύτως, *adv.* solute, libere. 2) absolute. (ῡ)

ἀπολύω, f. λύσω, (λύω, *irreg.*) solvo, exsolvo, sejungo, τί τινος: dimitto, remitto, do veniam abeundi, reum absolvo, τινά τι, Dem.: libero dato pretio redemtionis, i. q. ἀπολυτρόω, Hom. *Med.* solvo me, diluo crimen, αἰτίαν, Dem.: refuto: discedo, abeo, proficiscor: dimitto redemtum ab altero. – τὸ ἀπολελυμένον, positivus adjectivorum gradus, Gramm. (ῠ in praes. anceps, in fut. et aor. longum.)

ἀπολωβάω, f. ήσω, injuria adficio, contumelia lacesso.

ἀπολωπίζω, f. ίσω, vestem exuo.

ἀπολωτίζω, detraho, avello, more eorum, qui λωτόν carpunt, h. e. optimum quodque.

ἀπολωφάω, f. ήσω, *Ion.* ἀπολωφέω, sedo, relevo.

ἀπομαγδαλία, ας, ἡ, vide μαγδαλία, quod idem est.

ἀπόμαγμα, ατος, τό, verrimentum, sive id, quod ex abstersione colligitur: lustratio. 2) expressio, e. g. δακτυλίων.

ἀπομαδαρόω, tundeo: ex ἀπό et μαδαρέω, a μαδαρός, *dub.*

ἀπομᾱδάω, i. q. μαδάω, Aristot. mirab. 79.

ἀπομαδίζω, calvum reddo. Sch. Ar. Eq. 572.

ἀπομάθησις, εως, ἡ, (ἀπομανθάνω) doctrinae oblivio.

ἀπομάθημα, ατος, τό, quod oblivioni dedimus.

ἀπομαίνομαι, (μαίνομαι, *irreg.*) furere, insanire desino

ἀπομακρύνω, longe removeo. 2) in longum extendo.

ἀπομάκτης, ου, ὁ, (ἀπομάττω) abstergens.

ἀπόμακτρα, ας, ἡ, instrumentum ad abstergendum.

ἀπόμακτρον, ου, ὁ, i. q. ἀπόμαγμα.

ἀπομαλακίζομαι, f. ίσομαι, effeminatus sum, defugio, detrecto quid prae ignavia, mollitie et formidine, πρός τι.

ἀπομαλθακίζομαι, idem.

ἀπομαλθακόομαι, idem.

ἀπομανθάνω, f. μαθήσομαι, (μανθάνω) dedisco.

ἀπομαντεύομαι, divino, futura praedico.

ἀπόμαξις, εως, ἡ, (ἀπομάσσω) detersio.

ἀπομαραίνω, tabefacio. ἀπομαραίνομαι, flaccesco, deficio, marcesco, languore consumor: morior.

ἀπομαρτυρέω, f. ήσω, testor, attestor, testimonium perhibeo. 2) renuncio.

ἀπομαρτύρομαι, testibus confirmo. (ῡ)

ἀπομάσσω, *Att.* ἀπομάττω, fut. ξω, (μάσσω) abstergo, detergo, purgo. *Med.* mihi abstergo, e. g. ἱδρῶτα, κονιορτόν. 2) tollo, inpr. tollo de modio, quidquid cumuli accessit: κενεὰν ἀπομάττειν, proverb. de iis, qui frustra laborant, Theocr. 15, 95. 3) exprimo, effingo, imitor, τύπον, σχῆμα. *med.*

compare me ad exemplum alicujus: mihi comparo, c. g. αἰσχύνην: imitor, plane repraesento, τὸ Σωκρατικὸν ἦθος ἀπομεμαγμένοι εἰσίν, mentiti sunt indolem Socraticam, Diog. Laert.

ἀπομαστιγόω, f. ώσω, flagello, vehementer flagello.

ἀποματαΐζω, f. ίσω, crepitum ventris emitto, Hdt. 2, 162. *propr.* stultum me gero.

ἀπομάχομαι, f. μαχέσομαι, (μάχομαι, *irreg.*) pugnando averto, amolior, arceo, defendo, c. *acc.* vel cum inf. et μή pleon. 2) repugno, renitor, resisto, recuso.

ἀπόμαχος, ον, (μάχη) qui est extra pugnam, qui quamcumque ob caussam abest a praelio. 2) pugnae inutilis.

ἀπομεθύσκομαι, ebrietate liberor, crapulam edormio. Etym.

ἀπομειλίσσομαι, vel *Att.* ίττομαι, f. ίξομαι, demulceo, delinio, placo,

ἀπομείρομαι, (μείρομαι, *irreg.*) praebeo. distribuo: sortior. 2) separatus sum ab aliquo, *c. gen.* Hes. Th. 801.

ἀπομείωσις, εως, ἡ, (μειόω) diminutio.

ἀπομελαίνω, (μελαίνω) denigro, nigrum reddo.

ἀπόμελι, ιτος, τό, decoctum dulcissimorum favorum aceto mixtorum, mella.

ἀπομέμφομαι, f. ψομαι, accuso, incuso: reprehendo, *c. acc.*

ἀπομένω, f. νῶ, (μένω, *irreg.*) remaneo, permaneo, maneo.

ἀπομερίζω, f. ίσω, (μερίζω) dispertio, divido, separo, tribuo: partem rei, v. c. praedae, do.

ἀπομερισμός, οῦ, ὁ, divisio, partitio, distributio.

ἀπομεριμνηρίζω, f. ίσω, et ίξω, (μεριμνηρίζω) depositis curis dormio.

ἀπομεστόω, (μεστόω) plane impleo, compleo, Plato.

ἀπομετρέω, f. ήσω, metior, demetior.

ἀπομέτρημα, ατος, τό, demensum.

ἀπομηκύνω, f. υνῶ, (μηκύνω) in longum extraho, produco.

ἀπομηνίω, f. ίσω, irascor. 2) continuo irascor, iram continuo, τινί, adversus aliquem. (ι praes. anceps, futuri et aor. 1. longum.)

ἀπομίγνυμι, f. μίξω, misceo, commisceo. 2) mixta separo. *dub.*

ἀπομιμέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, imitor, effingo.

ἀπομίμημα, ατος, τό, imitatio, simulacrum. (ῑ)

ἀπομίμησις, εως, ἡ, imitatio, expressio ad exemplar alicujus. (ῑ)

ἀπομιμνήσκομαι, f. μνήσομαι, (μιμνήσκω, *irreg.*) recordor.

ἀπομινύθω, i. q. μινύθω, decresco, minuor, Orph.

ἀπόμιξις, εως, ἡ, (ἀπομίγνυμι) commixtio.

ἀπομισέω, i. q. μισέω.

ἀπόμισθος, ον, (μισθός) cui merces non datur, cui merces aut stipendium detrahitur, mercedis expers: qui gratuitam praestat operam. 2) mercede aliquid faciens, mercenarius.

ἀπομισθόω, f. ώσω, loco mercede, eloco: conduco.

ἀπομίσθωμα, ατος, τό, res mercede conducta, aut locata. A praec.

ἀπομνάομαι, f. ήσομαι, *Ion.* p. ἀπομιμνήσκομαι, recordor. memorem me ostendo, vel beneficii, referendo gratiam, vel injuriae, ulciscendo.

ἀπομνημόνευμα, ατος, τό, dictum memorabile. 2) res, quae memoratur, historia. 3) *Plur.* commentarii rerum gestarum, s. dictorum atque factorum.

ἀπομνημόνευσις, εως, ἡ, commemoratio.

ἀπομνημονεύω, f. εύσω, recordor, reminiscor: memoriter recito: commemoro. 2) idem quod ἀπομνάομαι.

ἀπομνησικακέω, f. ήσω, memor sum injuriae. 2) injuriae memoriam ex animo deleo.

ἀπόμνυμι, f. ομοῦμαι, (ὄμνυμι, *irreg.*) juro, juramentum praesto, ὅρκον, Od. 2, 377. 10, 381. 2) abjuro, jurejurando adfirmo, me non facturum esse, Od. 10, 345. vel nego me fecisse, Pind, ἀπόμνυμι θεούς, diis testibus invocatis abjuro, Ar. Eq. 126. sequente μή, Eur. Cycl. 266.

ἀπομνύω, i. q. ἀπόμνυμι, in praes. et impf. *poet.*

ἀπόμοιρα, ας, ἡ, pars, portio: pars reditus ex agro, v. c. decimae.

ἀπομοιράομαι, tribuo, largior, *dub.*

ἀπομοίριος, ον, qui pars est alicujus rei.

ἀπομονόω, f. ώσω, derelinquo, defendo. 2) privo, separo, excludo, non comprehendo v. c. foedere, τινά τινος. Thuc.

ἀπόμοργμα, ατος, τό, quod est expressum ex alio, ut signum annulo impressum. 2) absteraum.

ἀπομόργνυμι, f. ξω, (ὀμόργνυμι, *irreg.*) exprimo. 2) abstergo.

ἀπόμορξις, εως, ἡ, abstersio: expressio.

ἀπόμορφος, ον, i. q. ξένος, Soph.

ἀπόμοσις, εως, ἡ, (ἀπόμνυμι) abjuratio, infitiatio.

ἀπομοτικός, ή, όν, ad abjurandum pertinens vel paratus.

ἀπομοτικῶς, *adv.* ejurandi sensu.

ἀπόμουσος, ον, a Musis alienus: indoctus.

ἀπομούσως, *adv.* inducte.

ἀπομοχλεύω, (μοχλεύω) vecte amolior, vi amoveo.

ἀπομυζάω, (μυζάω) exsugo, absorbeo.

ἀπομυζουρίς, ίδος, ἡ, (ἀπό, μύζω et οὐρά) fellatrix.

ἀπομυθέομαι, f. ήσομαι, dissuadeo, prohibeo, τινί τι.

Ἀπόμυιος, ου, ὁ, (μυῖα) qui abigit muscas: Cognomen Jovis.

ἀπομυκάομαι, (μυκάομαι) mugio.

ἀπομυκτηρίζω, μυκτηρίζω) supensis naribus rejicio, alto supercilio despicio, subsannando repudio.

ἀπομυκτίζω, (μυκτίζω) superbe et cum strepitu quodam narium aliquem rejicio, Lucian. dial. meretr. 7. nisi vox corrupta sit, quum non μυκτίζω sed μυχθίζω dici soleat.

ἀπομυκτισμός, οῦ, ὁ, sanna, irrisio, cavillatio.

ἀπομυλλαίνω, (μυλλαίνω) intorqueo, incurvo, praes. labium ad deridendum aliquem.

ἀπομυξία, ας, ἡ, id, quod emungendo detrahimus. A seq.

ἀπομύσσω, *Att.* ἀπομύττω, f. ξω, (μύσσω) mungo, emungo. 2) decipio.

ἀπομυχθίζω, (μυχθίζω, i. q. ἀπομυκτίζω.

ἀπομύω, f. ύσω, (μύω) claudo, tego: morior. (υ in praes. breve, in fut. longum.)

ἀπομφολύγωτος, ον, (πομφολυγόω) bullas non excitans, non erumpens in bullas.

ἀπομωλύνω, i. q. μωλύνω, sed fortius.

ἀπομωρόω, (μωρόω) fatuum reddo.

ἀπόναιο, 2 sing. opt. aor. 2 ab ἀπονίνημι, Il. ἀπονοίατο, 3 plur. pro ἀπόναιντο, Hom. h. Cer. 132.

ἀποναίω, (ναίω, *irreg.*) migro, sedem muto, alio habitatum eo. cf. ἀπονάω.

ἀπόναμαι, i. q. ἀπονίναμαι, Gramm.

ἀποναρκάω, (ναρκάω) torpesco, torpeo, hebesco, piger sum.

ἀποναρκόω, hebeto, torpore resolvo.

ἀπονάω, praesens *obsol.*, a quo exstat aor. 1. act. et med. ἀπένασα, et ἀπενάσατο, vel propter versum, ἀπένασσα et ἀπενάσσατο: *activum* significat *migrare jubeo*, *alio loco sedes habere jubeo*, Il. 16, 86.; *medium* vero idem quod ἀποναίω, *migro*, *sedem muto*. Il. 2, 629. Od. 15, 254.

ἀπονεκρόομαι, emorior: obrigeo, (frigore) et emorior.

ἀπονέκρωσις, εως, ἡ, mors.

ἀπονέμησις, εως, ἡ, (ἀπονέμω) distributio, attributio, adsignatio, deputatio.

ἀπονεμητής, οῦ, ὁ, distributor.

ἀπονεμητικός, ή, όν, ad distribuendum pertinens: τὸ ἀπονεμητικόν, propensio animi suum cuique attribuendi. Antonin.

ἀπονέμω, f. νεμῶ et νεμήσω, (νέμω, *irreg.*) distribuo, dispertio, attribuo, adsigno: ἀπόνειμον, i. q. ἀνάγνωθι, lege, recita, Pind. Isthm. 2, 68.

ἀπονενοημένως, *adv.* ab ἀπονοέομαι, dementer, fatue, desperate.

ἀπονέομαι, (νέομαι, *irreg.*) abeo: redeo, revertor. (Homerus primam semper producit, itemque seriores quoque Epici.)

ἀπονεοττεύω, f. εύσω, nidificare desino.

ἀπόνευμα, ατος, τό, (ἀπονεύω) declivitas.

ἀπονεῦμαι, *Dor.* pro ἀπονέομαι.

ἀπονευρόω. f. ώσω, in νεῦρον muto.

ἀπονεύρωσις, εως, ἡ, mutatio in νεῦρον; tendo

ἀπονεύω, f. εύσω, abnuo, respuo, aversor. *c. ac.* 2) nuto, declino, flecto, vergo, inclino, πρός τι.

ἀπονέω, νήσω, (νέω, *irreg.*) sublevo, onus demo, Eur. Ion. 875.

ἀπονήμενος, part. aor. 2. *med.* ab ἀπονίνημι.

ἀπονηρευσία, ας, ἡ, (πονηρεύω) simplicitas, integritas, innocentia.

ἀπόνηρος, ον, (πονηρός) minime malus, non depravatus, noxa carens, simplex, fraudis expers.

ἀπονηστίζομαι, (νῆστις) jejunium finio, Eccl.

ἀπονητί, *adv.* ab ἀπόνητος, sine labore, facile.

ἀπόνητο, 3. sing. aor. 2. med. *Ion.* pro ἀπώνητο, ab ἀπονίνημι.

ἀπόνητος, ον, (πονέω) illaboratus. 2) labore carens, facilis. ἀπονητότατα, facillime.

ἀπονήχομαι, f. νήξομαι, enato.

ἀπονία, ας, ἡ, (ἄπονος) vacatio a labore. 2) aversatio laboris, laborum detrectatio, desidia, inertia.

ἀπονίζω, f. ίσω, (νίζω) abluo, abstergo. Occurrit tantum in praes. et impf. *act.* et *med.*

ἀπονικάω, f. ήσω, vinco, supero: exoro.

ἀπόνιμμα, ατος, τό, (ἀπονίπτω) aqua ad lavandum: sordes elutae: aqua, quae mortuis fundebatur.

ἀπόνιπτρον, ου, τό, i. q. ἀπόνιμμα.

ἀπονίπτω, f. ψω, (νίπτω) abstergo, abluo

ἀπονίσσομαι, (νίσσομαι) abeo, Thgn.

ἀπονιτρόω, nitro tergeo, abstergo.

ἀπονοέομαι, f. ήσομαι, nil pensi habeo, mentem et rationem abjicio. 2) insolesco, vesana mente efferor. Dicitur de omnibus generibus robustioris improbitatis, ut maledicere improbe, incestare etc. de quibus Latini furorem dicunt. 3) ad desperationem redactus sum. ἀπονενοημένος, temerarius, demens, desperatus, amens, vecors. 4) diligenter cognosco. ap. LXX.

ἀπόνοια, ας, ἡ, amentia, vecordia, insania, dementia. 2) vesana confidentia, audacia perdita, insolentia et animi elatio: contumacia. 3) de insigni fortitudine pugnantium.

ἀπονομάζω, f. άσω, denomino, adpello, *dub.*

ἀπονομή, ῆς, ἡ, (ἀπονέμω) partitio, distributio.

ἀπονομίζω, (νομίζω) lege veto.

ἄπονος, ον, (πόνος) labore carens: mollis, nullis laboribus adsuetus. 2) minime impeditus: non dolens, expers molestiae. 3) facilis.

ἀπονοστέω, f. ήσω, redeo, revertor.

ἀπονόστησις, εος, ἡ, reversio, reditus. A praec.

ἀπονόσφι, ante vocalem ἀπονόσφιν, *adv.* (νόσφι) procul, seorsum. 2) *cum gen.* procul a, Il. 1, 541. Od. 5, 113.

ἀπονοσφίζω, (νοσφίζω) separo, sejungo, τινά τινος, Hom. h. Cer. 158. vito, fugio, *c. acc. rei*, Soph. O. R. 480. *Pass.* privor, ἐδωδῆς, Hom. h. Cer. 562.

ἀπονουθετέω, (νουθετέω) dissuadeo.

ἀπόνουσος, ον, (νόσος) morbi expers.

ἀπονυκτερεύω, f. εύσω, pernocto foris, abnocto.

ἀπονύμφης, ου, ὁ, (νύμφη) qui a contrahendis sponsalibus, h. e. ducenda uxore abhorret: qui mulierum commercio non delectatur.

ἀπόνυμφος, ου, ὁ, i. q. ἀπονύμφης.

ἀπονυστάζω, f. άσω et άξω, (νυστάζω, *irreg.*) obdormisco, dormito. 2) secubo, foris cubo. 3) negligenter ago.

ἀπονυχίζω, f. ίσω, (ὀνυχίζω) ungues reseco. 2) unguibus aufero. 3) unguibus exploro, ἀπωνυχισμένος, ad unguem factus.

ἀπονύχισμα, ατος, τό, unguium segmentum. A praec.

ἀπόνως, *adv.* (ἄπονος) sine labore, facile.

ἀπονωτίζω, (νωτίζω) facio, ut aliquis dorsum mihi advertat, fugo. *Med.* fugio.

ἀποξαίνω, (ξαίνω) caedo flagris, dilanio, discerpo, Joseph.

ἀποξενίζω, i. q. ἀποξενόω, Athanas. ad Serap. 1. p. 182.

ἀποξενιτεύω, idem. Schol. Eur. Hec. 1207.

ἀπόξενος, ον, inhospitalis, inhospitus. 2) ἀπόξενος γῆς, remotus a terra, peregrinus, Aesch. Ag. 1293.

ἀποξενόω, f. ώσω, peregre abigo, expello: in exsilium ablego: abalieno, τινά τινος. *Med.* ἀποξενόομαι, extra patriam dego, peregrinor: reus agor peregrinitatis: externum me simulo, alienum me simulo: degenero in morem externum.

ἀποξένωσις, εως, ἡ, peregrinatio, migratio, migratio in externam regionem: commoratio extra patriam: degeneratio a patrio more in extraneum. A praec.

ἀποξέω, f. έσω, (ξέω) abrado, dedolo. 2) polio, expolio.

ἀποξηραίνω, exsicco, arefacio. ἀποξηραίνομαι, exaresco.

ἀποξιφίζω, idem quod ξιφίζω.

ἀποξυλίζω, f. ίσω, lignum, seu quod est ligneum, detraho: ligno spolio.

ἀποξύνω, f. υνῶ, (ὀξύνω) actum reddo, exacuo. 2) acidum reddo. *Med.* ὀξύνομαι, acesco.

ἀποξυράω, f. ήσω, novacula rado, detondeo.

ἀποξυρέω, f. ήσω, i. q. ἀποξυράω, *Ion.*

ἀπόξυρος, ον, (ξυρός) abrasus. 2) dedolatus, radendo acutus. 3) exesus.

ἀποξύρω, (ξύρω) capillos vel barbam detondeo. *Med.* detondeor, mihi capillos vel barbam detonderi jubeo. (υ breve.)

ἀπόξυς, υ, gen. εος, (ὀξύς) acuminatus, in mucronem fastigiatus.

ἀπόξυσμα, ατος, τό, (ἀποξύω) quod abrasum est, ramentum.

ἀποξυστρόω, f. ώσω, (ξύστρα) strigili detergo. 2) hebeto aciem gladii, vel aufero.

ἀποξύω, f. ύσω, (ξύω) abrado, derado, destringo, abstergo; laevigo: detraho, demo, ut γῆρας, ap. Hom. Il. 9, 446. *Med.* exuo, depono. (⏑ – – –)

ἀποπαιδαγωγέω, (παιδαγωγέω) falsa institutione seduco.

ἀποπαίζω, f. ξομαι, (παίζω) ludere desino. 2) per ludum edico.

ἀποπαλαιόω, f. ώσω, abrogo, antiquo.

ἀποπάλλω, evibro, ejaculor.

ἀποπαλμός, οῦ, ὁ, resiliendi actio.

ἀποπαλτικός, ή, όν, ad resiliendum pertinens. *Adv.* ἀποπαλτικῶς, Sext. Emp.

ἀπόπαππος, ου, ὁ, abavus.

ἀποπαππόω, f. ώσω, (πάππος, *lanugo*) in pappos verto.

ἀποπαπταίνω, f. ανῶ, (παπταίνω) oculos averto, fugere capio, Il. 4, 101.

ἀποπαρδίζω, pedo e πέρδω, aor. 2.

ἀποπάρδω, i. q. ἀποπέρδω.

ἀποπαρθενεύω, f. εύσω, i. q. ἀποπαρθενόω.

ἀποπαρθενόω, devirgino, virginitate privo.

ἀπόπαστος, ον, (πάσσομαι) qui non gustavit, jejunus.

ἀποπάσχω, *opp.* πάσχω, (*irreg.*) vocabulum Stoicae sectae proprium, *fingo aliquid non esse*: ἀπόπαθε, ὅτι ἡμέρα ἐστί, cogita diem non esse, Arian. Epict. 1, 28, 3.

ἀποπατέω, f. ήσω, a via recedo, a via deflecto: ventrem exonero.

ἀποπάτημα, ατος, τό, excrementum. A praec.

ἀπόπατος, ου, ὁ vel ἡ, secessus, quem quaerimus ad levandum ventrem, locus, ubi venter exoneratur. 2) evacuatio ventris, stercus.

ἀπόπαυσις, εως, ἡ, finis, cessatio, inhibitio.

ἀποπαύστωρ, ορος, ὁ, finem, requiem adferens.

ἀποπαύω, f. αύσω, sisto, inhibeo, compesco, cohibeo. ἀποπαύομαι, desisto, desino, requiesco.

ἀπόπειρα, ας, ἡ, (πεῖρα) experimentum, periculum: conatus, inceptum.

ἀποπειράζω, f. άσω, tento, periculum facio: conor, nitor. (α in fut. breve.)

ἀποπειράομαι, f. άσομαι, experior, periclitor, tento: lacesso hostes. *Activum* admodum rarum est. (α futuri producitur.)

ἀποπέκω, f. ξω, (πέκω) detondeo.

ἀποπελεκάω, f. ήσω, securi decido: securi dolo et complano.

ἀποπελιδνόομαι, liveo, ut simplex, *dub.*

ἀποπελιόω, (πελιός) lividum reddo, Hippocr.

ἀπόπεμπτος, ον, (ἀποπέμπω) dimissus: dignus, qui rejiciatur ob improbitatem.

ἀποπεμπτόω, f. ώσω, (πέμπτη, *quinta pars*) quintam partem persolvo vel deligo.

ἀποπέμπω, f. ψω, dimitto, potestatem abeundi concedo, dimitto cum comitatu, amando, ablego: in exsilium mitto: remitto, emitto, evulgo: rejicio, repudio, non agnosco. *Med.* a me dimitto, γυναῖκα, divortium facere cum uxore: rejicio: sacrificiis a me averto, abominor, ἔνυχον ὄψιν, Eur. Hec. 72.

ἀπόπεμψις, εως, ἡ, dimissio, missio, rejectio, repudiatio, repudium.

ἀποπενθέω, f. ήσω, lugeo. 2) lugere desino.

ἀποπεραίνω, f. ανῶ, ad finem perduco, efficio.

ἀποπερατόω, f. ώσω, i. q. ἀποπεραίνω.

ἀποπεράτωσις, εως, ἡ, finis, perductio ad finem.

ἀποπεράω, f. άσω, *Ion.* ήσω, (περάω) trajicio alicunde. (α futuri longum.)

ἀποπέρδω, *usitatius* ἀποπέρδομαι, f. παρδήσομαι, (πέρδω, *irreg.*) crepitum ventris emitto. ἀνὴρ ἀποπέρδεται ἵππον, Epigr. adesp. 276. vir desinit in equum.

ἀποπερισπάω, f. άσω, averto: circumductum abstraho. (α futuri breve.)

ἀποπερκόω, i. q. περκάζω, sed fortius, Soph.

ἀποπέσῃσι, 3 sing. conj. aor. 2. ab ἀποπίπτω, Od. 24, 7. (Prima longa.)

ἀποπέτομαι, (πέτομαι, *irreg.*) avolo: revolo.

ἀποπεφασμένως, *adv.* (ἀποφαίνω) palam, manifesto, disertis verbis.

ἀποπήγνυμι, f. ξω, (πήγνυμι, *irreg.*) frigore cogo et adstringo, concrescere facio. *Pass.* concresco.

ἀποπηδάω, f. ήσω, desilio, resilio, aufugio, celeriter abscedo, descisco, *c. gen.*

ἀποπιέζω, f. έσω, exprimo, comprimo.

ἀποπίεσις, εως, ἡ, (πιέζω) expressio.

ἀποπίεσμα, ατος, τό, (ἀποπιέζω) retrimentum ab expresso succo reliquum, fraces.

ἀποπίμπλημι, f. ἀποπλήσω, *vulg.* ἀποπιμπλάω, (πίμπλημι, *irreg.*) expleo, compleo: satio, saturo; τὸν θυμόν, irae satisfacio, Hdt. Apud *poetas* invenitur etiam ἀποπίπλημι et ἀποπιπλάω.

ἀποπινόω, f. ώσω, (πίνος) sordibus emaculo. 2) sordibus inquino.

ἀποπίνω, f. πίομαι, (πίνω, *irreg.*) bibo ab aliqua re, ebibo.

ἀποπίπτω, f. πεσοῦμαι, aor. ἔπεσον, (πίπτω, *irreg.*) decido. 2) excido spe, etc. 3) aberro a recta via.

ἀποπιστεύω, f. εύσω, fido, credo, τινί.

ἀποπλάζω, f. πλάγξω, (πλάζω, *irr.*) aberrare vel evagari facio, τινός, ab aliquo. *Pass.* et *Med.* aberro, evagor.

ἀποπλανάω, f. ήσω, aberrare facio, evagor. 2) impello in errorem, seduco, decipio. ἀποπλανῶμαι, aberro, evagor.

ἀποπλάνησις, εως, ἡ, aberratio, evagatio, error. 2) figura quaedam rhetorica. A praec.

ἀποπλανίας, ου, ὁ, erro.

ἀπόπλανος, ου, ὁ, impostor.

ἀποπλάσσω, (πλάσσω) effingo, imitor;

sic et in *Med.*

ἀποπλάστωρ, ορος, ὁ, qui effingit, qui imitatur.

ἀποπλείω, *poet.* pro ἀποπλέω.

ἀποπλέω, f. εύσομαι, (πλέω, *irreg.*) navi discedo, solvo.

ἀποπλήθω, f. ήσω, impleo, expleo: saturo, satio.

ἀποπληκτικός, ή, όν, attonitus. 2) ad apoplexiam pertinens.

ἀπόπληκτος, ον, (ἀποπλήσσω) insanus, amens, attonitus 2) qui laborat apoplexia.

ἀποπλήκτως, *adv.* insane, stolide. A praec.

ἀποπληρόω, f. ώσω, impleo, compleo: perficio, praesto, v. c. promissa: satio: sarcio.

ἀποπλήρωσις, εως, ἡ, expletio, absolutio.

ἀποπληρωτής, οῦ, ὁ, qui aliquid complet ac perficit, exsecutor.

ἀποπλήσσω, *Att.* ἀποπλήττω, f. ξω, percutio. 2) repercutio. 3) attonitum reddo, perterrefacio.

ἀποπλίσσομαι, *Att.* ἀποπλίττομαι, f. ξομαι, (πλίσσω) saltu me proripio, seu aufugio, Ar. Ach. 218.

ἀπόπλοος, *contr. usitatius*, ἀπόπλους, ου, ὁ, (ἀποπλέω) discessus, proprie navi.

ἀποπλουτέω, f. ήσω, divitias amitto, divitias absumo, vel profundo, minuor copiis.

ἀπόπλυμα, ατος, τό, aqua sordida, in qua aliquid purgatum est. A seq.

ἀποπλύνω, f. υνῶ, abluo.

ἀποπλώω, solvo navem, *Ion.* pro ἀποπλέω.

ἀποπνείω, *poet.* pro ἀποπνέω. Hom.

ἀποπνευματίζω, (πνευματίζω) exspiro, inpr. odorem; pedo.

ἀπόπνευσις, εως, ἡ, exhalatio, exspiratio. A seq.

ἀποπνέω, f. εύσω, (πνέω, *irreg.*) efflo, exhalo, spiro, redoleo, prospiro. 2) efflo animam, morior. 3) pedo, flatum ventris emitto.

ἀποπνίγω, f. πνιξοῦμαι, suffoco, strangulo. 2) vexo, discrucio.

ἀποπνοή, ῆς, ἡ, (ἀποπνέω) exhalatio, exspiratio, efflatio.

ἀπόπνοια, ας, ἡ, (ἀποπνέω) flatus, exhalatio.

ἀπόπνοος, ον, i. q. ἄπνοος.

ἀποποιέομαι f. ήσομαι, (ποιέω) amoveo, repudio, non admitto, rejicio.

ἀποποίησις, εως, ἡ, abdicatio, rejectio, repudiatio. A praec.

ἀποπολεμέω, (πολεμέω) τοῦ ὄνου, i. q. πολεμέω ἀπὸ τοῦ ὄνου, pugno de asino s. asino insidens, Plat. Phaedr. p. 260. B.

ἀποπομπαῖος, αία, αῖον, (ἀποπέμπω) depulsorius, ad depellendum aptus: depulsor malorum.

ἀποπομπέω, i. q. ἀποπέμπομαι.

ἀποπομπή, ῆς, ἡ, (ἀποπέμπω) dimissio, missio, rejectio, repudiatio, ablegatio. 2) procuratio, aut expiatio prodigii, sceleris: status dies, quo sacrificatur.

ἀποπονέω, f. ήσω, finem laborandi facio.

ἀποποντόω, in mari submergo.

ἀποπορδή, ῆς, ἡ, (ἀποπέρδω) crepitus ventris.

ἀποπορεία, ας, ἡ, abitus, discessus: reditus, reversio.

ἀριστάω, f. ήσω, (ἄριστον) prandeo. Dicitur etiam ἀκρατίζω. Hinc descendunt tempp. *irregularia*, ἀριστάναι et ἠρίσταμεν, quasi ab ἀρίστημι. (Prima plerumque producitur: sed nonnunquam etiam correpta occurrit, Jacobs ad Anth. Pal. p. 722.)

ἀριστεία, ας, ἡ, (ἀριστεύω) fortitudo, strenuitas. ἀριστεῖαι, fortia facta.

ἀριστεῖον, ου, τό, praemium, proprie fortitudinis ergo datum. Ab eodem.

ἀριστερά, ᾶς, ἡ, sc. χείρ, (ἀριστερός) sinistra, sc. manus: scaeva.

ἀριστερεύω, f. εύσω, sinistra utor. A praec.

ἀριστερός, ρά, ρόν, sinister. 2) infaustus. 3) stultus.

ἀριστεροστάτης, ου, ὁ, (ἀριστερά, ἵστημι) qui a sinistra stat.

ἀριστερόχειρ, ρος, ὁ καὶ ἡ, qui tantum sinistram habet: qui sola sinistra utitur.

ἀρίστευμα, ατος, τό, (ἀριστεύω) praeclarum facinus.

ἀριστεύς, έως, ὁ, (ἄριστος) princeps: omnium fortissimus.

ἀριστευτικός, ή, όν, qui quasi a natura ita est comparatus, ut omnium fortissime se gerat: strenuus. A seq.

ἀριστεύω, f. εύσω, (ἄριστος) optime me gero praesertim in bello, aut in certamine, strenuum me praesto, fortiter facio: excello: principatum teneo.

ἀριστητής, οῦ, ὁ, (ἀριστάω) pransor, qui prandere solet. (α producitur.)

ἀριστίζω, f. ίσω, (ἄριστον) prandio excipio, prandium praebeo, Ar. Eq. 535. Av. 660. *Med.* prandeo. (ᾰ)

ἀριστίνδην, *adv.* (ἄριστος) optimos quosque diligendo, secundum delectum virtutis.

ἀριστόβιος, ον, (βίος) optime vivens, Heliod. 2, 35.

ἀριστόβουλος, ον, (ἄριστος et βουλή) cujus optimum est consilium. Ἀριστοβούλη, epith. Dianae.

ἀριστογένεθλος, ον, (ἄριστος et γενέθλη) qui optimos generat.

ἀριστογόνος, ον, (ἄριστος, et γόνος) parens optimae prolis.

ἀριστόγονος, ον, ab optimis parentibus genitus.

ἀριστόδειπνον, ου, τό, Menand. ap. Poll. 6, 102. Alexis Athen. 2. p. 47. E. *dub. signif.* Fortasse prandium coenae conjunctum, ad coenam perductum.

ἀριστοεπέω, recte loquor, disputo sapientissime.

ἀριστοεπής, ές, recte loquens.

ἄριστοι, ων, οἱ, optimates, primores, viri praecipui ac praestantissimi.

ἀριστοκράτεια, ας, ἡ, (ἄριστος et κρατέω) status reipublicae, quae ab optimatibus gubernatur. 2) optima civitatis forma, Plato, Aristot.

ἀριστοκρατέομαι, sub optimatum regimine vivo, ab optimatibus gubernor, Plat.

ἀριστοκρατία, ίας, ἡ, idem quod ἀριστοκράτεια.

ἀριστοκρατικός, ή, όν, ad oristoeratiam, sive imperium optimatum pertinens, aristocratiae studiosus.

ἀριστοκρατικῶς, *adv.* ut convenit aristocratiae, more optimatum rempublicam gubernantium.

ἀριστολοχία, ας, ἡ, (λοχεία) herba puerperis opitulans.

ἀριστόμαντις, εως, ὁ καὶ ἡ, optimus vates.

ἀριστόμαχος, ον, (μάχη) praestantissimus in praelio.

ἄριστον, ου, τό, prandium, cibus, qui primus die quoque sumitur. Dicebatur etiam ὁ ἄριστος, Bast. ep. cr. append. p. 22. (Prima ap. Homerum semper corripitur; ap. Atticos vero producitur. Sic et in compositis.)

ἀριστόνικος, ον, optime et praeclarissime victoriam reportans.

ἀριστονομία, ας, ἡ, (νέμω) optimatum regimen, seu imperium, Suid. i. q. εὐνομία, Hesych.

ἀριστόνοος, ον, benevolus, optima mente praeditus.

ἀριστοποιέω, prandium facio, cibum adparo. ἀριστοποιέομαι, prandeo.

ἀριστοπολιτεία, ας, ἡ, optimi civis virtus et praestantia. Inscr. Murator. p. 553, 3.

ἀριστοπονεύς, ὁ, i. q. ἀριστοπόνος, Maneth. 4, 512.

ἀριστοπόνος, ον, (πονέω) optime laborans.

ἀριστοπόσεια, ἡ, (πόσις) optima conjux, Opp. Cyn. 1, 6.

ἀριστοπραγέω, (πρᾶγος) i. q. ἀριστεύω.

ἄριστος, ίστη, ιστον, (Ἄρης, ἀρω) optimus, praestantissimus, *proprie*, Marte, sive armis: optimus, egregius: maxime idoneus. *Neutr.* τὰ ἄριστα i. q. τὰ ἀριστεῖα, Soph. El. 1093. Cum articulo coalescit in ὤριστος ap. Hom., ἄριστος ap. *Atticos*, ὥριστος ap. *Doricos*.

ἀριστοσαλπιγκτής, οῦ, ὁ, praestantissimus tubicen. Menand. ap. Poll.

ἀριστοτέχνης, ου, ὁ optimus artifex.

ἀριστοτόκεια, ἡ, i. q. ἡ ἀριστοτόκος, Theocr. 24, 72.

ἀριστότοκος, ον, ab optima matre partu editus.

ἀριστοτόκος, ον, (τίκτω) quae liberos optimos parit.

ἀριστοφυής, ές, (φυή) optimae naturae, optima natura praeditus.

ἀριστόχειρ, ειρος, ὁ καὶ ἡ, manibus strenuus.

ἀριστώδιν, ῖνος, ὁ, ἡ, (ὠδίν) optimos et fortissimos edens, Ἀθῆναι, Anth.

ἀρισφαλής, ές, (ἀρι, σφάλλω) valde lubricus, fallax.

ἀριφανής, ές, (φαίνομαι) illustris, valde conspicuus.

ἀριφραδής, ές, (ἀρι et φραδής) valde manifestus, insignis.

ἀριφραδῶς, it. έως, *adv.* valde perspicue.

ἄριφρων, ον, (φρήν) valde prudens.

ἀριχάομαι, radix fere *obsoleta* ab ἀναρριχάομαι, quod vide.

ἀρκάλη, vel ἀρκάνη, ἡ, lignum, cui affigebantur στήμονες, v. Schneider Ind. Script. rer. rust. p. 375. col. b.

ἀρκεῖον, ου, τό, herba quaedam palustris. A. seq.

ἄρκειος, εία, ειον, (ἄρκος) ursinus.

ἀρκεσίγυιος, ον, (ἀρκέω, et γυῖον) roborans membra.

ἄρκεσις, εως, ἡ, (ἀρκέω) auxilium: utilitas.

ἄρκεσμα, ατος, τό, auxilium. Hesych. Ab eodem.

ἀρκετός, ή, όν sufficiens. Ab eod.

ἀρκετῶς, sufficienter. A praec.

ἀρκευθίς, ίδος, ἡ, bacca juniperi maturitate nigrescens: juniperus. A seq.

ἄρκευθος, ου, ἡ, juniperus, arbor et fructus.

ἀρκέω, f. έσω, *arceo*, *propulso*, τινί τι vel ἀπό τινός τι, aliquid ab aliquo, Hom. ἀρκεῖν τὸ μὴ οὐ θανεῖν, impedire, quo minus aliquis moriatur. Soph. Aj. 727. *Construitur* etiam *omisso accusativo cum solo dat. pers.*, ut sit auxilior, opitulor, Il. 21, 131. Od. 16. 261. Hinc 2) *prosum*, *utilis sum*, *efficio aliquid*, Il. 13, 371. cum part., Thuc. 2, 47. 3) *valeo ad aliquid*, *par sum*, *contentus sum*, c. inf. Aesch. Pr. 621. 4) *impers.* ἀρκεῖ μοι, sufficit mihi, satis est: hinc nove Soph. Ant. 547. dixit ἀρκέσω θνήσκουσα, satis erit, si moriar. — *Med.* contentus sum, acquiesco in aliqua re, τινί, Hdt. 9, 32.

ἄρκιος, ία, ιον, (ἀρκέω) utilis, validus,

efficax: οὔ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται, pro οὐκ ἀρκέσει, non conducet ei, Il. 2, 393. νῦν ἄρκιον ἢ ἀπολέσθαι ἠὲ σαωθῆναι, nunc id agitur, ut vel pereamus vel servemur, Il. 15, 502. 2) de hominibus, auxilium adferens, Hes. op. 349. τὰ ἄρκια, auxilia, remedia. 3) sufficiens, μισθός, Hom.

ἄρκιος, ία, ιον, septentrionalis, i. q. ἀρκτῷος.

ἄρκος, ου, ὁ, ἡ, ursus, ursa, ut ἄρκτος.

ἄρκος, τό, (ἀρκέω) remedium ὀδόντων, Opp.

ἀρκούντως, adv. (ἀρκέω) sufficienter, satis, abunde.

ἀρκτεία, ας, ἡ, (ἀρκτεύω) consecratio virginum Dianae.

ἄρκτειος, εία, ειον, (ἄρκτος) ursinus.

ἀρκτέος, έα, έον, (ἄρχω) incipiendus. 2) ab ἄρχομαι, ἀρκτέος, sub imperio habendus, Soph. O. R. 628. Male alii explicant ibi ἀρκτέον, parendum est, vide Buttmann. gramm. ampl. I. p. 460. Hermann. ad Soph.

ἀρκτεύω, f. εύσω, (ἄρκτος) in ursae occisae honorem virgines Dianae consecro ἀρκτεύεσθαι apud Athenienses dicebantur virgines, quae ante nuptias et quidem inde a decimo aetatis anno Dianae Brauroniae initiarentur, et sacra quaedam peragerent, v. ἄρκτος. 4.

ἀρκτῆ, ἡ, sc. δορά, pellis ursina.

ἀρκτικός, ή, όν, (ἄρκτος) septentrionalis.

ἀρκτικός, ή, όν, (ἄρχω) ordiens, ad incipiendum pertinens.

ἀρκτόμυς, ὁ, (ἄρκτος, et μῦς) mus ursinus, sic dictus, quod velut ursus binis pedibus incedit. *dub.*

ἄρκτος, ου, ὁ, ἡ, ursus, ursa. 2) ἡ, ursa major, signum coeleste, quod et ἅμαξα. hinc, pars orbis septentrionalis. 3) nomen piscis ap. Aristot. 4) ἡ, virgo apud Athenienses, Dianae Brauroniae dicata, voce hinc ducta, quod ob ursam interfectam Dianae sacram non prius cessaturam pestem respondit oraculum, quam deae virgines dicarentur, antequam viro congrederentur. *Eur.*, *Ar.*

Ἀρκτοῦρος, ου, ὁ, (ἄρκτος, οὖρος) Arcturus, stella post ursae majoris caudam.

Ἀρκτοφύλαξ, ακος, ὁ, Arctophylax, custos ursae, sidus quod et Bootes.

ἀρκτύλος, ὁ, ursus juvenis, Ael. h. a. 7, 47.

ἀρκτῷος, ῴα, ῷον, (ἄρκτος) arctous, septentrionalis.

ἄρκυον, ου, τό, (ἄρκυς) reticulum.

ἀρκυοστασία, ας, ἡ, (ἄρκυς, et στάσις) retium collocatio.

ἄρκυς, υος, ἡ, *Att.* ἄρκυς, rete, cassis.

ἀρκυοστάσιον, ου, τό, (ἄρκυς, et στάσις) locus, ubi tenduntur retia.

ἀρκύστατον, ου, τό, (ἄρκυς et στατός) locus ubi retia tenduntur, *it.* retia ipsa.

ἀρκύστατος, η, ον, retia tendens. 2) retibus inclusus.

ἀρκυωρέω, et ἀρκυωρέομαι, retia custodio, s. observo, sto ad retia, s. ad indaginem. A sq.

ἀρκυωρός, οῦ, ὁ, (ἄρκυς et οὖρος) custos, qui retia custodit, s. observat.

ἅρμα, ατος, τό, (ἄρω) currus, vehiculum: currus bellicus. 2) currus cum equis, vel etiam equi soli: ἅρματος τροφεύς, qui equos ad certamina alit, Plat. 3) locus quidam in montibus Atticis, ubi fulgura ominis caussa observabantur, Strab. 9. p. 619. unde *proverb.* δι' ἅρματος, dicebatur de rebus *sero* et *post longam* expectationem evenientibus, Plut.

ἅρμα, ἡ, (ἄρω) conjunctio, amor, coitus.

ἄρμα, ατος, τό, (αἴρω) onus: tributum: cibus, nutrimentum.

ἁρμαλιά, ἡ, (ἄρω) cibus, alimentum, demensum frumenti.

ἁρμάμαξα, ης, ἡ, (ἅρμα et ἅμαξα) carruca, plaustrum tectum vehendis rebus atque hominibus aptum. inpr. vehiculum Persicum, quo mulieres aliique molliores maxime usi sunt.

ἁρμάτειος, εία, ειον, (ἅρμα) ad currum pertinens, curulis: μέλος ἁρμ. Eurip. Or. 1387. dixit de cantu lugubri, Plutarchus vero νόμον ἁρμ. cantum bellicum vocat, v. Etym. M. s. h. v.

ἁρματεύω, aurigo, aurigor.

ἁρματηλασία, ας, ἡ, agitatio currus. A seq.

ἁρματηλατέω, aurigo, currum ago, curru vehor. A seq.

ἁρματηλάτης, ου, ὁ, (ἅρμα et ἐλαύνω) auriga, agitator currus.

ἁρματήλατος, ον, a curru vel rota circumactus, ut Ixion, Eur. Herc. 1288.

ἁρματικός, ή, όν, et ἁρμάτιος, ία, ον, i. q. ἁρμάτειος.

ἁρμάτιον, ου, τό, curriculum, curriculus, *Dimin.* ab ἅρμα.

ἁρματίτης, ῖτις, ad currum pertinens, bigarius, bigalis. *dub.*

ἁρματοδρομέω, (δρόμος) curru vehor, Apollod. 3, 5, 3. ubi fuerunt, qui ἁρματοδρομεῖν mallent, v. Lobeck. post Phryn. p. 617.

ἁρματοδρομία, ας, ἡ, certamen curule. A seq.

ἁρματοδρόμος, ον, curru certans, auriga.

ἁρματόεις, όεσσα, όεν, curulis.

ἁρματόκτυπος, ον, epith. strepitus e motu curruum, Aesch. Theb. 206.

ἁρματομαχέω, (μάχομαι) ex curru pugno.

ἁρματοπηγέω, currus fabricor. A seq.

ἁρματοπηγός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, (πήγνυμι) curruum fabricator.

ἁρματοποιέω, i. q. ἁρματοπηγέω.

ἁρματοποιός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, i. q. ἁρματοπηγός.

ἁρματοτροφέω, (τρέφω) equos curules s. jugales alo.

ἁρματοτροφία, ας, ἡ, equorum curulium nutritio.

ἁρματοτροχία, ας, ἡ, (τροχός) orbita.

ἁρματροχιή, ἡ, *Ion.* et *poet.* pro ἁρματοτροχία, Il. 23, 505.

ἁρματωλία, ας, ἡ, aurigatio, vox Comica Aristophanis, in qua confunduntur ἁρματηλασία et ἁμαρτωλία, *peccatum.*

ἁρματώδης, α, ον, i. q. ἁρμάτειος.

ἁρμενίζω, (ἄρμενον) velifico.

ἄρμενον, ου, τό, (ἄρω) velum navis, carbasus. 2) instrumentum, armamentum.

ἄρμενος, η, ον, v. ἄρω.

ἁρμή, ῆς, ἡ, (ἁρμόζω) compages, commissura.

ἁρμηλατέω, aurigor: aurigatione certo in certamine curuli. A seq.

ἁρμηλάτης, ου, ὁ, (ἐλαύνω) auriga.

ἁρμίως, *adv.* confestim, i. q. ἁρμοῖ.

ἁρμογή, ῆς, ἡ, (ἁρμόζω) apta junctura, seu commissura, compages, coagmentatio, aptus ordo, aptatio.

ἁρμόδιος, ία, ιον, aptus, concinnus, idoneus, congruus.

ἁρμοδίως, *adver.* apte, competenter. A praec.

ἁρμοζόντως, *adv.* conveniente, apte, congrue. Ab ἁρμόζων, quod est a seq.

ἁρμόζω, f. σω, (ἄρω) apto, adapto, conjungo, τί τινι. *Med.* mihi adapto, i. e. induo vestes, exstruo aedificium. Od. 5, 162. 2) vi cogo, vincio, colligo. 3) connubio jungo, do nuptum, τινὶ τὴν θυγατέρα, Hdt. *Med.* connubium ineo, nuptias celebro. 4) moderor, rego, στρατόν, τὴν Ἑλλάδα. cf. ἁρμοστής. 5) convenio, quadro, congruo. impers. ἁρμόζει, ἥρμοσε, decet, τινί, vel c. acc. c. inf. Soph. Tr. 733.

ἁρμοῖ, (plerumque enim δασύνεται teste Schol. Ven. ad Il. α, 416.) vel ἀρμοῖ, i. q. ἀρτίως, modo, nuper. Aesch. Prom. 615. Syracusanam esse vocem tradiderunt nonnulli, cf. Blomfield Glossar. ad Aesch. Prom. 636.

ἁρμολογέω, coagmento, coapto.

ἁρμολόγησις, εως, ἡ, compaginatio.

ἁρμολογία, ας, ἡ, coaptatio, conjunctio.

ἁρμολόγος, ου, ὁ, coagmentarius.

ἁρμονία, ἡ, (ἁρμόζω) compages, junctura, i. q. ἁρμός, Od. 5, 248. 361. 2) conjunctio inter homines, societas, pactum plerumque in plur. Il. 22, 255. 3) imperium, lex: fatum. 4) concentus musicus, harmonia, numerosa compositio periodorum.

ἁρμονικός, ή, όν, ad harmoniam pertinens: Musicae peritus.

ἁρμόνιος, ον, conveniens, qui apte cohaeret.

ἁρμονίως, *adv.* modulate, concinne.

ἁρμός, οῦ, ὁ, (ἄρω) commissura, compages, articulus: armus, humerus.

ἁρμοσία, ας, ἡ, (ἁρμόζω) gubernatio.

ἅρμοσις, εως, ἡ, aptatio, compaginatio.

ἅρμοσμα, τος, τό, idem.

ἁρμόσσω, *Att.* ἁρμόττω, idem quod ἁρμόζω, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 241.

ἁρμοστήρ, ῆρος, ὁ, moderator, gubernator. Nomen magistratus apud Spartanos, quem in urbem, aut provinciam suo imperio subjectam mittebant ad gubernandum.

ἁρμοστής, οῦ, ὁ, i. q. ἁρμοστήρ.

ἁρμοστικός, ή, όν, ad aptandum vel conjungendum idoneus, pertinens.

ἁρμοστός, ή, όν, (ἁρμόζω) conveniens: aptus, habilis: rectus. ἁρμοστή, sponsa.

ἁρμόστωρ, ορος, ὁ, idem qui ἁρμοστήρ, *poet.*

ἁρμόσυνοι, οἱ, moderatores; magistratus apud Laced.

ἁρμοττόντως, *adv.* (ἁρμόττω) apte.

ἄρνα, acc. ab *obsol.* ἀρήν, quod vide. Ab eodem ἄρνε, ἄρνες etc.

ἀρνακίς, ίδος, ἡ, pellis agni, pellis ovina cum lana: pellis lanata.

ἀρνεία, ἡ, i. q. ἀρνακίς.

ἀρνεῖον, ου, τό, locus, ubi agninae carnes venduntur, Hesych.

ἄρνειος, εία, ειον, agnius.

ἀρνειός, οῦ, ὁ, agnus adultus.

ἀρνεοθοίνης, ου, ὁ, (θοίνη) agnis vescens, v. ἀρνοφάγος.

ἀρνέομαι, f. ήσομαι, nego, abnego, infitior, denego, recuso, detrecto, *c. acc.* vel *c. inf.*

ἀρνευτήρ, ῆρος, ὁ, (ἀρνεύω) urinator: i.

q. κυβιστητήρ.

ἀρνευτηρία, ας, ἡ, ars urinatoria. A praec.

ἀρνευτής, ὁ, i. q. ἀρνευτήρ.

ἀρνεύω, (ἀρήν) salio ut agnus, magnos saltus facio, in modum κυβιστητήρων. 2) praeceps aquam subeo, submergo me.

ἀρνησίθεος, ον, Deum negans, Atheus.

ἀρνήσιμος, ον, negandus, Soph. Ph. 74.

ἄρνησις, εως, ἡ, (ἀρνέομαι) negatio, recusatio.

ἀρνητικός, ή, όν, negativus.

ἀρνητικῶς, *adv.* negative, negando.

ἀρνίον, ου, τό, agnellus, *Dimin.* ab ἀρήν.

ἀρνόγλωσσον, ου, τό, plantago, seu lingua agnina.

ἀρνόγλωσσος, ου, ὁ, idem.

Ἀρνοκόμης, ὁ, epith. Apollinis Nomii ap. Macrob. 1, 17. capillis agninis praeditus.

ἀρνός, τοῦ, *gen.* ab *obsol.* ἀρήν, *agnus.* Sed ap. Poll. 7, 184. et in serioribus Aesopi fabulis invenitur etiam nom. ἀρνος, ὁ.

ἀρνοφάγος, ον, qui agnum devorat, vel comedit.

ἀρνόφυλλον, ου, τό, q. d. agni folium, cytisus, herba, qua agni delectantur, Hesych.

ἄρνυμαι, (αἴρω) capio, accipio, consequor; inpr. tanquam praemium vel mercedem reporto, ψυχὴν ἄρνυσθαι, vitam aegre servare, vitam tamquam praemium e periculis reportare, Od. 1, 5. sic etiam κλέος, τιμήν, gloriam reportare. μᾶλλον ἄρνυσθαι, malle, praeferre, Plat.

ἀρνῳδός, οῦ, ὁ, cantor, cui agnus propositus est praemium.

ἀρνών, ῶνος, ὁ, agnile, Gl. Vet.

ἄρομα, τό, (ἀρόω) arvum, Ael. H. An. 7, 8. 16, 14.

ἀρόμην, *Ion.* aor. 2. *med.* ab αἴρω, Hom.

ἄρον, ου, τό, arum, herba.

ἄρος, τό, utilitas, apud Aeschylum, Sup. 889. (⏑⏑)

ἀρόσιμος, ον, arabilis, segetibus accipiendis aptus. A seq.

ἄροσις, εως, ἡ, aratio. 2) agricultura. 3) ager frumentarius.

ἀροστός, ή, όν, arandus, Arat. 7. si lect. vera.

ἀροτήρ, ῆρος, ὁ, arator. 2) pater

ἀροτήριος, ον, ad arandum pertinens.

ἀρότης, ου, ὁ, i. q. ἀροτήρ.

ἀροτήσιμος, ον, arabilis, *dub.*

ἀροτήσιος, ον, ad arationem pertinens.

ἄροτος, ου, ὁ, aratio: seges, sementis. 2) generatio prolis.

ἀροτός, οῦ, ὁ, tempus arandi.

ἀροτός, ή, όν, arabilis.

ἀροτρεύς, έως, ὁ, arator.

ἀροτρευτήρ, ῆρος, ὁ, arator.

ἀροτρεύω, f. εύσω, aro.

ἀροτρητής, οῦ, τό, rusticus, arator. 2) aratrum.

ἀροτριάζω, f. άσω, aro.

ἀροτρίασις, εως, ἡ, aratio, aratura, Philox.

ἀροτριασμός οῦ, ὁ, aratio.

ἀροτριάω, aro, *forma recentior.* Lobeck. Phr. p. 254.

ἀροτριεύς, ὁ, i. q. ἀροτρεύς.

ἀρότριος, ον, rusticus, arationi favens.

ἀροτρίωμα, ατος, τό, ager aratus.

ἀροτρίωσις, εως, ἡ, aratio.

ἀροτροδίαυλος, ὁ, arator, aratrum ultro citroque ferens, Bianor.

ἀροτροειδής, ές, aratri figuram habens.,

ἄροτρον, ου, τό, (ἀρόω) aratrum.

ἀροτροπόνος, ον, (πονέω) arandi laborem sustinens vel ad eum pertinens: rusticus.

ἀροτρόπους, οδος, ὁ, vomer.

ἀροτροφορέω, aratrum traho, de bubus etc.

ἄρουρα, ας, *Ion.* ης, ἡ, (ἀρόω) arvum, arata terra, ager: seges. 2) terra, tellus. 3) terrae mensura centum cubitorum. 4) *metaph.* ap. tragicos pro premio matris ponitur, Aesch. Sept. 758. Soph. O. R. 1257.

ἀρουραῖος, αία, αῖον, ruralis.

ἀρούριον, ου, τό, agellus. *Dim.* ab ἄρουρα.

ἀρουροπόνος, ον, in arvo laborans, agricola.

ἀρόω, f. όσω, aro. 2) i. q. σπείρω, sero, εἴς τι, Plat. Hinc, gravidam facio, Soph. Part. perf. pass. *Ion.* ἀρηρομένος, aratus, Hom.

ἁρπάγδην, *adv.* (ἁρπάζω) raptim.

ἁρπαγεύς, ὁ, i. q. ἅρπαξ, Themist.

ἁρπαγή, ῆς, ἡ, (ἁρπάζω) raptus, ipsa rapiendi actio, rapina.

ἁρπάγη, ης, ἡ, harpago, irpex; instrumentum, quo e puteis attolluntur vasa aquaria.

ἁρπαγιμαῖος, α, ον, idem quod sequens, et a seq.

ἁρπάγιμος, ον, (ἁρπαγή) vel — ιμη, rapto quaesitus.

ἁρπαγίμως, *adv.* raptim.

ἁρπάγιον, τό, vas formam clepsydrae habens.

ἅρπαγμα, ατος, τό, (ἁρπάζω) quod raptum est, rapina, praeda rapta.

ἁρπαγμός, οῦ, ὁ, ipsa rapiendi actio, raptus.

ἅρπαγος, ὁ, i. q. ἅρπαξ.

ἁρπάζω, f. *Att.* ἁρπάσω, vulg. ἁρπάξω, (utraque futuri forma jam ap. Hom. exstat) rapio, abripio, aufero: capio: mente capio, celeriter comprehendo, intelligo. πεῖραν ἐχθρῶν ἁρπάσαι, hostium consilia praeripere, Soph. Aj. 2.

ἁρπάκτειρα, ας, ἡ, quae rapit, praedatrix. A seq.

ἁρπακτήρ, ῆρος, ὁ, (ἁρπάζω) raptor.

ἁρπακτήριος, ον, rapax.

ἁρπακτής, οῦ, ὁ, i. q. ἁρπακτήρ.

ἁρπακτικός, ή, όν, rapiendi peritus, rapax.

ἁρπακτικῶς, *adv.* rapacium more, avide: raptim

ἁρπακτός, ή, όν, ereptus.

ἁρπακτύς, ύος, ἡ, raptus, direptio.

ἁρπάλαγος, ὁ, telum leporarium, Opp. Cyn. 1, 153.

ἁρπάλεος, έα, εον, (ἅρπαλος) rapax, rapidus: celer: qui cupide adpetitur.

ἁρπαλέως, *adv.* cupide: raptim.

ἁρπαλίζω, excipio, Aesch.

ἁρπάλιμος, ον, cupide adpetitus: qui rapitur, *obsol.*, *adparet adhuc in* καρπάλιμος.

ἁρπαλός, ή, όν, qui cupide adpetitur, Hesych.

ἅρπαξ, αγος, ὁ, ἡ, rapax, raptor. 2) ἡ, raptus, rapina, Hes. op. 354.

ἁρπαξίβιος, ον, rapto vivens.

ἅρπασμα, ατος, τό, (ἁρπάζω) rapina.

ἁρπαστικός, ή, όν, rapax.

ἅρπαστον, τό, harpastum, genus pilae grandioris. *Dimin.* ἁρπάστιον, τό,

ἁρπαστός, ή, όν, ad rapiendum expositus, qui rapi potest.

ἀρπεδής, ές, (πέδον) solo aequatus, planus.

ἀρπεδίζω, (ἀρπεδής) solo aequo, complano, pavio Hes.

ἀρπεδόεις, όεσσα, όεν, planus. Ab eodem.

ἀρπεδόνη, ης, ἡ, (ἀρπεδών) laqueus, funis.

ἀρπεδονίζω, f. ίσω, illaqueo. A praec.

ἀρπεδών, όνος, ἡ, (ἁρπάζω) funis, laqueus.

ἄρπεζα, ης, ἡ, vel ἄρπεζος, ὁ, dumetum, Nic. Alii explicant: pes vel imum montis; at Hesychio teste ἄρπιξ vocabatur dumus.

ἅρπη, ης, ἡ, falx. 2) avis quaedam, harpe, e genere aquilarum, Il. 19, 350. 3) ζῶον θαλάσσιον, λάβρῳ πολεμοῦν, Eustath. p. 1188. Rom. 4) instrumentum quoddam, quo regebantur elephanti.

ἀρπίς, s. ἀρπίς, ίδος, ἡ, crepidae, aut calcei genus. (⏑⏑, Call. fr. 66.)

Ἅρπυια, ας, ἡ, (ἅρπυς) Harpya, monstrum rapax fictitium. 2) procella.

Ἁρπυιόγονος, ον, (γονή) ab Harpyiis originem ducens.

ἅρπυς, υος, ὁ, amor. Hesych.

ἀῤῥ —, *Attici* ρ duplicant, si vox ab hac litera incipiens cum alpha priv. componitur:

ἀῤῥαβάσσω, i. q. ῥαβάσσω.

ἀῤῥάβδωτος, ον, non virgatus.

ἀῤῥαβών, ῶνος, ὁ, arrhabo, arrha, pignus.

ἀῤῥαβωνίζω, arrhabone dato mihi aliquem devincio, arrhabone confirmo contractum emtionis.

ἀῤῥαγής, ές, (ῥήγνυμι) non fractus: haud fragilis.

ἀῤῥαδιούργητος, ον, (α pr. et ῥᾳδιουργέω) non temerarius.

ἀῤῥαίζω, i. q. ἀραίζω, q. v.

ἀῤῥαιστος, ον, integer, incorruptus.

ἄῤῥαντος, ον, (ῥαίνω) non madefactus.

ἄῤῥατος, ον, (ab antiquo ῥάω, unde ῥαίω, ῥήγνυμι) robustus, validus, firmus Plat. resp. 7. p. 535. C. et Cratil. p. 407. D. Ruhnken. ad Tim. p. 50.

ἄῤῥαφος, ον, (ῥάπτω) infutilis, ex una tela contextus, inconsultus.

ἀῤῥαφής, ές, idem.

ἄῤῥεκτος, ον, (α pr. et ῥέζω) *poet.* ἄρεκτος, infectus, imperfectus.

ἀῤῥενικόν, τό, i. q. ἀρσενικόν.

ἀῤῥενικός, ή, όν, (ἄῤῥην) masculinus.

ἀῤῥενικῶς, *adv.* masculino genere, apud Grammaticos.

ἀῤῥενογενής, ές, (γένος) masculini generis, virilis.

ἀῤῥενογονία, ας, ἡ, masculorum generatio, seu procreatio. A seq.

ἀῤῥενογόνος, ον, (γονή) mares generans.

ἀῤῥενόθηλυς, υ, (θῆλυς) incerti, seu ambigui sexus, mas et femina.

ἀῤῥενοκοίτης, ου, ὁ, (κοίτη) qui cum maribus concumbit, cinaedus.

ἀῤῥενοκυέω, prolem masculam edo.

ἀῤῥενομανέω, (μαίνομαι) masculos depereo Caesarii dial. 3. interr. 139.

ἀῤῥενομιξία, ἡ, coitus virorum, Sext. Emp.

ἀῤῥενόμορφος, ον, (μορφή) virili specie praeditus.

ἀῤῥενόπαις, δος, ὁ, ἡ, (παῖς) cui est proles mascula: ἀῤῥ. γόνος, pueri.

ἀῤῥενοπληθής, ές, (πλήθω) viris plenus.

ἀῤῥενοποιός, όν, mares faciens, viros progignens, Ael. h. a. 7. 27.

ἀῤῥενότης, ἡ, virilitas.

ἀῤῥενοτοκέω, partum virilem edo.

ἀῤῥενοτόκος, ον, (τίκτω) masculum pariens, vel generans.

ἀῤῥενοφθορέω, (φθείρω) masculos corrumpo, Caesar. dial. 3. interr. 129.

ἀῤῥενοφθορία, ἡ, corruptio virorum, i. q. παιδεραστία.

ἀῤῥενοφθόρος, ον, viros corrumpens.

ἀῤῥενόω, (ἄῤῥην) masculum reddo: ἀῤῥενοῦσθαι, masculum evadere.

ἀῤῥενώδης, ες, masculus, fortis.

ἀῤῥενωδῶς, *adv.* fortiter. A praec.

ἀῤῥενωνυμέω, (ἄῤῥην et ὄνομα) masculino nomine adpello. Eustath.

ἀῤῥενωπία, ἡ, animus virilis, Plat. Sympos. p. 192. A.

ἀῤῥενωπόν, οῦ, τό, mascula facies: animus virilis et generosus. A seq.

ἀῤῥενωπός, όν, (ἄῤῥην et ὤψ) qui virili facie est: fortis, virilis. Dicitur et ἀῤῥενωπή, Luci fugit. 27.

ἀῤῥενωπῶς, *adv.* viriliter, strenue.

ἀῤῥεπής, ές, (ῥέπω) non vergens quoquam, in neutram partem inclinans: immutabilis, stabilis: qui sensim sensimque fit.

ἀῤῥεπῶς, *adv.* non vergendo in alterutram partem: sensim sensimque.

ἀῤῥεψία, ας, ἡ, animus in neutram partem magis inclinans.

ἄῤῥηκτος, ον, (ῥήγνυμι) non fractus. 2) qui perrumpi non potest, invictus.

ἀῤῥήκτως, *adv.* firme, stabiliter.

ἀῤῥημοσύνη, ης, ἡ, taciturnitas, silentium.

ἀῤῥήμων, ον, (ῥῆμα) tacitus, taciturnus, mutus.

ἄῤῥην, εν, *gen.* ενος, in antiqua Atthide ἄρσην, (ῥέω) mas, masculus: fortis, virilis: *opp.* θῆλυς. τὸ ἄῤῥεν i. q. παῖς ἄῤῥην.

ἀῤῥηνεῖν vel ἀῤῥηνεῖν, rixari, conviciis saevire. Hesych. A seq.

ἀῤῥηνής, ές, saevus, ferox ap. Theocr. 25, 83.

ἀῤῥησία, ας, ἡ, (ἐρεῖν) silentium.

ἀῤῥητολεπτόπνευστος, ον, (λεπτός, πνέω) tenuissime spirans, Paul. Sil. baln. P. 180.

ἀῤῥητοποιέω, nefanda perpetro.

ἀῤῥητοποιΐα, ας, ἡ, nefandum facinus, inprimis foeda Venus. A seq.

ἀῤῥητοποιός, όν, nefanda perpetrans, nefaria libidine utens.

ἀῤῥητόρευτος, ον, (ῥήτωρ) rhetorices expers, Synes.

ἄῤῥητος, ον, vel ἀῤῥήτη, Eur. (ἐρεῖν) non dictus, indictus, Od. 14, 466. 2) non dicendus, ineffabilis, interdictus, vetitus, lege prohibitus: turpis, inhonestus, nefandus, nefastus, foedus, odiosus: arcanus, sacer: ap. mathematicos, irrationalis. *oppos.* ῥητός, τὰ ἄῤῥητα, foeda convicia.

ἀῤῥητοτόκος, ον, (τίκτω) nefanda pariens, Synes.

ἀῤῥητουργία, ιας, ἡ, (ἔργον) nefandum facinus, nefanda libido.

ἀῤῥητουργικός, ή, όν, nefanda faciens: non enuncianda perpetrans.

ἀῤῥήτως, *adv.* infandum, ineffabiliter, arcane.

Ἀῤῥηφορέω, sacra arcana fero. v. Ἀῤῥηφόρος.

Ἀῤῥηφορία, ας, ἡ, arcanorum gestatio.

Ἀῤῥηφόρος, ἡ, virgo apud Athenienses, cui id officium erat, ut mense Scirrophorione peplum et sacra Minervae vel Ἕρσης, Cecropis filiae per urbem ferret. cf Ar. Lys. 642. Alii scribunt Ἐῤῥηφόρος, et sic etiam Ἐῤῥηφορία, et Ἐῤῥηφορέω, vel Ἕρσης.

ἄῤῥιχος, f. l. Nic. Ther. 868.

ἀῤῥίγητος, ον, exhorrescere nescius, impavidus. (?) A seq.

ἄῤῥιγος ον, (ῥῖγος) non frigens, frigori non obnoxius.

ἀῤῥίγως, *adv.* sine frigore s. horrore.

ἄῤῥιζος, ον, (ῥίζα) radicibus carens, radices nullas agens.

ἀῤῥίζωτος, ον, (ῥιζόω) nullis radicibus actis.

ἄῤῥιν, ινος, ὁ καὶ ἡ, (ῥίν) naso, aut naribus carens. 2) obtusum habens nasum, non sagax. cf. ἄριν.

ἄῤῥις, ινος, ὁ καὶ ἡ, idem.

ἀῤῥιχᾶσθαι, manibus et pedibus sursum tendere. Hesych. alias ἀναῤῥιχᾶσθαι.

ἄῤῥιχος, ου, ὁ, *Att.* ἡ, cophinus, vas vimineum.

ἀῤῥοια, ας, ἡ, (ῥοή) retentio mensium, s. menstrui.

ἀῤῥυθμέω, (ῥυθμός) rhythmo careo, non numerosus sum, Plat.

ἀῤῥυθμία, ας, dissonantia, discrepantia.

ἀῤῥυθμοπότης, ου, ὁ, (ἄῤῥυθμος et πίνω) qui non bibit ad modum et mensuram, sed plenis poculis et sine ordine.

ἄῤῥυθμος, ον, (ῥυθμός) numeris et modulatione carens, inconcinnus, non aptus.

ἀῤῥύθμως, *adv.* inconcinne, sine numeris.

ἀῤῥύπαντος, ον, (ῥυπαίνω) non sordidatus, non contaminatus.

ἀῤῥύπαρος, ον, non sordidus, mundus.

ἄῤῥυπος, ον, non sordidus.

ἄῤῥυπτος, ον, (ῥύπτω) illotus.

ἀῤῥύπωτος, ον, (ῥυπόω) non contaminatus.

ἀῤῥυσίαστος, ον, (ῥυσιάζω) qui pignoris loco captus non est.

ἀῤῥυτίδωτος, ον, (ῥυτιδόω) qui rugas non habet.

ἀῤῥωδέω, Herodotus dixit pro ὀῤῥωδέω, *Ion.*

ἄῤῥωξ, ωγος, (ῥώξ) non fractus, non scissus, Νέρσος, Soph. Ant. 251.

ἀῤῥωστέω, (ἄῤῥωστος) infirmus sum, adversa valetudine laboro, aegroto, languesco.

ἀῤῥώστημα, ατος, τό, languor, aegritudo. A praec.

ἀῤῥωστήμων, ον, i. q. ἄῤῥωστος.

ἀῤῥωστία, ας, ἡ, infirmitas, morbus, aegritudo, invaletudo. A seq.

ἄῤῥωστος, ον, (ῥώννυμι) infirmus, languidus, aegrotus.

ἀῤῥώστως, *adv.* languide, invalide. A praec.

ἀρσενικόν, τό, arsenicum, auripigmentum.

ἀρσενικός, ή, όν, masculinus.

ἀρσενογενής, ές, masculini generis.

ἀρσενόθηλυς, idem quod ἀῤῥενόθηλυς.

ἀρσενοκοίτης, idem quod ἀῤῥενοκοίτης.

ἀρσενόμορφος, ον, masculina facie praeditus.

ἀρσενόπαις, ὁ, ἡ, cui masculus est filius.

ἀρσενοπληθής, ές, plenus maribus.

ἄρσην, *Attice* idem est quod ἄῤῥην, unde et reliqua ab ἀρσεν incipientia sub ἀῤῥην videnda.

ἄρσιος, ον, (ἄρω) congruus, aptus: amicus.

ἀρσίπους, οδος, *contr.* p. ἀερσίπους, h. Hom. Ven. 212.

ἄρσις, εως, ἡ, (αἴρω) elevatio, subvectio. 2) ablatio, detractio 3) onus, tributum. 4) arsis, in re metrica, *opp.* θέσις.

ἀρτάβη, ης, ἡ, genus mensurae Persicae sive Medicae, (it. Aegyptiae) vel medimnum Atticum, vel modios viginti capiens. Hdt. 1, 192. Diod. 20, 96.

ἀρταμέω, concido in frustra: trucido. A seq.

ἄρταμος, ου, ὁ, lanius: coquus.

ἀρτάνη, ης, ἡ, laqueus: suspendium. A seq.

ἀρτάω, *pass.* (ἄρω) suspendo, adpendo. ἀρτάομαι, pendeo ex aliquo, pendeo ab imperio et arbitrio alicujus, spem in aliquo collocatam habeo: suspensus, i. e. dubius sum.

ἀρτεμέω, incolumis sum, valeo, sum integris viribus. A seq.

ἀρτεμής, ές, incolumis, integer, sanus, salvus.

ἀρτεμία, ας, ἡ, incolumitas, salus, sanitas.

Ἀρτεμιδόβλητος, ον, (Ἄρτεμις, et βάλλω) a Diana, sive Luna percussus, lunaticus, lymphaticus. 2) femina repentina morte exstincta, *dub.*

Ἄρτεμις, ιδος, ἡ, Diana.

Ἀρτεμισία, ας, ἡ, Artemisia, herba.

Ἀρτεμίσιον, ου, τό, Dianae statua, aut templum, urbs Dianae sacra.

Ἀρτεμισιών, ὁ, locus Dianae sacer.

ἀρτέμων, ονος, ὁ, artemon, velum navis majus.

ἀρτεπίβουλος, ου, ὁ, (ἄρτος, et ἐπίβουλος) pani insidians, nomen muris in Batrachomyomachia.

ἀρτέω, (ἄρω) paro, adparo. 2) *Ion.* p. ἀρτάω.

ἄρτημα, ατος, τό, (ἀρτάω) quidquid pendet ex aliquo loco, suspensum, adpensum ornatus caussa, etiam monilia, inaures. 2) de centro, ad quod nituntur partes corporis, v. c. terrae, quia ex eo corpus quasi suspensum est.

ἀρτήρ, ῆρος, ὁ, (αἴρω) calceamenti genus. 2) instrumentum bajulorum, LXX.

ἀρτηρία, ας, ἡ, arteria, vocis iter, spiritus semita, spiritus conceptaculum: vena vitalis. 2) omnis vena pulsans a motu oscillatorio.

ἀρτηριακός, ή, όν, arteriacus, ad arteriam pertinens. 2) raucus. A praec.

ἀρτηριοτομέω, (τέμνω) arteriam seco.

ἀρτηριοτομία, ας, ἡ, arteriae asperae sectio.

ἀρτηριώδης, ες, arteriae similis.

ἄρτι, *adv.* (ἄρω) tempus quodque proximum significans, i. q. ἄφαρ, αὐτίκα, παραχρῆμα, *modo*, Eur. Ph. 1168. ἄρτι γίνου καθωμάτωσεν: cum futuro conjunctum hac significatione improbatur a grammaticis, v. Lobeck. ad Phryn. p. 19. Attici ἄρτι et ἀρτίως usurpant pro, *modo, nunc ipsum*, germ. *grade*, *eben*, quibus particulis significamus rem modo ac plane paullo ante hoc tempus, de quo loquimur, vel coeptam vel absolutam, ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης, Ar. Nub. 154. Sic etiam tacita ad praesens tempus, quo quis loquitur, relatione, *nunc cum maxime*, ἔνδον γὰρ ἁνὴρ ἄρτι τυγχάνει, Soph. Aj. 9. ita quoque ἀρτίως, Soph. Aj. 677. Hac in significatione saepe additum invenitur νῦν, Ar. Lys. 1008. Apud recentiores etiam pro praesenti indefinito ponitur, ut sit plane i. q. νῦν, *nunc*, ἄρτι δὲ χαίρειν τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι, Theocr. 23, 26. In partitione dicitur ἄρτι μέν, ἄρτι δέ, *modo*, *modo*, Lucian. ἄρτι μέν, ἔπειτα δέ, Plut. de mal. Herod. 10. ἀρ-

τέως μὲν, νῦν δὲ, Polyb. 16, 28. – ἕως ἄρτι, huc usque. – ἀπαρτί, dicitur de numero ἀπηρτισμένῳ, cui nec deest, nec superest quidquam, ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα, nonaginta *ipsi* dies. 2) *immo*, ἐκ τοῦ ἐναντίου, Ar. Plut. 388. A. B. 418, 15. ἀπάρτι, sive ἀπ' ἄρτι, pro ἀπὸ τοῦ νῦν, ex hoc tempore, jam, nunc, N. T. cf. A. B. 79, 30. – *In compositione* significat *vel* id, quod modo factum est, *vel* perfectionem notat, s. τὸ ἀπηρτισμένον, ut ἀρτιεπής.

ἀρτιάζω, (ἄρτιος) ludo par impar, Xen. Hipparch. 5, 10. 2) accurate enumero.

ἀρτιάκις, *adv.* pariter, pari numero, secundum numerum parem. Ab eodem.

ἀρτιάλωτος, ον, (ἁλίσκω) modo captus, Xenocr. de aquat. 14, 42.

ἀρτιασμός, οῦ, ὁ, (ἀρτιάζω) lusus eorum qui ludunt par impar.

ἀρτιβαφής, ές, (βάπτω) nuper tinctus.

ἀρτιβλαστής, ές, (βλαστάνω) item ἀρτίβλαστος, ον, recens germinans.

ἀρτιβρεφής, ές, i. q. νεογνός, v. l. Aesch. Sept. 335.

ἀρτιβρεχής, ές, (βρέχω) nuper irrigatus.

ἀρτιγάλαξ, ακτος, (γάλα) qui modo lacte nutriebatur, Eustath. p. 1627, 45.

ἀρτίγαμος, ον, (γάμος) qui modo uxorem duxit, vel recens nupta.

ἀρτιγένεθλος, ον, (γενέθλη) recens genitus, modo natus.

ἀρτιγένειος, ον, (γένειον) epith. lanuginis.

ἀρτιγενής, ές, (γένος) modo natus, recens genitus.

ἀρτιγέννητος, ον, (γεννάω) idem.

ἀρτίγονος, ον, (γονή) modo natus, recens genitus.

ἀρτιγλυφής, ές, (γλύφω) nuper sculptus.

ἀρτιγραφής, ές, modo scriptus.

ἀρτιδαής, ές, (δαῆναι) qui nuper didicit: qui nuper discere coepit. 2) qui nuper cognitus et mente perceptus est.

ἀρτίδακρυς, υ, (δάκρυ) qui modo lacrimavit: qui modo lacrimaturus est, Elmsl. Med. 873.

ἀρτιδίδακτος, ον, (διδάσκω) recens doctus, qui modo didicit.

ἀρτίδιον, ου, τό, (ἄρτος) parvus panis.

ἀρτίδομος, ον, (δέμω) recens exstructus.

ἀρτίδορος, ον, (δέρω) nuper excoriatus.

ἀρτίδρεπτος, ον, (δρέπω) nuper carptus.

ἀρτιέπεια, ας, ἡ, *fem.* ab ἀρτιεπής, Hes. Th. 29. 2) *Subst.* libertas in dicendo, veracitas, vere dictum: vera dicendi studium.

ἀρτιεπής, ές, (ἔπος) verborum concinnator in dicendo perfectus, Il. 22, 281. 2) veridicus, libere loquens, Pind.

ἀρτιζυγία, ας, ἡ, (ζυγός) recens conjunctio, v. c. feminae et maris.

ἀρτίζω, (ἄρτιος) compono, perficio. 2) paro, instruo. Sic etiam in *Med.*

ἀρτίζωος, ον, (ζωή) qui est brevis vitae.

ἀρτιθαλής, ές, (θάλλω) recens ortus, ut flos, planta, cet.

ἀρτιθανής, ές, (θνήσκω) modo vel recens mortuus.

ἀρτίκαυστος, ον, (καίω) nuper ustus, Theophr.

ἀρτίκολλος, ον, (κόλλα) recens, s. accurate conglutinatus.

ἀρτικόμης, ες, (κόμη) cui nuper capilli vel folia crescere coeperunt.

ἀρτικόμιστος, ον, (κομίζω) nuper allatus, Nonn.

ἀρτίκομος, ον, (κόμη) i. q. ἀρτικόμης.

ἀρτίληπτος, ον, nuper captus, App.

ἀρτιλογία, ἡ, prompta et distincta dicendi ratio.

ἀρτιλόγος, ον, (λέγω) prompte et distincte loquens. *adv.* ἀρτιλόγως.

ἀρτιλόχευτος, ον, quae recens peperit. 2) recens partu editus.

ἀρτιμαθής, ές, (μανθάνω) qui nuper discere coepit: qui nuper certior factus est.

ἀρτιμελής, ές, (μέλος) qui membris est integris et perfectis.

ἀρτίνοος, ον, (νοῦς) cui mens sana est, prudens.

ἀρτιοπαγής, ές, (πήγνυμι) χορδαὶ ἀρτιοπαγεῖς ap. Nicomach. Music. vocantur chordae, quae sunt pari numero.

ἀρτιοπέριττος, ον, (ἄρτιος, et περισσός) par impar.

ἄρτιος, ον, integer, perfectus, omnibus partibus suis constans: sanus, incolumis: consentaneus: consummatus pleneque instructus ad omnia officia: paratus ad aliquid faciendum, c. inf. Hdt.: aptus, πρός τι: par, de numero.

ἀρτιότης, ἡ, integritas.

ἀρτιπαγής, ές, (πήγνυμι) recens compactus et coagmentatus.

ἀρτίπαις, αιδος, ὁ, ἡ, (παῖς) adultus puer, puella.

ἀρτίπλουτος, ον, recens ditatus.

ἀρτιπόλεμος, ον, qui modo bellavit, App.

ἀρτίπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, pedibus integer et valens: integros pedes habens. 2) qui modo advenit.

ἄρτις, ὁ, lorum, quo terebra circumagitur.

ἄρτισις, εως, ἡ, (ἀρτίζω) cultus, ornatus, perfectio.

ἀρτίσκαπτος, ον, (σκάπτω) recens fossus, nuper effossus.

ἀρτίσκος, ου, ὁ, parvus panis, pastillus. *Dimin.* ab ἄρτος.

ἀρτιστομέω, (ἀρτίστομος) expedite et articulate loquor.

ἀρτιστομία, ἡ, bonus et commodus introitus.

ἀρτίστομος, ον, (στόμα) qui distincte, plane et perfecte verba pronunciat, minime blaesus. 2) qui jam fari potest. 3) ἀρτίστ. λιμήν, κόλπος, commodum introitum habens, Strabo.

ἀρτιστράτευτος, ον, (στρατεύομαι) tiro.

ἀρτισυζυγία, ας, ἡ, idem quod ἀρτιζυγία, *dub.* v. l. Aesch. Pers. 540.

ἀρτιτέλεστος, ον, (τελέω) nuper absolutus.

ἀρτιτελής, ές, (τέλος) recens initiatus.

ἀρτίτοκος, ον, (τίκτω) recens natus.

ἀρτιτόκος, ον, qui, vel quae nuper peperit.

ἀρτίτομος, ον, (τέμνω) nuper caesus, nuper vel recens sectus.

ἀρτιτόμος, ον, qui nuper secuit, seu incidit: qui nunc secat.

ἀρτιτρεφής, ές, epith. infantis, qui nunc ipsum nutritur.

ἀρτίτροπος, ον, puerilem aetatem vix egressus. Aeschyl. Sept. 315. *alii. expl.* integris adhuc moribus.

ἀρτίτυπος, ον, (τύπτω) recens formatus.

ἀρτιύπωχρος, ον, (ὠχρός) vepallidus.

ἀρτιφαής, ές, (φάος) qui visum modo recuperavit.

ἀρτιφανής, ές, (φαίνω) nuper in lucem editus.

ἀρτίφατος, ον, (φάω) recens peremtus.

ἀρτιφρονέω, sana mente praeditus sum. Eccl.

ἀρτίφρων, ον, (φρήν) mente integra, sana praeditus.

ἀρτιφυής, ές, (φύω) recens natus.

ἀρτίφυτος, ον, (φύω) nuper plantatus, vel natus.

ἀρτιφωνία, ἡ, i. q. ἀρτιλογία.

ἀρτίφωνος, ον, (φωνή) cui vox est integra: qui verba accurate et integre pronunciat.

ἀρτιχανής, ές, (χαίνω) qui recens hiare coepit.

ἀρτιχάρακτος, ον, (χαράσσω) recens sculptus, seu insculptus.

ἀρτίχειρ, ειρος, ὁ καὶ ἡ, cui manus sunt integrae: qui utraque manu utitur.

ἀρτίχνους, ουν, (χνοῦς) qui primam lanuginem habet.

ἀρτιχόρευτος, ον, (χορεύω) recens choreis celebratus.

ἀρτίχριστος, ον, (χρίω) recens unctus.

ἀρτίχυτος, ον, (χέω) recens fusus.

ἀρτίως, *adv.* modo, nuper, recens, paullo ante, v. ἄρτι. 2) integre, perfecte, prorsus, plane, aperte: apte, ut cohaereat, v. ἄρτιος.

ἀρτίωσις, ἡ, apparatio, Nicet.

ἀρτοδαισία, ἡ, (δαίω) panis distributio, Procop.

ἀρτοδοτέω, (ἄρτος, δίδωμι) panem do, panem distribuo.

ἀρτοζήτης, ου, ὁ, cibum quaerens, ad cibum veniens, Schol. Lyc. 775.

ἀρτοθήκη, ης, ἡ, locus, in quo panis reponitur, panarium.

ἀρτοκοπεῖον, ου, τό, (ἄρτος, κόπτω) pistrinum.

ἀρτοκοπέω, pistrinum exerceo.

ἀρτοκοπικός, ή, όν, ad pistrinum pertinens.

ἀρτοκόπιον, ου, τό, idem quod ἀρτοκοπεῖον.

ἀρτοκόπος, ου, ὁ καὶ ἡ, (κόπτω) pistor, pistrix. Hdt. 1, 51. 9. 82. Xen. An. 4, 4, 21. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 222.

ἀρτόκρεας, ατος, τό, (ἄρτος, κρέας) panis carni mixtus, cibus pane et carne constans.

ἀρτολάγανον, ου, τό, (ἄρτος, λάγανον) opus pistorium tenuioris generis.

ἀρτολάγυνος πήρα, (λάγυνος) pera panem et lagenam habens, Anth.

ἀρτοποιεῖον, τό, i. q. ἀρτοκοπεῖον.

ἀρτοποιέω, conficio panem, artem pistoriam exerceo, in panes formo.

ἀρτοποιητικός, ή, όν, ad panem conficiendum pertinens.

ἀρτοποιΐα, ας, ἡ, pistura.

ἀρτοποιικός et ἀρτοποιητικός, ή, όν, ad pistoriam, s. pistrinum pertinens, pistorius.

ἀρτοποιός, όν, unde panis coquitur. 2) ὁ, ἡ, pistor: vel pistrix.

ἀρτοπόπος, ὁ, ἡ, (πέπτω) pistor, pistrix. cf. Lobeck ad Phryn. p. 222.

ἀρτοπτεῖον, ου, τό, (ὀπτάω) vas: vel officina, ubi panes coquuntur.

ἀρτόπτης, ου, ὁ, qui panes coquit, artopta. 2) vas, quo panes coquuntur. v. Intpp. ad Juv. 5. 72.

ἀρτοπωλεῖον, et ἀρτοπώλιον, ου, τό, (ἀρτοπώλης) taberna, in qua panes venduntur.

ἀρτοπωλέω, panes vendo.

ἀρτοπώλης, ου, ὁ, qui panem vendit. A praec.

ἀρτοπώλιον, τό, v. ἀρτοπωλεῖον, Ar. Ran. 112.

ἀρτόπωλις, ιδος, ἡ, quae vendit panem.

ἄρτος, ου, ὁ, panis. 2) quivis cibus.

ἀρτοσιτέω, (σιτέομαι) pane vescor.

ἀρτοσιτία, ἡ, pane vescendi actio.

ἀρτοφάγος, ον, (φαγεῖν) qui pane vescitur.

ἀρτοφόριον, ου, τό, (φέρω) vas, quo panis fertur: panarium.

ἀρτοφόρος, ον, panem ferens s. in quo panis fertur.

ἀρτοχάριτες, ων, αἱ, (χάρις) placentarum genus, Hesych.

ἄρτυμα, ατος, τό, (ἀρτύω) condimentum, conditura, pulmentum.

ἀρτυματικός, ή, όν, ad condiendum aptus, vim condiendi habens. A praec.

ἀρτυματώδης, ες, in condiendis cibis usum habens. *dub.* Ab eodem.

ἀρτύνω, apto, adorno, vide ἀρτύω.

ἀρτυρία, ἡ, ars coquendi s. condiendi.

ἀρτύς, ὁ, (ἄρω) *Ion.* p. ἀρθμός

ἄρτυσις, εως, ἡ, ipsa actio condiendi. Gl. Vet. conditura. Ab eodem.

Ἀρτυτήρ, ὁ, curator, magistratus quidam in quibusdam urbibus Graecis.

ἀρτυτικά, ῶν, τά, (ἀρτυτός) de fructibus cinarae, ut genere pro specie.

ἀρτυτικός, ή, όν, conditaneus.

ἀρτυτός, ή, όν, (ἀρτύω) condimentarius, conditaneus, conditus.

ἀρτύω, ύσω, et ἀρτύνω, (ἄρω) condenso, arcto: compono: apto, struo, apparo, paro, instituo: guberno, moderor: adorno. Hom. inprimis hac voce utitur de iis, quae dolo instituuntur, e. g. δόλον, ὄλεθρον, λόχον, θάνατον, ψεύδεα. Sed etiam de quovis apparatu, ἔεδνα, Od. 1, 277. 2, 196. γάμον, Od. 4, 771. ὑσμίνην ἤρτυνον, pugnam integrabant, Il. 15, 303. sic ἀρτύνθη μάχη, Il. 11, 216. coarctabatur pugna, i. e. denuo se invicem aggressi sunt. σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες, arcte se constipantes. Il. 12, 43. 86. *Med.* πυκινὴν ἠρτύνετο βουλήν, Il. 2, 55. 10, 302. frequentem et densum ad se convenire fecit senatum. ἠρτύναντο δ' ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισιν, aptabant et cohaerere faciebant remos in vertebris coriaceis, Od. 4, 782. 8, 53. 2) Apud seriores inpr. dicitur pro *condio*, apparo cibos. (υ in ἀρτύω corripitur, in ἀρτύνω producitur.)

ἀρύβαλις, ἡ, et ἀρύβαλος, ὁ, (υ breve.) i. q. ἀρύβαλλος.

ἀρύβαλλος, ου, ὁ, (ἀρύω) marsupium, quod trahendo clauditur et aperitur, crumena. 2) lagena. (υ breve.)

ἀρυσάνη, ης, ἡ (ἀρύω) cyathus.

ἀρύσσω, i. q. ἀρύω, Hdt. 6, 119.

ἀρυστήρ, ῆρος, ὁ, mensurae genus, cyathus. 2) haustrum.

ἀρύστις, ἡ, et ἀρύστιχος, ὁ, Ar. et ἀρυστρίς, ἡ, Anth. i. q. ἀρυστήρ.

ἀρύταινα, ης, ἡ, (ἀρύω) genus cyathi aut poculi. 2) haustrum. 3) trulla balnearia.

ἀρυτήρ, ῆρος, ὁ, (ἀρύω) haustrum, quodcunque instrumentum, quo aliquid haurimus, cochlear. 2) mensura quaedam rerum liquidarum, cyathus.

ἀρυτήσιμος, ον, qui hauriri potest.

ἀρύτω, *Att.* pro ἀρύω. Male scribitur in quibusdam editionibus ἀρύττω. vide sub ἀνύω, ἀνύτω, et cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 70.

ἀρύω, *Att.* ἀρύτω, ύσω, haurio, ex profundo traho, exantlo, protraho. Sic etiam in *med.* Hes. op. 548. Plat. Ion. p. 534. A. *Metaph.* μισθόν, πλοῦτον, Χάριτας ἀρύειν, sibi comparare, reportare: ὠκεανοῦ ἀρύονται, emergunt. Arat. Diosem. 14. (υ semper corripitur.)

ἀρχάγγελος, ου, ὁ, (ἄγγελος) archangelus, princeps angelorum. N. T

ἀρχαΐζω, (ἀρχαῖος) antiquitatem, seu antiquos imitor.

ἀρχαικός, ή, όν, i. q. ἀρχαϊκός, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 59. sq.

ἀρχαϊκός, ή, όν, antiquitatem, seu antiquam rusticitatem prae se ferens, sine moribus, stultus, simplex. Ab eodem.

ἀρχαϊκῶς, *adv.* antiquo more, loquendi et vivendi.

ἀρχαιογονία, ας, ἡ, antiqua origo, antiquitas. Ab seq.

ἀρχαιόγονος, ον, (γονή) antiqui generis: primordialis.

ἀρχαιογράφος, ον, (γράφω) antiquarius.

ἀρχαιοειδής, ές, antiquitatem redolens.

ἀρχαιόθεν, *adv.* antiquitus, Gloss. Vet.

ἀρχαιολογέω, de rebus antiquis dissero. 2) antiquo sermone utor.

ἀρχαιολογία, ας, ἡ, historia de rebus antiquis: origines, antiquitates. A praec.

ἀρχαιολογικός, ή, όν, qui antiquitatem rimatur, antiquitatis peritus: ad ἀρχαιολογίαν pertinens.

ἀρχαιολόγος, ον, (ἀρχαῖος, λόγος) de rebus antiquis disserens. 2) antiquo sermone utens.

ἀρχαῖον, ου, τό, (ἀρχαῖος) sors, *das Capital:* bonum avitum, bona, unde fructus et reditus veniunt.

ἀρχαιόνομος, ον, (νόμος) more antiquo.

ἀρχαιοπινής, ές, (πίνος) antiquitatem redolens.

ἀρχαιόπλουτος, ον, jam inde a majoribus dives, qui divitias avitas habet.

ἀρχαιοπρεπής, ές, antiquitatem referens, more antiquo factus.

ἀρχαῖος, αία, αῖον, (ἀρχή) pristinus, priscus, antiquus, vetustus, major. 2) stultus, ineptus, fatuus, simplex, rusticus.

ἀρχαιότης, ητος, ἡ, antiquitas, vetustas.

ἀρχαιοτροπία, ας, ἡ, (τρόπος) prisca vivendi ratio.

ἀρχαιότροπος, ον, antiquis moribus vivens. ap. Thuc. *sed in contumeliam.*

ἀρχαιοτρόπως, *adv.* more antiquo.

ἀρχαιότυπος, ον, antiquus, exempli vetusti. Suid.

ἀρχαιρεσία, ας, ἡ, (αἵρεσις) magistratuum electio seu creatio. 2) magistratuum eligendorum tempus. 3) *plur.* magistratus electi.

ἀρχαιρέσια, ίων, τά, comitia magistratibus creandis.

ἀρχαιρεσιάζω, ad magistratus creandos convenio: magistratum creo. 2) magistratum peto, quo sensu et in *med.* dicitur: gratiam hominum prensando capto, ambitione utor.

ἀρχαιρεσιακός, ή, όν, comitialis.

ἀρχαϊσμός, οῦ, ὁ, (ἀρχαΐζω) veterum, seu priscorum imitatio. 2) antiqua loquendi ratio.

ἀρχαίως, *adv.* antique, antiquo more. 2) stulte.

ἀρχι -, *praepositio inseparabilis*, ab ἀρχή, principium, caussam, vel imperium indicans, quae nonnunquam variat in uno eodemque vocabulo cum ἀρχε -, e. g. Ἀρχέλοχος et Ἀρχίλοχος, v. Lobeck. post Phryn. p. 769.

ἀρχίγονος, ον, (γένος) primigenius, prior natu: priscus, primaevus: auctor generis: caussa genetrix, caussa gignendi.

ἀρχέδικος, ου, ὁ, justus possessor, Pind. P. 4, 196.

ἀρχεῖον, ου, τό, (ἀρχή) magistratuum curia: principum domicilium: domus regia: tabularium publicum, archivium. 2) collegium senatorum vel judicum, magistratuum conventus, magistratus: cf. *Kluge* ad Aristot. de Carth. Polit. p. 161.

ἀρχεῖος, εία, εῖον, ad magistratum (ἀρχήν) pertinens. (Pro ἀρχαῖος nusquam dicitur.)

ἀρχειόω, (ἀρχεῖος) antiquo, antiquum reddo, Polyb. 16, 33, 3.

ἀρχέκακος, ον, (κακός) auctor, seu origo malorum.

ἀρχέλαος, ον, (λαός) populi rector, princeps. 2) nomen proprium.

ἀρχέλας, i. q. ἀρχέλαος, *contr.* Ar. Eq. 164.

ἀρχέλειος, ον, Aesch. Pers. 295. i. q. ἀρχέλαος. (Recte tamen vox in dubium vocatur a Blomfieldio, reponente formam ἀρχέλαος. Nam ἀρχέλειος esset a λεία, praedae rector.

ἀρχέναυς, ων, (ναῦς) qui nunc primum navigat. 2) navi imperans.

ἀρχέπλουτος, ον, (πλοῦτος) penes quem administrandarum ac dispensandarum divitiarum potestas est: dominus divitiarum et pristinae fortunae restituendus. *vel* i. q. ἀρχαιόπλουτος, Soph. El. 72.

ἀρχέπολις, εως, ὁ καὶ ἡ, (πόλις) civitati imperans, princeps, rex.

ἀρχεσίμολπος, ον, (μολπή) qui cantui praeest.

ἀρχέσπερος, ον, (ἕσπερος) vesperae principium afferens. *dub. lect.*

ἀρχέτας, ὁ, *Dor.* pro ἀρχέτης, dux, Eur.

ἀρχέτυπον, ου, τό, exemplar primigenium, exemplar primum, ad quod reliqua effinguntur.

ἀρχέτυπος, ον, (τύπος) archetypus, qui alteri dat initium, qui primam rei alicujus formam exhibet.

ἀρχεύω, (ἄρχω) impero, *c. dat.* Il. 5, 200. ap. posteriores *c. gen.*

ἀρχέχορος, ον, (χορός) qui praeest choro, choragus.

ἀρχή, ῆς, ἡ, principium, exordium, initium, origo, caussa, κακοῦ, φόνου, Hom. ἀρχὴν ποιεῖσθαι, incipere, Isocr. ἀρχὴν λαμβάνειν, initium sumere, Plat. ἀρχὴν ἄρξασθαι, id.: fundamentum, ἀρχὴν βάλλεσθαι, fundamentum jacere, Dem. ἐξ ἀρχῆς, ἀπ' ἀρχῆς, a principio, ab initio, antiquitus; denuo, de integro. - ἀρχαί, initia, elementa, principia omnium rerum, ap. *philosophos.* ἀρχαί sunt etiam primitiae, i. q. ἀπαρχαί. - ἀρχή interdum etiam est *extremitas*, ut πεισμάτων ἀρχαί, Eur. Hipp. 752. ibique Valck. δεσμῶν, summae ansae vinculorum, Lucian. 2) principatus, imperium, dominatus, ditio, τῆς ἀρχῆς ἀπολυθῆναι βουλόμενοι, dominatu liberari cupientes, Thuc. *magistratus*, ut in illo Biantis ap. Aristot. ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι, saepius in plur. ἐν ἀρχῇ γενόμενος, summam potestatem adeptus. 3) *Adverbialiter* ponuntur *a)* acc. sing. ἀρχήν vel τὴν ἀρχήν, principio, ante omnia: ab initio, antiquitus, olim. Hdt. ἀρχήν cum negatione junctum potest verti *ne - quidem*, *nullo modo*, οὐδὲ πειρῶνται ἀρχήν, ne conantur quidem, *sie versuchen es gar nicht erst*, Thuc. τοῦ γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ κάμνειν τὸ στράτευμα, τούτου σοι δεῖ μέλειν, ut *prorsus* non aegrotet, cf. Herm. Vig. p. 723. Scilicet ubi ἀρχήν ponitur cum

negatione, ibi notio inest rei non modo non factae, sed ne inceptae quidem, unde factum est, ut servata sua proprietate significare potuerit *plane*, *omnino*. – ἀρχὴν *c. gen.*, ut ἀρχὴν τοῦ νόμου, i. q. ἐν ἀρχῇ τ. ν., Wolf. ad Lept. p. 347. *b)* τὰς ἀρχάς, initio, Polyb. *c)* κατ' ἀρχάς et τὸ κατ' ἀρχάς, initio, ab initio: statim. *d)* ἐξ ἀρχῆς et ἀπ' ἀρχῆς, v. supra.

ἀρχηγενής, ές, generis auctor, hinc omnino: auctor, origo, caussa, ἄτη κλαυμάτων ἀρχηγενῆ, quae efficiunt lacrimas, Aesch. Ag. 1628.

ἀρχηγετεύω, (ἀρχηγέτης) principatum obtineo; praesum, *c. gen.* Hdt.

ἀρχηγετέω, auspicor, incipio, ἀπό τινος, Soph.

ἀρχηγέτης, ου, ὁ, (ἄγω) praeses, princeps, dux: auctor: auctor familiae: numen tutelare.

ἀρχηγέτις, ιδος, ἡ, *fem.* ab ἀρχηγέτης, praeses, princeps, dux femina: metropolis imperii.

ἀρχηγικός, ή, όν, principalis; praecipuus.

ἀρχηγός, όν, (ἡγέομαι) praeses, dux, auctor, magister, inventor, caussa rei.

ἀρχῆθεν, *adv.* (ἀρχή) ab initio, antiquitus, denuo: *poet.* et *vulg.* pro ἐξ ἀρχῆς, Lobeck. Phryn. p. 93.

ἀρχι–, *praepositio inseparabilis* ἀρχω, principatum s. primum in aliquo munere locum indicans.

ἀρχίατρος, ου, ὁ, (ἰατρός) medicorum princeps, primarius inter medicos: archiater.

ἀρχιβούκολος, ου, ὁ καὶ ἡ, bubulcorum princeps.

ἀρχιβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, princeps consilii.

ἀρχιγένεθλος, ου, ὁ καὶ ἡ, auctor vitae.

ἀρχιγραμματεύς, έως, ὁ, scribarum praefectus, inter scribas primarius. ἀρχιγραμματεῖς, cancellarii.

ἀρχιδεσμοφύλαξ, ακος, ὁ, custos et princeps, s. praefectus carceris.

ἀρχιδεσμώτης, ου, ὁ, idem. Genes. 40, 4. ap. LXX.

ἀρχιδιάκονος, ου, ὁ, Archidiaconus, primarius inter diaconos, Eulog. Alex. ap. Phot. Bibl. p. 1622.

ἀρχιδικαστής, οῦ, ὁ, praeses, seu praefectus judicum.

ἀρχίδικος, ον, (δίκη) praeses judicii, qui exercet judicium, judex quaestionis.

ἀρχίδιον, ου, τό, parvum imperium, parvus magistratus, *Dimin.* ab ἀρχή.

ἀρχιειρεσία, ας, ἡ, (εἰρεσία) principatus inter remiges, remigatio, Suid.

ἀρχιεπίσκοπος, ὁ, archiepiscopus, Athanas. Apol. 2. Epiph. haer. 68.

ἀρχιεράομαι, summus sacerdos sum, summo sacerdotio fungor, Joseph. Ant. 14. 6.

ἀρχιερατεύω, idem.

ἀρχιερατικός, ή, όν, (ἀρχιεράομαι) pontificius, ad summum sacerdotem pertinens.

ἀρχιέρεια, ας, ἡ, pontificatus maximus.

ἀρχιερεύς, ὁ, summus pontifex, summus sacerdos, pontifex maximus.

ἀρχιέρεως, ω, ὁ, pontifex maximus, Hdt. 2, 37.

ἀρχιερωσύνη, ης, ἡ, summum sacerdotium: pontificatus.

ἀρχιεταῖρος, ου, ὁ, princeps sodalium.

ἀρχιευνοῦχος, ου, ὁ, eunuchorum praefectus, seu princeps.

ἀρχίζωος, ον, (ζωή) vitae initium praebens, vitae auctor.

ἀρχιθάλασσος, ον, maris imperium exercens, Anth.

ἀρχιθεωρέω, sum ἀρχιθέωρος.

ἀρχιθεώρησις, ἡ, i. q. ἀρχιθεωρία.

ἀρχιθεωρία, ας, ἡ, munus ἀρχιθεώρου.

ἀρχιθέωρος, ου, ὁ, praefectus eorum, qui sacrorum caussa publice aliquo mittebantur, v. θεωρία.

ἀρχιθιασίτης, ου, ὁ, (θίασος) dux chori Bacchii, Inscr. ant.

ἀρχικέραυνος, ον, auctor vel moderator fulminis.

ἀρχίκλωψ, ωπος, ὁ, dux furum, Plut. Arat. 6.

ἀρχικός, ή, όν, (ἀρχή) primarius, princeps, principalis. 2) peritus imperandi, aptus ab regendum. 3) imperans, qui habet imperium.

ἀρχικυβερνήτης, ου, ὁ, praefectus summus.

ἀρχικυνηγός, οῦ, ὁ, magister rei venaticae.

ἀρχιλῃστής, οῦ, ὁ, princeps praedonum, s. latronum.

ἀρχιμάγειρος, ου, ὁ, praefectus, seu magister coquorum.

Ἀρχιμανδρίτης, ου, ὁ, (μάνδρα, *monasterium, coenobium*) Archimandrita, praefectus coenobii, Abbas.

Ἀρχιμανδρῖτις, ιδος, ἡ, Abbatissa, praefecta coenobii. A praec.

ἀρχίμιμος, ου, ὁ, mimorum princeps: princeps histrionum.

ἀρχιοινοχοΐα, ας, ἡ, dignitas et officium ejus, qui principatum inter pocillatores tenet. A seq.

ἀρχιοινοχόος, ὁ, princeps pocillatorum.

ἀρχιπατριῶται, οἱ, principes familiarum. LXX.

ἀρχιπειρατής, οῦ, ὁ, piratarum princeps, archipirata.

ἀρχίπλανος, ὁ, dux vagabundorum, Lucian.

ἀρχιποιμήν, ένος, ὁ, pastorum princeps.

ἀρχιποσία, ας, ἡ, (πόσις) principatus bibendi: primus bibendi locus.

ἀρχιπρεσβευτής, οῦ, ὁ, princeps legationis.

ἀρχιραβδοῦχος, ου, ὁ, lictor primus.

ἀρχισιτοποιός, οῦ, ὁ, pistorum princeps.

ἀρχιστράτηγος, ου, ὁ, imperator exercitus, princeps militiae: summus imperator.

ἀρχισύμβολον, ου, τό, symbolum princeps. Dion. Areop. eccl. Hier. 3, 3, 1.

ἀρχισυνάγωγος, ου, ὁ, (συναγωγή) princeps, rector, praefectus Synagogae.

ἀρχισωματοφύλαξ, ακος, ὁ, praefectus satellitum, princeps stipatorum, praecipuus custos corporis. Joseph.

ἀρχιτεκταίνω, i. q. ἀρχιτεκτονέω, Max. Planud. interpr. Rhetor. ad Herenn. 3, 19.

ἀρχιτεκτονεύω, i. q. ἀρχιτεκτονέω, Mechan. vett. p. 105. 110. 113. Hinc ἀρχιτεκτόνευμα, i. q. ἀρχιτεκτόνημα, ib. p. 111.

ἀρχιτεκτονέω, (ἀρχιτέκτων) fabricor, architector: struo.

ἀρχιτεκτόνημα, ατος, τό, (ἀρχιτεκτονέω) opus ab architecto fabricatum, structura.

ἀρχιτεκτονία, ας, ἡ, (ἀρχιτέκτων) architectonica ars.

ἀρχιτεκτονική, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, ars architectonica, architectura.

ἀρχιτεκτονικός, ή, όν, architectonicus, ad architecturam pertinens: quivis qui aliis, artem aliquam exercentibus, praeest, Plat. Aristot. A seq.

ἀρχιτέκτων, ονος, ὁ, architectus, fabrorum princeps, structor, machinator.

ἀρχιτελώνης, ου, ὁ, magister portitorum.

ἀρχιτρίκλινος, ου, ὁ, (τρίκλινον) architriclinus, symposiarcha, qui praest adparando convivio, magister convivii.

ἀρχιυπασπιστής, οῦ, ὁ, princeps satellitum.

ἀρχίφυλοι, οἱ, (φυλή) praefecti, s. principes tribuum.

ἀρχιφώρ, ῶρος, ὁ, princeps furum, vel magistratus, praetor, cui quaestio de furtis erat demandata: nomen magistratus, ap. Diodor.

ἀρχίφωτος, ον, (φῶς) princeps seu auctor luminis.

ἀρχοειδής, ές, (ἀρχή, εἶδος) principii formam habens; primigenius; primarius.

ἀρχοντιάω, (ἄρχων) principatum ambio.

ἀρχοντικός, ή, όν, ad magistratum pertinens.

ἀρχός, οῦ, ὁ, princeps, dux. 2) podex, intestinum rectum. A seq.

αὐθάδεια, ας, ἡ, vana de sua praestantia opinio, amor sui vitiosus: arrogantia: morositas: pertinacia, animus obstinatus et pervicax: temeritas, contumacia, insolentia. (–––⏑) A seq.

αὐθάδης, ες, (αὐτός, ἁδεῖν) sibi placens, se ipsum admirans aliosque contemnens: superbus: contumax, procax, insolens, praefractus, cerebrosus, petulans, ferox. (–––)

αὐθαδία, ας, ἡ, *poet.* idem quod αὐθάδεια.

αὐθαδιάζω, f. άσω, contumacem reddo, et αὐθαδιάζομαι, pertinaciter resisto. Lob. Phryn. p. 66. A praec.

αὐθαδίζομαι, (αὐθάδης) insolenter, temere ago.

αὐθαδικός, ή, όν, idem quod αὐθάδης.

αὐθάδισμα, ατος, τό, (αὐθαδίζομαι) procacitas, contumacia, protervia. (––––⏑)

αὐθαδόστομος, ον, (στόμα) contumaci ore et temerario.

αὐθαδῶς, *adv.* (αὐθάδης) contumaciter, pertinaciter.

αὔθαιμος, ον, (αὐτός et αἷμα) qui est ejusdem sanguinis, frater.

αὐθαίμων, ον, idem et ex iisd.

αὐθαίρετος, ον, (αὐτός et αἱρέομαι) voluntarius, qui sua sponte sibi arrogat, ultroneus. 2) quod quis ipse meruit.

αὐθαιρέτως, *adv.* sponte, ultro.

αὐθέκαστος, ον, (αὐτός, ἕκαστος) pro se quisque. 2) i. q. ἁπλοῦς, simplex, arte carens, verus, non fucatus. 3) severus, rigidus, morosus, difficilis.

αὐθεντέω, (αὐθέντης) potestatem s. auctoritatem in aliquem usurpo, dominor: auctoritate mea probo: auctorem me praebeo, *c. gen.* 1 Tim. 2, 12.

αὐθέντημα, ατος, τό, auctoramentum.

αὐθέντης, ου, ὁ, qui sua manu se perimit. Antiphon. p. 671, 2. 2) auctor caedis. 3) auctor quilibet, inpr. ap. Graecos recentiores. 4) dominus, auctor, qui suo jure aliquid facit, Eur. Suppl. 442. cf. Lob. Phryn. p. 120.

αὐθεντία, ας, ἡ, i. q. αὐτοχειρία. 2) potestas, jus, auctoritas. A praec.

αὐθεντικός, ή, όν, authenticus, auctoritate justa munitus. Ab eodem.

αὐθεντικῶς, *adv.* cum auctoritate, certo auctore, authentice.

αὐθερμήνευτος, ον, (ἑρμηνεύω) facilis explicatu.

αὐθέψης, ου, ὁ, (ἕψω) authepsa, vas ad facilius coquendum comparatum.

αὐθημερίζω, eodem die perficio, v. c. eandem viam eodem die eo et remeo.

αὐθημερινός, idem quod αὐθήμερος.

αὐθημερόν, *adv.* eodem die, eo ipso die.

αὐθήμερος, ον, eodem die factus, qui est ejusdem diei, quotidianus. 2) subitus, extemporalis.

αὖθι, *adv.* contr. ex αὐτόθι, illic, ibi: statim. Interdum idem est, quod αὖθις: Jac. A. P. p. 357.

αὐθιγενής, ές, (γίνομαι) indigena, in aliquo loco natus. 2) perennis, de aqua fontana, vel fonte ipso.

αὖθις, longior forma adverbii αὖ, quocum plane eandem habet significationem. αὖθις *Atticum* est; *Iones* et *Dorienses* dicunt αὖτις, atque sic etiam Homerus. Frequenter *Attici* pleonastice conjungunt αὖθις αὖ, αὖθις πάλιν, αὖθις αὖ πάλιν.

αὐθόμαιμος, ον, (αὐτός, ὅμαιμος) consanguineus: frater.

αὐθομολογέομαι, ultro profiteor.

αὐθύπαρκτος, ον, (ὑπάρχω) per se subsistens, non indigens alieno subjecto.

αὐθυπόστατος, ον, (ὑφίσταμαι) idem.

αὐθυπότακτος, ὁ, Subjunctivus aor. 2. vel etiam nonnunquam aor. 1. Vide Herodian. Epimerism. p. 278. et A. B. p. 1086. sq. Hinc. *Adv.* αὐθυποτάκτως.

αὐθωρεί et αὐθωρί, idem quod αὐθωρόν.

αὐθωρόν, *adv.* (αὐτός et ὥρα) ea ipsa hora, eadem hora.

αὔθωρος, ον, (ὥρα) qui eadem ipsa hora fit, accidit.

αὐΐαχος, ον, (ἰάχω) clamans, ut canes latrantes: clamosus. Hom. 2) sine clamore, Q. Sm.

αὐλαία, ας, ἡ, (αὐλή) aulaeum, cortina, velum scenae, vel januae, sc. τάπης.

αὐλακεργάτης, ου, ὁ, (αὖλαξ, ἐργάτης) sulcos efficiens, epith. vomeris.

αὐλακίζω, sulco, hiulco, imporco. A seq.

αὖλαξ, ακος, ἡ, sulcus, lira. 2) i. q. ὄγμος, Theocr.

αὐλάρχης, ου, ὁ, (αὐλή et ἄρχω) aulae princeps.

αὐλακισμός, οῦ, ὁ, (αὐλακίζω) ductio sulcorum, sulcatio.

αὔλεια, ας, ἡ, (αὐλή) aulae janua.

αὔλειον, ου, τό, vestibulum, atrium. Ab eodem.

αὔλειος, ον, vel α, ον, vestibularis, atriensis. αὔλειος θύρα, janua vestibuli h. e. viae proxima, antica.

αὐλείτης, ου, ὁ, villicus. Ab eod.

αὐλέω, (αὐλός) tibia cano. αὐλέομαι, tibia canentem audio.

αὐλή, ῆς, ἡ, (ἄω) locus, quem venti perflant, locus subdialis: vestibulum: atrium: stabulum, caula, ovile; aula domus regia, s. principis.

αὐλήεις, εσσα, εν, (αὐλέω) ad tibiam canendus, αὐλᾶν μέλος, Pind. *Dor.* pro αὐλᾶεν.

αὔλημα, ατος, τό, (αὐλέω) cantus tibiarum: carmen ad tibiarum sonum.

αὔλησις, εως, ἡ, ipsa tibiarum inflatio. Ab eodem.

αὐλητήρ, ῆρος, ὁ, tibicen. Ab eod.

αὐλητής, οῦ, ὁ, (αὐλός) idem. 2) (αὐλή) villicus.

αὐλητική, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, ars inflandi tibias, seu canendi tibiis.

αὐλητικός, ή, όν, (αὐλητής) ad tibicinem pertinens.

αὐλητικῶς, *adv.* more tibicinum.

αὐλήτρια, ας, ἡ, tibicina.

αὐλητρίδιον, ου, τό, tibicinula, muliercula tibia canens, *Dimin.* a seq.

αὐλητρίς, ίδος, ἡ, (αὐλητής) tibicina.

αὐλία, ἡ, *Subst.* ab αὔλιος, quod vide. (⏑–⏑–)

Αὐλιάς, άδος, ἡ, pastoribus et pecori favens, hinc Αὐλιάδες Νύμφαι.

αὐλίδιον, ου, τό *Dimin.* ab αὐλή, conisterium, s. palaestra, Theophr.

αὐλίζομαι, (αὐλή) diversor, stabulor, pernocto, dormio: commoror, inprimis in castris.

αὐλικός, ή, όν, (αὐλός) tibialis, fistularis. 2) tibicen, fistulator.

αὔλιον, ου, τό, (αὐλή) stabulum, caula. 2) domicilium.

αὔλιος, α, ον, ad stabulum pertinens, vel ducens.

αὖλις, ιδος, ἡ, aula: tentorium, cubile, lectus, stabulum, castra: locus septus, in quo retia avibus tensa stant, *ein Vogelheerd*: nidus avium: portus in Boeotia. Ab eodem.

αὐλίσκος, ου, ὁ, parva tibia, fistula. *Dimin.* ab αὐλός.

αὐλισμός, οῦ, ὁ, pernoctatio, stabulatio.

αὐλοθετέω, (αὐλός et τίθημι) fistulas, seu tibias compingo.

αὐλοθήκη, ης, ἡ, locus tibiarum.

αὐλοκοπέω, (κόπτω) in tibiarum modum seco vel perforo.

αὐλομανής, ές, (μαίνομαι) a tibia in furorem actus.

αὐλοποιητική, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, (αὐλοποιός) ars conficiendi tibias.

αὐλοποιητικῶς, *adv.* ex arte tibiarum conficiendarum. A praec.

αὐλοποιΐα, ας, ἡ, idem quod sequens.

αὐλοποιική, ῆς, ἡ, ars tibiarum conficiendarum.

αὐλοποιός, οῦ, ὁ, (ποιέω) qui fistulas conficit, tibiarius.

αὐλός, οῦ, ὁ, tibia, fistula. 2) foramen, meatus. 3) convallis. 4) follis. 5) pars hastilis, annulus fibulae. 6) figura quaelibet in rectitudinem productior, ut stadium. 7) sanguinis e naribus torrens. *Proprie* est omne in longum porrectum, intus cavum et utrinque pertusum.

ἄυλος, ον, (ὕλη) materiae expers.

αὐλοτροπής, ὁ, v. l. Hom. hymn. Merc. 86. vide αὐτοτροπέω.

αὐλοτρύπης, ου, ὁ, (τρυπάω) qui tibias perforat. Unde *adv.* αὐλοτρυπητικῶς.

αὐλουρός, οῦ, ὁ, custos aulae. Hesych.

αὐλῳδία, ας, ἡ, (αὐλῳδός) tibiarum cantus, tibiae sonus.

αὐλῳδικός, ή, όν, tibialis, fistularis. Ab eodem.

αὐλῳδός, οῦ, ὁ, (ᾠδή) cantor, qui tibias inflanti accinit μέλος, auletes, tibicen.

αὐλών, ῶνος, ὁ vel ἡ, (αὐλός) vallis convallis, locus planus, montibus inclusus; *et simpl.* tractus terrae. 2) alveus, canalis.

αὐλωνιάς, άδος, ἡ, in vallibus commorans, habitans, v. c. Nympha. A pr.

αὐλωνίσκος, ου, ὁ, parva vallis. *Dimin.* ab αὐλών.

αὐλωνοειδής, ές, vallis figuram habens, anfractuosus.

αὐλῶπις, ιδος, ἡ, Epith. galeae, ab figura vel foraminis, per quod prospectus patet, vel coni, cui crista inseritur. Il.

αὐλωπός, οῦ, ὁ, (ὤψ) fistulae similis habens oculos: nomen piscis, qui et αὐλωπίας.

αὐλωτός, ή, όν, (αὐλός) ad fistulae formam factus, vel fistula, tubulo, ut codone instructus. Aesch.

αὐξάνω, fut. αὐξήσω, (αὔξω, ἀέξω) augeo incrementum do: *metaph.* celebro, laudibus effero. τὰ τῶν Ἑλλήνων αὐξάνειν, a partibus Graecorum stare, Hdt. 8, 30. *Med.* cresco, glisco. Frequenter dicitur μέγας αὐξάνομαι, Plat., Dem. – *Poetae* Activum quoque significatione Medii adhibent, Musgr. ad Soph. O. R. 1085.

αὔξη, ης, ἡ, incrementum. Ab eod.

αὔξημα, ατος, τό, (αὐξάνω) incrementum: id quod auctum est

αὔξησις, εως, ἡ, incrementum, augmentum, auctus, amplificatio. Ab eod.

αὐξητικός, ή, όν, augendi vim habens, auctificus. 2) crescens, crescendi vim habens. Ab eod.

αὐξητικῶς, *adv.* augendi caussa, rem verbis augendo.

αὐξιθαλής, ές, (θάλλω) viriditatem largiens, virescens.

αὔξιμος, ον, ad augendum et incrementum accommodatus. A seq.

αὖξις, εως, ἡ, (αὔξω) auctus, incrementum, augmentum.

αὐξιτρόφος, ον, alens. αὐξίτροφος, ον, adolescens.

αὐξιφαής, ές, lucem augens.

αὐξομείωσις, ἡ, (μειόω) fluxus et refluxus maris.

αὐξοσέληνον, τό, (σελήνη) interlunium, luna nascens.

αὔξω, forma primitiva verbi αὐξάνω, quae in praes. tantum et impf. act. et med. occurrit. Reliqua tempp. formantur ab αὐξάνω.

αὐονή, ἡ, *Att.* αὐονή, (αὖος) siccitas, ariditas, Aesch.

αὐονή, ἡ, (αὔω, *clamo*) clamor.

αὖος, αὔα, αὖον, *Att.* αὗος, (αὔω) siccus, aridus. 2) qui (terrore) obriguit, obstupefactus.

αὐότης, ητος, ἡ, (αὖος) siccitas, ariditas.

ἀϋπνία, ας, ἡ, insomnia, vigiliae. A seq.

ἄϋπνος, ον, (ὕπνος) insomnis, somnum non capiens, vigil, pervil. 2) in quo somnus non capitur.

ἀϋπνοσύνη, ἡ, *poet.* i. q. ἀϋπνία.

αὔρα, ἡ, *Ion.* αὔρη, (ἄω, αὔω, *flo*) flatus, aura, ventus lenior: exspiratio ex humido prodiens: ventus.

αὐράω, v. ἀπαυράω.

αὐρίζω, (αὔριον) procrastino, in crastinum diem differo.

αὔριον, *adv.* cras, crastino die. Unde ὁ, ἡ, τό, αὔριον, crastinus.

αὔριος, ον, (αὔρα) matutinus, *poet.* Alex. αὔριος ὥρα, Aurora.

αὖρον, τό, aurum, unde θησαυρός, Dosiad. *Vox rarissima.*

αὐροφόρητος, ον, (φορέω) aura vel vento ablatus, vel ferri, impelli valens.

αὔρω, v. ἀπαυράω.

αὖς, αὐτός, τό, *Lacon.* et *Cret.* pro οὖς, auris.

αὔσιος, *Dor.* p. τηΰσιος.

αὐσταλέος, έα, έον, (αὖος) siccus, aridus: squalens, squalidus.

αὐστήρ, ῆρος, ὁ, et αὔστρα, ἡ, instrumentum, quo urna aqua plena e puteo extrahitur. *dub.*

αὐστηρία, ας, ἡ, austeritas, tetricitas. A seq

αὐστηρός, ρά, ρόν, austerus, severus, agrestis, tetricus, durus.

αὐστηρότης, ητος, ἡ, austeritas, severitas. A praec.

αὐστηρῶς, *adv.* austere: severe.

αὐτάγγελος, ον, (ἀγγέλλω) qui sibi nuncius, qui sua ipse nunciat: qui ultro nuncius venit.

αὐτάγγελτος, ον, nuncius, qui rei interfuit, qui non alio utitur nuncio. Ex iisd.

αὐτάγητος, ον, (ἄγαμαι) sui ipsius admirator. Lyr.

αὐταγρεσία, ἡ, arbitrium, quod fit sponte. A seq.

αὐτάγρετος, ον, (ἀγρέω) electus: αὐτάγρετα, quae sunt arbitrii nostri, in potestate nostra: quae ipsi volumus et optamus. 2) sponte eligens.

αὐτάδελφος, ου, ὁ, frater germanus, frater ex utroque parente.

αὐτανδρί, *adv.* cum ipsis viris, v. c. navis capta. 2) ipse. A seq.

αὔτανδρος, ον, (ἀνήρ) cum ipsis hominibus, seu viris.

αὐτανεψιός, οῦ, ὁ, consobrinus, patruelis, fratris vel sororis filius. Fem. αὐτανεψιά.

αὐτάρ, *Conj.* sed, autem: ceterum: deinde. vide ἀτάρ.

αὐταρέσκεια, ας, ἡ, nimius amor sui, rerumque suarum. A seq.

αὐτάρεσκος, ον, (ἀρέσκω) sibi nimis placens.

αὐτάρκεια, ας, ἡ, (αὐτάρκης) sufficientia, id quod sufficit. 2) animus sua sorte contentus. 3) frugalitas.

αὐταρκέω, sufficio, satis sum, duro; contentus sum. Ab eod.

αὐτάρκης, ες, (ἀρκέω) contentus, frugalis: sibi sufficiens, habens necessaria, nec aliena ope indigens: opportunus, commodus, idoneus, par, satis virium habens.

αὐταρκία, ας, ἡ, idem quod αὐτάρκεια. A praec.

αὐτάρκως, *adv.* sufficienter, contente, satis, abunde, prolixe, commode. Ab eodem.

αὐταρχέω, summae rerum praesum. A seq.

αὐταρχή, ἡ, (ἀρχή) ipsum initium. *dub.*

αὐτάρχης, ου, ὁ, et αὔταρχος, ὁ, (αὐτός et ἀρχή) qui summae rerum praeest, qui

summam rerum potestatem obtinet.

αὐταρχία, ας, ἡ, summa rerum potestas. A praec.

αὖτε, adv. i. q. αὖ, rursum, iterum, postea: autem.

αὐτέκμαγμα, τό, (ἔκμαγμα) simulacrum alicujus rei fidelissime expressum. Ar. Thesm. 514.

αὐτέλεγκτος, ον, (ἐλέγχω) se ipsum vituperans vel convincens.

αὐτενέργητος, ον, (ἐνεργέω) ipse per se operans et efficiens.

αὐτενιαυτός, ον, (ἐνιαυτός) ejusdem anni.

αὐτεξούσιον, ου, τό, liberum arbitrium. A seq.

αὐτεξούσιος, ον, (ἐξουσία) qui sui juris, sive suae potestatis, est. 2) de imperio infinito, de regno, cujus potestas nullis limitibus circumscribitur.

αὐτεξουσιότης, ητος, ἡ, libera potestas. A praec.

αὐτεξουσίως, adv. libere. Ab eod.

αὐτεπάγγελτος, ον, sponte aliquid indicans vel pollicens, ultroneus: etiam qui coenam condicit.

αὐτεπίβουλος, ον, (ἐπιβουλή) suis ipsius captus insidiis.

αὐτεπίσκοπος, ου, ὁ, sui juris, sui ipse curam gerens, Cyrill. in Joann. 2, 2.

αὐτεπίσπαστος, ον, (ἐπισπάω) quem quis sibi ipse arcessivit atque attraxit.

αὐτεπιτάκτης, ου, ὁ, (ἐπιτάσσω) qui ipse per se aliquid injungit, qui jure suo jussa imponit.

αὐτεπιτακτική, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, ars suo imperio regendi. A seq.

αὐτεπιτακτικός, ή, όν, (αὐτεπιτάκτης) ad imperium absolutum pertinens.

αὐτεπιτακτικῶς, adv. more eorum, qui per se jubendi potestatem habent.

αὐτεπίτακτος, ου, ὁ, se ipsum regens, sibi ipsi imperans.

αὐτεπώνυμος, ον, (ὄνομα) cui idem nomen est impositum, cognominis.

αὐτερέτης, ου, ὁ, (ἐρέτης) qui ipsemet sibi remigat, miles, qui simul est remex. Thuc. 3, 18. 6, 91.

αὐτετής, ές, (ἔτος) i. q. αὐτενιαυτός.

ἀϋτέω, i. q. ἀΰω, clamo, in praes. et impf. Il. (⏑‒⏑‒)

ἀϋτή, ῆς, ἡ, (ἀΰω) clamor, vox pugnae commissae. 2) pugna. (⏑‒‒)

αὐτήκοος, ον, (ἀκούω) qui suis aliquid auribus audivit. 2) qui sui est juris, se, non alium audit.

αὐτῆμαρ, adv. (αὐτός et ἦμαρ) eodem die.

αὐτηρέτης, ὁ, i. q. αὐτερέτης, Lobeck. post Phryn. p. 704.

αὖτι, Ion. pro αὖθι, veterum grammaticorum nonnulli in carminibus Homericis scribendum esse existimabant.

αὐτιγενής, ές, Ion. pro αὐθιγενής.

αὐτίκα, adv. mox, statim, protinus, illico, continuo, extemplo, ilicet, actutum. 2 exempli caussa. 3) primum, jam primum. 4) vicissim.

αὖτις, Ion. et Dor. pro αὖθις, quod vide.

αὐτίτης, ου, ὁ, (αὐτός) purus, merus, sc. οἶνος. 2) solus, in solitudine vivens.

ἀϋτμή, ῆς, ἡ, (ἀΰω) halitus, spiritus: vapor, nidor: fumus: ardor.

ἀϋτμήν, ένος, ὁ, idem. Hom.

αὐτοάγαθος, ον, per se bonus, optimus.

αὐτοαγαθότης, ητος, ἡ, ipsamet bonitas.

αὐτοαγιότης, ητος, ἡ, sanctitas naturae interna, et perfectissima.

αὐτοαδάμας, αντος, ὁ, ipsissimus verissimus adamas.

αὐτοαλήθεια, ας, ἡ, ipsa veritas, purissima veritas.

αὐτοαληθῶς, adv. verissime.

αὐτοάνθρωπος, ου, ὁ, homo verissimus.

αὐτοάπειρος, ον, a se infinitus.

αὐτοαρετή, ῆς, ἡ, ipsa virtus.

αὐτοβοάω, (βοάω, irreg.) ipse me mea voce praedico, ipse mei praeconem ago.

αὐτοβοεί, adv. (βοή) ipso clamore, primo statim clamore, s. impetu.

αὐτοβοηθός, οῦ, ὁ, qui sibi ipse sufficit, consulere potest, alieno auxilio non indiget. Gramm.

αὐτοβόητος, ον, (αὐτοβοάω) qui ipse sua voce de se testatur: a se ipso vocatus.

Αὐτοβορέας, ου, ὁ, ipse boreas, genuinus boreas.

αὐτοβούλησις, ἡ, voluntas ipsa per se, Aristot. Topic. VI, 5.

αὐτόβουλος, ον, (βουλή) sua sponte, suo instinctu, per se aliquid volens, s. homo sui arbitrii ac consilii.

αὐτογένεθλος, ον, (γενέθλη) cui ex se ipso genus est, qui a se ipso est, Suid., Hesych.

αὐτογενής, ές, (γίνομαι) idem.

αὐτογένητος, ον, et αὐτογέννητος, ον, (γεννάω) ex se genitus. αὐτογέννητα κοιμήματα μητρός, matris cum filio concubitus, Soph. Ant. 864.

αὐτογλώχιν, ινος, (γλωχίν) cum ipsa cuspide.

αὐτογνωμονέω, ex animi mei sensu et arbitratu facio ac judico. A seq.

αὐτογνώμων, ον, (γνώμη) qui suam dumtaxat sententiam sequitur, sui consilii et arbitrii.

αὐτογνωμόνως, adv. suo arbitrio, consilio. A praec.

αὐτόγνωτος, ον, (γινώσκω) suam sententiam secutus.

αὐτόγονος, ον, (γόνος) ipse per se genitus, a se ortum habens.

αὐτογραμμή, ῆς, ἡ, (γραμμή) linea mathematica.

αὐτόγραφον, ου, τό, scriptum sua manu exaratum.

αὐτόγραφος, ον, (γράφω) sua manu scriptus

αὐτόγυον, ου, τό, (γύης) aratri dentale, lignum, cui vomer includitur.

αὐτοδαής, ές, (δαῆναι) qui per se ipse et sine magistro didicit.

αὐτοδάϊκτος, ον, (δαΐζω) a se ipso interfectus.

αὐτόδαιτος, (δαίς, δαιτός) idem quod αὐτοδείπνος.

αὐτοδάξ, adv. (αὐτός et ὀδάξ) mordicus, ipsis dentibus.

αὐτόδειπνος, ον, (δεῖπνον) qui vocatus secum ipse adfert, quae coenet, qui domi suae solus coenat.

αὐτόδεκα (δέκα) Thuc. 5, 20. αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων, ipsis decem annis praeterlapsis. Alii ibidem falso αὐτοδεκαετῶν conjungunt.

αὐτοδέσποτος, ου, ὁ, dominus absolutus, summus.

αὐτόδετος, ον, (δέω) vinctus a se ipso vel per se ipsum.

αὐτόδηλος, ον, per se manifestus.

αὐτοδημιούργητος, ον, a se, nulla aliena opera factus.

αὐτοδιακονία, ας, ἡ, quum quis ipsi sibi ministrat, sui ipsius ministerio, non alieno utitur. A seq.

αὐτοδιάκονος, ον, qui ipse sibi ministrat et famulatur. (ᾱ)

αὐτοδίδακτος, ον, qui sua ipsius industria aliquid didicit, a se ipso doctus. 2) suapte natura aliquid faciens.

αὐτοδιδάκτως, adv. naturae instinctu.

αὐτοδιήγητος, ον, (διηγέομαι) ab ipso, seu per se narratus, ab ipso auctore commemoratus. 2) ipse narrans

αὐτοδιηγούμενος, η, ον, ipse ex sua persona narrans.

αὐτοδίκαιος, ον, ipse justus. τὸ αὐτοδίκαιον i. q. αὐτοδικαιοσύνη.

αὐτοδικαιοσύνη, ης, ἡ, ipsa justitia.

αὐτοδικέω, (αὐτόδικος) legibus et judicibus suis uti.

αὐτοδίκη, ης, ἡ, disceptatio per se ipsum et non per alium, libertas legum et judiciorum. Suid.

αὐτόδικος, ον, (δίκη) qui ipse suis legibus utitur, qui non externo judice utitur, sed domestico.

αὐτόδιον, adv. (ὁδός) statim, e vestigio.

αὐτοδόξα, ας, ἡ, opinio, vel gloria ipsa per se spectata.

αὐτοδοξαστός, όν, proprie et magis opinabilis.

αὐτόδορος, ον, (δορά) cum ipsa pelle.

αὐτόδρομος, ον, (τρέχω) per se et sua natura currens: qui per se et sua natura movetur.

αὐτοδύναμος, ον, (δύναμις) per se potens.

αὐτοειδής, ές, prorsus similis.

αὐτοεῖναι, τό, ipsum esse, per se ipsum esse.

αὐτοέκαστος, ον, pro se quisque, i. q. αὐθέκαστος.

αὐτοέλικτος, ον, (ἑλίσσω) sua sponte volutatus, qui per se conturquetur, vel verticibus circumagitur.

αὐτοενεργητικός, ή, όν, (αὐτός et ἐνεργητικός) formam passivam, sed activam significationem habens.

αὐτοεντεί, adv. propria manu. v. αὐθέντης. A seq.

αὐτοέντης, ου, ὁ, i. q. αὐθέντης, interfector, percussor: qui sibi ipse manum infert: dominus, Eurip.

αὐτοεξία, ας, ἡ, continentia, quum se quis et cupiditates habet in potestate. Polyb. 31, 11. si sana lectio.

αὐτοεξουσία, ας, ἡ, libera potestas.

αὐτοέπαινος, ον, se ipsum laudans. Schol. Ven. π, 70.

αὐτοεπιθυμία, ἡ, cupiditas per se, desiderium ipsum, Aristot. Top. 6, 3.

αὐτοετεί, adv. ab αὐτοετής.

αὐτόετες, adv. eodem anno, annuo spatio. A seq.

αὐτοετής, ές, eodem anno, qui ejusdem anni est, anniculus.

αὐτοζήμιος, ον, (ζημία) qui se ipse punit. Hesych.

αὐτοζήτητος, ον, (ζητέω) qui se ipse offert, qui non quaesitus reperitur.

αὐτοζωή, ῆς, ἡ, ipsa vita, quum quis per se vivit, non habet vitam ab alio.

Αὐτοθαΐς, ἡ, ipsa Thais, Luc.

αὐτοθάνατος, ον, qui ipse sibi mortem intulit.

αὐτοθελεί, adv. ultro. A seq.

αὐτοθελής, ές, (θέλω) voluntarius,

αὐτοθέμεθλος, ον, (θέμεθλον) per se habens fundamentum.

αὐτόθεν, *adv.* (αὐτός) illinc, istinc, inde, ex isto loco, indidem. 2) ab hoc tempore. 3) ex tempore, confestim, protinus. 4) jam inde.

αὐτόθεος, ου, ὁ καὶ ἡ, (θεός) Deus verissimus. 2) qui divinitatem ab se habet.

αὐτόθηκτος, ον, (θήγω) propria sua vi actus, Aesch.

αὐτοθήριον, ου, τό, ipsa verissima bellua.

αὐτόθι, *adv.* (αὐτός) illic, istic, ibi, inibi. 2) eodem tempore, tum.

αὐτόθροος, ον, (θρόος) ab sua ipsius voce profectus, quod quis de se ipse dicit.

αὐτοκάβδαλος, ον, (κάβος, *farina*) utcunque subactus: brevi tempore et levi opera compactus, tumultuarie factus.

αὐτοκάθαρσις, εως, ἡ, ipsamet purgatio, sponte facta purgatio.

αὐτόκαλος, ον, per se bonus.

αὐτοκασιγνήτη, ης, ἡ, soror germana.

αὐτοκασίγνητος, ου, ὁ, frater germanus.

αὐτοκατάκριτος, ον, (κατακρίνω) suopte judicio condemnatus, a se ipso vel per se ipsum condemnatus.

αὐτοκατασκεύαστος, ον, non factus opera humana, epith. v. c. munimenti, domicilii in antro etc.

αὐτοκέλευθος, ον, per se iter faciens.

αὐτοκέλευστος, ον, (κελεύω) injussus, sua sponte.

αὐτοκελής, ές, (κέλομαι) idem.

αὐτοκέρας, ατος, (κεράννυμι) ipse per se temperatus.

αὐτοκέραστος, ον, idem.

αὐτοκέφαλον, ου, τό, (κεφαλή) ipsum caput.

αὐτοκινησία, ας, ἡ, (κίνησις) motus, quo res aliqua sua sponte, vel suopte impulsu movetur, aut moveri potest.

αὐτοκίνησις, ἡ, i. q. αὐτοκινησία, Aristot. Phys. Auscult. 8, 14. (-υ--υ)

αὐτοκίνητος, ον, (κινέω) qui per se movetur, aut moveri potest, suapte natura mobilis. (-υ--υ)

αὐτόκλαδος, ον, (κλάδος) cum ipsis ramis.

αὐτόκλητος, ον, (καλέω) qui non invitatus ad epulas venit, qs. qui se ipse invitarit.

αὐτοκλήτως, *adv.* sua ipsius vocatione.

αὐτοκμής, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, (κάμνω) a se sua sponte fabricatus et elaboratus.

αὐτόκμητος, ον, i. q. αὐτοκμής.

αὐτόκομος, ον, (κόμη) ipse, sua sponte comatus. 2) cum ipsis frondibus.

αὐτοκρατής, ές, (κεράννυμι) ipse per se mistus et temperatus: cui aliunde temperamentum arcessere opus non est. conf. αὐτόκρατος.

αὐτόκρας, ατος, idem.

αὐτοκράτειρα, ας, ἡ, (Fem. ab αὐτοκράτωρ) imperatrix, liberum imperium habens. (Antepen. brevis.)

αὐτοκρατής, ές, (κράτος) qui sui juris est, qui pro suo arbitrio de re aliqua statuit. τὸ αὐτοκρατές, libera potestas.

αὐτοκρατορεύω, (αὐτοκράτωρ) imperator sum, summum imperium teneo.

αὐτοκρατορία, ας, ἡ, libera et summa potestas, potestas αὐτοκράτορος, principatus. Ab eodem.

αὐτοκρατορικός, ή, όν, ex libero arbitrio veniens. 2) imperatorius, pertinens ad imperatorem, imperialis. Ab eod.

αὐτοκρατορικῶς, *adv.* pro arbitrio, plena et sua potestate.

αὐτοκρατορίς, ίδος ἡ, (αὐτοκράτωρ) Epithet. urbis, in qua est sedes imperii. Jos. Ant. 18, 2, 1.

αὐτόκρατος, ον, sc. οἶνος, (κεράννυμι) vinum natura sua medium inter dulce et austerum, ut nova contemperatione non indigeat.

αὐτοκράτωρ, ορος, ὁ, (κρατέω) qui sui juris arbitriique est. 2) qui liberam plenamque potestatem habet, ut legatus, dux belli. Unde 3) Imperator Rom. a Graecis sic vocatur. (ᾰ)

αὐτοκρηνής, ές, *Ion.* p. αὐτοκρανής.

αὐτόκριτος, ον, (κρίνω) qui ipse suus judex est.

αὐτοκτείνω, ipse interficio me, falsa lect. Soph. Ant. 56. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 621.

αὐτόκτητος, ον, (κτάομαι) proprius.

αὐτόκτιστος, ον, (κτίζω) sua sponte structus, Epith. v. c. habitationis non factae arte humana, ut in spelunca.

αὐτόκτιτος, ον, idem et ex eod.

αὐτοκτονέω, se invicem interficere, Soph. Ant. 56.

αὐτόκτονος, ον, (κτείνω) a se ipso occisus.

αὐτοκτόνος, ον, se ipsum occidens: ipse, sua manu interficiens. 2) i. q. ἀλληλοφόνος, Aesch. Sept. 807.

αὐτοκτόνως, *adv.* sua caede, manu. Aesch. Ag. 1635.

αὐτοκυβερνητί, et αὐτοκυβερνητεί, *adv.* (κυβερνάω) sua ipsius gubernatione.

αὐτοκύλιστος, ον, (κυλίω) per se volutus, suapte natura volubilis.

αὐτοκύριος, ον, per se dominus. (ῡ)

αὐτόκυλος, ον, (κῦλον) Simon. de mul. 76. de muliere simiae figuram referente dicit: ἐπ' αὐχένα βραχεῖα κινεῖται μόγις, ἄπυγος, αὐτόκυλος, i. e. nil nisi κῦλον s. κωλῆν carne non obductum habens.

αὐτόκωπος, ον, (κώπη) adnatum capulum, vel manubrium habens, v. c. ensis.

αὐτολάλητος, ον, (λαλέω) secum loquens.

αὐτολεξεί, *adv.* (λέξις) verbotenus, ad verbum.

αὐτολετήρ, ῆρος, ὁ, peremtor, f. l. Orph. hy. 37, 14.

αὐτολήκυθος, ου, ὁ. qui ipse sibi lecythum gestat, humilis, sordidus: pauper, parasitus.

αὐτολίθινος, ον, lapideus, saxeus: durus, qui flecti nequit.

αὐτόλιθος, ον, i. q. αὐτολίθινος.

αὐτολόγος, ου, ὁ, i. q. αὐτὸς λόγος.

αὐτολόχευτος, ον, (λοχεύω) a se genitus.

αὐτόλυκος, ὁ, ipse lupus. 2) Nom. propr. viri, vid. Proleg. ad Lycurg. p. 20. 37. sq.

αὐτολυρίζω, (λυρίζω) ipsemet lyra cano.

αὐτομάθεια, ἡ, quum quis ipse sine praeceptore discit.

αὐτομαθής, ές, (μανθάνω) qui a se ipso didicit, qui nullo praeceptore usus est.

αὐτομαθῶς, *adv.* discendo a se, sine praeceptore. A praec.

αὐτομαρτυρέω, de me ipse testor.

αὐτόμαρτυς, υος, ὁ καὶ ἡ, qui sibi ipse testis est.

αὐτοματεί, vel αὐτοματί, *adv.* (αὐτόματος) sponte, ultro.

αὐτομάτην, *adv.* idem et ab eod. (ᾰ)

αὐτοματί, *adv.* idem et ab eod.

αὐτοματία, ας, ἡ, fortunae temeritas, eventus fortuitus. Ab eod.

αὐτοματίζω, sponte facio, altero inconsulto, injussus, non coactus. Ab eod.

αὐτοματισμός, οῦ, ὁ, actio, quae sponte fit. A praec.

αὐτόματος, ον, vel η, ον, poet., (μέμαα) a se ipso aliquid faciens, non alieno impulsu, sponte et ultro: fortuito eveniens. τὸ αὐτόματον, casus fortuitus. in *femin.* subauditur τύχη, in *neutro* τὸ συμβάν, τὰ αὐτόματα, sponte nascentia.

αὐτομάτως, *adv.* sponte, ultro, sine alieno impulsu: temere, fortuito.

αὐτοματουργός, οῦ, ὁ, (ἔργον) faber αὐτομάτου, artifex operis se ipsum moventis.

αὐτομαχέω, (μάχομαι) per me, meis viribus pugno: per me ipse, non per alium, litigo ac judicio contendo.

αὐτομεγάτωρ, ορος, ὁ, valde potens, f. l. Schol. Pind. Ol. 1, 4.

αὐτομήτωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, eadem matre natus: ipsa mater.

αὐτομολέω, (αὐτόμολος) transfugio, meos desero et ad hostes deficio, ut ipsis militem: ruo in aliquid, amplexor aliquid.

αὐτομόλησις, i. q. αὐτομολία.

αὐτομολία, ας, ἡ, transfugium, defectio, quum quis sponte ad hostes transit. 2) stolo, seu soboles e trunco vitis nata Ab eodem.

αὐτόμολος, ον, (μολεῖν) qui sua sponte et a nullo incitatus, it: qui sua sponte ad partem alteram transit ac deficit, transfuga, perfuga

αὐτομόλως, *adv.* more transfugae, in modum proditoris ac transfugae.

αὐτονομέομαι, (αὐτόνομος) meis legibus utor, meique juris sum.

αὐτονομία, ας, ἡ, libertas publica, potestas vivendi suis legibus, vel suo jure utendi, privilegium. Ab eod.

αὐτόνομος, ον, qui suis legibus vivit.

αὐτονόμως, *adv.* suis vivendo legibus, suo utendo jure.

αὐτονυκτί, *adv.* ea ipsa nocte.

αὐτονυχεί, *adv.* idem. 2) (ὄνυξ) summis unguibus.

αὐτονυχί, *adv.* idem quod αὐτονυχεί.

αὐτόξυλος, ον, ex ligno rudi confectus, non dolatus aut elaboratus.

αὐτοουδέτερον, ου, τό, per se, sive absolute neutrum. Vox gramm. ex αὐτός et οὐδέτερος, *neuter*.

αὐτοπαγής, ές, (πήγνυμι) a semet ipso factus.

αὐτοπάθεια, ας, ἡ, interna, vel innata passio: reciprocatio, qua persona agit et patitur: verus affectus.

αὐτοπαθής, ές, (παθεῖν) ex se, vel intrinsecus patiens. 2) reciprocus. 3) intimo sensu adfectus.

αὐτοπαθῶς, *adv.* passione interna, patiendo intus et a se. ut ipse sentias quae dicas: ex proprio adfectu: ex vero animi sensu. A praec.

αὐτόπαις, αιδος, ὁ καὶ ἡ, filius genuinus.

αὐτοπάμων, ον, (πέπαμαι) Epith. virginis orbae, quae alias ἐπίκληρος. (ᾱ)

αὐτοπαράκλητος, ον, qui sponte aliquid facit, non indigens adhortatione.

αὐτοπάρακτος, ον, (παράγω) a se ipso productus. *Adv.* αὐτοπαράκτως.

αὐτοπαραξία, ας, ἡ, per se ipsum productio s. efficientia. Ex eod.

αὐτοπάτωρ, ορος, ὁ, qui a se est, nullo

patre natus.

αὐτόπειρος, ον, (πεῖρα) qui ipse expertus est. τὸ αὐτόπειρον, propria experientia.

αὐτοπήμων, ον, (πῆμα) sibi ipsi nocens.

αὐτόπιστος, ον, per se fidem faciens, per se credibilis.

αὐτόπλεκτος, ον, a se ipso connexus.

αὐτοποδητί, *adv.* i. q. αὐτοποδί.

αὐτοποδί, *adv.* (πούς) suis pedibus.

αὐτοποδία, ας, ἡ, quum quis suis pedibus iter facit. Occurrit tantum in dat. sing., Lob. Phryn. p. 514.

αὐτοποιητικός, ή, όν, (ποιέω) qui rem ipsam facit, neque imaginem rei, opp. εἰδωλοποιητικός. Plat. Sophist. p. 266. A.

αὐτοποίητος, ον, a se ipse factus.

αὐτοποιός, όν, sua sponte et per se factus, s. faciens.

αὐτοπόκιστος, ον, (ποκίζω) i. q. αὐτόποκος.

αὐτόποκος, ον, (πόκος) (vestis) lanea, non tonsa aut tincta colore, adeoque rudis.

αὐτοπολίτης, ὁ, civis civitatis suis legibus utentis, Xen. h. gr. 5, 2, 14.

αὐτόπολις, εως, ἡ, civitas, quae suis legibus utitur, urbs, quae per se sola civitatis nomine censetur, Thuc. 5, 79.

αὐτοπόνητος, ον, (πονέω) per se, non manu humana, elaboratus.

αὐτόπονος, ον, i. q. αὐτοπόνητος.

αὐτόπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, (πούς) qui suis ipsius pedibus iter facit: suis pedibus absque duce incedens.

αὐτοπραγέω, (πρᾶγος) meo arbitrio ago.

αὐτοπραγία, ας, ἡ, actio, quum quis per se et suo arbitrio aliquid facit: potestas vivendi, ut velis.

αὐτοπραγματεύτως, *adv.* (πραγματεύομαι) sine arte.

αὐτόπρεμνος, ον, (πρέμνον) radicitus eversae arboris epith apud Sophocl., Ant. 725. qui cum ipsis radicibus evellitur.

αὐτοπρεπής, ές, (πρέπω) se ipsum decens, sibi ipsi conveniens: difficilis, magnus. v. l. Hom. Merc. 86.

αὐτοπροαίρετος, ον, (προαίρετος) libero arbitrio agens, ultro susceptus, ultroneus, voluntarius.

αὐτοπροαιρέτως, *adv.* suo ipsius arbitratu, sua sponte.

αὐτοπρόσωπον, ου, τό, scriptum, in quo auctor ex sua persona docet, nulla extrinsecus adsumta. A seq.

αὐτοπρόσωπος, ον, non personatus, personam veram gerens.

αὐτοπροσώπως, *adv.* in, vel sub sua persona: coram.

αὐτοπτέω, ipse meis oculis cerno. A seq.

αὐτόπτης, ου, ὁ, (ὄψομαι) qui suis oculis videt, oculatus testis.

αὐτοπτικός, ή, όν, ad testem oculatum pertinens, more oculati testis.

αὐτοπτος, ον, ipse visus et deprehensus.

αὐτοπυρίας, v. ἀποπυρίας.

αὐτοπυρίτης, ου, ὁ, ut ἄρτος αὐτοπυρίτης, panis, cui furfur non ademtus: opponitur, qui est e polline. A seq.

αὐτόπυρος, ον, (πυρός) idem.

αὐτοπώλης, ου, ὁ, qui non vendit ab alio emta. Unde.

αὐτοπωλική, ῆς, ἡ, mercatura rerum non aliunde emtarum, ut frumenti in agro suo nati.

αὐτόπωλος, ὁ, i. q. αὐτοπώλης, A. B. 467, 20. ubi etiam ex Plat. Polit. p. 260. C. laudatur αὐτοπώλων pro αὐτοπωλῶν.

αὐτορέγμων, ον, (ῥέζω) Epith. mali, quod ipse sibi quis conscivit.

αὐτορέκτης, ου, (ῥέζω) qui se ipse interfecit.

αὐτόροφος, ον, (ὀροφή) tectum ex se ipso habens, se ipse contegens.

αὐτόῤῥιζος, ον, cum ipsa radice, cujus radix non avulsa est: radices, fundamenta habens a se.

αὐτοῤῥιφής, ές, (ῥίπτω) sua sponte cadens.

αὐτόῤῥυτος, ον, (ῥέω) sponte profluens.

αὐτόρυτος, ον, i. q. αὐτόῤῥυτος, Pind. Pyth. 12, 30.

αὐτός, αὐτή, αὐτό, *Pronomen.* I) *ipse*, de tribus personis, quarum quae sit intelligenda, verbum indicat. Saepe pronomen personale ἐγώ, σύ etc. adjicitur, ut αὐτὸς ἐγώ, Hom. Quodsi vero αὐτός ad nomen pertinet, vel post nomen, vel ante articulum collocatur, ut ὁ βασιλεὺς αὐτός, αὐτὸς ὁ βασιλεύς. *Epici* tantum nomini etiam praemittunt articulo non apposito, αὐτὸς βασιλεύς. 1) αὐτός, ipse, sic dicitur aliquis, ut distinguatur ab eo, quod ipse non est, ut anima hominis a corpore, Od. 11, 602. vel corpus ab anima, Il. 1, 4. vel homo ab rebus, quas ipse habet, Od. 19, 329. 332. vel princeps et dominus a subditis, Il. 8, 4. vel populus a sociis, Il. 11, 220. vel parentes a liberis, Il. 2, 317. 3, 301. vel totum a partibus, Il. 7, 474. Hinc factum est, ut αὐτός per se significet *dominus*, *dux*, *herus*, *praeceptor*. αὐτή, *hera*. αὐτὸς ἔφα, Ipse dixit, i. e. magister. 2) Saepe αὐτός *vel*, *adeo* significat, οὐ μοι μέλει ἄλγος, οὔτ' αὐτῆς Ἑκάβης, ne ipsius quidem Hecubae, Il. 6, 451. 3) Porro, quoniam non ipse facere videtur, quae quis vi aut necessitate coactus facit, αὐτός significat *sponte*, ἀλλά τις αὐτὸς ἴτω, Il. 17, 254. 4) Quum αὐτός saepe distinguat aliquem ab aliis, etiam *solum* notat, αὐτός περ ἐών, licet solus esset, Il. 8, 99. Homerus interdum etiam apponit οἶος, Od. 14, 450. et *Attici* lubenter conjungunt αὐτὸς μόνος, Wolf. Lept. p. 303. Hinc nata formula αὐτοί ἐσμέν, de iis, qui ut soli cum amicis et familiaribus liberius loqui solent, v. Heindorf. ad Plat. Parm. p. 137. B. 5) πέμπτος αὐτός, *quintus*, i. e. ipse cum aliis quatuor, Thuc. Sic etiam cum aliis numeralibus. 6) αὐτός in dativo, apposito vel omisso σύν, conjunctionem exprimit, *una cum*, ut ἀνέρουσιν αὐτῇ σὺν φόρμιγγι, Il. 9, 194. δύω ἵππους αὐτοῖσιν ὄχεσφιν, Il. 8, 290. cf. Il. 8, 24. Od. 8, 186. Atticis quoque eadem constructio frequenti in usu est, qui post pronomen vel articulum omittunt, αὐτῇ νηΐ, αὐτοῖς ἵπποις, vel ponunt, αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξι, Ar. Eq. 849. αὐτοῖσι τοῖσι ἱροῖσι, Hdt. 6, 32. cf. Schaef. ad Bos. p. 745. Rarius postponitur pronomen, ut κέρασιν αὐτοῖς, Long. Pastoral. 2. p. 238. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 100. Praepositionem addere Epicis mos est, Il. 9, 194. atque sic etiam Eur. Cycl. 701. Ion. 32. 7) Saepe ponitur pro οὗτος vel ἐκεῖνος, *hic*, *ille*, Il. 3, 282. Od. 4, 444. 5, 198. sic inpr. apud Atticos, Plat. de rep. 2. p. 362. D. αὐτὸ οὐκ εἴρηται, ὃ μάλιστα ᾤμην ῥηθῆναι, id. Lys. p. 204. a. αὐτοῦ πρῶτον ἡδέως ἀκούσαιμ' ἄν, ἐπὶ τῷ καὶ εἴσειμι καὶ τίς ὁ καλός; cf. ibi Heindorf. eundemque ad Sophist. p. 457. Non raro etiam conjungebant Attici αὐτὸ τοῦτο, αὐτὰ ταῦτα, αὐτὸ ἐκεῖνο, *hoc ipsum*, *haec ipsa*, *illud ipsum*. 8) Usurpatur pro pronom. primae vel secundae personae, αὐτός i. q. ἐγὼ αὐτός, Il. 13, 252, Od. 13, 422. αὐτόν i. q. ἐμαυτόν, Il. 24, 503. sic omnibus in casibus, etiam in poet. Att. 9) αὐτός, pro ὁ αὐτός, *idem*, dicitur ab Epicis, Il. 12, 225. Od. 8, 107. 10, 158. 263. Ap. Rh. 1, 199. 4. 690. 1502. Arat. 928. *Attici* ab hoc usu prorsus abhorrent. 10) Pleonastice ponitur post relativum, οἷς Ὀλύμπιοι θεοὶ δοῖεν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν ἐμοῦ παθεῖν, Soph. Ph. 513. ibique Hermann. cf. Goettling. animadv. crit. in Callim. epigr. p. 19. sq. Usus hic *poetis* tantum proprius ex anacoluthia quadam explicandus est. – *Not. Comici compar.* αὐτότερος, et *superl.* αὐτότατος finxerunt, Ar. Plut. 83. Bast. Greg. p. 366. – II) Αὐτός in casibus obliquis simpliciter vim pronominis personalis tertiae personae habet, *sui*, *is*, Hom. Sic quoque Attici, vide notata ad Lycurg. p. 196. – III) Ὁ αὐτός, ἡ αὐτή, τὸ αὐτό, Att. αὑτός, αὑτή, ταὐτό, vel ταὐτόν. *gen* ταὐτοῦ. *Ion.* ὡὐτός, τὠυτό, *idem*, Il. 6, 391. Od. 7, 55. 326. *Attici* frequenter addunt dativum, τὸν αὐτὸν φίλον τε καὶ ἐχθρὸν νομιζέτω πᾶς τῇ πόλει, eundem atque civitas, Plat. Sequitur tamen etiam καί Herodot. 5, 69. et ὥσπερ, Lob. ad Phryn. p. 426. – IV) Singulas formulas nota hasce: αὐτὸς αὑτοῦ, frequenter conjungitur, ita ut fortior fiat notio pronominis αὐτός, Soph. O. C. 930. Bast. ep. cr. p. 212. 2) αὐτὸ ἕκαστον, quodque per se, res per se spectata. 3) αὐτὸ μόνον, nil nisi, Herm. Virg. p. 736. 4) κατ' αὐτό, forte, ferme, Herm. Vig. p. 736. 5) εἰς ταὐτό, in eundem locum, simul. 6) κατὰ ταὐτό, eodem tempore, ὑπὸ ταὐτό, sub idem tempus. – *In compositione* αὐτός vel simplicitatem, vel id quod ab ipso homine et sponte fit, vel similitudinem et aequalitatem, vel rem per se spectatam, vel conjunctionem, vel denique solitudinem indicat.

αὐτόσαρκες, οἱ καὶ αἱ, cuticulam nimis curantes, voluptarii, Chrysost.

αὐτόσε, *adv.* illuc, huc. 2) eodem.

αὐτοσίδηρος, ον, plane ferreus.

αὐτόσιτος, ον, qui ipse sibi cibum, propter paupertatem, conficit: pauper, parasitus.

αὐτοσκαπανεύς, ὁ, qui plane est fossor, Alciphr.

αὐτοσκευάστος, ον, idem quod αὐτόσκευος.

αὐτόσκευος, ον, rudis, simplex et inconditus, nullo factus artificio.

αὐτόσκηνος, ον, (σκηνή) qui solus coenat, Xen.

αὐτοσοφία, ἡ, sapientia ipsa.

αὐτόσπορος, ον, (σπείρω) ab ipso satus, Aesch.

αὐτόσσυτος, ον, (σεύω) sponte excitus, veniens.

αὐτοσταδία, ας, ἡ, (ἵστημι) pugna stataria, quum pede collato cum hoste pugnatur.

αὐτόστεγος, ον, tecto natura sua instructus. 2) perfectus: absolutus, Epith. domus.

αὐτόστοιχος, ον, (στοῖχος) qui solus et cogitabundus ambulat, qui ad se animum advertit. Suid.

αὐτόστολος, ον, qui sine navi trajicit, ipse sibi navis est: de natante.

αὐτοστόνος, ον, tacite gemens.

αὐτοστράτηγος, ου, ὁ καὶ ἡ, summus dux belli, penes quem auspicia sunt.

αὐτόστυλος, ον, per se et suapte natura columnis fultus. Hesychio est i. q. αὐτοσκεύαστος.

αὐτοσφαγής, ές, (σφάττω) ipse a se jugulatus, qui se ipse occidit.

αὐτοσχεδά, *adv.* illico. 2) cominus. cf. αὐτοσχεδόν.

αὐτοσχεδιάζω, (σχέδη) ex tempore et tumultuarie facio, sive 2) temere, inconsulte: v. c. judico, loquor, consulto, decerno, sentio etc. 3) sponte ago.

αὐτοσχεδίασμα, τος, τό, opus ex tempore et tumultuariae factum. A praec.

αὐτοσχεδιασμός, οῦ, ὁ, dictio extemporalis: temeraria quaevis actio. Ab eod.

αὐτοσχεδιαστής, οῦ, ὁ, qui extemporalem habet orationem. 2) qui ex tempore et tumultuarie facere solet. Ab eod.

αὐτοσχεδιαστί, *adv.* ex tempore, sine meditatione vel praeparatione. Ab eod.

αὐτοσχεδιαστικός, ή, όν, extemporalis.

αὐτοσχέδιος, ία, ον, et αὐτοσχέδιος, ον, (σχέδη) extemporalis, ex tempore factus, inelaboratus, tumultuarius. αὐτοσχεδία, pugna quae cominus fit. ἐξ αὐτοσχεδίου, ex tempore.

αὐτοσχεδίως, *adv.* ex tempore, tumultuarie: temere, fortuito casu: sponte sua.

αὐτοσχεδόν, *adv.* cominus, Hom.: *c. gen.* prope, Arat. 2) illico, statim.

αὐτοτέλεια, ας, ἡ, (αὐτοτελής) perfectio, absolutio. 2) integritas.

αὐτοτέλεστος, ον, (τελέω) per se perfectus.

αὐτοτελής, ές, (τέλος) in se finem suum habens. 2) per se finem faciens seu imponens. 3) per se absolutus et consummatus. 4) ipse sibi sufficiens, cui propriae vires ad aliquid perficiendum sufficiunt. Epith. judicii, a quo non licet provocare; *item* plebisciti, quod senatusconsultum non praecessit, denique victoriae justae.

αὐτοτελῶς, *adv.* absolute, perfecte: suo arbitrio. A praec.

αὐτότεχνος, ον, (τέχνη) per se peritus, per se artem tenens.

αὐτότοκος, ον, (τίκτω) (editus) cum ipso partu.

αὐτοτραγικός, ή, όν, vere tragicus.

αὐτοτροπάω, ήσω, *dub. lect.* Hom. h. Merc. 86. ὁδὸν αὐτοτροπήσας, ubi alii MSS. αὐτοπρεπής, ὡς, alii αὐλοτρόπος ὡς. Sed haec omnia incerta. vide Hermann. ad h. l. p. 5.

αὐτότροφος, ον, (τροφή) idem quod αὐτόσιτος. Extat tantum apud Phrynichum Ecl. p. 201, qui ipse hanc vocem improbat.

αὐτότυπος, ου, ὁ καὶ ἡ, a se impressus.

αὐτοῦ, *adv.* ibi, illic: hic.

αὑτοῦ, *Att. contr.* pro ἑαυτοῦ, quod vide.

αὐτοϋπερούσιος, ον, per se praestantioris naturae. Dionys. Areop. de div. nom. 5, 2.

αὐτουργέω, (ἔργον) per me, manu mea facio.

αὐτούργημα, ατος, τό, quod quis ipse fecit. A praec.

αὐτούργητος, ον, extemporalis, inelaboratus: sponte natus. Ab eod.

αὐτουργία, ας, ἡ, quicquid sua quis manu, ipse, facit: peritia rerum ex usu suo, sive usus ipse rerum agendarum. v. αὐτουργός.

αὐτουργικός, όν, qui sua manu victum quaerit potius, quam ab alio datis fruitur. A seq.

αὐτουργός, όν, qui per se facit et operatur, non aliena opera utens: qui manu sua victum sibi quaerit: opifex: servus operarius: qui sua manu caedit, pulsat, vel pugnat: auctor rei, ut malorum, quae sustinemus. 2) *pass.* leviter et ex tempore factus.

αὐτουργότευκτος, ον, (τεύχω) subito, ex tempore factus.

αὐτόφαγος, ον, (φαγεῖν) qui se ipsum comedit.

αὐτόφι, s. αὐτόφιν, gen. et dat. sing. et plur. ab αὐτός, *poet.* αὐτοῦ Homerus etiam pro adverbio αὐτοῦ ponit, semperque cum praepositione conjungit, ἀπ' αὐτόφιν, ἐπ' αὐτόφιν, παρ' αὐτόφιν, ibi, eodem loco.

αὐτοφιλανθρωπία, ας, ἡ, humanitas ipsissima.

αὐτοφίλαυτος, ον, sui valde amans.

αὐτόφλοιος, ον, (φλοιός) ipsum corticem adhuc habens, nondum a cortice sejunctus.

αὐτοφονευτής, οῦ, ὁ, (φονεύω) qui se ipse peremit. *dub.*

αὐτοφόνος, ον, idem et ex eodem.

αὐτοφόντης, ου, ὁ, idem. 2) qui alii sua manu caedem infert. Ex eodem.

αὐτοφόνως, *adv.* suo ictu, sua manu.

αὐτόφορβος, ον, (φέρβω) qui ipse voravit.

αὐτόφορτος, ον, (φόρτος) cum ipso onere et mercibus, Epith. navis pereuntis 2) proprium onus vehens, Aesch.

αὐτοφρούρητος, ον, (φρουρέω) a semet ipso observatus.

αὐτοφυής, ές, (φύω) nativus, non factus opere, arte carens. 2) genuinus, germanus: spontaneus, naturalis: unde αὐτοφυῶς, *adv.*

αὐτόφυτος, ον, (φύω) ex se ipso natus, ex se ipso procreatus.

αὐτοφυῶς, *adv.* suapte natura, sponte naturae: genuine: sine arte, elaboratione.

αὐτοφωνία, ἡ, ipsa vox.

αὐτόφωνος, ον, (φωνή) qui sua voce utitur ad dicendum.

αὐτόφωρος, ον, (φώρ) deprehensus in ipso furto, fur manifestus, deprehensus in ipsa re, sive scelere, ita ut non sit inficiando, ἐπ' αὐτοφώρῳ, in furto in scelere ipso: manifesto.

αὐτόφως, τό, ipsa lux: de Spiritu Sancto.

αὐτόχαρις, ιτος, ἡ, (χάρις) ipsa per se gratia: verissima gratia.

αὐτόχειρ, ρος, ὁ καὶ ἡ, (χείρ) qui sua manu aliquid facit, qui sua manu victum quaerit: qui sua manu vim facit, caedem patrat: qui se ipsum interfecit. αὐτόχειρ τινός etiam est, qui aliquem sua manu capit v. c. in praelio. 2) *neutr.* quod sua manu patratur.

αὐτοχειρί, *adv.* (αὐτόχειρ) sua manu, suo Marte.

αὐτοχειρία, ας, ἡ, homicidium manu sua patratum, neque solum in semetipso, sed et in aliis; unde interdum facinus possis vertere. αὐτοχειρίᾳ, sua ipsius manu. Ab eod.

αὐτοχειρίζω, mea manu facio. Ab eod.

αὐτοχείριος, α, ον, i. q. αὐτόχειρ, *poet.*

αὐτόχειρος, ον, qui se ipsum occidit. Ab eodem.

αὐτοχειροτόνητος, ον, (χειροτονέω) suo ipsius suffragio electus, per se creatus.

αὐτοχείρως, (αὐτόχειρος) idem quod αὐτοχειρί.

αὐτοχερί, *adv.* ab αὐτόχειρ, *poet.*

αὐτόχθονος, ον, idem quod σὺν αὐτῇ τῇ χθονί, Aesch.

αὐτόχθων, ον, (χθών) ex ipsa terra ortus, ex ipsa tellure oriundus, in qua vivit, non aliunde in eum locum delatus, ubi vivit, qui eodem solo innatus est, quod incolit: indigena, domesticus, patricius. *Αὐτόχθονες*, Aborigines.

αὐτοχόλωτος, ον, (χολοῦμαι) qui sua sponte iram concipit. 2) sibi ipsi iratus.

αὐτοχορήγητος, ον, (χορηγέω) sponte sua suppeditatus.

αὐτοχόωνος, ον, (χόανος, *fornax fusoria*) crassa Minerva fusus, veluti sua sponte fusus, Il. 23, 826.

αὐτόχρημα, *adv.* (χρῆμα) re ipsa, re vera, plane; statim, confestim.

αὐτόχροος, ον, *contr.* ους, ουν, nativi coloris.

αὐτόχυμος, ον, (χυμός) nativum succum habens.

αὐτόχυτος, ον, per se et sponte sua fusus, vel diffusus.

αὐτοχώνευτος, ον, (χωνεύω) id. quod αὐτοχόωνος.

αὐτόχωνος, ον, (χῶνος) idem.

αὐτοψεί, *adv.* vel αὐτοψί, videndo suis oculis.

αὐτοψία, ας, ἡ, (ὄψις) quum quis suis oculis vidit, oculata fides.

αὐτωνητής, ὁ, (ὠνέομαι) qui ipse emit.

αὐτώρης, ες, qui ipse facit vel loquitur, Callim.

αὔτως, vel αὕτως, *adv.* (αὐτός) *sic, ita*, καὶ αὔτως, vel sic quoque, Il. 1, 520. *ita, ut nunc est; ita, ut res per se et ab origine est*, Il. 23, 268. 24, 413. Hinc nascitur ea significatio, ut sit: *ita ut esse solet, vulgari modo*, Od. 14, 151. nec non: *utcunque, temere, frustra*, Il. 18, 553. 6, 55. Hinc conjungitur cum aliis vocabulis, quibus vanitatis et inutilitatis inest notio, μὰψ αὔτως, ἀνεμώλιον αὔτως, al. Hom. 2) *hoc ipso modo*, Hes. Th. 702. Theogn. 1149. Soph. O. R. 951. Sic quoque Il. 4, 17. nisi ibi recte nunc Wolfius ediderit αὖ πως. 3) ὣς δ' αὔτως per tmesin dicitur pro ὡσαύτως δέ, eodem autem modo. *Not.* Veteres grammatici αὕτως scribendum esse praecipiunt, si sit *ita*; contra αὔτως, ubi significet *frustra*. Dammius et Buttmannus Lexileg. I. p. 37. ubique αὔτως ponunt, quasi sit epica forma adverbii οὕτως. Recte Hermannus ad Vig. p. 736. nullum inter utrumque discrimen esse statuit, sed apud Homerum ubique αὔτως scribendum, quod ipsum nunc fecit Wolfius in nuperrima Iliadis editione. *Αὔτως* est adverbium ab αὐτός, accentu Aeolice retracto: αὔτως, nisi sit grammaticorum inventum, Atticum dixeris.

αὐχαλέος, α, ον, (αὐχή) superbus.

αὐχενίζω, (αὐχήν) cervicem incido, cervicem frango. 2) loro caput equi constringo.

αὐχενιστήρ, ῆρος, ὁ, gulam frangens, epith. laquei.

αὐχένιος, α, ον, ad cervicem pertinens.

αὐχέω, glorior, jacto me. 2) dico, puto, credo.

αὐχή, ῆς, ἡ, gloriatio, jactatio, animi elatio.

αὐχήεις, ήεσσα, ῆεν, jactabundus, gloriabundus, ad jactantiam comparatus.

αὔχημα, ατος, τό, (αὐχέω) gloriatio, jactatio.

αὐχήν, ένος, ὁ, cervix. 2) tractus procurrens. 3) angustia loci, locus angustus. 4) pars clavi et gubernaculi, in quam gubernator incumbit.

αὔχησις, ἡ, (αὐχέω) gloriatio, Thuc. 6, 16.

αὐχητικός, ή, όν, (αὐχέω) idem quod αὐχήεις.

αὐχμαλέος, α, ον, squalidus.

αὐχμάω, vide αὐχμέω.

αὐχμέω, (αὐχμή) areo, squaleo, exhaustus sum humore, Od. 24, 249. In part. praes. invenitur etiam αὐχμῶν, αὐχμῶντος, quasi ab αὐχμάω, cf. A. B. 7, 26. et vide ἀτολμέω.

αὐχμήεις, ήεσσα, ῆεν, squalidus.

αὐχμηροκόμης, ου, ὁ, (κόμη) comam squalidam habens.

αὐχμηρός, ρά, ρόν, squalidus, hispidus, hirsutus: siccus: pauper, miser.

αὐχμός, οῦ, ὁ, (αὔω) siccitas ex aestu vehementi. 2) squalor, situs, paedor, illuvies.

αὐχμώδης, ες, aestuosus, aridus prae aestu, squalidus. A praec.

αὔω, Att. αὕω, sicco, arefacio: hinc accendo, Od. 5, 490. ἵνα μή ποθεν ἄλλοθεν αὔοι sc. πῦρ, ne aliunde ignis ei petendus sit. *Vox mere poet.*

αὔω, clamo, vociferor, Il. etiam *cum accus.*, advoco aliquem, Il. 11, 461. Vide sequen.

ἀΰω, f. ἀΰσω, i. q. αὔω, clamo, vociferor, resono, Hom. Ab αὔω praesens et imperf., et ab ἀΰω aoristus in usu est. (⏑ – –)

* αὔω, dormio, (ab ἄω, spiro) *obsoleta* radix, a qua derivantur ἰαύω, ἀωτέω, εὕδω.

* αὔω, radix verbi φαύω, Gramm.

ἄυως, ἡ, *Aeol.* pro ἠώς, ἕως. Pronunciabatur ἄϜως, unde patet, non recte vulgo scribi αὔως, v. Bockh. var. lect. Pind. Pyth. 2, 14.

ἀφαγιστεύω, i. q. ἀφαγνίζω.

ἀφαγνεύω, (ἁγνεύω) i. q. ἀφαγνίζω, Plut.

ἀφαγνίζω, (ἁγνίζω) purifico, expio, consecro.

ἀφαγνισμός, οῦ, ὁ, purificatio, consecratio. A praec.

ἀφάδιος, ον, (ἁνδάνω) qui non placet, ingratus: hostis, inimicus.

ἀφαίμαξις, εως, ἡ, sanguinis detractio. A seq.

ἀφαιμάσσω, vel άττω, f. άξω, (αἱμάσσω) sanguinem elicio, sanguinem detraho.

ἀφαίρεμα, ατος, τό, (ἀφαιρέω) quod aufertur. 2) ablatio. 3) fructus. 4) quod eximitur et seligitur, ut donarium fiat, vel victima.

ἀφαιρεματικός, ή, όν, ablativus. A praec.

ἀφαίρεσις, εως, ἡ, (ἀφαιρέω) ademtio, ablatio, abstractio. 2) Figura grammatica, quum principio vocabuli aliquid detrahitur. 3) id, quod ex caesi animalis interaneis extrahitur.

ἀφαιρετικός, ή, όν, vim eripiendi habens.

ἀφαιρέτις, ιδος, ἡ, ereptrix, epith. Parcae.

ἀφαίρετος, ον, qui auferri potest, exemtilis. *Femininum* quoque ἀφαιρέτη occurrit. Ab eodem.

ἀφαιρέω, f. ήσω, aor. ἀφεῖλον, aor. *med.* ἀφειλόμην, ap. seriores etiam ἀφειλάμην, v. Lobeck. Phryn. p. 183., aor. pass ἀφῃρέθην, (αἱρέω, *irreg.*) aufero, adimo, detraho, τινί τι, Od. 14, 455.: eximo, vindico, libero. *Med.* multo frequentius est eadem significatione. ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν, vindicare in libertatem, Isocr. ἀφαιρεῖσθαί τινί τι, τινά τι, τινός τι, privare aliquem aliqua re. ἀφαιρεῖσθαί τινα μὴ ποιεῖν τι, impedire aliquem, quo minus aliquid faciat.

ἀφαίρημα, ατος, τό, i. q. ἀφαίρεμα.

ἀφαιρητικός, ή, όν, i. q. ἀφαιρετικός.

ἀφάκη, ης, ἡ, leguminis et quidem in specie viciae genus.

ἀφάλλομαι, (ἅλλομαι, *irreg.*) desilio, resilio, exsilio.

ἄφαλος, ον, (φάλος) Epith. galeae, clavis, seu scutulis ex auro splendentibus non insignis: sine cono, aut crista.

ἄφαλσις, εως, ἡ, (ἀφάλλομαι) actus desiliendi, resiliendi.

ἄφαλτος, ον, resiliens. Ab eodem.

ἀφαμαρτάνω, f. τήσομαι, (ἁμαρτάνω, *irreg.*) aberro, inpr. a scopo, non consequor, perdo, amitto, *c. gen.*

ἀφαμαρτοεπής, ές, (ἔπος) aberrans in verbis a veritate et a modo; gerro; nugator.

ἀφανδάνω, f. ἀφαδήσω, (ἁνδάνω, *irreg.*) displiceo.

ἀφάνεια, ας, ἡ, (ἀφανής) obscuritas. 2) incertitudo.

ἀφανής, ές, (φαίνω) obscurus, non manifestus, occultus, latens, qui conspici non potest: incertus: ignotus, ignobilis: qui e medio sublatus est, aut periit, ut discerptus a bestiis, in aqua suffocatus.

ἀφανίζω, f. ίσω, ab adspectu removeo, e conspectu aufero, ex oculis tollo, celo, sepelio, humo, perdo, interficio: inquino, polluo, contamino: quovis modo corrumpo, deformo, vasto, excido: levo, imminuo, v. c. laborem, ne sentiatur: in exsilium pello. 2) *intr.* abeo, e conspectu discedo, int. ἐμαυτόν. ἀφανίζομαι, evanesco, abolesco, in malam rem abeo, negligor, tollor, etc. A praec.

ἀφάνισις, εως, ἡ, abolitio, ex conspectu hominum ablatio. A praec.

ἀφανισμός, οῦ, ὁ, abolitio, excidium, interitus, obscuratio rei, v. c. veritatis. Ab eodem.

ἀφανιστής, οῦ, ὁ, destructor, exterminator, vastator, corruptor. Ab eod.

ἀφανιστικός, ή, όν, vim habens e medio tollendi, perdendi. Unde *adv.* ἀφανιστικῶς.

ἀφανιστός, ή, όν, e medio sublatus, destructilis. Ab eod.

ἀφαντασίαστος, ον, (φαντασία) qui nullis perturbatur visis et somniis.

ἀφαντασίωτος, ον, (φαντασιόω) qui non habet vim perspicuas rerum imagines concipiendi.

ἀφάντωτος, ον, (φαντάζομαι) visis et imaginationibus carens.

ἄφαντος, ον, (φαίνω) ab adspectu remotus, qui non videtur, non apparet: qui discessit, abiit, quocunque modo et quacunque de caussa (v. ἀφανής) e medio sublatus est, periit: cujus memoria nulla est, funditus exstinctus.

ἀφαντῶς, *adv.* ita, ut non appareat, occulto, clanculum, obscure, pedetentim.

ἀφάπτω, f. ψω, suspendo, alligo, admoveo, applico. 2) solvo: religo.

ἄφαρ, *adv.* statim, continuo. 2) facile. *Comp.* ἀφάρτερος, celerior. *poet.* (⏑ ⏑)

ἀφαρεύς, έως, ὁ, pinna, quam thynnus femina sub ventre habet.

ἀφαρέω, denudo.

ἀφαρής, ές, (φᾶρος) sine vestimento, nudus. Dicitur et ἄφαρος, ον.

ἀφάρκη, ης, ἡ, Apharca, arbor semper virens.

ἀφαρμάκευτος, ον, (φαρμακεύω) medicamenti expers, medicamentis non usus.

ἀφάρμακος, ον, (φάρμακον) non venenatus.

ἀφάρμακτος, ον, (φαρμάσσω) veneficio non infectus, innocuus.

ἀφαρμόζω, f. όσω, non convenio, dissonus sum.

ἀφαρμόττω, idem.

ἄφαρος, ον, (φᾶρος) investis.

ἄφαρος, ον, inaratus, incultus, vide ἀφάρωτος.

ἀφαρπάζω, f. άσω, vel άξω, (ἁρπάζω, *irreg.*) abripio, eripio, diripio, arripio, rapto, deripio.

ἀφάρτερος, α, ον, *Compar.* ab ἄφαρ, celerior, Il. 23, 311. *vox rara.*

ἀφάρωτος, ον, (φαρόω) inaratus, incultus. (⏑ ⏑ – ⏑)

ἀφασία, ας, ἡ, (φημί) loquendi impotentia, stupor, prae quo loqui non possumus.

ἀφασσάω, f. ήσω, vel

ἀφάσσω, f. ἀφάσω, aor. ἤφασα, (ἅπτω) tango, contrecto.

ἄφατος, ον, (φατός) ineffabilis, non dicendus, nefandus: inceleber. 2) *act.* non loquens.

ἀφάτως, *adv.* ineffabiliter.

ἀφαυαίνω, (αὐαίνω) arefacio, exsicco.

ἀφαυρός, ρά, ρόν, imbecillis, debilis.

ἀφαυρότης, ἡ, debilitas.

ἀφαυρόω, debilito.

ἀφαύω, f. αύσω, (αὔω) sicco, uro, torreo. ἀφαύομαι, siccor, inedia exaresco.

ἀφάω, (ἀφή) tango, contrecto.

ἀφεγγής, ές, (φέγγος) caecus, obscurus, lumine carens.

ἀφεδράζω, (ἑδράζω) eloco, de sede depello.

ἀφεδρεία, ας, ἡ, i. q. ἄφεδρος.

ἀφεδρεύω, f. εύσω, (ἕδρα) sellae insideo, in sella sedeo.

ἄφεδρος, ου, ἡ, purgatio menstrua mulierum.

ἀφεδρών, ῶνος, ὁ, latrina, cloaca.

ἀφέῃ, conj. aor. 2. pro ἀφῇ ab ἀφίημι, Il.

ἀφέηκα, aor. 1. *Ion.* pro ἀφῆκα ab ἀφίημι, Hom.

ἀφειδέω, (ἀφειδής) non parco. 2) contemno, nullam curam habeo.

ἀφειδείως, et ἀφειδείως, *poet.* pro ἀφειδῶς, *adv.* non parce, ad satietatem, nemini parcendo, liberaliter.

ἀφειδής, ές, (φείδομαι) non parcens, profusus: largus. 2) severus, rigidus, asper.

ἀφειδία, ας, ἡ, severitas disciplinae, quum duriter habemus nos aut alium: crudelitas: profusio. A praec.

ἀφειδῶς, *adv.* (ἀφειδής) profuse, large, sine parsimonia. v. ἀφειδείως. 2) aspere, crudeliter.

ἀφείη, opt. aor. 2. ab ἀφίημι, Il.

ἀφεῖλον, ἀφειλόμην, aor. 2. *act.* et *Med.* ab ἀφαιρέω.

ἀφεκάς, *adv.* (ἑκάς) procul, eminus. (⏑⏑⏑)

ἀφεκτέον, (ἀπέχομαι) abstinendum est.

ἀφεκτικός, ή, όν, (ἀπέχομαι) abstinens.

ἀφέλεια, ας, ἡ, (ἀφελής) simplicitas orationis, cultus etc.

ἀφελεῖν, ἀφέλεσθαι, inf. aor. 2. *act.* et *Med.* ab ἀφαιρέω.

ἀφελής, ές, (φελλεύς, terra saxosa) non saxosus, planus, πεδίον, Ar. Eq. 527. 2) simplex, candidus, sincerus: tenuis, frugalis. 3) integer, i. q. ὁλόκληρος.

ἀφελκόω, (ἑλκόω) exulcero, vulnero.

βωμός, ὁ, (βαίνω) suggestus, basis, Il. 8, 441. Od. 7, 100. 2) ara. 3) tumulus. ap. seriores, v. Jacobs. Anth. Pal. p. 972.

βῶν, *acc. Dor.* pro βοῦν. Extat etiam Il. 7, 238.

βωνίτης, ὁ, i. q. βούτης, bubulcus, Callim. fr. si lectio vera.

βῶξ, κός, ὁ, *contr.* e βόαξ, piscis quidam, sic dictus a voce quam edit.

βώσας, part. aor. 1. act. *contr.* pro βοήσας a βοάω, Il.

βῶσι, 3 pl. conj. aor. 2. a βαίνω, Od.

βωστρέω, clamo, voco, invoco, auxilium imploro, Od. 12, 124. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 255.

βώτης, βῶτις, ὁ, ἡ, pastor et pastoris femina, i. q. βούτης.

βωτήρ, ὁ, pastor, Soph. Aj. 232.

βωτιάνειρα, ἡ, (βόσκω, ἀνήρ) alens et educans viros, epith. regionis, e cujus cultura colonis victus satis redit, ut Phthiae, Il. 1, 155.

βῶτις, ιδος, ἡ, v. βώτης.

βώτωρ, ορος, ὁ, pastor, Hom.

Γ

Γ, γ. f. tertia Alphabeti graeci littera, quae γάμμα, Ionice γέμμα dicitur. Tanquam nota numeralis γ' significat *tres*, *tria* vel *tertius*; sed lineola inferne apposita ͵γ, *tria millia* – Apud antiquissimos Graecos, Aeolenses praecipue gamma aspirationis fortioris vicem sustinebat, quam hoc signo expressam F, F digamma appellabant, vid. Thierschii gramm. gr. §. 19. p. 29. Davvesii misc. crit. sect. IV. A. B. p. 777.

γά, *Dor.* pro γε, etiam in compositis ut ἔγωγα, τύγα.

γᾶ, *Dor.* et *Aeol.* pro γῆ.

Γαγάτης, ὁ, gagates lapis; nomen habet loci et amnis *Gagis* Lyciae, teste Plin. 36, 19. cf. Diosc. 5, 146. Alex. Aphr. probl. 2, 64. Orph. Lith. 12. (⏑ – –)

γαγγαλίζω, *Att.* γαργαρίζω, titillo, voluptate afficio, facio γελᾶν seu καγχαλᾶν. cf. Hemsterh. ad Thom. M. p. 181. Lobeck. Phryn. p. 97.

γαγγαμεύς, έως, ὁ, piscator. A seq.

γαγγάμη, ἡ, vel γάγγαμον, τό, sagena, rete piscatorium, ostreis capiendis aptum.

γαγγαμουλκός, όν, (ἕλκω) sagenam extrahens.

Γαγγίτης, ὁ, i. q. Γαγάτης, *Fem.* Γαγγῖτις πέτρα.

γάγγλιον, τό, *ganglium*, nervi nodosa et renitens contractio, nullo praeter naturam colore, doloris expers, sub cute nasci solita, frequenter in manibus et talis accidens, sed etiam in cubito et capite. Primitiva forma teste Hesychio est γαγγάλιον.

γαγγλιώδης, ες, ganglio similis, e gangliorum genere.

γάγγραινα, ἡ, gangraena, partis alicujus corporis mortificatio et exstinctio, proveniens a magnitudine inflammationis, quae neque digeri neque in pus mutari potuit. Quum vero sensum affectae partes penitus amiserunt, jam non γάγγραινα, sed σφάκελος appellatur, v. Galen comm. 7. in Aphor. Hippocr. sect. 7. artic. 50. de tumoribus c. 8. et Paul. Aeg. 4, 9.

γαγγραινικός, ή, όν, gangraenae similis.

γαγγραινόομαι, gangraena laboro, gangraena corripior.

γαγγραίνωσις, ἡ, i. q. τὸ γαγγραινοῦσθαι, gangraenae obreptio, invasio.

γάζα, ἡ, thesaurus, aerarium, inpr. regium: divitiae, pecunia. *Vox Persica.*

γαζοφυλακέω, thesauri custos sum.

γαζοφυλάκιον, τό, thesaurus pecuniarum, aerarium: locus ubi est aerarium.

γαζοφύλαξ, ακος, ὁ, (φυλάσσω) thesauri custos, praefectus aerarii.

γαῖα, ἡ, *poet.* pro γῆ, (vide αἶα) terra, tellus, regio, solum; πατρὶς γαῖα, patria, Hom. sed etiam γαῖα absolute hoc significatu ponitur. 2) Γαῖα, nom. propr. *Tellus*, Hes.

γαιάοχος, ον, *Dor.* pro γαιήοχος.

γαιηγενής, ές, *poet.* pro γηγενής.

γαιόθεν, *adv.* a terra.

Γαιήϊος, α ον, terrenus: υἱός, Telluris filius, Od. 7, 324.

γαιήοχος, ον, (ἔχω) terram cingens et continens, epith. Neptuni, Hom. De reliquis diis si usurpatur, significat: terram s. regionem tuens, moderans, terrae Dominus, Soph. O. R. 160. *Contr.* γαιοῦχος,

γαιηφάγος, ον, (φαγεῖν) qui terra vescitur, poeta ap. Athen.

γαιογράφος, ον, i. q. γεωγράφος, *poet.*

γαιοδάτης, ὁ, (δαίω) terrae distributor.

γαιομέτρης, ὁ, *poet.* pro γεωμέτρης.

γαιοτρεφής, ές, (τρέφω) a terra nutritus.

γαιοφάγος, ον, i. q. γαιηφάγος.

γαιοφανής, ές, i. q. γεωφανής.

γαιόομαι, in terram mutor, terrae speciem adipiscor, Synes.

γαισός, ὁ, vel γαῖσον, τό, gaesum, teli genus.

γαίω, glorior, superbio, efferor fiducia et gloriatione roboris et virtutum mearum; κύδεϊ γαίων, epith. Iovis, Martis, Briarei. Il.

γαιώδης, ες, i. q. γεώδης, terreus.

γαιών, ῶνος, ὁ, tumulus terrae, *Dor.* v. Koen. ad Greg. p. 225.

γαιωρύχος, ον, (ὀρύσσω) terram effodiens, Strabo 3, 2, 6.

γάλα, γάλακτος, τό, lac, Hom. 2) succus plantae vel arboris. 3) planta quaedam, Nic. 4) ὀρνίθων γάλα proverbialiter dicitur de deliciis ciborum, Ar. Av. 733. ut *gallinacei lactis haustus* apud Plin. h. n. praef. – γάλα interdum etiam indeclinabile est, Valck. Adoniaz. p. 351. cf. γλάγος. (⏑⏑)

γαλάξες vel γάλακες, αἱ, conchae quaedam sic dictae a nonnullis ex genere τῶν λιθοστράκων, teste Aristot. h. an. 4, 4.

γαλαθηνός, όν, lac sugens, lacteus: tener, tenellus, νεβροί, Od.

γαλακτιάω, lacte abundo.

γαλακτίζω, candorem lactis imitor.

γαλακτικός, ή, όν, lac referens, lacteus.

γαλάκτινος, η, ον, i. q. praecedens.

γαλάκτιον, τό, *Dim.* a γάλα.

γαλακτὶς πέτρα, ἡ, idem quod sequens.

γαλακτίτης, ὁ, sc. λίθος, lapis quidam ita dictus, quod lacteum quendam succum emittat, Diosc. 5, 150. Vocatur et γαλαξίας, ὁ.

γαλακτοδόχος, ον, (δέχομαι) lacti recipiendo factus, ut mulctra.

γαλακτοειδής, ές, lacteus, lac referens.

γαλακτοθρέμμων, ον, (τρέφω) lacte nutritus.

γαλακτόομαι, in lac mutor, lactesco, in naturam lactis degenero.

γαλακτοπαγής, ές, (πήγνυμι) lacti compacto similis vel e lacte concreto constans.

γαλακτοποσία, ἡ, (πίνω) usus lactis ad bibendum.

γαλακτοποτέω, lac bibo.

γαλακτοπότης, ὁ, qui lac bibit.

γαλακτοτροφέω, lacte alo. Hinc *Subst.* γαλακτοτροφία, ἡ.

γαλακτουργέω, lacticinia vel dulciaria conficio: caseum ex lacte conficio.

γαλακτουργός, ον, lactarius, dulciarius.

γαλακτουχέω, (ἔχω) lac habeo, lacto.

γαλακτουχία, ἡ, lactatio.

γαλακτοῦχος, ον, lac habens, lactans, lacte nutriens.

γαλακτοφαγέω, lac comedo. A seq.

γαλακτοφάγος, ον, (φαγεῖν) lacte victitans, lac comedens.

γαλακτοφόρος, ον, (φέρω) lac ferens.

γαλακτόχροος, ον, *contr.* γαλακτόχρους, (χρόα) lactei coloris.

γαλακτόχρως, ωτος, idem.

γαλακτώδης, ες, lacteus, albidus: τὸ γαλακτῶδες, lac vel lactis serum.

γαλάκτωσις, ἡ, mutatio s. degeneratio in lac

γαλαξίας, ὁ, sc. κύκλος, circulus lacteus in coelo, via lactea, orbis lacteus. 2) i. q. γαλακτίτης.

γαλεάγρα, ἡ, decipula, qua mustelae capiuntur: cavea ferrea et quoddam carceris genus.

γαλέη, ἡ, *contr.* γαλῆ, ἡ, mustela, feles, catus. 2) piscis qui et γαλεός.

γαλεοειδής, ές, qui ex mustelino genere est. 2) mustello similis.

γαλεομυομαχία, ἡ, praelium inter mustelam et mures, titulus poematii cujusdam.

γαλεός, ὁ, mustellus, piscis quidam, de quo Aristot. h. an. 6.

γαλερός, ά, όν, tranquillus, serenus, hilaris.

γαλερωπός, όν, (ὤψ) oculis laetus et hilaris, serenum et tranquillum vultum habens.

γαλεώδης, ες, i. q. γαλεοειδής.

γαλεώτης, ὁ, stellio, alias ἀσκαλαβώτης, Ar. 2) piscis qui et ξιφίας.

γαλῆ, ἡ, *contr.* pro γαλέη.

γαληναία, ἡ, *poet.* i. q. γαλήνη.

γαληναῖος, α, ον, i. q. γαληνός, tranquillus, sedatus, placidus, i. q. γαληνός.

γαλήνεια, ἡ, *Dor.* γαλάνεια, i. q. γαλήνη.

γαλήνη, ἡ, maris tranquillitas, serenitas: hinc etiam serenitas et hilaritas vultus, animi. 2) *nom. pr.* nymphae undas maris sedantis. 3) vena plumbi, quae juxta argenti venas reperiri solet, Plin. 33, 6. 34, 18. Hesych. explicat τὸ ἐπικολάζον ἐν τῷ μεταλλείῳ τοῦ ἀργύρου γεννώμενον.

γαληνής, ές, i. q. γαληνός.

γαληνιάω, *var.* γαληνιάζω, serenus, tranquillus sum, inpr. de mari.

γαληνίζω, serenum reddo, tranquillo.

γαλήνιος, ον, i. q. γαληνός.

γαληνισμός, ὁ, serenitas.

γαληνός, όν, hilaris, tranquillus, serenus, inpr. de mari.

γαληνότης, ἡ, i. q. γαλήνη, s. serenitas, tranquillitas.

γαληνόω, serenum reddo, tranquillo.

γαληρωπός, όν, serenum et tranquillum vultum habens, v. γαλερωπός.

γαλιάγκων, ον, *gen.* ωνος, (ἀγκών) qui est breviori brachio, quasi mustelae cubitum habens, ancus, Hippocr. v. Struvium in Suppl. ad Schneideri Lex. gr. p. 55.

γαλιδεύς, ὁ, catulus mustelae, Cratin.

Γάλλος vel Γαλλός, ὁ, Gallus, sacerdos Cybeles testiculis carens: hinc in universum spado, eviratus, mollis.

γαλουργέω, γαλουργός, i. q. γαλακτουργέω, – ός.

γαλουχέω, γαλουχία, i. q. γαλακτουχέω, – ία

γάλοως, *gen.* γάλοω, *Att.* γάλως, *gen.* γάλω, ἡ, glos, soror mariti vel uxor fratris.

γαμβρεύω, (γαμβρός) connubio jungo, affinem facio.

γάμβρειος, α, ον, ad γαμβρόν pertinens, quod γαμβρῷ datur, ut vestitus pretiosus, convivium etc. Hinc τὰ γάμβρεια, munus seu convivium, genero dari solitum.

γαμβροκτόνος, ον, sponsum interficiens.

γαμβρός, ὁ, (γάμος) quicunque affinitate e matrimonio cum altero junctus est, *affinis*, et quidem 1) gener. 2) maritus sororis, Il. 5, 474. 13, 464. vel frater uxoris. 3) i. q. πενθερός, socer, Soph. O. R. 70. 4) sponsus, inpr. ap. *Dor.* et *Aeolas.*

γαμετή, ἡ, matrimonio juncta, uxor, Hes.

γαμέτης, ὁ, (γαμέω) maritus.

γαμέτις, ιδος, ἡ, uxor, conjux.

γαμέω, f. έσω, γαμέω, γαμῶ, *med.* γαμέσομαι, aor. ἔγημα, *med.* ἐγημάμην, perf. γεγάμηκα, aor. *pass.* ἐγαμήθην, *uxorem duco*, τινά, Hom. παρ' ἐλευθέρων γαμεῖν, ducere uxorem ingenuis parentibus ortam, Plut. γάμον γαμεῖν, contrahere matrimonium, Aesch. γήμας τὸν Ἑλένης γάμον Πάρις, Eur. γῆμαι λέκτρα βασιλέως, filiam regis in uxorem ducere, idem. In usu est etiam γαμεῖν γυναῖκα pro γαμεῖν simpliciter. Dicitur quoque γαμεῖν pro concumbere cum femina, et quidem de concubitu illegitimo, Od. 1, 36. 2) *Med.* γαμοῦμαι, *do in matrimonium*; et quidem *a*) me, i. e. nubo, de femina, τινί, Od. *b*) meos, quod dicitur de parente, qui *vel* filiam suam alicui in matrimonium dat, ut Eur. Med. 257. τὸν δόντα τ' αὐτῷ θυγατέρ', ἣν τ' ἐγήματο, quamque ei uxorem dedit: *vel* filio suo uxorem dat, ut Il. 9, 394. Achilles dicit Πηλεύς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός. cf. Hermann. Cens. Med. Elmsl. p. 353. 3) *Passivum* γαμηθῆναι apud seriores eandem habet significationem ac *Medium*, *nubere*, quem loquendi usum improbat Pollux III, 45. Exempla enotavit Lobeck. post Phryn. p. 742. 4) Antiquior forma aoristi γαμέσαι suam quandam propriam significationem habet: *expetere puellam in matrimonium*, v. Hermann. in Ephem. liter. Lips. 1817. n. 37. p. 294. hinc Theocr. 9, 91. γαμεθεῖσα est *expetita*, *desponsata*. – *Nota.* Post genuinam aor. 1. act. formam ἔγημα invaluit altera ἐγάμησα, quae primum innitur apud Menandr. Schol. Ven. ad Il. 9, 394. ἐγάμησεν ἣν ἐβουλόμην ἐγώ, v. Lobeck. l. l. p. 742.

γαμήλευμα, τό, i. q. γάμος, *poet.*

γαμήλιος, ον, nuptialis, conjugalis: γαμηλίαν (sc. θυσίαν) εἰσφέρειν τοῖς φράτορσι, sportulas nuptiales contribuere, Dem.

γαμηλιών, ῶνος, ὁ, septimus anni Attici mensis, respondens posteriori parti Januarii et priori Februarii, in quo pleraeque nuptiae celebrabantur.

γαμησείω, *Desiderat.* a γαμέω, uxorem ducere cupio; nuptias desidero, Alciphr.

γαμίζω, nuptum do, τινά. *Med.* nubo, τινί.

γαμικός, ή, όν, et γάμιος, ον, vel γαμία. i. q. γαμήλιος.

γαμίσκω, i. q. γαμίζω.

γάμμα, τό, gamma littera, vide supra.

γαμμοειδής, ής, (γάμμα) litterae gamma figuram referens.

γαμοδαίσια, τά, sc. ἱερά, nuptiarum celebratio.

γαμοκλοπέω, furtivas nuptias quaero, uxorem alienam corrumpo.

γαμοκλοπία, ἡ, nuptiae furtivae, adulterium. A seq.

γαμοκλόπος, ὁ, nuptiarum fur, adulter.

γαμοποιΐα, ἡ, nuptiarum apparatio.

γάμορος, ὁ, *Dor.* pro γημόρος.

γάμος, ὁ, nuptiae; nuptiarum celebratio, coena nuptialis: γάμον δαινύναι, coenam nuptialem instruere, Od. 4, 3. γάμον ἑστιᾶν, idem ap. Pros. 2) connubium; coitus, etiam illegitimus. 3) conjugium, matrimonium.

γαμοστόλος, ον, (στέλλω) nuptias parans, ornans. Hinc γαμοστολέω, nuptias paro.

γαμφηλαί, αἱ, (*γαμψός*, *κάμπτω*) maxillae, Il. rostrum avium. Singularis apud seriores tantum et raro occurrit: Lycophro etiam *γαμφαί*, αἱ, dixit.

γαμψός, ή, όν, (*κάμπτω*) incurvus, inflexus, aduncus.

γαμψότης, et *γαμψωλή*, ἡ, curvitas, curvatura.

γαμψῶνυξ, υχος, (*ὄνυξ*) curvis unguibus armatus.

γαμψώνυχος, ον, idem apud seriores.

γανάω, (*γάνος*) splendeo, fulgeo: apud Hom. occurrit tantum partic. *γανόων*.

γάνη, ἡ, vel *γάνα*, *Dor.* pro *γυνή* (⏑–)

γάνος, τό, (*γαίω*) splendor: quod est in quaque re pulchrum, nitidum, venustum: laetitia, voluptas: *γάνος ἀμπέλου*, vinum. (⏑ ⏑)

γανόω, (*γάνος*) splendidum reddo, laevigo, polio: illustro, illumino, exhilaro, laetitia afficio.

γάνυμαι, f. ύσομαι, (*γάνος*) laetor, gaudeo, *c. dat.* Il. 14, 504. 20, 405. Od. 12, 43. *c. gen.* Eur. Cycl. 501. cf. Musgr. Iph. T. 959. Seriores *activum* quoque *γάνυμι*, illustro, exhilaro, usurpant. (⏑⏑–)

γάνυσμα, τό, i. q. *γάνος*.

γανώδης, ες, splendidus.

γάνωμα, τό, i. q. *γάνος*, Pind. 2) poliendi, laevigandi actio.

γάπεδον, τό, *Dor.* pro *γήπεδον*, vide Boeckh. v. l. Pind. N. 7, 83.

γαπετής, *γαπόνος*, *γάποτος*, *Dor.* pro *γηπετής*, etc.

γάρ, particula causalis, *enim*, quae semper rationem reddit sententiae antecedentis, vel expressae, vel omissae. Nonnunquam vero non satis in aperto est, quae sententia ante particulam *γάρ* debeat subintelligi; hoc praecipue apud Homerum in allocutionibus locum habet, ut Od. 1, 337. Φήμιε, πολλὰ γὰρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια οἶδας, Phemi, (dehortor te ab eo, quod nunc facis, faciendo,) multa enim etc. In talibus locis ex toto loquentis consilio sententia, cujus rationem reddet *γάρ*, debet suppleri, cf. Il. 2, 803. 7, 73. 328. 13, 736. Eadem ratio est loci Il. 11, 408. *οἶδα γάρ*, (permanendum est,) novi enim etc. cf. Il. 18, 221. 22, 50. Inprimis frequens est hic ellipticus particulae usus apud Atticos. 2) Usurpatur particula, ut Lat. *nam*, in interrogationibus, ubi ejus vis ita est explicanda, ut sententia quaedam ejusmodi: *interrogandus mihi es*, *nescio enim*, *quis* etc. subaudiatur: at frequenti usu factum est, ut vix in omnibus locis ellipsis possit adhiberi. Ponitur autem hoc *γάρ* non nisi praevio vocabulo interrogativo, ut *τίς*, *πῶς*, *πῆ*, e. g. *τίς γάρ σε ἧκεν*, Il. 18, 182. ubi plena foret oratio: *Iris*, *interrogo te*, *nam scire cupio*, *quis te miserit?* cf. Od. 10, 383. Il. 1, 123. 10, 61. 414. Od. 15, 509. Praeter Homerum Attici quoque poetae hunc usum frequentant, Ar. Nub. 192. 201. 219. Huc pertinet etiam formula *τί γάρ*; *quid enim?* i. e. quid est enim, quod opponi possit? qua formula utuntur, qui de eo, quod dictum sit, nullam sibi dubitationem esse significare volunt, v. Heindorf Plat. Soph. p. 232. C. 3) Praeterea *γάρ* etiam cum aliis particulis conjungitur. 1) *αἲ γάρ*, *αἲ γὰρ δή*, *εἰ γάρ*, *utinam*, sequente optativo: sic etiam *ὢ γάρ*, Il. 1, 293. 2) *ἀλλὰ γάρ*, et *ἀλλὰ γὰρ δή*. Il. 15, 739. 23, 607. et *ἀλλ' οὐ γάρ*, Od. 19, 591. cf. *ἀλλά*. In his formulis *γάρ* caussam reddit oppositionis, quae inest particulae *ἀλλά*, v. Schaefer Mel. cr. p. 77. Elmsl. ad Heracl. 481. Buttmann ad Soph. Phil. 81. Potest autem *ἀλλὰ γάρ* verti *verum enim vero*. 3) *γὰρ δή*, Il. 23, 878. vel *γὰρ δήπου*, *nam utique*, *nam profecto*. Idem fere significat *γάρ τοι*, Od. 6, 29. 4) *γὰρ οὖν*, Il, 15, 232. Aesch. Eum. 374. Soph. Phil. 766. Eur. Bacch. 920. Electr. 290. Med. 585. Reddi debent hae particulae vel per *nam*, *enim*, vel per *igitur*, *itaque*. 5) *γάρ που*, fortasse enim. 6) *καὶ γάρ* vel *γάρ τε*, etenim, namque. – *Nota*. Γάρ nunquam periodum incipit: plerumque post primum, sed ab *Atticis* post secundum quoque, immo post tertium et quartum ponitur vocabulum. (In arsi Homerus particulam interdum producit.)

γαργαίρω, (*γάργαρα*) plenus sum, refertus sum, *τινός*.

γαργαλίζω, *Att.* pro *γαγγαλίζω*, quod vide.

γαργαλισμός, ὁ, titillatio.

γάργαλος, ὁ, idem.

γάργαρα, τά, copia, multitudo insignis. *Nom. propr.* Γάργαρον, τό, pars quaedam montis Idae.

γαργαρεών, ῶνος, ὁ, uva quae ultimo dependet palato: guttur.

γαργαρίζω, gargarizo, guttur eluo.

γαργαρισμός, ὁ, gargarizatio.

γαρίσκος, ὁ, piscis quidam. A seq.

γάρον, τό, vel *γάρος*, ὁ, garum, liquamen piscium sale conditorum.

γαρύω, *Dor.* pro *γηρύω*.

γαστερόχειρ, i. q. *γαστρόχειρ*.

γαστήρ, έρος, per syncopen *γαστρός*, ἡ, *dat. plur.* *γαστράσι*, (vel *γαστῆρσι*, Hippocr.) ἡ, venter; uterus: ventriculus, in quem cibus recipitur. Hinc *γαστρὸς ἐγκρατής* s. *ἄρχων*, *γαστρὸς ἥττων*, *γαστρὶ δουλεύειν* s. *χαρίσασθαι*, in quibus formulis *γαστήρ* ponitur pro edendi ciborumque cupiditate, et latine reddi potest per *gulam*. *γαστέρι νέκυν πενθῆσαι*, jejuniis lugere mortuum, Il. 19, 225. – *γαστήρ* etiam significat: ventri deditus, helluo, ut in Epimenidis versu Tit. I, 12.

γάστρα, *Ion.* *γάστρη*, ἡ, fundus vasis, navis et similium. 2) vas ventricosum.

γαστρίδιον, τό, *Dim.* i. q. *γαστρίον*.

γαστρίζω, (*γάστρις*) ventrem expleo: opipare et laute accipio. 2) in ventrem caedo, de gladiatoribus, Ar.

γαστρίμαργος, ον, (*μάργος*) gulosus, cibi avidus: *Subst.* *γαστριμαργία*, ἡ, ingluvies, helluatio.

γαστρίον, τό, *Dim.* a *γαστήρ* et *γάστρα*.

γάστρις, ιος, ὁ, ἡ, gulosus, ventri deditus, helluo.

γαστρισμός, ὁ, (*γαστρίζω*) ventris impletio, ingluvies.

γαστροβαρής, ές, (*βαρύς*) gravidus.

γαστροειδής, ές, formam ventris habens, ventrosus.

γαστροκνημία, ἡ, vel *γαστροκνήμιον*, τό, (*κνήμη*) sura, pars tibiae posterior, a similitudine ventris.

γαστρολογία, ἡ, liber de ventris cupediis; ridiculi caussa sic inscriptum Archestrati opus.

γαστρολόγος, ον, (*λέγω*) qui de rebus ventri gratis disserit easque exponit.

γαστρομαντεύομαι, e ventre vaticinor.

γαστρονομία, ἡ, (*νόμος*) leges de ventre alendo; inscriptio jocosa libri Archestrati, qui et *γαστρολογίας* titulum habebat.

γαστροπίων, ον, (*πίων*) qui pingui ventre est. (–⏑ – –)

γαστρόφιλος, ον, ventri deditus.

γαστροφορέω, in ventre fero; in utero gero, de muliere gravida.

γαστροχάρυβδις, ὁ, ἡ, cujus venter Charybdis instar est voracissimus.

γαστρόχειρ, ὁ, ἡ, manuum labore vivens: dicitur et *χειρογάστωρ*.

γαστρώδης, ες, i. q. *γαστροειδής*.

γάστρων, ωνος, ὁ, i. q. *γάστρις*, gulosus, ventri deditus: adeps.

γατομέω, i. q. *γητομέω*.

γαυλικός, ή, όν, ad *γαῦλον* pertinens, navalis.

γαυλίς, ἡ, i. q. *γαυλός*.

γαυλιτικός, ή, όν, i. q. *γαυλικός*.

γαυλός, ὁ, mulctra, mulctrale: situla.

γαῦλος, ὁ, navigii genus, inpr. navis oneraria, v. Wesseli g. ad Hdt. 3, 136. (Apud eundem 8, 97. Sevveighaeuserus *γαυλοὺς* scribit, ubi intelliguntur naves.)

γαῦραξ, ακος, *Ion* *γαύρηξ*, ὁ, (*γαῦρος*) homo vanus et superbus.

γαυρίαμα, τό, superbia, gloriatio.

γαυριάω, glorior, superbio, efferor, me jacto: ferox sum, ferociam et licentiam quovis modo ostento, exsulto: sic etiam in *Medio*, inprimis de bestiis, v. Schol. Aesch. Eum. 36.

γαυρότης, ἡ, superbia, elatio animi, ferocia.

γαῦρος, ον, superbus, elatus, ferox: fortis: arrogans.

γαυρόω, superbum reddo, extollo ad arrogantiam. *Med.* i. q. *γαυριάω*, cum fastu incedo, superbio.

γαύρωμα, τό, id quo quis superbit.

γαυσάπος, et *γαυσάπης*, ὁ, gausapa, gausape.

γαυσός, ή, όν, *Aeolice* *γαῦσος*, η, ον, curvus, tortuosus, i. q. *γαμψός*, cum quo ejusdem est radicis.

γαυσόω, incurvo, curvum facio.

* *γάω*, thema *obsoletum*, unde deducitur perfectum poeticum *γέγαα*, pro *γέγονα*, pertinens ad verbum *γίγνομαι*, quod vide. Γέγαα, natus sum: sum, vivo, de hominibus tantum dicitur. Homerus has tantum formas usurpat: 3 plur. ind. *γεγάασι*, (⏑ ⏑ – ⏑) tertiam dualis in compositis; et participii accus. masc. sing. et plur. *γεγαῶτα*, *γεγαῶτας*. Femininum *γεγαυῖα* occurrit in hymnis. Infinitivum *γεγάμεν*, quem Homerus in Compositis tantum usurpavit, habet Pind. P. 9, 164. qui praeterea O. 6, 83. infinitivo *γεγάκειν* (⏑ – –) pro *γεγονέναι* utitur. Ex *γεγαώς*, per contractionem ortum est Atticum *γεγώς*, *γεγῶσα*, *γεγώς*. – Contra regulam formata est 2. plur. *γεγάατε* (⏑ ⏑ – ⏑) Batr. 143. cf. Epigr. Hom. 16, 3. *ἐκγεγάατε*.

* *γάω*, radix *obsoleta*, i. q. *χανδάνω*, unde *γαστήρ*, *γαυλός*.

γδοῦπος, *γδουπέω*, *poet.* pro *δοῦπος*, *δουπέω*, in compositis praesertim, ut *ἐρίγδουπος* et *ἐριγδουπέω*

γέ, particula enclitica, quae eas partes enunciationum, quibus apponitur, a reliquis distinguit. Haec distinctio autem duplici modo fieri potest, aut ut minimum, aut ut maximum significetur: quo fit, ut *γέ* videri possit contrarias habere signifi-

cationes, *quidem*, *saltem*, *certe* et *vel* sive *etiam*. I) Ac primo quidem, idque plerumque, minimum indicatur, ut γέ sit *quidem*, *certe*, *saltem*, restringiturque oratio ad unum aliquid, quod nunc maxime respicimus, nihil curantes, quid de aliis rebus praedicetur: οὐ δύο γε, ne duo quidem, Il. 20, 286. τῶν γε πολυτελῶν ὀσμῶν τούτων, αἷς χρίεσθε, τοὺς πλησιάζοντας οἶμαι μᾶλλον ἀπολαύειν ἢ αὐτοὺς ὑμᾶς, ex unguentis saltem illis pretiosis, Xen. Hiero 1, 24. τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν εἴποι λεὼς νιν· ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά, hic quidem Eumenides vocantur: verum alia alibi usitata sunt, i. e. alii eas eodem an alio nomine vocent, non quaero, Soph. O. C. 42. εἰ μὴ ὅλον, μέρος γε, si non summam, saltem partem, Demosth. Jam vero illud vocabulum, ad quod particulae hujus accessione tota oratio restringitur, ante reliqua maxime eminet: itaque γέ additur frequentissime ei orationis vocabulo, in quod maximum cadit pondus. Sic plerumque additur pronominibus personalibus praesertim, relativis et demonstravis: ἔγωγε, ego quidem, equidem: σύ γε, tu quidem: eodem modo ponitur particula post ὅς, οὗτος, αὐτός, ἕτερος, ubi fere eandem habet vim, atque Latinorum enclitica *ce* in *hicce*. Hac significatione Attici γέ post demonstrativa mutant in γί, e. g. τουτογί, ταυταγί. (γι producitur.) In responsionibus καὶ πάνυ γε, καὶ δικαίως γε, particula fortius affirmat. II) Altera significatio est, ut γέ id, quod maximum est, a reliquis minoribus distinguat. Latine particula in hac significatione potest reddi 1) per pronomen *ipse*: ἦλθον Ἀμφιάρεώ γε πρὸς βίαν, ipsius Amphiarai caussa veni, Eur. Suppl. 158. καὶ μή γ' ἐπ' οἶκτόν μ' ἔξαγε, id ipsum, ne me ad luctum commove, Eur. Ion. 361. καὶ μή γ' ἀμύνων πατρὶ δυσσεβὴς ἔσῃ, id ipsum, impius eris, si patrem non ulciscaris, id El. 976. 2) per *vel* sive *etiam*: εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν, ἀλλὰ τόν αὑτοῦ γε νεὼν βάλλει; sed vel in suum ipsius templum fulmen conjicit, Ar. Nub. 399. καὐτή γε λυπεῖ, et tu vel ipsa doles, Eur. Med. 1361. III) Conjungitur γέ cum aliis quoque particulis: sic ἀλλὰ μήν, καὶ μήν, οὐ μήν frequenter dicuntur sequente γε sed ita ut inter μήν et γε aliud interponatur vocabulum, v. Pors. ad Eur. Phoen. 1638. γε δή, profecto saltem, omnino: γέ τοι, γέ τοι δή, γέ μέντοι, et μέντοι γε, certe tamen, tamen certe: γε μὴν et μήν γε, profecto saltem: γε οὖν pro γοῦν raro dicitur, frequentius γ' ἂν οὖν; Schaef. ad Dionys. de compos. p. 271 seq. - De usu particulae γέ vide inprimis Hermannum ad Vig. p. 824. seq. unde nos nostra fere excerpsimus. Apud seriores multo rarius haec particula invenitur, quam apud antiquiores, Atticos praesertim.

γέα, ἡ, rarior forma pro γῆ.

γεάοχος, ον, *Dor.* pro γαιήοχος, terram complectens.

γεγαᾶσι, γεγάᾱσι, vide γάω.

γεγᾱθέω, *Dor.* pro γηθέω, Epicharm.

γεγάκειν, γεγάμεν, *inf.* a γέγαα, vide γάω.

γεγαώς, υῖα, ός, part. a γέγαα, vide γάω.

γέγειος, ον, *Ion.* pro ἀρχαῖος.

γέγηθε, γεγήθει, perf. et plusqpf. a γηθέω, Hom.

γεγηθότως, *adv.* a part. perf. verbi γηθέω, cum gaudio, cum laetitia.

γέγονα, perf. a γίγνομαι.

γέγωνα, perfectum 2. significatione praesentis, unde part. γεγωνώς. Reliqua tempora formantur a quasi praes. γεγώνω vel γεγωνέω, nempe inf. γεγωνεῖν, imperf. ἐγεγώνευν vel γεγώνευν pro ἐγεγώνεον, et 3 sing. ἐγεγώνει, Hom. Pro ἐγεγώνει autem dicitur etiam γέγωνε, quae forma ap. Hom. praesentis, aoristi et imperfecti significatione occurrit. Significat *clamo*, *vociferor*: ὅσσον τε γέγωνε βοήσας, ex quo spatio clamans audiri et intelligi potest, Od. οὔπως οἱ ἔην βώσαντι γεγωνεῖν, non licebat ei clamanti sic clamare, ut exaudiretur procul, Il. 12, 337. clara voce eloquor et nuncio, Aesch. acclamo alicui, τινί, Hom. θεοῖσι μετ' ἀθανάτοισι γεγώνευν, ad deos immortales clamavi, Od. 12, 370. Cum accus. pers. proclamare, carmine celebrare, Pind. λόγον γεγωνεῖν, sermonem edicere, Soph. - Apud Eur. Or. 1224. γέγωνε est imper. praes. (Thema secundum Eustathium est γνόω, unde perf. γέγνωα et per metathesin γέγωνα: radix autem esse videtur γιγνώσκω, quum primitiva significatio sit: vociferor ut intelligar.)

γεγωνάω, i. q. γέγωνα, Aesch. *dub.*

γεγωνέω, v. γέγωνα.

γεγώνησις, ἡ, vociferatio, altus clamor.

γεγωνίσκω, i. q. γέγωνα, renuncio, enarro, Aesch. Pr. 628. Thuc. 7, 76.

γεγωνός, όν, adjectivum a part. γεγωνώς, sicuti ἀραρός, όν, ab ἀραρώς factum, alto clamore enunciatus, clare pronunciatus, v. Valck. ad Eur. Hippol. 584. comp. γεγωνότερος, Scaef. Greg. p. 492.

γεγώνω, v. γέγωνα.

γεγώς, ῶσα, ώς, part. perf. *Att.* a γίγνομαι, pro γεγονώς, γεγαώς, vide γάω.

γεηπόνος, γεηπονικός, γεηπονία, i. q. γεωπόνος, etc.

γεηρός, όν, (γέα) terreus, terrestris.

γέθεν, *Aeol.* pro ἔθεν nisi potius scribendum sit Fέθεν, praefixo digamma Aeolico, v. Bast. ad Greg. p. 88.

γειαρότης, et γεαρότης, ὁ, (ἀρόω) agricola.

γείνομαι, gignor, nascor: γεινόμενος, natus, Hom. Hac in significatione praesens et imperfectum, et quidem solis poetis, in usu sunt. 2) Aor. 1. *med.* ἐγεινάμην, γείνασθαι significat idem quod γεννάω, pario, gigno, procreo, de mare et femina, Hom. οἱ γεινάμενοι, parentes: hoc modo etiam a prosae orationis scriptoribus hoc verbum usurpatur. Notandum est, hanc activam significationem etiam obtinere in 2. praes. γείνεαι, Od. 20, 202. (Radix est *obsoletum* thema γένω.)

γειόθεν, *adv.* i. e. γαιόθεν, γῆθεν.

γειοκόμος, ον, (κομέω) agricola.

γειομόρος, γειοπόνος, γειοτόμος, i. q. γεωμόρος, etc.

γειοφόρος, ον, (φέρω) terram ferens, Anth.

γείσιον, τό, *Dim.* a γεῖσον, suggrundium.

γεισιποδίζω, suggrundio fulcio.

γεισιπόδισις, ἡ, suggrundatio.

γεισιπόδισμα, τό, suggrundiorum fulcrum.

γεισίπους, οδος, ὁ (πούς) idem quod γεισιπόδισμα.

γεῖσον, τό, vel γεῖσσον, τό, suggrunda, suggrundium, i. e. pars tecti prominens, qua stillicidia a parietibus arcentur. 2) quodcunque suggrundiorum in modum propendet; ut γεῖσα ὀφρύων, ille quasi projectus frontis, cui oculi subsunt. Invenitur et ὁ γεῖσσος apud LXX. (Melius haec vox cum derivatis simplici sigma scribitur, quam duplicato, v. Jacobs A. P. p. 640.)

γεισόω vel γεισσόω, suggrunda munio. 2) in suggrundae modum conformo.

γείσωμα vel γείσσωμα, τό, i. q. γεῖσον, grunda, suggrundatio.

γείσωσις, vel γείσσωσις, ἡ, suggrundatio.

γείταινα, ἡ, *fem.* a γείτων, vicina.

γειτνία, i. q. γειτονία, vicinitas.

γειτνιάζω et γειτνιάω, vicinus sum; affinis, cognatus sum, τινί.

γειτνίασις, ἡ, vicinitas, propinquitas.

γειτονεύω et γειτονέω, i. q. γειτνιάζω.

γειτόνημα, τό, vicina regio, vicinia, vicinitas.

γειτόνησις, ἡ, vicinitas.

γειτονία, ἡ, vicinitas.

γειτονιάω, i. q. γειτνιάζω.

γειτόσυνος, ον, vicinus, propinquus.

γείτων, ονος, ὁ, vicinus. 2) *adj.* ὁ, ἡ, vicinus, propinquus, affinis: sic primum ap. Pind. ἐν γειτόνων, in vicinia: ἐκ γειτόνων, e vicinia, prope, ex adversum: *metaph.* similis, affinis, cognatus. *Constr. c. gen.* et *c. dat.*; v. Ast ad Plat. legg. 4, 1.

γειωπείνης, ὁ, i. q. γεωπείνης.

γελάζω, i. q. γελάω, Gramm.

γελανής, ές, (γελάω) hilaris; ridens, Pind. (⏑ – –)

γελασείω, *Desiderat.* a γελάω, ridere gestio.

γελάσιμος, ον, ridiculus, ridendus: pro quo Attici dicunt γελοῖος. (⏑⏑⏑⏑)

γελασῖνος, ὁ, (γελάω) risor. *fem.* γελασίνη. 2) οἱ γελασῖνοι, dentes qui in risu nudantur: rugae et veluti sulculi, qui in ore ridentium fiunt.

γέλασμα, τό, risus: usurpatur etiam de strepitu vel motu undarum, Aesch. Prom. 90. cf. Wakefield ad Lucret. 1, 8.

γελαστής, ὁ, risor, irrisor.

γελαστικός, ή, όν, ridendi facultate praeditus, proclivis ad ridendum.

γελαστός, ή, όν, risu dignus.

γελαστύς, ἡ, *Ion.* pro γέλως.

γελάω, f. γελάσομαι, rar. γελάσω, *Dor.* γελαξῶ, aor. ἐγέλασα, *poet.* ἐγέλασσα, *rideo*, de aliqua re, ἐπί τινι, Hom. τινί, Ar. ἁπαλὸν γελᾶν, molliter ridere, Hom. sic quoque ἡδὺ γελᾶν, ἀχρεῖον γελᾶν, ἀλλοτρίοις γναθμοῖς γελᾶν, Σαρδάνιον γελᾶν, Hom. quarum loquutionum explicationes quaere sub adjectivis. *Metaph.* ἐγέλασσε φίλον κῆρ, cor risit s. gavisum est, Hom. sic quoque de rebus inanimatis ἐγέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθών, Il. 19, 362. Hinc γελάω significat: hilaris sum, arrideo, τινί. 2) *transit.* rideo aliquem, irrideo alicui, τινά, Theocr. 20, 1.

γέλγη, τα, omnis generis merces, scruta. 2) forum, ubi merces hujusmodi venales prostant. Forma ἡ γέλγη valde est suspecta.

γελγιδόομαι, (γελγίς) in γελγῖδας evado, in nucleos seu spicas dividor et discernor. A seq.

γελγίς, ῖδος s. ῖθος, vel γέλγις, εως, ἡ, spica, nucleus allii, caput allii.

γελγοπωλέω, (γέλγη) scruta vendo. A seq.

γελγοπώλης, ὁ, scrutorum venditor: *fem.* γελγόπωλις, ιδος.

γελοιάζω, ridicula dico, jocor, derideo.

γελοιασμός, ὁ, jocatio, risus, derisio.

γελοιαστής, ὁ, facetus, scurra. 2) derisor

γελοιάω, ήσω, *poet.* pro γελάω, unde γελοίων, imperf., Od. 20, 347. γελοιήσασα, Hom. h. Ven. 49. cf. γελοιῶντες.

γελοίϊος, *poet.* pro γελοῖος, Il. 2, 215.

γελοιομελέω, (μέλος) ridicula vel faceta carmina compono.

γέλοιος, α, ον, risu dignus, ridiculus, ridendus. 2) risum movens, jocosus, facetus. Scribitur et γελοῖος, quod distinguitur ab altera forma a Grammaticis, quorum alii γέλοιον Attice, γελοῖον vulgariter scribi, alii eum, qui risum movet vel captat, γέλοιον, sed risu dignum et ridiculum γελοῖον dici tradunt: contra quidam modo γελοῖον antiquis Atticis adscribunt, γέλοιον recentioribus, modo γελοῖον eum, qui risum moveat, γέλοιον ridendum dici volunt, v. Koen. ad Greg. p. 26. Nunnes. ad Phryn. p. 97. (227. Lob.) Sed ipsa haec sententiarum diversitas ostendere videtur, Graecos nullum fere inter utramque formam discrimen statuisse.

γελοιότης, ἡ, ridiculum rei.

γελοιώδης, ες, risu dignus, ridiculus.

γελοιῶντες, Od. 20, 390. *poet.* pro γελώντες, γελῶντες: huc fortasse quoque pertinet γελοίων, Od. 20, 347. pro ἐγέλων positum, quod tamen etiam esse potest a γελοιάω. Ab aliis scribitur γελώοντες, γελώων. Contr. Od. 18, 111. γελώοντες legitur, *poet.* pro γελόωντες, γελῶντες.

γέλος, ὁ, *Aeol.* pro γέλως, v. Gregor. p. 604. ed. Schaef. coll. p. 608. Sic legebatur ante Wolfium Od. 20, 346.

γελόω, γελόωντες, *poet.* pro γελάω, γελῶντες, Od.

γελωσμιλία, ἡ, ridendi societas, vox Com. ap. Ammian. ep. 25.

γελώοντες, *poet.* pro γελόωντες, Od. 18, 111. cf. γελοιῶντες.

γέλως, ωτος, ὁ, *acc.* γέλωτα, *Att.* γέλων, *risus*, Hom. πολὺς γέλως, Plat. Charm. p. 155. B. Ar. Eccl. 379. Eq. 319. Eur. Ion. 1172. pro quo urbani sermonis venerum sectatores dicere solebant πλατὺς γέλως, Lob. Phryn. p. 472. γέλωτα παρέχω, παρασκευάζω, ποιῶ, risum praebeo, moveo, me deridendum praebeo: γέλωτα ποιοῦμαι s. τίθεμαί τινα, ἐν γέλωτι τίθεμαί τι, εἰς γέλωτα τρέπω τι, derisui et ludibrio habeo aliquem s. aliquid: γέλως ἐστί, ridiculum est, Demosth. Dicitur etiam γέλως de leni undarum strepitu et maris serenitate, sicuti γέλασμα. 2) res ridicula. 3) hilaritas. *Nota.* In Homero Wolfius dativum apocop. γέλῳ pro γέλωτι restituit Od. 18, 100. pro quo Buttmannus gramm. plen. I. p. 213. γέλῳ scribendum esse censet; et accusativum apoc. γέλω pro γέλωτα 20, 8. 346.

γελωτοποιέω, risum cieo seu excito: dictis vel factis risum capto: scurram ago, scurrilia loquor, Plat.

γελωτοποιΐα, ἡ, scurrilitas.

γελωτοποιός, όν, risum movens, scurriliter agens. *Subst.* ὁ, scurra.

γεμίζω, (γέμω) impleo, onero, τινά τινος.

γεμιστός, ή, όν, impletus, refertus.

γέμος, τό, i. q. γόμος: viscera, quae alvum implent, Aesch. Ag. 1232.

γέμω, plenus, onustus sum, τινός. H. Stephanus putat proprie hoc verbum dici de navi oneraria, tum vero ad alias res tranferri: cujus sententiae praesidium quaerit in significatione vocis γέμος. Neque negari potest, γέμειν frequenter adhiberi de navibus; non tamen hanc notionem voci primitus inesse crediderim.

γένα, *Ion.* γένη, ἡ, i. q. γέννα, Callim.

γενάρχης, ὁ, (γένος, ἄρχω) gentis et familiae auctor, princeps generis.

γενεά, *Ion.* γενεή, ἡ, (γένος) generatio, natales: νεώτατος γενεῇ, minimus natu, Hom. Dicitur etiam de rebus inanimatis, genitura, φύλλων γενεή, Il. 6, 146. ἀπὸ γενεᾶς, ab ortu: a natalibus, a puero. 2) generatio, genus, praecipue genus nobile: γενεῆς καὶ αἵματος, Il. 6, 211. γενεῇ ὑπέρτερος, superiore loco natus. Il. 11, 786. 3) aetas hominum, δύο γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων, Il. 1, 250. ἐς δεκάτην γενεήν, Od. 14, 325. 19, 294. Secundum Herodotum tres γενεαὶ efficiunt unum saeculum, 2, 143. cf. Il. 2, 251. Hinc in universum: aetas, saeculum, ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς, nostro saeculo, nostra memoria. Sunt etiam γενεαὶ singuli gradus in aetate hominis, septenum quisque annorum, inpr. ap. Medicos. 4) genus, progenies, posteritas, posteri, Plut.

γενεαλογέω, (λόγος) genus recenseo, generis seriem deduco: τινά, natales progenitorum alicujus investigo, originem alicujus exquiro.

γενεαλόγημα, τό, generis tabula.

γενεαλογία, ἡ, generis recensio vel deductio, genealogia.

γενεαλογικός, ή, όν, ad generis recensionem sive ad genealogiam pertinens.

γενεαλόγος, ὁ, (λέγω) qui originem et genus alicujus recenset.

γενεάρχης, ὁ, i. q. γενάρχης.

γενεῆθεν, *adv.* a γενεή, genere.

γενέθλειος, α, ον, *Ion.* γενεθλήϊος, i. q. γενέθλιος.

γενέθλη, ἡ, origo, generatio, genus, progenies, Hom. etiam de equis, Il. 5, 270.: proventus. ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη, Il. 2, 857.

γενέθλια, τά, v. γενέθλιος.

γενεθλιάζω, natalitia ago.

γενεθλιακός, ή, όν, ad natalitia eorumve celebrationem pertinens.

γενεθλιαλογέω, (λόγος) exerceo artem e natali die fata hominum colligendi, et ex arte quaestum facio.

γενεθλιαλογία, ἡ, praedictio e natali die, notatio e sideribus natalitiis.

γενεθλιαλόγος, ὁ, qui praedictiones e natali die facit.

γενεθλιάς, άδος, *fem.* ab *adj.* γενέθλιος: *Subst.* ἡ, sc. ἡμέρα, dies natalis, nativitas

γενεθλίδιος, ον, i. q. γενέθλιος.

γενεθλιολογία et γενεθλιολόγος, i. q. γενεθλιαλογία, γενεθλιαλόγος.

γενέθλιος, ον, vel ία, ον, natalis, natalitius: ἡμέρα, dies natalis, etiam omisso ἡμέρα: τὸ γενέθλιον, dies natalis. τὰ γενέθλια, natalitia, celebratio diei natalis, donum, quod die natali datur, quod Aesch. Eum. 7. γενέθλιον δόσιν vocat: γενέθλιος δαίμων, genius natalis, qui totius vitae fata regit: γενέθλιοι θεοί, penates, dii patrii: γ. αἷμα, genus paternum vel maternum, Aesch. Choe. 909. Eur. Or. 89. 2) *act.* generans, progignens.

γένεθλον, τό, i. q. γενέθλη, genus, filius vel filia, proles, Trag.

γενειάζω, f. άσω, (γένειον) pubesco, de puero, cujus malis lanugo incipit obrepere: barbatus sum.

γενειάς, άδος, ἡ, lanugo, barba, Od. 2) genae, Orph. Arg. 881.

γενειάτης, f. άτις, *Ion.* γενειήτης, f. ῆτις. vel γενειᾶτις, barbatus.

γενειάω, ήσω, pubesco; barbatus sum, Od. 18, 176. 269.

γενειήτης, vide γενειάτης.

γένειον, τό, mentum, Hom.: apud seriores etiam gena, maxilla. 2) barba, Hom. (Radix esse videtur γένος, quoniam barba generis est index.)

γενέσθαι, *inf.* aor. a γίγνομαι.

γενέσια, τά, vide γενέσιος.

γενεσιάρχης, ὁ, originis seu generis auctor.

γενέσιος, ον, natalis, natalitius: τὰ γενέσια, natalitia, celebratio diei natalis. Differunt τὰ γενέσια ita a γενεθλίοις, ut γενέσια mortuorum memoriam, die eorum natali vel emortuali celebratam indicent, γενέθλια autem de viventis die natali adhibeantur. Seriores modo, ut Alciphro, Dio Cass., Josephus et Philo γενέσια significatione γενεθλίων usurparunt.

γενεσιουργός, ὁ, (γένεσις, ἔργον) auctor originis, caussa originis s. generationis.

γένεσις, ἡ, ortus, Il. 14, 201. 246.: creatio, generatio, nativitas, genus: genitura, positus coeli tempore nativitatis.

γενέτειρα, ἡ, *fem.* a γενετήρ, genitrix, parens.

γενετή, ἡ, i. q. γενεή, Hom. ἐκ γενετῆς, inde a natalibus.

γενετήρ, ὁ, *fem.* γενέτειρα, genitor, genitrix, parens.

γενέτης, ὁ, genitor, pater, parens, generis auctor. 2) genitus, natus, filius, v. Erfurdt ad Soph. O. R. 472. 3) *adj.* i. q. γενέθλιος, e. g. θεοί, Aesch. Sup. 80. 221. Eur. Ion. 583.

γενετήσιος, ον, ὁρμή, coeundi appetitus, Anth.

Γενετυλλίς, ίδος, ἡ, dea generationis praeses, Ar. Nub. 53.

γενέτωρ, ὁ, genitor, pater: ἕβδομος γενέτωρ, septimus e majoribus, Hdt. 8, 137.

γενηΐς, ΐδος, *contr.* γενῇδος, Soph. Ant. 249., ἡ, i. q. γένυς, acies securis, securis.

γεννάτας, ὁ, vide γεννήτης.

γεννητός, ή, όν, (γενέσθαι) natus, factus.

γενικός, ή, όν, genus pertinens, generalis: ἡ γενική, sc. πτῶσις, casus genitivus.

γέννα, ἡ, i. q. γένος, inpr. progenies, proles, filius vel filia, *poet.*

γεννάδας, ου, ὁ, generosus, ingenuus, nobilis: strenuus, egregius.

γενναιοπρεπής, ές, (γενναῖος, πρέπω) ingenuum hominem decens, generosus. *adv.* γενναιοπρεπῶς, generose.

γενναῖος, α, ον, vel ος, ον, *Att.*, (γέννα) ingenitus, nativus, naturalis, insitus, οὔ μοι γενναῖον, Il. 5, 253. neque saepius legitur apud Homerum. 2) ingenuus, nobili loco ortus, generosus, strenuus, praeclarus, egregius, validus, fortis. Frequens est apud Atticos allocutio ὦ γενναῖε, conjuncta illa non raro cum ironia quadam.

γενναιότης, ἡ, generositas, nobilitas, animus ingenuus, liberalitas: de agro, fertilitas.

γεννάω, f. ήσω, genero, progigno: rarius de mulieribus, pario: dicuntur etiam τρίχας, ὀδόντας γεννᾶν, quibus capilli, dentes nascuntur; sic quoque *metaph.* νοῦν, φρένας γεννᾶν. Simili ratione Soph. Aj. 1077. σῶμα γεννᾶν μέγα dixit pro magna corporis mole esse. 2) Ut latinorum pario *metaphorice* quoque capitur, ut βλάβην ἡδονὴ καὶ λύπην γεννᾷ, Plat. *Pass.* γεννάομαι, nascor.

γέννημα, τό, quod natum seu procreatum est, progenies: fructus, v. c. terrae, arboris.

γέννησις, ἡ, procreatio, generatio.

γεννήτης, ὁ, generator, genitor. *Fem.* γεννήτειρα, genitrix, parens, mater.

γεννητής, ὁ, (γεννάω) genitor, generator, apud poetas plerumque. 2) Accentu mutato οἱ γεννῆται, sunt *gentiles*, quo nomine Athenis appellabantur cives, qui ad unum γένος pertinebat: triginta autem γένεσι constabat φρατρία sive τριττύς, et tribus φρατρίαις una φυλή, cf. Poll. 3, 52. Harpocr. s. v. Lex. Rhet. in A. B. p. 227, 9. ubi tamen inepte negatur gennetas genere sibi cognatos fuisse, quod vel inde patet, quod γεννῆται etiam ὁμογάλακτες et συγγενεῖς appellantur, v. A. B. p. 231, 25. Suid. et Phot. s. v. γεννῆται. Civium filii recipiebantur statim inter gennetas et phratores, quo facto ὁμόγνιοι nominabantur: provectiore demum aetate in ληξιαρχικὸν γραμματεῖον inscribebantur et δημόται fiebant. Habebant quoque γεννῆται sua sacra gentilitia, unde et ὀργεῶνες dicuntur. — Γεννῆται scriptum exstat apud omnes fere veteres grammaticos: at recentiores nonnulli temere γεννηταί scripserunt. Cf. Taylor ad Dem. in Neaer. p. 1365, 9. annot. p. 1025. Reisk. et Ruhnken. ad Tim. p. 66.

γεννητικός, ή, όν, generandi vim habens, genitalis.

γεννητός, ή, όν, (γεννάω) generatus, genitus.

γεννήτειρα, ἡ, *fem.* a γεννήτης, genitrix.

γεννήτωρ, ορος, ὁ, genitor, parens.

γεννικός, ή, όν, i. q. γενναῖος, inpr. fortis, strenuus. *Adv.* γεννικῶς.

γεννοδότειρα, ἡ, quae prolem dat, epith. Veneris, Orph.

γενοίατο, *Ion.* pro γένοιντο, Hom.

γένος, τό, genus, progenies, familia, origo: aetas, Hom. 2) gens, natio, Hdt. 3) genus, cui opponitur species: sexus.

γενούστης, ὁ, generis auctor, pater, νοῦς ἐστὶ γενούστης τοῦ πάντων αἰτίου λεχθέντος, Plat.

γέντα, τά, carnes, viscera, Call.

γεντιανή, ἡ, gentiana, herba.

γέντο, i. q. ἔλαβεν, 3 sing. aor. verbi cujusdam prorsus *obsoleti*, Il. 8, 43. 13, 241. 18, 476. *Aeolica* forma esse putatur pro ἕλετο, εἷλτο, sicuti κέλετο, κέντο apud Alcm. 2) *contr.* pro ἐγένετο, Theocr.

γένυ, τό, i. q. γένος.

γένυς, υος, ἡ, mala, maxilla: γένυες, malae, os: herba, lanugo. 2) acies, inpr. securis; securis, Soph. Phil. 1205.

γεοειδής, ές, (γέα) terreus.

γεόομαι, in terram vertor.

γεοῦχος, ον, i. q. γαιοῦχος.

γεοφόρος, ον, terram ferens.

γεραιός, ά, όν, (γέρας, γηραιός) senilis, adjuncta quadam honoris et reverentiae notione, Hom. ὁ γεραιός, senex reverendus, vir venerabilis, magnae auctoritatis: γεραιαί, matronae nobiles. *Comp.* γεραίτερος, secundum analogiam comparativi παλαίτερος, Hom. οἱ γεραίτεροι, principes et senatores, legati, cf. γέρων. *Superl.* γεραίτατος, (Secunda etiam corripitur.)

γεραιόφλοιος, ον, (φλοιός) vetustum corticem habens, Anth.

Γέραιραι, αἱ, *reverendae*, sacerdotes Bacchi Athenis.

γεραίρω, (γέρας) muneror honoris caussa, τινά τινι, Hom. orno, honoro: veneror, magni facio.

γεραίτερος, γεραίτατος, v. γεραιός.

γεράνδρυον, τό, (γεραιός, δρῦς) arbor annosa: transfertur ad homines seniles, senex. Scribitur etiam γεράνδριον, quasi ab ἀνήρ, sed minus recte. (⏑‒‒ vel ⏑⏑, v. Jacobs ad Anth. Pal. p. 185.)

γερανίας, ὁ, (γέρανος) i. e. ἔχων μακρὸν καὶ γερανώδη τράχηλον, A. B. 31, 13.

γεράνιον, τό, geranium, herba quaedam. 2) grus, machina; corvus demolitor, Vitruv.

γερανίτης, ὁ, sc. λίθος, geranites, lapis a gruis collo cognominatus, Plin. 37, 11.

γερανοβασία, vel γερανοβοτία, vel γερανοβωτία, ἡ, (βόσκω) grex gruum pascentium, Plat. Politic. p. 264. e. ubi formam γερανοβωτία restituit ex MSS. Bekkerus: reliquae formae dubiae sunt et incertae.

γερανομαχία, ἡ, (μάχη) pugna cum gruibus.

γέρανος, ἡ, grus, avis, Il. 2) machina scenica tollendis oneribus comparata. 3) saltationis genus.

γεραός, ή, όν, i. q. γεραρός, Nic.

γεραρός, ά, όν, (γεραίρω) honorandus, venerandus, augustus, Il. 3, 170. 211. 2) i. q. γεραιός s. γηραιός: οἱ γεραροί, sacerdotes, Aesch. Sup. 681.

γέρας, ατος, τό, praemium, munus, quod honoris caussa datur, Hom. 2) honor, dignitas, auctoritas, Il. 20, 182. Od. 7, 150. 11, 175. (Homerus praeter *nom.* et *acc. sing.* usurpat tantum *nom.* et *acc. plur.* apoc. γέρα pro γέρατα, cujus ultimam ipse corripit, Attici vero producunt. τὰ γέρεα, *Ionice* Hdt. 2, 168. *gen.* γεράων, Hom. h. Cer. 312. Hes.

γεράσμιος, ον, (γέρας) honorificus, Hom. h. Merc. 122. 2) honoratus, honore et praemio dignus

γερασφόρος, ον, et

γερατοφόρος, ον, (φέρω) praemium ferens, praemium reportans, honorem afferens.

γεργέριμοι ἐλαῖαι, olivae deciduae, quae ob maturitatem sponte sua decidunt, Athen.

Γερήνιος, ὁ, Gerenius epith. Nestoris apud Homerum, a Gerena vel Gereno, Messeniae oppido, ubi profugus fuit educatus, Hes. fr. 22. Falso alii γερήνιον dictum esse volunt a γέρας, *honoratum*.

γερηφορία, ἡ, (φέρω) honores, quibus aliquis ornatus est, Dion. Hal.

Γερμανός, ὁ, Germanus. Γερμανία, ἡ, Germania. Γερμανικός, ή, όν, Germanicus.

γεροντανωγέω, senem duco, instituo. A seq.

γεροντανωγός, ὁ, (γέρων, ἄγω) qui senem ducit, instituit.

γερόντειος, α, ον, (γέρων) senilis.

γεροντία, ἡ, senectus. 2) Lacedaemoniorum senatus, v. γέρων.

γεροντιαῖος, α, ον, i. q. γερόντειος.

γεροντιάω, ad senilem modum deliro et desipio: senium et delirium resipio, ὁ λόγος σου γεροντιᾷ, Diog. Laert.

γεροντικός, ή, όν, senilis.

γερόντιον, τό, *Dim.* a γέρων, vetulus, senex.

γεροντοδιδάσκαλος, ὁ, ἡ, qui senis atque adeo parum docilis hominis praeceptor est.

γεροντοκομεῖον, τό, (κομέω) locus, ubi senes aluntur et curantur.

γερουσία, ἡ, senatus. 2) i. q. πρεσβεία, legatio.

γερουσιάζω, sum in senatu, senator sum.

γερουσιαστής, ὁ, senator.

γερούσιος, α, ον, ad senes vel ad senatores et principes reip. pertinens, Il.

γερράδια, τά, storeae ex vimine aut junco. A seq.

γέῤῥον, τό, *gerrae*, quodcunque ex vimine aut junco textum est, imprimis 1) scutum Persicum quadratum vel rhombum referens, corio obductum. 2) casula, tugurium, Dem. 3) ligneae laminae aut crates vimineae, quibus veluti fornicatis currus teguntur, Strabo. 4) sepes, munimentum vimineum. 5) i. q. αἰδοῖον γυναικεῖον καὶ ἀνδρεῖον, Com.

γεῤῥοφόρος, ὁ, miles, qui scuto viminco utitur.

γεῤῥοχελώνη, ἡ, testudo viminea, v. γέῤῥον, signif. 4.

γέρυνος, ὁ, i. q. γυρῖνος, Nic.

γέρων, οντος, ὁ, senex, Hom. οἱ γέροντες, principes populi, nobilissimi, Hom. senatores, inpr. ap. Lacedaemonios. 2) γέρων, ον, *adj.* antiquus, vetustus, γέρον σάκος, Od. 22, 184. sic quoque apud posteriores poetas, sed fere in masculino tantum. Similiter Latini *anus mater*, *charta*, *fama*, *amphora* ap. Catull. et Martial.

γερωσία, ἡ, vel

γερωχία, ἡ, *Lacon.* pro γερουσία, Ar.

γευθμός, ὁ, i. q. γεῦσις, Nic.

γεῦμα, τό, (γεύω) id quod gustamus, cibus, edulia.

γεῦσις, ἡ, gustatio, quum quis gustare facit aliquem.

γευστήριον, τό, gustandi instrumentum; poculum, quo vinum gustatur.

γευστικός, ή, όν, gustatorius.

γευστός, ή, όν, qui gustari potest, gustatus. A seq.

γεύω, gustare facio, gustandum praebeo, cibum potumve do, τινί τι, vel, quod est rarius τινά τι, Eur. Cycl. 149. Frequentius in *Med.* γεύομαι, gusto, Od. 17, 413. *metaph.* experior, *c. gen.*

γέφυρα, ἡ, agger, moles, ad cohibendos fluvios, Il. 5, 88. 89. 2) intervallum inter binos instructae aciei ordines, Il. 3) pons: γεφύραν ζευγνύναι vel γεφύρᾳ ζευγνύναι ποταμόν, ponte jungere fluvium. (Penultima longa apud seriores tantum corripitur, ut epigr. ad. 632.)

γεφυρίζω, e ponte scommata in aliquem jacio; ad Eleusin enim et Athenas erat pons, ex quo, quum pompae agerentur, lascivum vulgus praetereuntes quibuscumque ludibriis lacessebat. Hinc in universum: derideo, cavillor, subsanno.

γεφύριον, τό, *Dim.* a γέφυρα, ponticulus. (⏑‒⏑⏑)

γεφυρισμός, ὁ, derisio, cavillatio, v. γεφυρίζω.

γεφυριστής, ὁ, cavillator, irrisor.

γεφυροποιέω, pontem facio, viam aliquo munio.

γεφυροποιός, ὁ, qui pontem facit: pon-

tifex.

γεφυρόω, (γέφυρα) ponte jungo, pontem impono. γεφύρωσε κέλευθον, viam muniit, Od. 15, 357.

γεφύρωμα, τό, ipsum opus jungendi ponte fluvium: transitus fluminis. (⏑--⏑)

γεφύρωσις, ἡ, pontium s. aggerum extructio. (⏑--⏑)

γεφυρωτής, ὁ, qui pontes exstruit.

γεωγραφέω, (γράφω) terrarum orbem describo, seu imagine seu oratione.

γεωγραφία, ἡ, terrarum orbis descriptio. 2) i. q. πίναξ γεωγραφικός, tabula geographica.

γεωγραφικός, ή, όν, ad terrae descriptionem pertinens, terrae descriptionis peritus. Hinc γεωγραφικά, τά, commentarii de terrae descriptione, sc. συγγράμματα.

γεωγράφος, ον, (γράφω) qui terram seu terrae situm describit: ὁ, geographus.

γεωδαισία, ἡ, (δαίω) terrae divisio, distributio, partitio. 2) i. q. γεωμετρία.

γεώδης, ές, terreus, terrenus.

γεωλοφία, ἡ, (λόφος) tumulus, collis.

γεώλοφος, ον, (λόφος) quod e terra instar tumuli s. collis eminet. 2) *Subst.* ὁ γεώλοφος, vel τὸ γεώλοφον, tumulus, collis.

γεωμετρέω, (μετρέω) terram metior: disco vel exerceo geometriam.

γεωμέτρης, ὁ, geometra, agri mensor.

γεωμετρία, ἡ, geometria, terram dimetiendi scientia.

γεωμετρικός, ή, όν, ad geometriam sive geometram pertinens, geometriae peritus, geometricus. *adv.* γεωμετρικῶς, geometrice, pro portione s. ratione certa, qua geometrae utuntur.

γεωμιγής, ές, (μίγνυμι) terrae mixtus, cui terra admixta est, terrenus.

γεωμορία, ἡ, (μέρος, μόρος) distributio terrae sive agrorum. 2) cultura agrorum distributorum; agricultura.

γεωμορικός, ή, όν, ad agrorum distributionem sive ad agricolam pertinens: νόμος γεωμορικός, lex de agris dividendis.

γεωμόρος, ὁ, ἡ, (μέρος, μόρος) qui agri portionem accepit, agricola, colonus: qui agrum possidet. Hinc γαμόροι, *Dorice*, vocantur divites, principes civitatis, nobiles, optimates. 2) *adj.* qui agrum colit, e. g. βοῦς. 3) Apud Dionys. ant. 9, 52. γεωμόροι sunt decemviri agris dividundis.

γεωνόμος, ον, (νέμω) agros distribuens.

γεώπεδον, τό, (πέδον) ager, Hdt. 7, 28.

γεωπείνης, ου, ὁ, (πένης) qui parum terrae s. agri possidet, pauper. Hdt. 2, 6. 8, 111.

γεωπονέω, terram colo, agrum colo.

γεωπονία, ἡ, agricultura.

γεωπονικός, ή, όν, ad agriculturam pertinens.

γεωπόνος, ον, (πονέω) agrum colens. *Subst.* ὁ, agricola.

γεωργέω, (ἔργον) terram colo, agriculturam exerceo, aro: ὁ Νεῖλος γεωργεῖ τὰς ἀρούρας τῇ παρόδῳ, fertiles reddit, Heliodor. 2. pag. 110. *Metaph.* γεωργεῖν ἔκ τινος, lucrum facere ex aliqua re, Demosth.

γεώργημα, τό, ager cultus, arvum.

γεωργήσιμος, ον, ad colendum idoneus, fertilis.

γεωργία, ἡ, agricultura. 2) ager cultus, arvum.

γεωργικός, ή, όν, ad agriculturam pertinens: agriculturae peritus.

γεώργιον, τό, ager, arvum. 2) agricultura. 3) quod quis ex agricultura lucratur.

γεωργός, ὁ, ἡ, agricola, rusticus, colonus. Apud seriores exstat etiam γεώργιος.

γεωργώδης, ες, ad agri culturam pertinens, rusticus.

γεωρυχέω, terram fodio. A seq.

γεωρύχος, ον, (ὀρύσσω) qui terram fodit.

γεωτόμος, ον, (τέμνω) qui terram scindit, agricola.

γεωτραγία, ἡ, (τρώγω) victus e rebus terra natis.

γεωφάνιον, τό, locus, in quo metalla nascuntur s. apparent, Vales. ad Harpocr. p. 286.

γεωφύλαξ, ακος, ὁ, custos agri.

γεωχαρής, ές, (χαίρω) gaudens terra, libenter in terra versans, humilis.

γῆ, ἡ, *contr.* ex γέα, terra, regio, ager. cf. γαῖα. Plurali γαῖ, γῶν, etc. raro admodum utuntur antiquiores.

γηγενέτης, ὁ, i. q. sequens.

γηγενής, οῦς, ὁ, (γένος) terrigena, terrae filius: filius deae Telluris, gigas. 2) indigena.

γηγονής, ές, terra natus, terra editus.

γήδιον, τό, *Dim.* a γῆ, agellus.

γῆθεν, *adv.* e terra.

γηθέω, f. ήσω, perf. γέγηθα, (γαίω) gaudeo, laetor, τί, aliqua re, Il. 8, 377. 9, 77.

γῆθος, τό, et

γηθοσύνη, ἡ, (γηθέω) gaudium, laetitia.

γηθόσυνος, η, ον, laetus, laetabundus: hilaris.

γηθυλλίς, ίδος, ἡ, *Dim.* a γήθυον.

γήθυον, τό, gethyum, genus caepe.

* γήθω, thema *obsol.*, unde perf. γέγηθα, ad γηθέω pertinens. Ap. Q. Smyrn. invenitur γηθόμενος.

γήϊνος, ον, et

γήϊος, ον, terrenus; mortalis, corruptioni obnoxius.

γηΐτης, ου, ὁ, agricola, rusticus: *contr.* γήτης.

γηλεχής, ές, (λέχος) humi cubans, cui humi lectus est.

γήλοφος, ὁ, i. q. γεώλοφος, 2. tumulus, collis.

γῆμαι, γήμας, γήμασθαι, γημάμενος, inf. et part. aor. 1. *act.* et *med.* a γαμέω.

γημόρος, ὁ, i. q. γεωμόρος, inpr. agricola.

γηουχέω, agrum habeo, possideo.

γηοῦχος, ον, (ἔχω) terram habens, possidens. 2) i. q. γαιήοχος, terram continens, de Neptuno.

γηοχέω, γηόχος, i. q. praecedens, Hdt. 7, 190.

γήπεδον, τό, i. q. γεώπεδον.

γηπετής, ές, (πίπτω) in terram delapsus.

γηπονέω, γηπονία, γηπονικός, γηπόνος, i. q. γεωπ.

γήποτος, ον, *Dor.* γάπ. (πίνω) a terra absorptus, Aesch.

γηραιός, ά, όν, (γῆρας) senex, senilis, senio confectus.

γηραλέος, α, ον, et

γηράλιος, α, ον, idem quod γηραιός.

γήραμα, τό, i. q. γήρειον. (--⏑)

γηρᾶναι, v. γηράω.

γηραός, όν, i. q. γηραιός.

γηράς, part. aor. a γηράω, Il. 17, 197.

γῆρας, ατος, τό, senium, senectus. Homerus in *gen.* γήραος, in *dat.* γήραϊ habet: *dat.* γήρᾳ exstat ap. Soph. Aj. 507.

γηράω, et γηράσκω, f. γηράσομαι, senesco, senex fio. 2) *transit.* senem facio, ad senectutem pervenire patior, ἐγήρασάν με τροφῇ, Aesch. Sup. 907. *Nota* Apud Homerum exstat tantum imperfectum formae γηράω, et praesens formae γηράσκω, praetereaque part. aor. *irreg.* γηράς, Il. 17, 197. cf. Hes. op. 186. Infinitivus γηρᾶναι Atticis antiquioribus, γηρᾶσαι recentioribus est in usu, v. Piers. ad Moer. p. 115.

γήρειον, τό, floccus senescentis floris, alibi παππος.

γηροβοσκέω, senem vel in senectute alo.

γηροβοσκία, ἡ, sustentatio senis.

γηροβοσκός, όν, (βόσκω) senum nutritor, qui aliquem in senectute alit.

γηροκομεῖον, τό, locus, quo aluntur senes.

γηροκομέω, curam senis gero, senem alo.

γηροκομία, ἡ, cura et nutritio senis.

γηροκομικός, ή, όν, ad curam alendi senes pertinens.

γηροκόμος, ον, (κομέω) qui curam habet senum.

γῆρος, τό, i. q. γῆρας, LXX.

γηροτροφεῖον, τό, locus, ubi senes aluntur.

γηροτροφέω, in senectute alo.

γηροτροφία, ἡ, actio et cura alendi senes.

γηροτρόφος, ον, (τρέφω) senes nutriens.

γηροφορέω, senem vel in senectute fero.

γηρυγόνος, ον, (γῆρυς, γονή) vocem gignens, sonum edens.

γήρυμα, τό, (γηρύω) vox, sonus.

γῆρυς, ἡ, vox; sonus, sonitus.

γηρύω, (γῆρυς) sono, vocem edo, de cujuscumque animalis voce, velut mugio, cano: loquor, dico: etiam sequente *accus.* γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, Hes. op. 258. Ita etiam in *Medio*, Hom. h. Merc. 426. γηρύειν τινί vel πρός τινα, certare cum aliquo canendo. *Dor.* γαρύω, Pind. (υ corripitur in praes., sed ab Aeschylo Prom. 78. et a serioribus Doricis, ut Theocrito, producitur: in futuro et aor. semper producitur.)

γηρωβοσκέω, i. q. γηροβοσκέω. Sic reliqua quoque composita a γῆρας per ω scribuntur, apud seriores nimirum scriptores, v. Lobeck. post Phryn. p. 692. seq.

γήρως, *contr.* e γήραος, *gen.* a γῆρας.

γήτειον, τό, vel γήτιον, *Att.* pro γήθυον.

γήτης, ὁ, *contr.* pro γηΐτης, rusticus, agricola, Soph.

γητομέω, terram scindo seu findo.

γητόμος, ον, (τέμνω) qui terram findit s. scindit.

γηφάγος, ον, i. q. γαιηφάγος, qui terra vescitur: pauper, qui terrae oleribus sustentatur.

γήχυτον, τό, exterior pars terrae mollis et minime lapidosa.

Γιγαντιαῖος, α, ον, et Γιγάντειος, α, ον, giganteus.

Γιγαντιάω, gigantes imitor, gigantum similis sum.

Γιγαντολετήρ, Γιγαντολέτης, Γιγαντολέτωρ, ὁ, (ὄλλυμι) gigantum perditor et exstinctor. *Fem.* Γιγαντολέτειρα et Γιγαντολέτις.

Γιγαντομαχία, ἡ, pugna gigantum.

Γιγαντοραιστής, ὁ, (ῥαίω) perditor gigantum.

Γιγαντοφόνος, ον, (φονεύω) qui gigantes

interficit.

Γιγαντώδης, ες, giganti similis.

γίγαρτον, τό, quod in acino osseum s. lapidosum est, granum acini.

γιγαρτώδης, ες, plenus γιγάρτων, acinosus.

Γίγας, αντος, ὁ, gigas. (⏑–)

γιγγλυμοειδής, ές, cardini similis, de commissura articulorum, ut cubiti et brachii, Hippocr. v. γίγγλυμος.

γίγγλυμος, ὁ, cardo januae: ossium, velut cubiti et brachii, junctura, quia cardini similis.

γιγγλυμόομαι, jungor velut cardine, de articulorum commissura.

γιγγλυμώδης, ες, i. q. γιγγλυμοειδής.

γιγγλυμωτός, ον, ginglymo junctus.

γιγγραίνω, cano tibia, quae γίγγρας, dicitur.

γιγγραντός, ή, όν, qui ad γίγγραν cantatur.

γίγγρας, ου, ὁ, vel γίγγρος, ὁ, et γίγγρα, ἡ, parvula quaedam tibia lamentabilem sonum edens.

γιγγρασμός, ὁ, cantus seu sonus τοῦ γίγγρου.

γῖγνομαι vel **γίνομαι**, (–⏑–) fut. γενήσομαι, aor. ἐγενόμην, perf. γεγένημαι, et γέγονα, *poet.* γέγαα, part. γεγαώς, inf. γεγάμεν, v. γάω. *Pass.* aor. 1. ἐγενήθην, Atticistis improbatus, exstat ap. Machon. Com. Athenaei 13. p. 106. Polyb. 2, 67. aliosque. fut. γενηθήσομαι, Plat. Parm. p. 141. C. – Significat: *fio*, *orior*, *nascor*, *gignor*: aor. ἐγενόμην, sum: perf. γέγονα et γέγαα, sum, vivo, Hom. γενέσθαι τινός, servum esse alicujus, Dem. 2) *accido*, *evenio*, *contingo*; ἄχος ἐγένετο αὐτῷ, luctus ei evenit, Hom. περὶ ἄλλων γενέσθαι, superare alios, Hom. 3) γίγνομαι praepositionibus motum in locum significantibus additum, est *eo*, *venio*, *pervenio*, *accedo*: ἐγένετο εἰς Λακεδαίμονα, Hdt. 4, 38. ἐγένοντο πρὸς τῷ ἰσθμῷ, erant prope isthmum, Thuc. γίγνεσθαι ὑπό τινι, redigi in alicujus potestatem, Plut. γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, ad se reversus. Similiter jam Homerus Il. 8, 180. ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι, mori. 4) Adverbio junctum, ut γίγνεταί σοι καλῶς, vel κακῶς, bene, male tecum agitur. 5) πάντα, παντοῖος, παντοδαπός γίγνομαι, in quamcunque formam mutor, alias ex aliis formas induo, dicitur de affectibus animi, imprimis de metu Valck. Hdt 3, 124. 6) τί γένωμαι; vel rarius τίς γένωμαι; quid de me fiet? Schaefer. mel. p. 98. 7) γίγνεσθαι πρός τινι vel ἔν τινι vel περί τι vel διά τινος, versari in aliqua re, occupatum esse aliqua re, ut γίγνεσθαι διὰ λόγων, i. q. λέγειν. Contrariam significationem habet cum praepositione ἀπό ut γενόμενος ἀπὸ πράξεων ἐκείνων, quum in illis negotiis occupatus esse desiisset, Plut. 8) γίγνεσθαί τινος, venire aliquo pretio, Ar. Eq. 657. 9) τὸ γιγνόμενον vel τὰ γιγνόμενα, quae proveniunt, proventus, fructus. – *Obs.* Forma γίγνομαι vetustior est, et non solum ab Homero, sed etiam a Tragicis antiquioribusque Atticis constanter servatur; quod enim nonnullae antiquae editiones horum scriptorum γίνομαι praebeant, nihil id valet contra diserta Grammaticorum testimonia, quae profert Valck. ad Phoen. 1396. Recentius aevum scripturam γίνομαι assumsit.

γιγνώσκω vel γῑνώσκω, fut. γνώσομαι, aor. ἔγνων, part. γνούς, inf. γνῶναι, opt. γνοίην, imperat. γνῶθι, perf. ἔγνωκα, pass. ἔγνωσμαι, *nosco*, cognosco, agnosco, intelligo. 2) censeo, existimo, judico, statuo, decerno, sequente *acc. c. inf.* 3) coeo cum aliqua, concumbo, consuetudinem habeo cum muliere, Isaeus p. 20, 5. R. Plut., N. T. 4) inquiro, ut cognoscam; quaestionem habeo; comprobo. – *Obs.* De formis γιγνώσκω et γινώσκω idem dictum existima, quod de γίγνομαι et γίνομαι adnotavimus.

γίννος, ὁ, hinnus, partus equae ex asino aut mulo conceptus, vel asinae ex equo: foetus mulinus, asininus aut equinus, qui in utero matris corrumpitur et membris depravatis nascitur, Aristot. de gen. an. 2, 8. (Varie scribitur: γίννος, γιννός, γῖνος, ἴννος, ἶννος, ἰννός, ὕννος, v. Schneider. ad Arist. h. a. 6, 24, 1.)

γίνομαι, v. γίγνομαι. (–⏑–)

γῑνώσκω, v. γιγνώσκω.

γλαγάω, (γλάγος) lacte abundo, lactescens: γλαγόων, lactescens et nondum satis adultus.

γλαγερός, ά, όν, i. q. γλαγόεις.

γλαγερόχροος, ον, i. q. γλακτόχρ.

γλαγόεις, εσσα, εν, lacteus, lacte abundans.

γλαγοπήξ, ῆγος, (πήγνυμι) qui lac concrescere facit, sive in quo lac concrescit.

γλάγος, τό, *poet.* pro γάλα, lac, Il.

γλαγότροφος, ον, (τρέφω) lacte nutritus.

γλαγοτρόφος, ον, lacte nutriens.

γλάζω, id quod κλάζω, clamo, cano, Pind.

γλακτοφάγος, ον, (φαγεῖν) *contr.* pro γαλακτοφ. lacte vescens, Il. 13, 6.

γλακτοφόρος, ον, (φέρω) lac ferens.

γλακτόχροος, ον, *contr.* γλακτόχρους, (χρόα) lacteo colore praeditus. Dicitur et γλαγόχροος.

γλαμάω, lippio, gramia laboro.

γλάμη, ἡ, i. q. λήμη, gramia, glama, oculorum sordes, lippitudo. (⏑–)

γλαμυξιάω, i. q. γλαμάω, a seq.

γλάμυξος, ον, vel γλαμυρός, ά, όν, vel γλαμώδης, ες, vel γλάμων, ον, gramiosus, lippus, epitheton vel oculi, cujus anguli scabra lippitudine laborant, vel hominis tales oculos habentis

γλάνις, ιος, ὁ, silurus.

γλάνος, ὁ, hyaena.

γλάξ, ἡ, nomen herbae lacteum succum habentis, Plin.

γλαρίς, ίδος, ἡ, instrumentum fabrorum ad lapides poliendos, etc. caelum, scalprum.

γλαυκηπόρος, ον, (γλαυκός, πορεύω) per caerulea incedens.

γλαυκιάω, (γλαυκός) glaucis oculis terribiliter intueor, de leone pugnante, Il. 20, 172. cf. Hes. sc. 430. hinc in universum: splendens, fulgens.

γλαυκίζω, ad glaucum colorem accedo.

γλαύκινος, η, ον, glauco colori similis.

γλαύκιον, vel γλαυκίον, τό, herba quaedam. 2) avis quaedam a glaucis oculis.

γλαυκίσκος, ὁ, piscis quidam, qui et γλαυκίδιον.

γλαυκοειδής, ές, glaucus adspectu.

γλαυκόμματος, ον, (ὄμμα) glaucis oculis praeditus.

γλαυκός, ή, όν, glaucus, caesius, caeruleus, Il. 16, 34. 2) splendidus, Theocr. 16, 5.

γλαῦκος, ὁ, piscis quidam caeruleus. Sunt etiam Γλαῦκος et Γλαύκη frequentia deorum marinorum nomina.

γλαυκότης, ἡ, glaucus color.

γλαυκόφθαλμος, ον, qui caesiis est oculis.

γλαυκοχαίτης, ου, ὁ, (χαίτη) caesiam jubam vel comam habens.

γλαυκόχρως, *gen.* – χροος, (χρώς) glauci coloris.

γλαυκόω, caesium reddo. 2) glaucoma efficio.

γλαυκώδης, ες, (γλαύξ) noctuae speciem gerens.

γλαύκωμα, τό, (γλαυκόω) vitium in oculo, glaucedo, suffusio, glaucoma.

Γλαυκώπιον, τό, nomen arcis Athenarum, a seq.

γλαυκῶπις, ιδος, ἡ, (ὤψ) glaucos vel caesios habens oculos, cujusmodi sunt oculi noctuae; epitheton Minervae apud Homerum, propter splendidos et adspectu terribiles oculos. Accusativus vulgo γλαυκώπιδα, sed etiam γλαυκῶπιν, Od. 1, 156. 2) splendidus, clarus, epitheton lunae ap. Empedocl.

γλαυκωπός, όν, glaucis vel caesiis oculis praeditus.

γλαύκωσις, ἡ, obscuratio oculi per glaucoma.

γλαυκώψ, ῶπος, i. q. γλαυκῶπις, Pind.

γλαύξ, *Att.* γλαῦξ, κός, ἡ, noctua, ulula, sic dicta ab oculorum colore: γλαῦκ' Ἀθήναζε, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, noctuas Athenas ferre, proverb. de iis, qui res superfluas et inutiles faciunt, Ar. Av. 302.

γλαύσσω, splendeo, cerno.

γλάφυ, τό, (γλάφω) spelunca, antrum, caverna, Hes. op. 531.

γλαφυρία, ἡ, elegantia, concinnitas, quum res quasi dedolata et polita est. A seq.

γλαφυρός, ά, όν, (γλάφω) cavus, profundus. 2) politus, elegans, teres, venustus.

γλάφω, ψω, cavo, excavo: scalpo, sculpo, exsculpo.

γλευκαγωγός, όν, (γλεῦκος) mustum vehens.

γλεύκινος, η, ον, musteus.

γλευκοπότης, ὁ, (πίνω) musti, dulcioris potionis a.. ans.

γλεῦκος, τό, mustum, decoctum, defrutum: dulce, i. e. potus quilibet dulcis factitius.

γλεῦξις, ἡ, vel γλύξις, ἡ, id. quod γλεῦκος.

γλέφαρον, τό, *Dor.* pro βλέφαρον.

γλήμη, ἡ, i. q. γλάμη, cf. γλαμάω.

γλήνη, ἡ, (γλαύσσω) pupilla oculi, oculus. 2) pupa, pupula; puella, cf. κόρη. 3) cavitas ossis, quae aliud os recipit. 4) favus.

γλῆνος, τό, (γλαύσσω) res exquisitae pulchritudinis, deliciae, Il. 24, 192. stella, Arat. 2) i. q. γλήνη, signif. 1., Nic.

γληχών, ῶνος, ἡ, Hom. h. Cer. 209. et γληχώ, οῦς, ἡ, pulegium, *Ion.* pro βλήχων, βληχώ, v. Koen. ad Greg. p. 40.

γληχωνίτης, ὁ, sc. οἶνος, vinum pulegio conditum.

γλία, ἡ, gluten. Ab aliis scribitur γλοιά, v. γλοιός.

γλῖνος, vel γλεῖνος, ὁ, genus aceris campestre, gallica.

γλισχραίνω, (γλίσχρος) viscosum, lentum reddo.

γλισχραντιλογιξεπίτριπτος, ον, vox co-

mica Ar. Nub. 997. de homine ineptae et odiosae contumaciae, deorum ira et internecione digno, propterea quod ob res nauci et commemoratione indignas multum et pertinaciter obloquitur et contendit, ex γλίσχρος, ἀντιλογία, et ἐξεπίτριπτος.

γλισχρασμα, τό, viscositas.

γλισχρεύομαι, parcus et tenax sum.

γλισχρία, ἡ, i. q. γλισχρότης, 2.

γλισχρολογέομαι, de rebus nauci loquor, nugas ago. Hinc subst. γλισχρολογία, ἡ.

γλίσχρος, α, ον, lentus, viscosus, tenax, glutinosus. Plerumque *metaph.* 1) rerum suarum sordide tenax, parcus, avarus, sordidus: δεῖπνον γλίσχρον, coena parca: τέχναι, artes parum suppeditantes ad victum, artes jejunae. 2) tenax, putide diligens: qui non facile desinit aliquid facere, et quidem sensu malo, ut λιπαρής.

γλισχρότης, ἡ, viscositas, lentor, tenacitas: lubricitas. 2) parcitas, avaritia, sordes.

γλισχρώδης, ες, tenax, lentus, viscosus.

γλίσχρων, ον, parce vivens, miser.

γλίσχρως, *adv.* a γλίσχρος.

γλίχομαι, cupio, affecto, appeto aliquid, τινός. (Ejusdem radicis est atque γλίσχρος.) (◡ ◡ -)

γλοιάζω, (contractum, ut videtur, pro γελοιάζω) oculos sensim claudo, ut dormituri; conniveo, quod facere quoque solent, qui alios ludibrio habent.

γλοίης, ητος, ὁ, *fem.* γλοιάς, άδος, ἡ, malignus, inprimis de equis.

γλοιοπότης, ὁ, *fem.* - πότις, ἡ, (πίνω) strigmenta imbibens, χλαμύς, Anal.

γλοιός, ά, όν, lentus, viscosus: *metaph.* 1) parcus, sordidus. 2) tenax, obstinato animo praeditus. 3) malignus, dolosus, malis imbutus moribus. cf. γλίσχρος.

γλοιός, ὁ, sordes olei, strigmenta: quodcumque strigmentis simile.

γλοιόω, lentum et viscosum reddo. *Pas.* lentesco, viscosus fio.

γλοιώδης, ες, glutinosus, viscidus.

γλούτια, τά, nates. 2) naticulae, corpora duo dura in cerebro ad latera illius eminentia.

γλουτός, ὁ, nates, clunes, Il.

γλυκάζω, σω, et

γλυκαίνω, ανῶ, (γλυκύς) dulce reddo. *Med.* dulcesco, dulcem saporem imitor, ad eum vergo. *Pass.* dulcem saporem percipio vel sentio. Nonnunquam *activum* quoque significatione *medii* invenitur.

γλύκανσις, ἡ, quum quid dulce redditur.

γλυκαντικός, ή, όν, dulce reddens.

γλύκασμα, τό, dulcedo.

γλυκασμός, ὁ, dulcedo, suavitas: quum quid dulce vel suave redditur.

γλυκερός, ά, όν, i. q. γλυκύς, Hom.

γλυκεροστάφυλος, ον, dulces uvas habens.

γλυκερόχρως, ωτος, (χρώς) dulcem s. suavem cutem habens.

γλύκιος, α, ον i. q. γλυκύς, ex Soph. Phil. 1461. Sed haec forma analogiae plane repugnat, et γλύκιόν τι ποτόν vel secundum Scholiastae indicium mutandum est in Λύκιον, de quo videsis Hermannum ad h. l., vel γλύκιον pro comparativo habendum, correpta secunda vi anapaestorum, quod placet Passovio.

γλυκισμός, ὁ, dulcedo.

γλυκόεις, εσσα, εν, i. q. γλυκύς.

γλύκος, τό, i. q. γλεῦκος, *poet.*

γλυκύδακρυς, υ, (δάκρυ) dulces fundens lacrimas.

γλυκυδερκής, ές, (δέρκω) dulce, suave, venustum videns vel adspiciens; qui dulci adspectu est.

γλυκύδωρος, ον, qui suavia vel dulcia largitur, cujus dona accipienti jucunda sunt et cara.

γλυκυηχής, ές, (ἠχέω) dulcisonus.

γλυκυθυμέω, (θυμόν) animo sum hilari.

γλυκυθυμία, ἡ, animi hilaritas: opponitur τῇ ἐγκρατείᾳ, Plat. 2) benevolentia, animus benignus.

γλυκύθυμος, ον, (θυμός) placido et miti animo praeditus, benignus, Il. 20, 467. 2) animum exhilarans, Bion.

γλυκύκαρπος, ον, (καρπός) qui dulcem fructum fert.

γλυκύκρεως, ων, (κρέας) dulcem carnem habens.

γλυκυμείλιχος, ον, (μείλιχος) dulciter mitis, suaviloquus, blandus. Hom. h. 5, 19.

γλυκύμηλον, τό, (μῆλον) malum praedulce: vox blandientis ap. Theocr. 11, 39.

γλυκύμορφος, ον, (μορφή) suavem formam habens.

γλυκυμυθέω, dulci modo loquor, a seq.

γλυκύμυθος, ον (μῦθος) dulciloquus.

γλυκύνοος, οον, (νοῦς) i. q. γλυκύθυμος.

γλυκύπαις, αιδος, (παῖς) suaves habens pueros.

γλυκυπάρθενος, ἡ, (παρθένος) suavis virgo: *adj.* ος, ον, virginea suavitate praeditus.

γλυκύπικρος, ον, (πικρός) dulcedinem amaritudini permixtam habens.

γλυκύῤῥιζα, ἡ, et γλυκύῤῥιζον, τό, (ῥίζα) dulcis radix, glycyrrhiza.

γλυκύς, εῖα, ύ, dulcis, suavis, jucundus: mollis, clemens: etiam sensu malo simplex, stultus, ut ἡδύς· ὁ γλυκύς, sc. οἶνος, vinum passum. *Comp.* et *Sup.* γλυκίων, γλύκιστος, vel γλυκύτερος, τατος: rariores formae sunt γλύσσων, Ar. in Etym. M. et γλυκιότερος, epigr. adesp. 727. cf. Schaef. Mel. p. 102. (◡◡)

γλυκυσίδη, ἡ, paeonia, (◡◡--, Nic. Ther. 940.)

γλύκυσμα, τό, dulcedo.

γλυκύστρυφνος, ον, (στρυφνός) sapore dulci simul et acerbo praeditus.

γλυκύτης, ἡ, dulcedo, suavitas.

γλυκυτράχηλος, ον, dulcem i. e. mollem, pulcram cervicem habens.

γλυκύφθογγος, ον, (φθογγή) dulce sonans.

γλυκυφωνία, ἡ, dulcis vox, cantus dulcis, a seq.

γλυκύφωνος, ον, (φωνή) cui dulcis est vox.

γλυκύχυλος, ον, (χυλός) dulcem succum habens.

γλύκων, apud Aristophanem Eccl. 985. ὦ γλύκων blanda est allocutio, *dulcissime*, adjecta simul stultitiae cujusdam notione. (◡-)

γλύμμα, τό, (γλύφω) quod sculptum est, opus caelatum.

γλύξις, ἡ, i. q. γλεῦξις, γλεῦκος.

γλυπτήρ et γλύπτης, ὁ, (γλύφω) sculptor, caelator.

γλυπτός, ή, όν, sculptus, caelatus.

γλύσσων, *Comp. irreg.* a γλυκύς.

γλύφανον, τό, (γλύφω) instrumentum ferreum, quo metalla et saxa vel gemmae scalpuntur et caelantur, scalprum, caelum. Hom. h. Merc. 41.

γλύφανος, η, ον, sculptus, caelatus.

γλυφεῖον, τό, i. q. γλύφανον.

γλυφεύς, ὁ, i. q. γλυπτήρ.

γλυφή, ἡ, sculptura, caelatura.

γλυφίς, ίδος, ἡ, incisura et crena sagittae: sagitta ipsa. 2) triglyphus, Ap. Rh. 3, 218.

γλύφω, f. ψω, sculpo: scalpo, caelo. (Quod discriminis intercedere statuunt nonnulli inter γλάφω, *scalpo* et γλύφω, *sculpo*, id veteribus incognitum fuisse videtur. cf. Salmas. Justin. 15, 4. Wolf. ad Suet. Galb. 10. Heindorf. ad Hor. Sat. 2, 3, 22.)

γλώξ, ωχός, ἡ, (γλωχίν) arista spicae, Hes. scut. 398.

γλῶσσα, ἡ, *Att.* γλῶττα, lingua. 2) dicendi facultas, sermo unicuique genti peculiaris, lingua. 3) lingua seu lingula tibiae. 4) calceamentorum vinculum, lingula, ligula. 5) vocabulum insolentius, rarum, peregrinum, obscurum velf absoletum, quod per aliud magis notum s. γλώσσημα explicandum est, Arist. poet. 21, 4.

γλωσσαλγέω, (ἄλγος) proprie lingua doleo: lingua prurio, continere os a loquendo non possum, immensum garrio.

γλωσσαλγία, ἡ, loquacitas, loquax maledicentia.

γλώσσαλγος, ον, loquax, garrulus, qui os continere nequit. (Scribebatur etiam γλώσσαργος, -αργέω, -αργία, cf. Koen. ad Greg. p. 158.)

γλωσσάριον, τό, *Dimin.* a γλῶσσα.

γλώσσημα, τό, vocabulum notum, quo aliud obscurum explicatur, v. γλῶσσα, 5. 2) i. q. γλῶσσα, signif. 5.

γλωσσηματικός, ή, όν, ad explicationem vocabuli obscurioris pertinens. *Adv.* γλωσσηματικῶς, voce antiqua, rara, exquisita.

γλωσσογάστωρ, ορος, ὁ, ἡ, (γαστήρ) qui linguae ministerio ventrem alit, qui lingua victum quaerit.

γλωσσογράφος, ον, qui de glossarum interpretatione scribit.

γλωσσοειδής, ές, linguae similis.

γλωσσοκάτοχος, ον, (κατέχω) linguam continens.

γλωσσοκομεῖον, τό, (κομέω) vas quod ligulas tibiarum recipit, theca condendis ligulis tibiarum: hinc receptaculum quodvis, arca, marsupium; loculus, cui Aegyptii includebant cadavera condita; pudendum muliebre.

γλωσσόκομον, τό, serior forma pro γλωσσοκομεῖον, improbata Atticistis, v. Lobeck. Phryn. p. 98. Exstat etiam tertia forma γλωσσοκόμιον, quae a γλωσσοκομεῖον adpellatione tantummodo differt.

γλωσσοκρατέω, (κρατέω) linguam coerceo, taceo.

γλωσσοστροφέω, (στρέφω) linguam torqueo, linguam agiliter verso, blatero.

γλωσσότμητος, ον, cui lingua praecisa est, a seq.

γλωσσοτομέω, (τέμνω) linguam amputo.

γλωσσοχαριτέω, i. q. χαριτογλωσσέω, lingua blandior, oratione gratificor.

γλωσσώδης, ες, linguae similis. 2) ligulatus. 3) loquax.

γλῶττα, ἡ, *Att.* pro γλῶσσα.

γλωττίζω, obsceno modo osculor.

γλωττικός, ή, όν, ad linguam pertinens.

γλωττίς, ἡ, lingula tibiae. 2) ligula calcei.

γλώττισμα, τό, et

γλωττισμός, ὁ, (γλωττίζω) osculum quo linguae basiantium se contingunt mutuo.

γλωττοδεψέω, (δεψέω) fello: ore morigeror.

γλωττοκομεῖον, γλωττοκόμιον, γλοττόκομον, τό, v. γλωσσοκομεῖον et γλωσσόκομον.

γλωττοποιέω, verba nova et inusitata fingo, formo, sed talia fere, qualia philosophi solent. 2) i. q. γλωττοδεψέω.

γλωχίν, ῖνος, ἡ, vel, quae est melior forma, γλωχίς, cuspis teli, angulus, acies: i. q. τὸ τέλος τοῦ ἱμάντος, Il. 24, 274.

γναθμός, ὁ, maxilla, mala.

γνάθος, ἡ, i. q. γναθμός, epigr. Hom. 14, 13. Haec forma in prosa oratione unice est usitata. 2) dens. 3) acies, ut γένυς: γν. πυρός, vis perniciosa ignis, Aesch.

γναθόω, caedo in malas, percutio malas, a praec.

γνάθων, ωνος, ὁ, (γνάθος) parasitus, qui buccas inflatas caedendas dat.

γναμπτός, ἡ, όν, incurvus, flexibilis.

γνάμπτω, ψω, incurvo, flecto.

γναπτός, ἡ, όν, carptus, carminatus. 2) i. q. γναμπτός, dub. v. Jacobs A. P. p. 29. 1030.

γνάπτω, f. ψω, carpendo vel vellicando mollio, carmino, i. q. ξαίνω. cf. κνάπτω, quae forma antiquioribus Atticis est usitata.

γνάπτωρ, ὁ, i. q. γναφεύς, poet.

γναφάλιον, τό, gnaphalium, herba, cujus foliis pro gnaphalo utuntur ad farciendas culcitas.

γνάφαλον, τό, floccus fullonio carduo detractus e panno inter pectendum: tomentum quod culcitis infarcitur.

γναφεῖον, τό, (γνάπτω) officina fullonis.

γναφεύς, ὁ, fullo.

γναφευτικός, ἡ, όν, fullonicus: γναφευτική, ἡ, ars fullonica.

γναφεύω, fullonicam exerceo.

γναφικός, ἡ, όν, i. q. γναφευτικός.

γνάφος, ὁ, carduus fullonis. 2) torturae instrumentum, v. Jacobs ad A. P. p. 246.

γνάψις, εως, ἡ, politio, quae fit a fullonibus carpendo et vellendo.

γνήσιος, α, ον, (contr. ex γενέσιος, a γένος) legitime genitus, legitimus. 2) genuinus, sincerus, legitimus.

γνησιότης, ητος, ἡ, sincéritas, germanitas, genuina conditio.

Γνίφων, ὁ, avarus, homo sordidus, nomen recentioris comoediae, a κνιπός. (ι produci videtur.)

γνοίην, ης, η, opt. aor. 2. ἔγνων a γιγνώσκω.

γνοφερός, ά, όν, (γνόφος) tenebrosus, caliginosus.

γνοφέω, f. ήσω, obtenebro.

γνόφος, ὁ, tenebrae, caligo. 2) turbo. Dor. pro δνόφος, Koen. Greg. p. 373.

γνοφόω, obtenebro, obscuro.

γνοφώδης, ες, i. q. γνοφερός: θέρος γν., aestas tempestatibus frequens.

γνύθος, τό, (γνάθος) fovea, spelunca.

γνύξ, adv. (γόνυ) genu flexo: γνὺξ ἐριπεῖν, in genua procumbere.

γνυπετός, όν, (γόνυ, πίπτω) in genua procumbens, debilis, infirmus.

γνῶ, 3 sing. aor. 2. ind. a γιγνώσκω, Ion. pro ἔγνω. 2) 1 sing. conj. ab eod.

γνῷ, 3. sing. conj. aor. 2. a γιγνώσκω.

γνῶθι, imperat. aor. 2. a γιγνώσκω.

γνῶμα, τό, (γνῶναι) sententia, i. q. γνώμη, Hdt. 7, 52. 2) indicium, argumentum, i. q. γνώμων. 3) instrumentum agri mensoris, gnoma.

γνωμάτευμα, τό, decretum, judicium, a seq.

γνωματεύω, (γνῶμα) sententiose loquor: dignosco, dijudico.

γνώμεναι, Ion. pro γνῶναι, Hom.

γνώμη, ἡ, (γνῶναι) mens, animus, cui consilium inest et destinatio: hinc 1) mens, intellectus, intelligentia. 2) voluntas, approbatio, consilium, ἀπὸ γνώμης consulto: παρὰ γνώμην, invito animo, coacte. 3) judicium, decretum, sententia: opinio, error, Soph. Aj. 51. γνῶμαι, sententiae versibus comprehensae, cf. γνωμικός. 4) decretum, judicium, consilium: inpr. rogatio ad populum, relatio ad senatum: sententia judicis. 5) voluntas, benevolentia erga aliquem: ἐν γνώμῃ εἶναι vel γεγονέναι τινί, benevolo in aliquem animo esse, Hdt. 6, 37. 6) indicium, index, norma, amussis, Theogn.

γνωμηδόν, adv. per singulorum sententias, sententiis vel dicendis vel rogandis ex ordine.

γνωμίδιον, τό, Dim. a γνώμη, sententiola, Ar. Nub. 320.

γνωμικός, ή, όν, (γνώμη, signif. 3.) sententiosus: ποίησις, ποιητής, poesis gnomica, poeta gnomicus quales sunt Solon, Phocylides, Theognis, alii.

γνωμολογέω, (λέγω) sententiose dico, sententias loquor.

γνωμολογία, ἡ, sententiosa oratio: sententiarum collectio.

γνωμολογικός, ή, όν, sententiose loquens, sententiis utens: ad sententias dicendas pertinens. adv. -κῶς, sententiose.

γνωμολόγος, ον, sententiis frequenter utens, sententias colligens.

γνωμονικός, ή, όν, (γνώμων) ad judicandum pertinens, judicio praeditus, peritus, sciens, doctus, c. gen. 2) ad gnomona s. horologium pertinens: γνωμονική, ἡ, sc. τέχνη, gnomonice, quae est ars solaria conficiendi. Adv. γνωμονικῶς, gnomonicorum more, e praeceptis gnomonices.

γνωμοσύνη, ἡ, (γνώμων) scientia, acumen judicii.

γνωμοτυπέω, (τύπτω) sententias procudo, comice pro γνωμολογέω, Ar. Thesm. 55. Sic ap. eundem γνωμοτυπικός, ή, όν, et γνωμοτύπος, ον, pro γνωμολογικός, ή, όν, et γνωμολόγος.

γνώμων, ονος, ὁ, (γνῶναι) cognitor, judex, arbiter. 2) index, nempe in horologio solario; hinc horologium solarium: clepsydra, Athen. 3) dens aetatis index, de equis. 4) norma, amussis.

γνῶναι, inf. aor. 2. a γιγνώσκω.

γνώομεν, 1 plur. conj. aor. 2. a γιγνώσκω, Ion. pro γνῶμεν, Od. 16, 304.

γνωρίζω, notum facio, indico: in memoriam revoco. 2) mihi notum facio, cognosco, probo, exploro.

γνώριμος, ον, notus, familiaris, discipulus, τινός et τινί. 2) notus, nobilis, clarus: celeber: οἱ γνώριμοι, optimates.

γνωριμότης, ἡ, notitia, familiaritas.

γνώρισις, ἡ, intelligentia, cognitio.

γνώρισμα, τό, indicium, nota, proprietas rei: insigne, ornamentum, decus.

γνωρισμός, ὁ, agnitio e signis s. indiciis, cognitio.

γνωριστής, ὁ, qui cognovit.

γνωριστικός, ή, όν, indicio serviens, notitiam praebens, indicans.

γνῷς, 2 sing. conj. aor. 2. a γιγνώσκω, Od.

γνῶσι, 3 plur. conj. aor. 2. a γιγνώσκω, Il.

γνωσιμαχέω, (γνῶσις, μάχη) ipse sententiae meae repugno, sententiam muto, ab errore resipisco, mutata sententia intelligo, Hdt. πρός τινα, decertare cum aliquo de diversis opinionibus.

γνῶσις, ἡ, (γνῶναι) cognitio, notitia, scientia, doctrina, sapientia, inpr. sublimior scientia. 2) cognitio judicis. 3) notitia, fama, gloria, celebritas.

γνώσομαι, f. a γιγνώσκω.

γνωστήρ vel γνώστης, ὁ, qui rei alicujus notitiam et cognitionem habet. 2) cognitor, notor; qui confirmat, nos sibi esse cognitos.

γνωστικός, ή, όν, cognoscendi facultate praeditus, intelligens, sciens: qui cognosci et intelligi potest. οἱ γνωστικοί, homines sublimiori scientia praediti, inpr. qui in mysteria Christianae religionis altius, quam ceteri, se penetrasse credunt, iique vel Christiani recte sentientes, ut ap. Clem. Alex. in Strom. saepe, vel haeretici ap. Epiph.

γνωστός, ή, όν, notus, cognitus: amicus, familiaris. adv. γνωστῶς, aperte, palam.

γνῶτε, imperat. aor. 2. a γιγνώσκω.

γνῶτον, γνώτην, 2. et 3. dual. ind. aor. 2. a γιγνώσκω.

γνωτός, ή, όν, (γνῶναι) notus, cognitus: familiaris, genere propinquus, Hom. frater vel soror, Il. 15, 350.

γνωτοφόνος, ον, (φονεύω) qui propinquum, inpr. fratrem interficit. Fem. γνωτοφόντις, ιδος, ἡ.

γνώω, γνώωσι, Ion. pro γνῶ, γνῶσι, conj. aor. 2. a γιγνώσκω.

γοάω, f. ήσω, aor. 1. irreg ἐγόησα, inf. poet. γοήμεναι, Il. 14, 502. aor. 2. ἔγοον, Il. 6, 500. gemo, lugeo 2) transit. deploro, defleo, c. acc. Hom. Sic quoque Med. Il. 21, 124.

γόγγρος, ὁ, congruus vel conger, piscis. 2) arborum tuberculum rotundum, olivae simile.

γογγροκτόνος, ον, congrum occidens.

γογγροειδής, ές, et

γογγρώδης, ες, similis γόγγρῳ, utraque signif.

γογγρώνη, ἡ, (γόγγρος, signif. 2.) tumor gutturis, aliarumque nervosarum partium.

γογγύζω, murmuro, musso, expostulo.

γογγυλεύω et γογγυλίζω, (γογγύλος) rotundo, rotundum facio. Forma γογγυλέω est dubia, v. ad Ar. Thesm. 56.

γογγύλη et γογγυλίς, ἡ, rapum rotundum. Sed priorem formam vulgus tantum graecum et recentiores hoc significatu usurparunt, v. Phryn. p. 103. ibique Lobeck.

γογγύλιον et γογγυλίδιον, τό, Dim., a γογγύλη. 2) pilulae minutae, ap. Medicos.

γογγυλίζω, v. γογγυλεύω.

γογγυλίς, ίδος, v. γογγύλη.

γογγύλος, η, ον, vel γογγύλιος, α, ον, rotundus. (–⏑⏑)

γογγυλώδης, ες, rapo rotundo similis.

γόγγυσις, ἡ, i. q. γογγυσμός.

γογγυσμός, ὁ, (γογγύζω) murmur, mussitatio, fremitus, querela.

γογγυστής, ὁ, murmurator.

γογγυστικός, ή, όν, ad murmurationem propensus, saepe murmurans.

γοεδνός, ή, όν, i. q. γοερός, Aesch.

γοερός, ά, όν, (γοάω) lugubris, flebilis, lamentabilis, gemebundus.

γοέω, Ion. pro γοάω.

γόη, ἡ, i. q. γόος. lamentatio; ululatus, qualis esse solet incantatorum, Hdt. 7, 191.

γοήμεναι, inf. aor. 2. irreg. a γοάω, Ion. pro γοῆναι, Il. 14, 502.

γοήμων, ον, i. q. γοερός. Lycophro dixit etiam γοερός, ά, όν.

γόης, ητος, ὁ, praestigiator, incantator, impostor quivis. (a γοάω, quoniam incantationes ululatu quodam proferri solebant.)

γοητεία, ἡ, praestigiae, incantamentum, ars veteratoria; a praec.

γοήτευμα, τό, incantamentum, praestigiae, fraus.

γοητευτικός, ή, όν, ad praestigias pertinens. Adv. -κῶς, incantandi, fascinandi, decipiendi caussa.

γοητεύω, incanto, fascino, incantatione et praestigiis decipio.

γοητικός, ή, όν, (γόης) ad praestigias, incantationes pertinens, idoneus, proclivis.

γοήτης, fem. ῆτις, incantatorius, fraudulentus.

γόμη, ἡ, herba quaedam in aqua nascens, cf. Heyne opusc. acad. I. p. 342.

γόμος, ὁ, (γέμω) onus navis, merces.

γομοφόρος, ον, (φέρω) onerarius.

γομόω, (γόμος) onero.

γομφάριον, τό, Dim. a γόμφος, parvus clavus.

γομφιάζω, dolorem percipio e nascentibus dentibus molaribus, qui nominantur γόμφιοι. Subst. γομφίασις, ἡ, et γομφιασμός, ὁ, LXX.

γομφιόδουπος, ον, (δοῦπος) circum dentes stridens, χαλινός, Q. Macc.

γόμφιος, ὁ, sc. ὀδούς, (γόμφος) dens molaris: dens clavis, Ar. Thesm. 425.

γομφόδετος, ον, (δέω) clavis conjunctus et firmatus, Aesch.

γομφοπαγής, ές, (πήγνυμι) clavis firmatus, Ar. Ran. 824.

γόμφος, ὁ, clavus, cuneus, inpr. ligneus: omnino junctura et commissura quaevis, ut ossium per ἀστράγαλον, Aristot. de part. anim. 2, 9.

γομφότομος, ον, (τέμνω) clavis confixus.

γομφόω, clavis firmo, clavis compingo, ut ναῦν: compingo quovis modo, ut γάλα γομφοῦν, cogere lac, Empedocl.

γόμφωμα, τό, coagmentatio per clavos, compages: id quod clavis compactum est.

γόμφωσις, ἡ, coagmentatio per clavos, firmatio.

γομφωτήρ, ὁ, qui clavis ligneis compingit, inpr. faber navium.

γομφωτήριος, α, ον, ad conjunctionem per clavos ligneos pertinens sive aptus.

γομφωτικός, ή, όν, i. q. praec.

γομφωτός, ή, όν, (γομφόω) clavis ligneis compactus, firmatus: πλοῖα γομφωτά, navigia clavis compacta, quae dissolvi possunt, Strabo.

γονάς, άδος, ἡ, (γόνος) Lacon. γονάρ, mater.

γονατίζω, (γόνυ) genu ferio. 2) in genua procumbere jubeo: intr. genu flecto, in genua procumbo.

γονάτιον, τό, Dim. a γόνυ, geniculum.

γονατόδεσμος, ὁ, (δεσμός) periscelis.

γονατόομαι, geniculor, in geniculum nodor.

γονατώδης, ες, geniculatus, geniculis cinctus, nodis geniculatus.

γονεία, ἡ, (γονεύω) generatio, genitura.

γονεύς, ὁ, pater, parens: plur. γονεῖς, parentes, pater et mater, Hom. h. Cer. 240., Hes.

γονεύω, vel γονέω, genero, gigno, progigno.

γονή, ἡ, fetus, soboles, de hominibus et bestiis: etiam de arboribus, fructus. 2) semen genitale: membra genitalia viri et feminae. 3) genitura, generatio. cf. γόνος.

γονικός, ή, όν, ad genituram pertinens, Arist. probl. 4, 27.

γόνιμος, ον, vel γονίμη, ad generandum aptus, genitalis, fecundus: metaph. de animo, Ar. Ran. 96. 2) vitalis, γονίμη ἡμέρα, i. q. κρίσιμη, Hippocr.

γονιμώδης, ες, fecundus.

γόνιος, α, ον, i. q. γόνιμος, Aesch. Choeph. 1067.

γονοειδής, ές, (γονή) semini humano similis.

γονόεις, εσσα, εν, (γόνος) fecundus, fertilis.

γονοκτονέω, (κτείνω) filium vel filiam interficio.

γονοποιέω, fetifico, gigno. Subst. γονοποιΐα, ἡ.

γονόρροια, ἡ, (ῥέω) seminis genitalis profluvium. Adj. γονόρροιος, ον, et γονορρυής, ές. Verb. γονορρυέω.

γόνος, ὁ, soboles, proles, filius, nepos, Hom. de fetu brutorum dicitur ap. seriores: ἡ γόνος, filia, Eurip. 2) i. q. γένος, genus, origo, Od. 1, 216. 11, 234. 19, 166.

γονός, ὁ, v. γουνός.

γονόω, (γόνος) genero, progigno.

γόνυ, τό, gen. γόνατος, dat. pl. γόνασι, Ionice γούνατος, γούνασι, rar. γούνασσι, Il.; poetice etiam γουνός, γουνί, pl. γοῦνα, γούνων, nusquam vero nom. γοῦνυ occurrit, -genu: ἅψασθαι γούνων, genua tangere, i. e. supplicare; sic quoque λαβεῖν γούνων et γούνατα, Hom., γούνατά τινος λύειν, solvere genua alicujus i. e. facere, ut quis procidat; interficere: metu, terrore, vel quovis alio affectu vehementer percellere, Hom. θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, in potestate deorum est, Hom. Metaph. ἐς γόνυ βάλλειν, ῥίπτειν, κλίνειν, πίπτειν, dicitur de urbibus, quae evertuntur, vel de populis, qui subiguntur, metaphora ab athletis desumpta, Hdt. 6, 27. 2) internodium, geniculum, in fruticibus, Hdt. 3, 98.

γονυαγκών, ῶνος, ὁ, curvatura genu.

γονυκαμψεπίκυρτος, ον, (κάμπτω, ἐπίκυρτος) genu flectens et curvans, Luc.

γονυκλασάγρυπνα, ἡ, (κλάω, ἄγρυπνος) genu sine intercessione inflectens et quasi frangens, epith. podagrae ap. Luc.

γονυκλινής, ές, (κλίνω) genua flectens. Verb. γονυκλινέω. Subst. γονυκλισία, ἡ.

γονύκροτος, ον, (κροτέω) cui genua crepitant; timidus, mollis, senex.

γονυπετέω, (πίπτω) ad genua accido, supplex oro, τινί et τινά. 2) in genua procumbo.

γονυπετής, ές, in genua procumbens, accidens ad genua alicujus.

γονώδης, ες, (γόνος) semini humano similis.

γόον, 3 plur. aor. 2. irreg. a γοάω pro ἔγοον, Il. 6, 500.

γοοπλανής, ές, luctivagus, Nonn. par. Joh. c. 3, 1.

γόος, ὁ, (γοάω) luctus, querela, lamentatio.

γοόω, Poet. pro γοάω, Hom.

Γοργεῖος, Att. Γόργειος, α, ον, (Γοργώ) Gorgonius: τὸ Γόργειον, sc. πρόσωπον, larva Gorgonia.

Γοργιάζω, Gorgiae sophistae dictionem et artificia imitor; arti dicendi studeo, Philostr. ep. 13, 11, 21.

Γοργίειος, ον, ad Gorgiam pertinens, Gorgiae dictionem referens, Xen.

Γοργολόφος, ὁ, (λόφος) fem. Γοργολόφα, caput Gorgonis in cono galeae gestans.

Γοργόνειος, ον, i. q. Γοργεῖος.

Γοργονώδης, ες, Gorgoni similis.

Γοργόνωτος, ον, (νῶτον) in tergore Gorgonis caput pictum habens.

γοργόομαι, agilem et acrem me praebeo; ferocio, efferor, de equo. Xen.

γοργόπους, οδος, ὁ, ἡ, alacres pedes habens.

γοργός, ή, όν, (Γοργώ) terribilis, metuendus, torvus: ferox, acer, alacer, vehemens, vividus: γοργὸς ἰδεῖν, ὁρᾶν, ὁρᾶσθαι, terribilis adspectu: γοργὸν ὁρᾶν, torvis oculis adspicere.

γοργότης, ἡ, terribilitas, torvitas, vehementia; de oratione genus dicendi incitatum.

γοργόφθαλμος, ον, i. q. γοργωπός.

Γοργοφόνος, ον, vel Γοργοφόνη, Eur. Ion. 1478. (φονεύω) Gorgonem interficiens.

γοργύρα, ἡ, Ion. γοργύρη, fossa subterranea, carcer subterraneus, Hdt. 3, 145. Lacon. γεργύρα. (υ longum esse videtur.

Γοργώ, οῦς, ἡ, monstrum horrendum, terrorem injiciens, cujus caput praesertim maxime terribile fuisse dicitur, Il. 8, 349. 11, 36. domicilium habens apud inferos, Od. 11, 634. cf. Hes. sc. 224. Idem vero Hesiodus paullo post v. 230. Γοργόνας numero plurali nominat, atque Theog. 276. tres esse ait, Stheno, Euryalen et Medusam. Et Medusa quidem, omnium maxime horrenda, et κατ' ἐξοχὴν dicta Γοργώ, a Perseo interfecta est; cujus caput in scuto et galea Minervae affixum in lapides vertebat intuentes. Hinc Minerva ipsa interdum Γοργώ vocatur, v. notas ad Lycurg. p. 255. – Altera forma Γοργών, όνος, primum invenitur Hes. sc. 230. et passim apud posteriores: Attici tamen alteram Homericam, praeferunt.

Γοργώδης, ες, i. q. Γοργονώδης.

Γοργών, όνος, ἡ, vide sub Γοργώ.

γοργώπης, fem. γοργῶπις, i. q. seq. Aesch. Ag. 310. Soph. Aj. 452.

γοργωπός, όν, (ὤψ) adspectu horrendus, terribiliter adspiciens, Eur.

γοργώψ, ῶπος, i. q. praecedens, Eur.

γοῦν, (γέ οὖν) certe, saltem, quidem; igitur: Il. 5, 258. 16, 30. saepius particula non legitur in Homero, eo frequentior autem ejus usus est in Atticis. Raro admodum divisim scribitur γε οὖν, Schaefer ad Dion. de comp. p. 271.

γοῦνα, γούνων, plur. a γόνυ, Hom., Trag.

γουνάζομαι, f. σομαι, (γόνυ) genua amplectens oro, τινά, Hom. ὑπέρ τινος et τινός, pro aliquo, Il. 15, 665. Od. 11, 66. γούνων γουνάζεσθαι, Il. 22, 345.

γουναλγής, ές, (ἄλγος) genuum dolore laborans, genuum dolorem excitans, Hippocr.

γούνασμα, τό, (γουνάζομαι) supplicatio, Lycophr. 1243.

γούνατα, γούνασι, *Ion.* et Hom. plur. a γόνυ. In Iliade reperitur etiam γούνεσσι, pro quo tamen alii scribi malunt γούνασσι, v. Buttmann. gramm. ampl. I. p. 229. Gen. sing. γούνατος, Il. 21, 591.

γουνόομαι, i. q. γουνάζομαι, Hom.

γουνοπαχής, ές, (παχύς) genua pinguia, tumida habens, Hes. sc. 266.

γουνός, ὁ, (γόνος, γονή) solum fertile, arvum ferax, Hom., Hdt. 4, 99.

γοῦνος, ὁ. *Ion.* pro γόνος.

γοώδης, ες, (γόος) lugubris, Plat. de legg. 7. p. 800. D.

γράβδην, *adv.* a γράφω, stringendo, leviter scindendo, v. c. extrema cuspide gladii, hastae.

γράβιον, τό, taedae genus. *dub.*

γραΐδιον, τό, *Dim.* a γραῖς, γραῦς, vetula, anicula, Ar. Pl. 674. cf. Lobeck. Phryn. p. 68.

γραῖα, ἡ, (γραῖος) anus, vetula, γρηαί, Od. 1, 438. 2) cutis circa umbilicum, quia in ea rugae senectutem indicant. *Medic.* 3) Γραῖαι, αἱ, Graeae, filiae Phorcyos et Ceto, de quibus vide Hes. Th. 270.

γραΐδιον, τό, i. q. γραΐδιον.

Γραικίτης, ὁ, i. q. Γραικός, Lyc. 606.

γραϊκός, ή, όν, (γραῖς) anilis.

Γραικός, ὁ, *Graecus*, vetus nomen populi, Tzetz. ad Lyc. 532. Nomen obsoletum atque ex communis vitae usu deletum receptum est a poetis, et primum quidem a Sophocle, v. Eustath. ad Il. 12, p. 890, 14. Alb. Hesych. 1. p. 854. Steph. Byz. s. v. - Usurpatur etiam *adj.* Γραικός, ή, όν. *Verb.* Γραικίζω Herodian. epimer. *Adverb.* Γραικιστί, Etym. M.

γραίνω, comedo cf. γράω, γάγγραινα.

γραιόομαι, (γραῖα) anus fio, senesco.

γραῖος, γραία, γραῖον, (a γεραιός) vetus, vetustus: de hominibus et rebus, Aesch. Ag. 305. γραία σταφυλή, uva passa, Anth.

γραῖς, ἴδος, ἡ, i. q. γραῦς, γραῖα.

γράμμα, τό, (γράφω) quod scriptum est, littera scripta, typus ac forma litterae: signum quodvis, etiam magicum, ut Ἐφέσια γράμματα, de quibus consule Wyttenbach. ad Plut. T. VI. p. 605.: delineatio, pictura, tabula picta. 2) quodcunque conscriptum est, litterae, epistola, liber; tabulae publicae, leges, libri rationum, acta publica, tabulae, inscriptiones, tituli, *plerumque in plur.* 3) quod scriptis continetur, doctrina, litterae: inpr. τὰ γράμματα nominabantur omnia ea, quae pueri in ludis litterariis discebant, ut lat. *litterae*, *litteratura*; huc autem pertinent lectio et explicatio poetarum, et historiae; altiores disciplinae vocabantur μαθήματα. cf. γραμματικός, γραμματιστής. 4) quodcunque ad litteras pertinet, litteratura. 4) mensura quaedam solidorum ap. Medicos, scrupulus, duos obolos continens, Paul. Aeg. p. 305.

γραμμαδιδασκαλίδης, ὁ, i. q. γραμματοδιδάσκαλος, Timon. Phlias. Athenaei 13, 6, p. 588. Lobeckius ad Phryn. p. 669. legendum existimat γραμμοδιδασκαλίδης, quod ipsum exstat Diog. L. 10, 3.

γραμμάριον, τό, scrupulus, quarta et vigesima unciae pars.

γραμματεία, ἡ, scriptura, scribendi actio: munus τοῦ γραμματέως. 2) litteratura.

γραμματεῖον, τό, id in quo scribimus; tabella, libellus, codicillus, album, volumen quodcunque, liber: chirographum, cautio; tabulae argentarii; testamentum, testamenti exemplum; acta publica, documentum, index, ut ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. 2) locus ubi γράμματα docentur, ludus litterarius.

γραμματεύς, ὁ, scriba, scriba publicus, magistratus nomen variae in variis civitatibus potestatis: de scribis Atheniensium v. Boeckh. de oecon. publ. Attica I. p. 198. ἡ γραμματεύς comice dixit Ar. thesmoph. 459. 2) lector, qui recitat; γραμματεὺς enim coram judicio documenta de scripto recitabat. 3) legis divinae interpres, N. T.

γραμματεύω, scriba sum.

γραμματηφόρος, ον, i. q. γραμματοφόρος, v. Lobeck. Phryn. p. 682.

γραμματίδιον, τό, *Dim.* a γραμμάτιον, epistolium; schedula testificantis. Dicitur et γραμματείδιον.

γραμματίζω, litterarum elementa doceo.

γραμματικεύομαι, grammaticum sive litteratum ago, poetas interpretor, litteras doceo, Anal. Sed improbatur hoc verbum Polluci 4, 17.

γραμματικός, ή, όν, qui litterarum figuras novit, easque et legere potest et scribere, Xen. Mem. 4, 2, 20. Aesch. Socr. 2, 18 qui litterarum elementa probe tenet. 2) qui poetas vel alios auctores interpretatur, qui pueros γράμματα docet: ὁ γραμματικός, grammaticus, litteratus, interpres poetarum, linguae peritus. 3) qui est secundum leges linguae, grammaticus: ἡ γραμματική sc. τέχνη, ars grammatica, ars et scientia grammatici.

γραμμάτιον, τό, *Dim.* a γράμμα, tabella, libellus, schedula.

γραμματιστής, ὁ, elementorum linguae alicujus praeceptor, ludi magister: cujus ars dicitur γραμματιστική. 2) i. q. γραμματεύς ap. Hdt. 3, 125.

γραμματοδιδασκαλεῖον, τό, ludus litterarius.

γραμματοδιδάσκαλος, ὁ, qui litteras docet, ludi litterarii magister.

γραμματοεισαγωγεύς, ὁ, publicarum litterarum promulgator, LXX.

γραμματοκομιστής, ὁ, tabellarius, ap. scr.

γραμμᾰτόκος, ον, (τίκτω) litteras pariens, epith. atramenti, Anth. (Sed Lob. Phryn. p. 669. restituendum putat γραμμοτόκος, lineam pariens.)

γραμματοκύφων, ωνος, ὁ, (κύπτω) qui cervicibus incurvatis deorsum spectat γράμματα s. acta publica, contumeliosa τοῦ γραμματέως adpellatio ap. Demosth. (-⏑⏑--) (Alii hoc nomine Aeschinem taxari putant a Demosthene, quia pueros litteras docuerit paterno ministerio, minus probabiliter.)

γραμματολικριφίς, ίδος, ὁ, (λικριφίς) qui litteras oblique et perplexe tractat, depravator litterarum, Lucill. ep. 28.

γραμματοφορέω, litteras fero, a seq.

γραμματοφόρος, ον, (φέρω) qui litteras fert, tabellarius.

γραμματοφυλακεῖον, vel -λάκιον, τό, locus ubi scripta publica asservantur, archivum.

γραμμή, ἡ, (γράφω) linea, delineatio. 2) carceres s. initium curriculi, quod olim ducta linea notabatur. 3) αἱ γραμμαί, tabula in qua calculis, latrunculis luditur.

γραμμίζω, latrunculis ludo.

γραμμικός, ή, όν, linearis: geometricus, e. g. γρ. ἀπόδειξις, demonstratio geometrica.

γραμμισμός, ὁ, (γραμμίζω) lusus τῶν γραμμῶν, proxime accedens ad eum ludum, qui πλινθίον dicitur, ut tradit Poll. 9.

γραμμοειδής, ές, lineae similis, modum lineae referens. *Adv.* -δῶς de fulmine usurpavit Aristot.

γραμμοποίκιλος, ον, (ποικίλος) lineis variis distinctus, virgatus, scutulatus.

γραμμώδης, ες, i. q. γραμμοειδής, lineae similis.

γρᾱολογία, ἡ, (γραῦς) aniles nugae, fabulae aniles.

γρᾱοπρεπής, ές, aniculas decens, anilis.

γρᾱοσόβης, ου, ὁ, (σοβέω) anus excitans et commovens, anus permulens, Ar. Pac. 812. alii explicant: qui anus abigit, minus apte.

γρᾱοσυλλέκτρια, ἡ, (συλλέγω) anus collectrix, quo nomine teste Suida taxabatur Timaeus historicus.

γρᾱόφιλος, ον, anicularum amans.

γραπίς, ίδος, ἡ, senecta s. exuviae serpentis, cicadae et similium.

γραπτήρ, et γράπτης, ὁ, scriba, scriptor, i. q. γραφεύς.

γραπτός, ή, όν, *adj. verb.* a γράφω, scriptus, conscriptus.

γραπτύς, ύος, ἡ, laceratio vel laniatio cutis, genarum, Od. 24, 229.: scarificatio. 2) scriptum, Ap. Rh.

γράσος, ὁ, alarum foetor, hircus, alibi τράγος, v. Antiatt. Bekk. p. 89. 2) sordes, quae in ovium lanis colliguntur, earumque foetor.

γράσσος, ὁ, clamor militum in congressu primo, barritus, ἀλαλαγμός, Plut.

γράστις, ιος, ἡ, gramen, pabulum recens: dicitur et κράστις. Hinc *verb.* γραστίζω, equis gramen projicio: et *subst.* γραστισμός, ὁ, Hippocr.

γράσων, ὁ, ἡ, (γράσος) hircosus, hircum olens, cui foetent alae; fatuus, stultus, demens. (--)

γραῦς, ἴδος, ἡ, *Dor.* p. γρηΰς, γραῦς, Call.

γραῦς, *gen.* γραός, ἡ, *Ion.* γρηῦς, γρηός, *vocat.* γρηῦ, *poet.* γρηΰς, *vocat.* γρηΰ, (γεραιός) anus, vetula, Hom. 2) crustula rugosa, quae concrevit et innatat lacti vel polentae. 3) cancer marinus, Opp. Hal. 1, 285. ibique Schneider.

γραφείδιον, vel γραφίδιον, τό, *Dimin.* a seq.

γραφεῖον, τό, (γράφω) stilus, penicillus.

γραφεύς, ὁ, scriptor, pictor.

γραφή, ἡ, scriptum, scriptura, scriptio, scribendi genus. 2) in foro Attico γραφή est libellus accusatorius, qui proponebatur ab accusatore thesmothetis; inde accusatio, *c. gen.* rei, ut γραφὴ παρανόμων, et sim. cf. δίκη, εἰσαγγελία, προβολή, et vide prolegg. ad Lycurg. p. 38. seq. 3) delineatio, pictura: dicitur etiam de ea pictura, quae acu vel texendo facta est.

- γραφίδιον, τό, v. γραφείδιον.

γραφικός, ή, όν, ad scribendum pertinens, aptus; scribendi peritus, scriptorius: γρ. λέξις, scripta oratio, opponitur τῇ ἀγωνιστικῇ. 2) ad pingendum pertinens, pingendi peritus. ἡ γραφική, sc. τέχνη, ars

pingendi. *adv.* γραφικῶς, graphice, expresse.

γραφίον, τό, i. q. γραφεῖον, Hippocr.

γραφίς, ίδος, ἡ, i. q. γραφεῖον, inpr. stilus, quo in cera scribimus. 2) lineamentorum ductus, umbratilis s. linearis pictura, ap. ser.

γράφω, f. ψω, perf. γέγραφα, ap. ser. γεγράφηκα, Lob. Phryn. p. 764. sculpo, insculpo, fodio, αἰχμὴ γράψεν οἱ ὀστέον ἄχρις, cuspis hastae distrinxit ei cutem et carnem usque ad os, Il. 17, 599. σήματα γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα, signa insculpens in tabula vitam destruentia, Il. 6, 169. cf. Wolfii prolegg. ad Hom. p. 81 saepius vox non legitur apud Homerum. 2) scribo, delineo, pingo. 3) inscribo, v. c. τινὰ εἰς κατάλογον. *med.* γράφομαι ἐν φρεσί, φρενῶν ἔσω, animo aliquid imprimere: γράφεσθαι νόμους dicitur populus, qui aliquem leges sibi ferre jubet; at γράφειν νόμους legislator. 4) conscribo, inscribo, inscriptione orno. 5) in foro Attico γράφεσθαί τινά τινος, accusare aliquem criminis publici caussa, cf. γραφή, signif. 2.: γράφεσθαι ψήφισμα, δωρεάν, decretum, donationem impugnare, tanquam illegitimam: τὸ γεγραμμένον, res s. pecunia, propter quam quis accusatur; sed τὰ γεγραμμένα, singula accusationis momenta, Lycurg. c. Leocr. 2, 4.

γραψείω, *Desiderat.* a γράφω, scribere cupio, scripturio.

γράω, f. σω, comedo, Call. fr. 200. cf. γραίνω. (υ-)

γραώδης, ες, i. q. γραϊκός, anilis.

γρηγορέω, i. q. ἐγείρω, praesens formatum a perf. ἐγρήγορα, quod in Atticorum scriptis, nisi errore librariorum illatum, nusquam exstat, v. Porson. ad Xen. Anab. 4, 6, 23. Lobeck. ad Phryn. p. 119. Reperitur ap. Hippocr., scriptores N. T., aliosque seriores. Hinc γρηγόρησις, ἡ, vel γρήγορσις, ἡ, vigilantia, i. q. ἐγρηγόρησις: et γρηγορικός, ἡ, όν, pro ἐγρηγορικός, vigil, pervigil.

γρήιος, ον, anilis, antiquus, a seq.

γρηῦς, ἡ, *Ion.* pro γραῦς, *poet.* γρηΰς, Hom. Falso alii scribunt γρῆϋς, quam tamen formam defendit Buttmann. gramm plen. I. p. 108.

γρῖνος, ὁ et ἡ, *Aeol.* pro ῥινός.

γριπεύς, ὁ, piscator, *fem.* γριπηΐς.

γριπεύω, piscor.

γριπηΐς τέχνη, ἡ, ars piscatoria, Antip. Sid. 14.

γριπίζω, piscor.

γρίπισμα, τό, captura, lucrum. (--υ)

γρῖπος, τό, rete piscatorium. 2) captura, Diog. L. 1, 32.

γρίπων, ὁ, i. q. γριπεύς. (--)

γριφεύω et γριφολογέω, aenigmatice loquor, a seq.

γρῖφος, ὁ, i. q. γρῖπος, rete, sagena. 2) aenigma, sermo ambiguus, inprimis quaestio convivalis aenigmatica.

γριφώδης, ες, (γρῖφος) aenigmaticus, gripho similis, intricatus.

γρομφάς, et γρομφίς, ἡ, scropha.

γρόνθος, ὁ, i. q. κόνδυλος, pugnus. 2) extremitates prominentes, quibus insisti potest. 3) i. q. χελώνιον, signif. 3. 4) mensura longitudinalis, παλαιστή.

γρόνθων, ὁ, prima rudimenta tibicinum, a praec.

γροσφομάχος, ον, pilo pugnans, miles levis armaturae, veles.

γρόσφος, ὁ, teli genus, pilum.

γροσφοφόρος, ον, pilum ferens, veles.

γρουνός, ὁ, v. γρυνός.

γρῦ vel γρῦ, vox porcorum grunnientium: οὐδὲ γρῦ ἀποκρίνεσθαι, ne gry quidem respondere, i. e. ne minimam quidem voculam ad respondendum proferre, Ar. Pl. 17. ibique Schol. inc οὐδὲ γρῦ, ne tantillum quidem, de re qualibet, non solum de sermone.

γρύζω, f. ξω, grunnio: de hominibus, hisco, leniter loquor, οὐδ᾽ ἔγρυξε, ne tantillum quidem dixit.

γρυκτός, ή, όν, *adj. verb.* a γρύζω· ἆρα γρυκτόν ἐστιν ὑμῖν, numquid hiscere audetis? Ar. Lys. 656.

γρύλλη et γρύλλησις, ἡ, grunnitus.

γρυλλίζω, (γρύλλος) grunnio. Per unum λ scribendum esse dicit Phryn. App. p. 33. et Ecl. p. 101. sed vide ibi Lobeck.) 2) salto, vide γρυλλισμός, γρύλλος.

γρυλλισμός, ὁ, grunnitus. 2) saltatio Aegyptiaca. v. γρύλλος.

γρυλλίων, ωνος, ὁ, *Dim.* a γρύλλος.

γρύλλος, ὁ, porcus. 2) qui saltationem quandam Aegyptiacam saltat. (In priori significatione Phryn. App. Soph. p. 33. scribendum esse dicit, γρῦλος, et sic quoque in derivatis γρυλίζω, γρυλισμός, etc.)

γρυμαία, γρυμαιοπώλης, vide γρυμέα et γρυμεοπώλης.

γρυμέα, ἡ, crumena, perae genus. 2) res vilis et minimi pretii. Scribitur etiam γρυμεία a Phryn. App. p. 33, 32. et γρυμαία ap. Phavor. et in libris quibusdam Pollucis nec non in vulg. lex.

γρυμεοπώλης, ὁ, qui res viles vendit. i. q. γρυτοπώλης, Luc. Lexiph. 3. (sic enim ibi scribendum pro γρυμαιοπώλης.)

γρυνός, ὁ, fax, taeda, titio: scribitur et γρουνός.

γρυπαίετος, ὁ, (γρύψ) animal fabulosum ap. Ar.

γρυπαίνω, (γρυπός) incurvo.

γρυπαλώπηξ, εκος, ὁ, nomen viri cujusdam libidinosi, ita dicti propter dorsum aduncum, Hippocr. p. 1201, 37.

γρυπάνιος, ον, curvus, curvatus, prae senio sc., hinc senex, Hesych.

γρυπός, ή, όν, curvus, aduncus, inflexus: inpr. nasum s. rostrum aduncum habens. 2) i. q. γρύψ.

γρυπότης, ἡ, aduncitas, inpr. nasi.

γρυπόω, aduncum, incurvum reddo.

γρυσμός, ὁ, (γρύζω) grunnitus.

γρύσσων, ὁ, i. q. γρύλλος, 1.

γρυτάριον, τό, *Dim.* a γρύτη.

γρύτη, ἡ, res minimi vel nullius pretii, frivola, scruta, gruta: θαλασσία γρύτη, frivoli pisces, Geopon. 20, 7. Teste Phrynicho app. soph. p. 34. Sappho γρύτην dixit τὴν μύρων καὶ γυναικείων τινῶν θήκην: idem in Ecl. p. 230. improbat hanc formam et γρυμέαν Attice dici docet. (--)

γρυτοδόκη, ἡ, locus, ubi scruta asservantur, Anal., a seq.

γρυτοδόκος, ον, (δέχομαι) scruta recipiens.

γρυτοπωλεῖον, τό, locus, ubi scruta venduntur.

γρυτοπώλης, ὁ, (πωλέω) scrutorum venditor, scrutarius.

γρύψ, γρυπός, ὁ, gryps vel gryphus, avis fabulosa, quadrupes, Aesch. Prom. 395., lupi magnitudine, cruribus et unguibus leoninis, pennis in pectore rubris, in reliquo corpore nigris, Hdt. 3, 116. (υ longum esse patet ex Virg. Ecl. 8, 27. quare falso vulgo scribitur in plur. γρύπες, γρύπας pro γρῦπες, γρῦπας.)

γρώνος, η, ον, (γράω) exesus, excavatus. Hinc ἡ γρώνη, sc. πέτρα, saxum cavum, antrum, spelunca, caverna.

γύα, ἡ, *poet.* γυία, arvum, ager: jugerum. *Metaph.* dicitur etiam de utero, Soph. Ant. 569. (γύα, υ-)

γύαια, τά, i. q. πρυμνήσια, Leon. Tar. 57.

γύαλον, τό, cavitas, e. g. θώρηκος, Il. Hinc vallis, thesaurus, venter, vola.

γύγης, ου, ὁ, avis quaedam aquatilis.

γύης, ου, ὁ, dentale, pars aratri. 2) arvum, Eur.

γυιαλθής, ές, (γυῖον, ἄλθω) membra sanans.

γυιαλκής, ές, (ἀλκή) robustis membris praeditus.

γυιαρκής, ές, (ἀρκέω) qui facit membra apta ad ferendos labores, Pind.

γυιοβαρής, ές, (βαρέω) membra gravans.

γυιοβόρος, ον, (βορά) membra depascens, comedens.

γυιοδάμας, αντος, ὁ, (δαμάω) qui membra domat.

γυιόκολλος, ον, (κολλάω) membra constringens.

γυιοκόρος, ον, (κορέω) membra ornans, v. l. Hes. op. 661.

γυῖον, τό, membrum, inpr. majus, ut pes, manusve: corpus, ipse homo.

γυιοπαγής, ές, (πήγνυμι) qui membra facit rigida, torpida, ut frigus.

γυιοπέδη, ἡ, (πέδη) pedica, Aesch.

γυιός, ή, όν, claudus, Alex.

γυιοτακής, ές, (τήκω) membra tabefaciens: cujus membra tabescunt.

γυιοτόρος, ον, (τορέω) membra transfigens, lacerans.

γυιοῦχος, ον, (ἔχω) membra tenens, vinciens.

γυιοφάγος, ον, (φαγεῖν) membra vorans, exedens.

γυιόχαλκος, ον, (χαλκός) aenea membra habens.

γυιόω, (γυιός) claudum reddo: membra frango, enervo.

γυλιαύχην, ενος, ὁ, ἡ, (αὐχήν) cervicem praelongam et gracilem habens, vox Com., a seq.

γυλιός, ὁ, vasculum militare, vimineum imprimis, in quo cibus asservatur, cf. Schol. Ar. Pac. 189.

γυμνάζω, (γυμνός) aliquem nudum in palaestra exerceo: exerceo. *Med.* exerceo me, exerceor.

γυμνάς, άδος, ὁ, ἡ, i. q. γυμνός, nudus, 2) qui exercetur, ἀμφί τι, Eur. 3) *subst.* ἡ γυμνάς, i. q. γύμνασις, γυμνάσιον.

γυμνασία, ἡ, γύμνασις, exercitatio.

γυμνασιαρχέω, exercitationibus praesum, sum gymnasiarcha, v. seq.

γυμνασιάρχης, et γυμνασίαρχος, ὁ, gymnasiarcha, munus publicum Athenis, de quo vide Wolf. prolegg. ad Lept. p. 92. Boeckh. oecon. publ. Athen. I. p. 494.

γυμνασιαρχία, ἡ, munus gymnasiarchae, gymnasii praefectura.

γυμνασίαρχος, ὁ, v. γυμνασιάρχης.

γυμνάσιον, τό, gymnasium, locus in quo se nudi exercent: locus exercitationis, cf. παλαίστρα. 2) exercitatio.

γύμνασις, ἡ, exercitatio.

γυμνασιώδης, ες, gymnasio similis, aptus.

γύμνασμα, τό, exercitatio.

γυμναστέον, *adj. verb.* a γυμνάζω, exercendum est, Plat. legg. 8. p. 829. a.

γυμναστήριον, τό, i. q. γυμνάσιον.

γυμναστής, ὁ, praefectus athletis exercendis, lanista: differt a παιδοτρίβῃ, qui ingenuos pueros exercet.

γυμναστικός, ή, όν, ad exercitationem pertinens: ἡ γυμναστική, scilicet τέχνη, gymnastica, ars docens ea, quae ad exercitationem pertinent.

ἐκτραχηλίζω, f. ίσω, excutio et praecipitem do; de equo. 2) collum seu cervicem frango. 3) interficio, nominatim, decollo. 4) in superbiam ago, effero, extollo. *Pass.* ἐκτραχηλίζεσθαι, excuti, praecipitari et in caput devolvi. 2) interfici. 3) superbire. 4) deliquium pati.

ἐκτραχύνω, exaspero, exacerbo.

ἐκτρέπω, f. τρέψω, (τρέπω, *irreg.*) deflecto, declino, averto 2) *Med.* diverto, deflecto iter. 3) aversor, abominor, fugio, *c. acc.*

ἐκτρέφω, f. θρέψω, (τρέφω, *irreg.*) enutrio, educo.

ἐκτρέχω, f. θρέξομαι, frequentius δραμοῦμαι, (τρέχω, *irreg.*) excurro, proripio me: excursionem facio: excresco: immodice ago.

ἔκτρησις, ἡ, (τιτράω) foramen.

ἐκτριαινόω, tridente emoveo.

ἐκτριβή, ἡ, extritio, deletio.

ἐκτρίβω, f. ψω, extero, polio. 2) deleo, extirpo, funditus perdo, Hdt. 4, 120. 6, 37. 86. 3) terendo elicio, ut πῦρ. (‒ ‒ ‒)

ἔκτριμμα, τό, (ἐκτρίβω) id quo aliquid abstergimus: mantile, sudarium etc.

ἐκτριχόω, capillis privo.

ἔκτριψις, ἡ, deletio.

ἐκτροπή, ἡ, (ἐκτρέπω) deflexio, digressio: flexus tramitis, diverticulum: trivium, quadrivium: divortium aquarum etc.: ambages.

ἐκτροπίας, ου, ὁ, sc. οἶνος, vappa.

ἐκτρόπιον, τό, vitium palpebrae eversae.

ἔκτροπος, ον, deflexus, devius, dissentaneus: qui descivit a more solito, a ratione consueta, quae exspectatur et requiritur; male moratus.

ἐκτροφή, ἡ, (ἐκτρέφω) nutritio, educatio.

ἐκτροχάζω, excurro, procurro, percurro.

ἐκτρυγάω, vindemio, LXX.

ἐκτρυγίζω, defaeco.

ἐκτρυπάω, f. ήσω, exterebro. 2) terebrando erumpo, Ar.

ἐκτρύπημα, τό, terebramen, ramenta, quae terebra educit. (‒ ‒ ‒ ⏑)

ἐκτρύπησις, ἡ, exterebrandi actio. (‒ ‒ ‒ ⏑)

ἐκτρυφάω, luxuria corrumpor.

ἐκτρύχω, (τρύχω, *irreg.*) detero, attero, consumo, exhaurio.

ἐκτρώγω, f. τρώξομαι, (τρώγω, *irr.*) erodo, exedo.

ἔκτρωμα, τό, (ἐκτιτρώσκω) abortus.

ἐκτρωματαῖος, αία, αῖον, abortivus.

ἔκτρωσις, ἡ, abortus.

ἐκτρώσκω, abortum facio, i. q. ἐκτιτρώσκω, Orac. Sibyll.

ἐκτρωσμός, ὁ, abortio.

ἐκτυγχάνω, adsequor, Greg. Naz.

ἐκτυλίσσω, evolvo.

ἐκτυμπάνωσις, ἡ, (τύμπανον) tumor, quo in modum tympani aliquid intumescit.

ἔκτυπε, tertia aor. 2 κτυπέω, Hom.

ἔκτυπος, ον, (τύπτω) expressus ex archetypo.

ἐκτυπόω, exprimo, effingo, informo.

ἐκτύπωμα, τό, effigies expressa.

ἐκτύπωσις, ἡ, expressio, efformatio.

ἐκτυφλόω, excaeco.

ἐκτύφλωσις, ἡ, excaecatio.

ἐκτύφω, f. θύψω, (τύφω, *irr.*) incendo paulatim, ut gliscat ignis sine flamma. *Med.* ἔρωτα ἐκτύφεσθαι, amorem magis magisque incendere, Alciphr. 2) inflo, tumidum reddo: superbum reddo, hinc *pass.* efferor, superbio, ineptio, stultus s. delirus fio.

ἔκτωρ, ορος, ὁ, (ἔχω) qui tenet, continet.

ἑκυρά, ἡ, socrus, mariti mater. (⏑ ⏑ ‒)

ἑκυρός, ὁ, socer, mariti pater. (⏑ ⏑ ⏑)

ἐκφαγεῖν, exedere, ἐξέφαγον, ἐκφαγών. cf. ἐξεσθίω.

ἐκφαιδρύνω, mundo, polio, nitidum reddo.

ἐκφαίνω, (φαίνω, *irr.*) in lucem edo, profero, prodo, evulgo, verbis eloquor. *Med.* in lucem edor, appareo, conspicuus sum, prodeo.

ἐκφαλαγγόω vel ἐκφαλαγγίζω, (φάλαγξ) ex phalange provenio.

ἐκφάνδην, *adv.* i. q. ἐκφανῶς.

ἐκφανής, ές, manifestus, apertus: splendidus, illustris.

ἐκφανίζω, manifestum reddo, aperio, Hesych.

ἔκφανσις, ἡ, (ἐκφαίνω) patefactio, divulgatio: expressio, enarratio, significatio.

ἐκφαντικός, ή, όν, enunciativus.

ἐκφαντικῶς, *adv.* enunciative: expresse, significanter.

ἐκφαντορία, ας, ἡ, (ἐκφάντωρ) doctrina rerum reconditarum interpres.

ἐκφαντορικός, ή, όν, i. q. ἐκφαντικός.

ἔκφαντος, ον, (ἐκφαίνω) manifestus, perspicuus, patefactus, evulgatus.

ἐκφάντωρ, ορος, ὁ, enarrator, interpres, qui arcanum aliquod patefacit.

ἐκφανῶς, *adv.* (ἐκφανής) manifeste, palam.

ἔκφασις, ἡ, (ἔκφημι) edictum.

ἔκφασμα, τό, spectrum, ut simplex, *v. l.* Eur. Or. 401.

ἐκφάσθαι, inf. praes. med. ab ἔκφημι, Od.

ἐκφατνίζω, (φάτνη) amoveo e praesepi, mensa etc.

ἐκφατνίσματα, ων, τά, praesepium purgamenta, sordes quae e praesepibus ejiciuntur, reliquiae pabuli.

ἐκφάτως, *adv.* (ἔκφημι) supra modum, ut dici nequeat.

ἐκφαυλίζω, pro vili habeo, contemno.

ἐκφαυλισμός, ὁ, contemtus, detractio.

ἔκφαυλος, ον, contemtus, foedus.

ἐκφερομυθέω, dicta foras elimino, divulgo, ἐκφέρω τὸν μῦθον.

ἐκφέρω, f. ἐξοίσω, (φέρω, *irr.*) effero, exporto, τινά τινος vel ἔκ τινος, Hom. inpr. effero mortuum, sepeliendi caussa, Il. 24. 786. aufero, Od. 15, 470. reporto, ἄεθλον, praemium, Il. 23, 785. sic *Med.* Hdt. 6, 103. Dem. 2) profero, fero, καρπόν, Hdt. 1, 193. 3) in lucem edo, effero in publicum, aperio, renuncio, Hdt. 4) ἐκφέρειν πόλεμον, bellum inferre, 5) refero, repraesento, μητρῷα εἴδη, Eur. 6) seduco, ultra justos fines effero; et in *Medio* abripior, v. c. πάθει. 7) fero, de via quae aliquem aliquo fert, Soph. Aj. 7. O. C. 1424. Plat. Phaed. p. 66. B. 8) ἐκφέρω, sc. ἐμαυτόν, me proripio, procurro, Il. 23, 376. 759. cursu abripior, Xen. eq. 3, 4. 5.

ἐκφεύγω, f. ξομαι, ξοῦμαι, (φεύγω, *irreg.*) effugio, aufugio.

ἔκφημι, (φημί, *irreg.*) eloquor.

ἐκφθείρομαι, exeo, v. φθείρομαι.

ἐκφθίνω, f. ίσω, (φθίνω, *irreg.*) plane corrumpo, perdo, interficio. (De quant. v. simpl.)

ἐκφιλέω, valde amo.

ἐκφλαυρίζω, *Att.* pro ἐκφαυλίζω.

ἐκφλεγματόομαι, in pituitam convertor.

ἐκφλέγω, f. ξω, exuro.

ἐκφλίβω, idem quod ἐκθλίβω, ap. Hipp. *Aeol.*

ἐκφλογίζω, i. q. ἐκφλέγω.

ἐκφλογόω, inflammo, flammam ejaculor.

ἐκφλόγωσις, ἡ, inflammatio.

ἐκφλυαρέω, et ἐκφλυαρίζω, contemno, deprimo, nugis annumero.

ἐκφλύζω, ebullio, exundo.

ἐκφλυνδάνω, idem.

ἐκφλύσσω, f. ξω, (φλύω) ebullio: Apollon. Rhod. 1, 275. γόον ἐκφλύξαι, quasi exaestuare, e corde aestuante promere.

ἐκφλύω, (φλύω, *quod et v. de quant.*) ebullio, effervesco: raro *trans.* exaestuare facio.

ἐκφοβέω, exterreo. ἐκφοβέομαι, extimesco. Hinc

ἐκφόβηθρον, τό, terriculamentum.

ἐκφόβημα, τό, idem.

ἐκφόβησις, ἡ, terror, terrefactio.

ἔκφοβος, ον, exterritus, consternatus.

ἐκφοινίσσω, f. ξω, rubefacio: cruento.

ἐκφοιτάω, f. ήσω, exeo, egredior, prodeo.

ἐκφοίτησις, ἡ, egressio: divulgatio rei.

ἐκφορά, ᾶς, ἡ, (ἐκφέρω) elatio. 2) funus. 3) divulgatio.

ἐκφορέω, f. ήσω, effero, exporto.

ἐκφόρημα, τό, quod exportatum s. egestum est.

ἐκφόρησις, ἡ, exportatio, egestio.

ἐκφόριον, τό, terrae proventus. *Plur.* τὰ ἐκφόρια, fruges, fructus. A seq.

ἔκφορος, ον, (φέρω) qui exportari potest. 2) divulgatus. 3) percitus.

ἐκφορτίζομαι, f. ίσομαι, onus abjicio, exonero; excutio velut onus. *Pass.* vendor, prodor, Soph. Ant. 1036.

ἐκφράζω, f. άσω, eloquor, edissero, enarro.

ἐκφρακτικός, ή, όν, (ἐκφράσσω) cui vis inest expediendi meatus obstructos.

ἔκφρασις, ἡ, (ἐκφράζω) descriptio, explicatio, expositio.

ἐκφράσσω, obstructiones amoveo, meatus obstructos aperio.

ἐκφραστικός, ή, όν, eloquendi facultate praeditus.

ἐκφρέω, f. ήσομαι, imperat. ἔκφρες, (ab *obsoleto* φρέω) emitto foras, effero.

ἐκφρονέω, animo efferor, omninoque impotenter fortunam fero; desipio.

ἐκφροντίζω, f. ίσω, excogito, curo.

ἐκφρόνως, *adv.* dementer.

ἐκφροσύνη, ἡ, dementia.

ἔκφρων, ον, (φρήν) delirans, amens. 2) consternatus; *de equo.*

ἐκφυάς, άδος, ἡ, (ἐκφύω) quae alii adnata est.

ἐκφυγγάνω, i. q. ἐκφεύγω.

ἐκφυγή, ἡ, effugium, fuga.

ἐκφυής, ές, (φυή) naturae modum excedens, sed fere in bonam partem.

ἐκφυλάσσω, plane custodio, Soph. O. C. 285.

ἐκφύλιος, ον, i. q. ἔκφυλος, Nonn.

ἐκφυλλίζω, i. q. ἐπιφυλλίζω.

ἐκφυλλοφορέω, (φύλλον, φέρω) senatu, vel ordine aliquem moveo, quia Athenis olim suffragia in foliis olivae scribebantur.

ἐκφυλλοφόρησις, ἡ, i. q. ἐκφυλλοφορία, Tzetz.

ἐκφυλλοφορία, ας, ἡ, ejectio e tribu, senatu vel populo. A pr. cf. πεταλισμός.

ἔκφυλος, ον, (φυλή) qui non est ejusdem tribus. 2) qui nullius est tribus. 3) peregrinus, externus, alienus, barbarus, a moribus gentis abhorrens. 4) inusitatus.

ἔκφυμα, τό, (ἐκφύω) papula.

ἐκφύρω, valde commisceo, LXX. (---) Hinc *Subst.* ἔκφυρμα, τό, Nic.

ἐκφυσάω, f. ήσω, exsufflo, vehementer respiro, gravi respiratione laboro: follibus ventilo, vel spiritu: effero, elatum facio. ἐκπεφυσημένως, elatus: excito, πόλεμον, Ar.

ἐκφύσημα, τό, efflatio: inflatio, morbus: id quod efflatur. (---⏑)

ἐκφύσησις, ἡ, efflatio. (---⏑)

ἐκφυσιάω, i. q. ἐκφυσάω, Aesch.

ἔκφυσις, ἡ, (ἐκφύω) germinatio, eruptio germinantium post sementem: generatio, procreatio. 2) quae nata sunt.

ἔκφυσις, εως, ἡ, idem quod ἔκφυσις. Schol. Aesch. Pers. 929.

ἐκφυτεύω, translatum alicunde planto.

ἐκφύω, f. ύσω, (φύω, *irr.*, *quod et v. de quant.*) progigno ex, excrescere facio: *rar.* pro ἐκτίκτω, Pors. ad Eur. Ph. 34. 2) *pf. et aor.* 2. *act. et med.* nascor, orior ex, *c. gen.*

ἐκφωνέω, exclamo: pronuncio: exprimo: nominatim dico.

ἐκφώνησις, ἡ, exclamatio: pronunciatio, vocis emissio: diserta alicujus nominatio.

ἐκφωτίζω, illumino, illustro.

ἐκχαλάω, f. άσω, dimitto, laxando emitto.

ἐκχαλκεύω, f. εύσω, fabricor ex aere aut metallo alio.

ἐκχαραδρόω, (χαράδρα) vi erumpo, de flumine. 2) cavernosum et salebrosum reddo, torrentibus impetuosis excavo.

ἐκχαυνόω, laxiorem reddo, emollio. 2) tumidum reddo, *proprie* et *tropice*.

ἐκχέω, *Epice* ἐκχεύω, f. εύσω, (χέω, *irr.*) effundo, exhaurio. *Pass. et Med.* effundor, absumor, pereo.

ἐκχιλόω, pabulo privo, vasto; unde ἐκκεχιλωμένος, desolatus.

ἐκχλευάζω, penitus irrideo s. cavillor.

ἐκχλοιόομαι, pallesco, sed ut aliquid viridis vel luridi admistum sit.

ἐκχοΐζω, fodio: emundo.

ἐκχολόω, in bilem verto: bile impleo: iratum reddo.

ἐκχονδρίζω, in cartilaginem muto, Galen.

ἐκχορδόω, fidibus cano.

ἐκχορεύω, e choro vel ordine prorumpo. *Med.* e choro ejicio.

ἐκχράω, f. ήσω, *Ion.* ἐκχρέω, (χράω, *irr.*) i. q. ἀποχράω) sufficio, placeo, sum ex usu, Hdt. 3, 137. plerumque *impers.* ut Hdt. 8, 70. ἐξέχρησε, sufficit.

ἐκχράω, f. ήσω, (χράω, *reg.*) oraculum edo, vaticinor, Soph. O. C. 87. ἐξέχρη.

ἐκχρέμπτομαι, f. ψομαι, expuo.

ἐκχρηματίζομαι, exigo pecuniam, τινά, ab aliquo, Thuc. 8, 87.

ἐκχρησμῳδέω, vaticinor, oraculum edo.

ἐκχρώννυμι, f. χρώσω, (χρώννυμι, *irr.*) decolorem facio, nativo colore privo.

ἐκχυλίζω, succum elicio. 2) in succum redigo.

ἔκχυμα, τό, id quod effunditur.

ἐκχύμενος, part. aor. med. ab ἐκχέω, Od. (-⏑⏑⏑)

ἐκχυμίζω, (χυμός) exsugo.

ἐκχυμόω, a quo ἐκχυμοῦσθαι aliquid dicitur, quum succus et humores extra vasa sua effundit, ut in sugillatione.

ἐκχύμωμα, τό, sanguinis suffusio, sugillatio. (ῡ)

ἐκχυμώσις, ἡ, idem. (ῡ)

ἔκχυσις, ἡ, effusio.

ἐκχύτης, ὁ, qui effundit.

ἐκχύτο, 3 aor. pass. *sync.* ab ἐκχέω pro ἐξέχυτο, Od.

ἔκχυτος, ον, effusus.

ἐκχυτεύω, conflo, ut in fornace fusoria.

ἐκχώννυμι, f. χώσω, (χώννυμι, *irr.*) aggesta humo exalto solum, Hdt. 2, 137. exstruo in aggesta humo, ib. 2, 138. oblimo, humo obduco, ib. 2, 11.

ἐκχωρέω, (χωρέω) discedo, cedo, locum alii concedo: concedo alicui aliquid, τινί τινος, Hipp. τινί τι, Diog. 5, 79.

ἐκχωρίζω, discedere jubeo: discedo.

ἐκχώρησις, ἡ, excessus, discessus. A pr.

ἐκψήγμα, τό, ramentum.

ἐκψύχω, f. ξω, (ψύχω, *irr.*) animam efflo, exspiro: deficio animo. (---

ἑκών, οῦσα, όν, voluntarius, qui sponte aliquid facit. 2) qui consulto aliquid facit.

ἐλάα, ἡ, *Att.* (⏑--) ἐλάη, *Ion.* (⏑⏑-) pro ἐλαία, oliva.

ἐλάαν, inf. *Ep.* ab ἐλάω, ἐλαύνω, Hom.

ἐλάδιον, τό, pauxillum olei, copiolae olei rancidi. *Dimin.* ab ἔλαιον. 2) parva oliva, *Dimin* ab ἐλαία.

ἐλαία, ἡ, oliva, arbor. 2) olea, i. e. fructus olivae.

ἐλαίαγνος, ἡ, (ἐλαία, et ἄγνος) oleagnus, planta.

ἐλαιάεις, άεσσα, άεν, Gen. εντος, έσσης, εντος, oleosus, oleaceus. (ᾰ)

ἐλαιακόνη, ἡ, cos olearia.

ἐλαιαλογέω, olivarum fructus colligo, LXX

ἐλαιάς, άδος, ἡ, i. q. ἐλαία, 2.

ἐλαιέμπορος, ου, ὁ, qui olearum vel olei mercaturam exercet.

ἐλαΐζω, oleas colo. 2) oleagino colore sum.

ἐλαιήεις, ήεσσα, ῆεν, oleosus, vide ἐλαιάεις.

ἐλαιηρός, ρά, ρόν, olearis, olearius.

ἐλάϊνος, η, ον, oleaginus.

ἐλάϊνεος, ία, εον, oleaginus, ex olea arbore.

ἐλαϊνός, ή, όν, oleaginus, ex oliva arbore.

ἐλαιοβρεχής, ές, i. q. ἐλαιόβροχος.

ἐλαιόβροχος, ον, (βρέχω) oleo tinctus, imbutus.

ἐλαιόδευτος, ον, (δεύω) oleo imbutus.

ἐλαιοδόκος, vel ἐλαιοδέχος, ον, (δέχομαι) oleum continens.

ἐλαιοειδής, ές, (εἶδος) olivae vel olei speciem habens.

ἐλαιοθέσιον, τό, (τίθημι) conclave in balneis, ubi ungebantur oleo.

ἐλαιόθρεπτος, ον, (τρέφω) oleo nutritus.

ἐλαιοκάπηλος, ὁ, qui oleum vendit.

ἐλαιοκομέω, oleas colo.

ἐλαιοκομία, olearum cultura.

ἐλαιοκομικός, ή, όν, ad culturam olearum pertinens.

ἐλαιοκόμος, ον, olearum cultor.

ἐλαιοκονία, ας, ἡ, (κονία) albarium ex oleo.

ἐλαιολογέω, (λέγω) olivas colligo

ἐλαιολόγος, ον, qui olivas colligit.

ἐλαιόμελι, ιτος, τό, (μέλι) elaeomeli, oleum melleum, quod in Syria alibique ex arborum caudicibus effluit.

ἔλαιον, τό, (ἐλαία) oleum. 2) quicquid oleo simile est, unguentum.

ἐλαιοπινής, ές, (πίνος) oleo imbutus, sordidus.

ἐλαιοποιία, ἡ, (ποιέω) oleitas, confectio, elaboratio olei.

ἐλαιοπωλεῖον, τό, (πωλέω) locus, ubi venditur oleum.

ἐλαιοπώλης, ὁ, venditor olei.

ἐλαιοπώλιον, τό, idem quod ἐλαιοπωλεῖον.

ἐλαιος, ὁ, i. q. κότινος, oleaster, Soph. Tr. 1197.

ἐλαιόσπονδα, τά, (σπένδω) sc. ἱερά, libatio olei.

ἐλαιοτριβεῖον, τό, (τρίβω) trapetum, locus, ubi olivae teruntur, et oleum exprimitur.

ἐλαιοτρόπιον, τό, i. q. ἐλαιοτριβεῖον. 2) actio olivas terendi.

ἐλαιοτρυγητός, οῦ, ὁ, vindemia olivarum.

ἐλαιότρυγον, τό, (τρύξ) olei faex, amurca.

ἐλαιουργεῖον, τό, (ἔργον) locus, ubi oleum conficitur.

ἐλαιουργία, ἡ, olei confectio.

ἐλαιουργός, όν, oleum conficiens.

ἐλαιοφόρον, τό, (φέρω) vas olearium.

ἐλαιοφόρος, ον, (φέρω) ferens oleas, olivifer.

ἐλαιοφυής, ές, (φύω) oleis consitus, in quo oleae enatae sunt.

ἐλαιοφυτεία, ἡ, olearum plantatio.

ἐλαιόφυτος, ον, i. q. ἐλαιοφυής.

ἐλαιοχριστία, ἡ, (χρίω) olei inunctio, Diog. 5, 71. e Budaei conj. pro ἐλαιοχρηστία, olei usus.

ἐλαιόω, olivas colligo. 2) oleo ungo.

ἐλαΐς, ΐδος, (ἐλαία) oliva, olea arbor.

ἐλαϊστής, ὁ, (ἐλαΐζω) qui oleas colligit.

ἐλαιώδης, ες, oleosus, pinguis.

ἐλαιών, ῶνος, ὁ, olivetum.

ἐλαιωνήρ, ῆρος, ὁ, qui olivas colligit, qui olivat.

ἐλαιωτός, ή, όν, oleo unctus, seu imbutus.

ἑλένδρος, ον, (ἑλεῖν, ἀνήρ) viros capiens.

ἑλάνη, ἡ, vel ἑλένη, fax, v. ἕλη.

ἔλασα, *poet.* pro ἤλασα, aor. 1. ab ἐλαύνω.

ἐλασᾶς, ᾶντος, ὁ, nomen avis, ap. Aristoph. Av. 886.

ἐλασείω, *desider.* ab ἐλαύνω, expeditionem apparo.

ἐλασία, ἡ, equitatio. 2) expeditio militaris. 3) actio cudendi.

ἐλασίβροντος, ον, (ἐλαύνω, et βροντή) tonitru agitans, impetu quodam agitatus, qualis est tonitru.

ἐλάσιμος, α, ον, exigens, ad exigendum idoneus.

ἐλάσιππος, ον, (ἵππος) qui equis vehitur, eques.

ἔλασις, ἡ, (ἐλαύνω) agitatio equorum, seu cursus. 2) expeditio militaris. 3) remigatio. 4) expulsio, abactus.

ἔλασμα, τό, (ἐλαύνω) lamina metalli.

ἐλασμάτιον, τό, *Dim.* ab ἔλασμα.

ἐλασμός, ὁ, i. q. ἔλασις et ἔλασμα.

ἔλασσα, *Epice* pro ἔλασα, q. v., Hom.

ἐλασσόνως, *adv.* (ἐλάσσων) minus, deficienter.

ἐλασσόω, *Att.* ἐλαττόω, diminuo, reddo deteriorem et iniquam conditionem: damno afficio.

ἐλάσσωμα, τό, diminutio, deterior con-

ditio. v. et ἐλάττωμα.

ἐλάσσων, vel ἐλάττων, ον, minor, deterior, inferior, paucior. ἔλασσον, *adv.* minus. ἔλασσον ἔχειν, vinci, inferiorem esse, deteriori conditione, injuria affici, inultum abire. *Comparativus* ab ἐλαχύς.

ἐλαστής, ὁ, (ἐλαύνω) impulsor, agitator.

ἐλαστρέω, *Ion.* p. ἐλαύνω, agito, impello.

ἐλάσω, fut. ab ἐλαύνω. (⏑⏑–)

ἐλάτειρα, ἡ, (ἐλατήρ) expultrix, agitatrix.

ἐλάτη, ἡ, abies *l.* ἄῤῥην, pinus abies: *l.* θήλεια, pinus picea Linn. 2) remi navium ex ligno abiegno facti: navis ipsa. 3) αἱ ἐλάται, palmae fructus, palmulae. (⏑⏑–)

ἐλατηΐς, ίδος, ἡ, abieti similis.

ἐλατήρ, ῆρος, ὁ, (ἐλαύνω) agitator, auriga. 2) placentae genus.

ἐλατήριον, τό, quidquid deorsum ventrem purgat. 2) succus cucumeris agrestis. 3) cucumer. Ab eod.

ἐλάτης, ὁ, agitator. 2) cursor. vide ἐλαστής.

ἐλατικός, ή, όν, impellendi, incitandi vim habens. Ab eod.

ἐλατίνη, ἡ, (ἐλάτη) herba quaedam.

ἐλάτινος, ίνη, ινον, abiegnus. Λ pr.

ἐλατός, ή, όν, (ἐλαύνω) ductilis, ut lamina metalli.

ἐλαττονάκις, *adv.* minus, rarius.

ἐλαττονέω, minus habeo.

ἐλαττόνως, *adv.* minus.

ἐλαττόω, i. q. ἐλασσόω.

ἐλάττωμα, τό, jactura, calamitas belli etc. v. ἐλάσσωμα.

ἐλάττων, idem quod ἐλάσσων.

ἐλάττωσις, ἡ, (ἐλαττόω) diminutio, jactura: defectus.

ἐλαττωτικός, ή, όν, diminutivus, diminuendi vim habens.

ἐλαύνω, f. ἐλάσω, *Ep.* ἐλάσσω, *Att.* ἐλῶ, aor. 1. ἤλασα, perf. ἐλήλακα, ἐλήλαμαι, aor. pass. ἠλάθην, minus bene ἠλάσθην, *adj. verb.* ἐλατός, minus bene ἐλαστός, (ᾰ) *ago, agito, impello*, varios habet usus, *a*) ἵππους, ἅρμα, νῆα ἐλαύνειν, equis, curru, navi vehi, Hom. easdem significationes retinet etiam omissis illis accusativis, v. c. Il. 5, 366. 13, 27. Od. 12, 276. 124. 15, 50. ἐλαύνοντες, remiges, Od. 13, 22. ἵππον ἐλ. equitare. *b*) abigo praedam, e. g. βοῦς, Il. 1, 154. Od. 12, 353. sic et in *Med.* Od. 4, 637. *c*) in angustias redigo, urgeo in pugna, Il. 13, 315. 19, 423. Od. 5, 290. *d*) i. q. βινέω, agito, subagito. *e*) ἐλαύνεσθαι τὴν ψυχὴν, τὴν γνώμην, furore vel insania agitari: sed εἰς τοῦτο ἤλασε μανίας, eo *processit* insania, ubi supple τὸ πρᾶγμα s. ἑαυτὸν, cf. Tyrt. 2, 10. 2) ferio, icio, verbero, vulnero, Hom. vexo, insector, contumelia afficio, Dem. 3) duco, ductile opus facio, *a*) de metallo, quod faber aerarius malleo subigit, sic ἀσπίδα ἐλαύνειν, Il. 12, 296. cf. 20, 270. χαλκὸν ἐλαύνειν, cudere aes. *b*) de muris, fossis, septis, aliisque rebus, quae secundum longitudinem quasi ducuntur, ἔρκος, τεῖχος, τάφρον, σταυροὺς ἐλαύνειν, Hom. ubi lat. vertes *ducere*. δρόμον ἐλαύνειν, currere, qua significatione verbum etiam *absolute* ponitur.

ἐλάφειος, ον, (ἔλαφος) cervinus.

ἐλαφηβολία, ας, ἡ, (βάλλω) cervorum venatio.

ἐλαφηβόλια, ων, τά, festum in honorem Dianae venatricis.

ἐλαφηβολιών, ῶνος, ὁ, nonus anni Attici mensis, in quo celebrabantur τὰ ἐλαφηβόλια, a medio Februario usque ad aequinoctium vernum pertinens, apud *Eleos* ἐλάφιος dictus.

ἐλαφηβόλος, ον, (βάλλω) qui cervos jaculis figit, venator cervorum: venator quivis.

ἐλαφίνης, ου, ὁ, pullus cervinus.

ἐλάφιον, τό, cornu, vel caro cervi.

ἐλάφιος, ον, i. q. ἐλάφειος, v. etiam ἐλαφηβολιών.

ἐλαφοβόσκον, τό, (βόσκω) elaphoboscon, herba quaedam valens contra morsus serpentum.

ἐλαφογενής, ές, (γένος) e cervo ortus.

ἐλαφοειδής, ές, (εἶδος) cervo similis.

ἐλαφόκρανος, ον, (κρᾶνον) cervinum caput habens.

ἐλαφοκτόνος, ον, (κτείνω) cervos occidens.

ἔλαφος, ὁ καὶ ἡ, cervus, vel cerva.

ἐλαφοσκόροδον, ου, τό, allium cervinum.

ἐλαφοσσοΐη, ἡ, (σεύω) venatio cervorum, Anth.

ἐλαφρία, ἡ, (ἐλαφρός) levitas. 2) inconstantia animi.

ἐλαφρίζω, levo, elevo, allevo. 2) levis sum.

ἐλαφρόγειος, ον, levem terram habens, Geop. 5, 3, 11.

ἐλαφρόνοος, ον, levis animi.

ἐλαφρόπους, οδος, celer.

ἐλαφρός, ά, όν, levis et celer, velox, expeditus, agilis. 2) levis, non gravis. 3) levis, non molestus, non difficilis. 4) inops, non potens, contemnendus. Unde

ἐλαφρότης, ἡ, levitas, celeritas.

ἐλαφρύνω, allevo, leve reddo.

ἐλαφρώδης, ες, i. q. ἐλαφροειδής.

ἐλαφρῶς, *adv.* leviter, celeriter.

ἐλάχιστα, *adv.* minime. Proprie *neutr. plur.* ab ἐλάχιστος.

ἐλάχιστος, ίστη, ιστον, *Superl.* ab ἐλαχύς, q. v., minimus, paucissimus, brevissimus. Hinc novus formatur *Comp.* ἐλαχιστότερος, minimo minor, et *Superl.* ἐλαχιστότατος, omnium minimus.

ἔλαχον, aor. 2. ab λαγχάνω.

ἐλαχυπτέρυξ, γος, breves alas habens.

ἐλαχύς, εῖα, ύ, parvus, exiguus: vetus *positivi* forma, unde ἐλάσσων et ἐλάχιστος, exstat Hom. h. Ap. 197. et *v. l.* Od. 9, 116. 10, 509. *Fem.* ἐλάχεια.

ἐλάω, *Ion.* ἐλόω, *rarius* praes. *poet.* p. ἐλαύνω, Hom.

ἐλαιών, ῶνος, ὁ, (ἐλαία) olivetum.

ἔλδομαι s. ἐέλδομαι, cupio, desidero, c. inf. Il. 13, 638. c *gen.* Il. 13, 638. Od. 5, 210. *c. acc.* Il. 5, 481. Od. 1, 409. *Passive* semel Il. 16, 494. Homerus frequentissime utitur altera forma longiori, sed in praes. tantum et impf.

ἔλδωρ, s. ἐέλδωρ, ορος, τό, desiderium, cupido.

ἔλε, *poet.* pro εἷλε, 3 aor. 2. ab αἱρέω, Hom.

ἐλέαγνος, ἡ, i. q. ἐλαίαγνος.

ἐλεαίρω, (ἔλεος) misereor, τινά, Hom.

ἐλεάς, άντος, ὁ, nomen avis.

ἐλέατρος, ὁ, (ἐλεός) qui mensae instruendae praeest, coenae praefectus.

ἐλεγεία, ἡ, elegia, carmen elegiacum.

ἐλεγεῖον, τό, distichon, constans ex hexametro et pentametro. 2) *plur.* ἐλεγεῖα, carmen elegiacum. 3) inscriptio poetica quaevis, sive distichis constans sive meris hexametris, ut ap. Dem. c. Neaer. p. 1378.

ἐλεγειογράφος, ὁ, scriptor elegiarum.

ἐλεγειοποιητής, οῦ, ὁ, poeta elegiarum.

ἐλεγειοποιός, οῦ, ὁ, scriptor elegiarum.

ἐλεγεῖος, εία, εῖον, ad moestitiam factus, elegiacus.

ἐλεγῖνοι, ων, οἱ, pisces gregales, elegini.

ἐλεγκτικός, ή, όν, (ἐλέγχω) reprehendendi vim habens, vel refellendi, coarguendi.

ἐλεγκτός, ή, όν, reprehensibilis: reprehensus, evictus.

ἐλεγμός, οῦ, ὁ, reprehensio.

ἐλεγξίγαμος, ον, i. q. ἐλεγχίγαμος.

ἔλεγξις, εως, ἡ, i. q. ἔλεγχος.

ἔλεγος, ὁ, lamentatio, vox lugubris. 2) carmen elegiacum, quo lamentatio continetur. cf. Francke Callin. p. 41. 50. 58.

ἐλεγχείη, ἡ, increpatio, probrum.

ἐλεγχής, ές, vituperabilis, turpis, ignavus. *Superl.* ἐλέγχιστος.

ἐλεγχίγαμος, ον, fidem aut perfidiam conjugis ostendens.

ἐλέγχιστος, η, ον, *Superl. irreg.* ab ἐλεγχής.

ἔλεγχος, εος, τό, probrum, dedecus. κάκ' ἐλέγχεα, homines ignavi, Hom.

ἔλεγχος, ὁ, argumentum, index, indicium, signum. 2) criminatio. 3) accusatio. 4) convictio.

ἐλέγχω, f. ξω, (radix esse videtur λέγω) ignominiose tracto, adspernor *c. acc.* Hom. 2) arguo, redarguo, convinco: efficio, testificor: quaestionem de aliquo habeo, sciscitor, percontor: refuto, reprehendo: reprimo, coerceo.

ἐλεδεμνάς, i. e. ὁ ἐλαύνων ἐκ τῶν δεμνίων, Aesch. Sept. 83. ubi vide not. crit.

ἐλεδώνη, ης, ἡ, species polypi.

ἐλεεινολογέω, (ἐλεεινός et λέγω) miserabiliter loquor, miserabilem vocem edo.

ἐλεεινολογία, ας, ἡ, oratio miserabilis.

ἐλεεινός, ή, όν, (ἔλεος) miserabilis.

ἐλεεινῶς, *adv.* miserabiliter.

ἐλεέω, f. ήσω, (ἔλεος) misereor: et *Pass.* misericordiam moveo.

ἐλεημονικός, ή, όν, misericors, benignus.

ἐλεημόνως, *adv.* (ἐλεήμων) misericorditer.

ἐλεημοσύνη, ἡ, misericordia. 2) stips erogata pauperibus. 3) omne beneficium, quo calamitosos prosequimur.

ἐλεήμων, ον, (ἔλεος) misericors.

ἐλεητικός, ή, όν, (ἐλεέω) ad misericordiam propensus, misericors.

ἐλεητύς, ύος, ἡ, commiseratio.

Ἐλείθυια, ἡ, i. q. Εἰλείθυια, Call.

ἑλεῖν, inf. aor. ab αἱρέω.

ἐλεινός, ή, όν, *Att.* pro ἐλεεινός.

ἐλεοβάτης, ὁ, (ἕλος, βαίνω) qui per paludes graditur, vehitur.

ἐλειογενής, ές, in palustribus locis natus.

ἐλειονόμος, ον, (νέμω) in paludibus degens, palustris.

ἕλειος, ον, (ἕλος) palustris, in paludibus nascens, vel degens.

ἐλειός, vel ἐλεός, οῦ, ὁ, glis. 2) sciurus. 3) species accipitris.

ἐλειοσέλινον, τό, apium palustre.

ἐλειότροφος, ον, (τρέφω) in paludibus altus, crescens.

ἔλεκτο, plqpf. Ep. p. ἐλέλεκτο, a λέγω, Od. 19, 50.

ἐλελεῦ, acclamatio bellica, eleleu! Etiam ἐλελελεῦ.

ἐλελίζω, f. ξω, eleleu, s. alala clamo. ἐλελίζομαι, defleo cum acclamatione τοῦ ἐλελεῦ.

ἐλελίζω, f. ξω, i. q. ἑλίσσω, torqueo, contorqueo, circumago: converto, Hom. 2) commoveo, concutio, tremefacio, conquasso, e. g. Ὄλυμπον, Il. 1, 530. 8, 199. de voce tremula lusciniae in *Medio* Valck. Phoen. 1517. 3) *Med.* torqueor, tortuosus sum.

ἐλελισφακίτης, ὁ, sc. οἶνος, vinum salvia conditum. A seq.

ἐλελίσφακον, τό, vel ἐλελίσφακος, ὁ, salvia obversa et implicata mari, salvia femina. σφάκος, Theophr. h. pl. 6, 2.

ἐλελίχθημα, τό, rapidus motus et concussio.

ἐλελίχθων, ονος, ὁ, ἡ, (χθών) qui terram rapido motu concutit.

ἑλένᾶς, ἡ, (ἑλεῖν, ναῦς) naves capiens, Aesch. Ag. 699.

ἑλένη, i. q. ἑλάνη, fax.

ἑλένη, ἡ, vas vimineum, in quo sacris Dianae Brauroniae mysteria portabantur: hinc *verb.* ἑλενηφορέω, et *subst.* ἑλενηφορία, ἡ. Ipsa sacra dicebantur τὰ ἑλενηφόρια.

Ἑλένια, τά, sacra apud Lacedaemonios Helenae consecrata.

ἑλένιον, ου, τό, herba, quae e lacrimis Helenae enata fingitur, Philox. inula.

ἐλεοδύτης, ὁ, (ἐλεός, δύω) mensae coquinariae minister.

ἑλεόθρεπτος, ον, (ἕλος, τρέφω) genitus seu nutritus in paludibus. v. ἑλειογενής.

ἐλεόν, *adv.* misere, Hes. opp. 203.

ἐλεός, οῦ, ὁ, mensa coquinaria: dicebatur fortasse etiam τὸ ἐλεόν. 2) avis quaedam.

ἔλεος, ου, ὁ, misericordia, commiseratio. Invenitur quoque pluralis. - τὸ ἔλεος, LXX. et N. T.

ἑλεοσέλινον, τό, i. q. ἑλειοσέλινον.

ἑλέπολις, εως, ἡ, sc. μηχανή, (ἑλεῖν, πόλις) machina obsidionalis, qua urbes facile aut certo capiuntur. Diod. 20, 48. Plut. Demetr. 21. - 2) urbes capiens, epith. Helenae, Aesch. Ag. 700.

ἑλέπτολις, *poet.* pro ἑλέπολις.

ἑλέσθαι, inf. aor. 2. med. ab αἱρέω, Hom.

ἑλεσπίς, ίδος, ἡ, i. q. ἕλος, regio palustris, Ap. Rh.

ἑλετός, ή, όν, (ἑλεῖν) prensabilis, qui prehendi potest, Il. 9, 409.

ἐλευθερία, ας, ἡ, libertas.

ἐλευθέρια, τά, sacra libertatis.

ἐλευθεριάζω, f. άσω, libere vagor, ut servus fugitivus. 2) libertatem usurpo, libere ago, liberi hominis mores affecto.

ἐλευθεριαστικός, ή, όν, qui libertatem amat, qui libere agere amat. A pr.

ἐλευθέριος, ον, liberali ingenio praeditus, ingenuus. 2) liberalis, libero homine dignus. 3) servator, liberator. Epitheton Jovis.

ἐλευθεριότης, ἡ, ingenuitas. 2) liberalitas. 3) beneficium a sincero animo profectum.

ἐλευθερίως, *adv.* liberaliter, ingenue.

ἐλευθερόπαις, αιδος, ὁ, ἡ, cui filii sunt liberi, et qui ipse etiam liber est.

ἐλευθεροπράσιον, τό, (πιπράσκω) liberi hominis venditio. Unde ἐλευθεροπρασίου δίκη, plagii crimen.

ἐλευθεροπρεπής, ές, (πρέπει) liberum hominem decens, liberalis. *Subst.* ἐλευθεροπρέπεια, ἡ.

ἐλευθεροπρεπῶς, *adv.* liberaliter, ut hominem liberum et ingenuum decet. A pr.

ἐλεύθερος, έρα, ερον, vel ος, ον, qui vadit, quo vult: liber, non servus: liber, immunis, liberatus: liberalis, ingenuus, generosus. (ab *obsol.* ἐλεύθω, qui, qua vult, via libere incedit.)

ἐλευθεροστομέω, libere loquor.

ἐλευθεροστομία, ας, ἡ, libertas loquendi, vel fiducia ex animi sententia fandi. A seq.

ἐλευθερόστομος, ον, qui loquitur libere, quaecunque in buccam veniunt.

ἐλευθερουργός, όν, (ἔργον) libere agens, libertatem affectans

ἐλευθερόω, libero, manumitto. 2) in libertatem vindico.

ἐλευθέρως, *adv.* libere, ut liberum et ingenuum hominem decet, audacter, sine metu.

ἐλευθέρωσις, εως, ἡ, liberatio.

ἐλευθερωτής, οῦ, ὁ, liberator.

ἐλεύθω, venio, *inusit.* pro ἔρχομαι. Unde usitata, ἐλεύσομαι, ἐλήλυθα, ἦλθον.

Ἐλευθώ, όος, *contr.* οῦς, ἡ, Lucina, quod invocetur, ut partus veniat in lucem, Pind.

ἔλευσις, εως, ἡ, adventus. 2) itio.

ἐλευστέος, α, ον, *adj. verb.* ab ἔρχομαι.

ἐλεφαίρομαι, (ἐλπωρή, ἔλπω) inani spe decipio, de vanis somniis, Od. 19, 565. hinc omnino decipio, fallo, Il. 23, 338. noceo, laedo, Hes. Th. 330. *Vox rara.*

ἐλεφανταγωγός, οῦ, ὁ, qui elephantem agit, vel ducit.

ἐλεφαντάρχης, ὁ, dux eorum, qui pugnant ex elephantis, elephantorum praefectus.

ἐλεφανταρχία, ας, ἡ, praefectura elephantorum.

ἐλεφάντειος, ον, elephantinus.

ἐλεφαντίασις, εως, ἡ, elephantiasis, morbus leprae similis.

ἐλεφαντιασμός, ου, ὁ, idem.

ἐλεφαντιάω, elephantiasi laboro.

ἐλεφάντινος, η, ον, eburnus.

ἐλεφαντιστής, οῦ, ὁ, elephantorum magister, elephantorum domitor et rector.

ἐλεφαντόδετος, ον, ebore clausus vel revinctus.

ἐλεφαντοκόλλητος, ον, ex ebore compositus, s. ebore ornatus, eburneis sigillis.

ἐλεφαντόκωπος, ον, (κώπη) eburneum capulum habens.

ἐλεφαντομαχία, ἡ, pugna cum elephantis.

ἐλεφαντόμαχος, ον, cum elephantis pugnans, elephantis infestus.

ἐλεφαντόπους, οδος, eburneos pedes habens.

ἐλεφαντοτόμος, ον, (τέμνω) qui ebur secat vel dissecat.

ἐλεφαντουργός, ὁ, (ἔργον) artifex, qui opera eburnea facit; cujus ars ἐλεφαντουργική, ἡ.

ἐλεφαντοφάγος, ον, elephanti carnem comedens.

ἐλεφαντώδης, ες, elephantinus.

ἐλέφας, αντος, ὁ, elaphas, elephantus. 2) ebur. (Prima significatione primum occurrit ap. Hdt. 3, 114. 4, 191. secunda jam ap. Hom. et Hes., nam ebur multo prius cognitum erat Graecis, quam ipsum animal.) 3) elephanthiasis, morbus. 4) poculi genus.

ἕλη, ἡ, calor solaris. 2) splendor solis. v. εἵλη.

ἕλη, 3 conj. aor. 2 ab αἱρέω, Il.

ἑληθερής, ές, (ἕλη, θέρω) solis aestu calidus, etiam εἱληθερής.

ἐλήλαται, ἐλήλατο, 3 pf. et plqpf. pass. ab ἐλαύνω.

ἐληλάδατο, 3 plqpf. pass. ab ἐλαύνω pro ἐλήλατο, *v. l.* Od. 7. 86. ubi Wolfius scribit ἐρηρέδατ'. cf. Buttm. gramm. plen. I. p. 440.

ἐλήλυθα, pf. ab ἔρχομαι.

ἐλθεῖν, *Ep.* ἐλθέμεν, ἐλθέμεναι, inf. ab aor. ἦλθον verbi ἔρχομαι.

ἑλίγδην, *adv.* (ἑλίσσω) volutim, volubiliter.

ἕλιγμα, τό, volutatio, involutio.

ἑλιγματώδης, ες, tortuosus, flexuosus.

ἑλιγμός, οῦ, ὁ, vortex, gyrus. 2) tractus, ambages. Xenoph.

ἑλικάμπυξ, κος, (ἕλιξ et ἄμπυξ) crines in nodum collectos habens.

ἑλικαυγής, ές, (αὐγή) radios torquens.

ἑλίκη, ἡ, (ἕλιξ) ursa major inter astra. 2) vortex, volutatio, ut ἕλιξ. 2) salix, Arcadibus: hac signif. scribitur etiam ἑλίκη.

ἑλικηδόν, *adv.* volutatim, in orbem.

ἑλικίας, ου, ὁ, tortuosus, unde ἑλικίαι κεραυνοί.

ἑλικοβλέφαρος, ον, (ἕλιξ, βλέφαρον) proprie cui palpebrae sunt volubiles aut nigrae. 2) pulcros oculos habens, pulcra; epith. Veneris.

ἑλικοβόστρυχος, ον, (βόστρυχος) tortuosos habens capillos.

ἑλικογραφέω, (γράφω) flexuosus sum, torqueor, volvor, de fluvio, Agathem. 2, 10.

ἑλικόδρομος, ον, in orbem currens. epith. Solis et Lunae.

ἑλικοειδής, ές, *poet.* εἱλ., tortilis.

ἑλικοειδῶς, *adv.* tortuose, in gyrum.

ἑλικόεις, όεσσα, όεν, *poet.* εἱλ. tortuosus.

ἑλικόῤῥοος, ον, (ῥέω) per ambages fluens.

ἑλικός, ή, όν, volubilis, tortilis, vorticosus.

ἑλικτήρ, ῆρος, ὁ, (ἑλίσσω) armilla. 2) inauris.

ἑλικτός, ή, όν, tortilis, tortuosus, flexus.

ἑλικώδης, ες, i. q. ἑλικοειδής.

ἑλικών, ῶνος, ὁ, (ἑλίσσω) filum, quod torquetur in fusum. 2) instrumentum quoddam musicum, novem instructum chordis, Ptolem. harmon. 2, 2. Aristid. Qu. de Mus. 3. p. 187.

Ἑλικών, ῶνος, ὁ, Helicon, mons Musis sacer.

Ἑλικωνιάδες, ων, αἱ, Heliconiades, Musae. Dicitur et Ἑλικωνίδες.

Ἑλικώνιος, ια, ιον, Heliconius, ad Heliconem pertinens. Hinc αἱ Ἑλικώνιαι παρθένοι, eaedem sunt, quae Heliconiades sive Musae. 2) epith. Neptuni, ita dicti ab Helice, Peloponnesi oppido, Il. 8, 203. cf. tamen Ilgen ad hymn. Hom. 23, 3. p. 588.

ἑλικῶπις, ιδος, ἡ, puella, cui oculi sunt rotundi ac mobiles, h. e. pulcri, unde pulcra.

ἑλικωπός, όν, idem quod seq.

ἑλίκωψ, ωπος, ὁ, ἡ, (ἕλιξ, ὤψ) cui oculi sunt rotundi vel mobiles, pulcri.

ἐλινύες vel ἐλιννύες, αἱ, feriae: supplicatio, Polyb.

ἐλινύω, vel ἐλιννύω, (Schaef. Greg. p.

502.) f. ύσω, quiesco, cesso, otium ago, Hdt. 2) maneo, moror, desino, desisto. (υ in praes. plerumque, in fut. et aor. semper longum.)

ἔλινος, ὁ, ramus, apud Nicandrum. 2) vitis, ap. Dionys. Perieg.

ἕλιξ, ικος, ἡ, (ἑλίσσω) volumen, involucrum: vortex, gyrus: clavicula: armilla, annulus: species hederae. *Adj.* ὁ, ἡ, intortus, implicitus: volubilis: circumiens.

ἔλιξις, ἡ, (ἑλίσσω) linctus, deglutitio, ap. Hipp. 2) volutatio.

ἑλικόκερως, ωτος, (κέρας) tortuosa cornua habens.

ἑλικόπορος, ον, (πόρος) fortasse itinere incedens.

ἑλίσσω, *Att.* ἑλίττω, f. ξω, (εἰλέω) volvo, circumvolvo, complico.

ἑλίτροχος, ον, in quo vertitur axis, epith. σύριγγος.

ἑλίχρυσος, ὁ, flos agrestis aurei coloris, aurelia, Theocr. 1, 30. scribitur quoque ἑλειόχρυσος.

ἑλκαίνω, (ἕλκος) vulnere laboro, vulneratus sum, Aesch.

ἑλκάνιον, τό, i. q. ἕλκος, vulnus.

ἑλκανόω, i. q. ἑλκαίνω.

ἑλκεσίπεπλος, ον, longa veste indutus, peplum inter eundum trahens.

ἑλκεσίχειρος, ον, manum secum trahens, τρύπανα, Phil. Th. 15, 5.

ἑλκετρίβων, ὁ, qui pallium trahit. (ῐ)

ἑλκεχίτων, ωνος, (χιτών) cui longa talaris est tunica.

ἑλκέω, f. ήσω, (ἕλκω) apud Homerum, traho: discerpo, dilacero: violo, attento, per vim traho.

ἑλκηδόν, *adv.* tractim, trahendo.

ἑλκηθμός, οῦ, ὁ, violentia, tractio, vis.

ἕλκηθρον, τό, traha. 2) buris.

ἕλκημα, τό, praeda.

ἑλκητήρ, ῆρος, ὁ, qui trahit: κτένες ἑλκητῆρες, irpex, Phaniae ep. 4, 5.

ἑλκήτον, dual. impf. ab ἕλκω pro εἱλκέτον, Od. 13, 32.

ἑλκοποιέω, exulcero: vulnus refrico.

ἑλκοποιός, όν, vulnificus, exulcerans.

ἕλκος, εος, τό, ulcus. 2) vulnus, inprimis inveteratum. (Ab ἕλκειν, quia humores ad partem sauciatam trahuntur.)

ἑλκόω, ulcero, exulcero.

ἑλκτικός, ή, όν, vim trahendi habens.

ἑλκτός, ή, όν, (ἕλκω) tractus, ductilis.

ἑλκύδριον, τό, ulcusculum. *Dim.* ab ἕλκος.

ἑλκυθμός, ὁ, *ap. ser.* i. q. ἑλκηθμός.

ἕλκυσις, ἡ, tractio.

ἕλκυσμα, τό, (ἑλκύω) scoria, seu recrementum argenti. τὰ ἑλκύσματα, tracta lanea.

ἑλκυσμός, ὁ, tractio.

ἑλκυστάζω, f. άσω, trahendo apto.

ἑλκυστήρ, ῆρος, ὁ, funis, vel quodlibet instrumentum, quo aliquid trahitur, extrahitur, etiam capistrum.

ἑλκυστικός, ή, όν, vim habens trahendi.

ἑλκυστίνδα, *adv.* i. q. διελκυστίνδα.

ἑλκυστός, ή, όν, tractus, trahendus.

ἑλκύω, f. ύσω, traho. (υ in praes. anceps, in fut. et aor. plerumque longum.) v. ἕλκω.

ἕλκω, f. ξω, vel ἑλκύω, primum ap. Pind. et Hdt., *poet.* ἑλκέω et ἑλκυστάζω, traho, duco, violenter ago, de animatis et inanimatis, *c. gen.* ejus partis, qua prehensus aliquis trahitur, ut ποδός, Il. Varie dicitur, ut ἱστία ἕλκειν, vela intendere, Od. 2, 426. γυναῖκα ἕλκειν, stuprare. ῥισὶ, naribus attrahere, olfacere. βάσιν, pedem trahere. πλεῖον ἕλκει, majoris ponderis est. ἡ θυρὶς ἕλκει, fenestra aperta facit, ut gravior oriatur aurae meatus, ubi supple ἀέρα, Theophr. *Med.* ἕλκεσθαι ξίφος, gladium suum nudare, Il. τιμάς, ἄφενος, sibi vindicare. Theogn. ξύλον ἕλκεται, lignum non recta linea crescit, sed torquetur.

ἑλκώδης, ες, (ἕλκος) ulcerosus.

ἕλκωμα, τό, (ἑλκόω) ulceratum.

ἑλκωματικός, ή, όν, exulceratorius.

ἕλκωσις, ἡ, (ἑλκόω) ulceratio.

Ἑλλαδικός, ή, όν, (Ἑλλάς) Graecanicus.

ἐλλαμβάνω, (ἐν, λαμβάνω, *irreg.*) comprehensum teneo, constrictum teneo, circumplector.

ἐλλαμπρύνομαι, (λαμπρύνω) splendesco, claresco: magnificentia et splendore utor, in quocunque genere; etiam splendida et magnifica oratione.

ἐλλαμπτικός, ή, όν, illuminandi vim habens.

ἐλλαμπτικῶς, *adv.* ad illuminandum apte.

ἐλλάμπω, f. ψω, illuceo: illustro, clarum reddo: illumino, divinitus doceo. *Med.* praeclare rem gero, gloriam reporto ex aliqua re, τινί, Hdt. 1, 80. 8, 74.

ἔλλαμψις, εως, ἡ, splendor, fulgor, claritas: illuminatio in sacris.

Ἑλλᾱνικός, ή, όν, *Dor.* p. Ἑλληνικός. 2) *Nom. propr.* veteris historiarum scriptoris, Lesbo oriundi, cujus nominis penultimam producit Tzetz. Posthom. 778. corripit Avienus. ora marit. 43.

Ἑλλᾱνοδίκαι, ῶν, οἱ, (Ἕλλην, δίκη) judices sacrorum certaminum apud Graecos. 2) in rebus *Lacedaemoniorum* judices in castris s. de re militari, Xen. Lac. 13, 11.

Ἑλλάς, άδος, ἡ, Hellas, Graecia. Sed diversis temporibus diversus erat hujus nominis ambitus; primum enim ita vocabatur urbs Thessaliae, ab Hellene condita: tum pars illa Thessaliae, quam incolebant Myrmidones, alias Phthiotis dicta, sic ap. Homerum: denique, continens Graeciae terra exceptis Peloponneso et Thessalia usque ad Thesprotiam, Hdt. 8, 44. 47. Tamen jam Herodoti tempore Ἑλλάδος nomine appellabantur omnes regiones, ubi habitabant Graeci, cui verbi gratia Ephesus censetur esse ἐν τῇ Ἑλλάδι, 1, 92. Interdum Attica quoque Ἑλλάδι opponebatur, cf. ad Lycurg. p. 189. — 2) *Nom. propr.* mulierum. 3) Ἑλλάς, άδος, ὁ, ἡ, *adj.* pro Ἑλληνικός, ap. poetas inpr. *trag.*

ἐλλάς, άδος, ἡ, vel εἰλάς (εἰλέω) vinculum.

ἐλλεβοριᾶν, (ἐλλέβορος) helleboro indigere.

ἐλλεβορίζω, helleboro purgo.

ἐλλεβορισμός, ὁ, purgatio helleboro facta.

ἐλλεβοροποσία, ἡ, hellebori potatio.

ἐλλέβορος, et ἑλλέβορος, ὁ, helleborus, veratrum.

ἐλλεδανός, οῦ, ὁ, (ἐλλάς) vinculum, restis.

ἔλλειμμα, τό, (ἐλλείπω) defectus, delictum, erratum: reliquum pensionis non persolutae.

ἐλλειπής, ές, cui deest aliquid, imperfectus.

ἐλλειπτικός, ή, όν, defectivus.

ἐλλειπτικῶς, *adv.* defective.

ἐλλείπω, f. ψω, relinquo, praetermitto, praetereo: deficio. 2) inferior sum ἔν τινι.

ἔλλειψις, εως, ἡ, derelictio, praetermissio. 2) defectus. 3) Figura grammatica, qua vox eleganter omittitur.

ἔλλεσχος, ον, (ἐν et λέσχη) vulgatus, qui est in omnium ore et sermone.

Ἕλλην, ηνος, ὁ, Graecus: proprie filius Deucalionis, a quo Graeci nomen Ἑλλήνων sortiti.

Ἑλληνίζω, f. ίσω, Graecos sequor, seu imitor, Graecum refero, Graecus sum. 2) cum Graecis facio, Graecis faveo, id est gentilibus Christo infestis. 3) Graece loquor.

Ἑλληνικός, ή, όν, Graecus, Grajus, Graecanicus. 2) Graecos decens. 3) Graecis favens. τὸ Ἑλληνικόν, Graeci.

Ἑλληνικῶς, *adv.* Graece, Graeco more, Graecanice. *Comp.* Ἑλληνικωτέρως.

Ἑλλήνιος, α, ον, i. q. Ἑλληνικός.

Ἑλληνίς, ίδος, ἡ, Graeca.

Ἑλληνισμός, ὁ, imitatio Graecorum: literae Graecae, lepos Graecus: sermo Graecanicus, seu proprietas verborum Graecorum.

Ἑλληνιστής, οῦ, ὁ, sectator, seu imitator Graecorum, aemulus et studiosus Graecorum. 2) Judaeus Graecus, i. e. Graeca lingua utens; N. T.

Ἑλληνιστί, *adv.* ad imitationem Graecorum, ritu et more Graecanico. 2) Graece, lingua Graeca.

Ἑλληνοδίκαι, ῶν, οἱ, idem quod Ἑλλανοδίκαι.

Ἑλληνοκοπέω, Graecorum gratiam capto. 2) Graecorum more dissero, ap. Polyb.

Ἑλληνοταμίαι, ῶν, οἱ, quaestores Graeciae, aerarii Graeci praefecti.

Ἑλλησποντίας, ου, ὁ, nomen venti ab Hellesponto spirantis.

Ἑλλησπόντιος, α, ον, Hellespontius, qui ad Hellespontum provenit.

Ἑλλήσποντος, ου, ὁ, Hellespontus, mare, vel potius fretum inter Europam Asiamque. Ex Ἕλλη, *Helle*, et πόντος, *mare*, quasi πόντος τῆς Ἕλλης, *mare Helles*, quae in ipso periit.

ἐλλιμενίζω, (λιμήν) in portu sum. 2) in portum venio, portum capio. 3) portorium exigo.

ἐλλιμενικός, ή, όν, ad portum seu portorium pertinens. τὰ ἐλλιμενικά, sc. τέλη, portorium.

ἐλλιμένιον, τό, (λιμήν) portorium.

ἐλλιμενιστής, οῦ, ὁ, (ἐλλιμενίζω) portorii exactor, portitor.

ἐλλιμνάζω, stagno, restagno.

ἐλλιπής, ές, (ἐλλείπω) curtus, cui deest aliquid, imperfectus.

ἐλλιπῶς, *adv.* imperfecte. A praec.

ἐλλοβίζω, (ἔλλοβος) siliquor.

ἐλλόβιον, τό, (λοβός) inauris.

ἐλλοβοανθής, ές, (ἔλλοβος et ἄνθος) florem in siliqua edens, in folliculo florens, Theoph. h. pl. 6, 5. ubi alii legunt ἐλλοβόκαρπος, ον, fructum in siliqua habens.

ἔλλοβος καρπός, (λοβός) fructus in folliculo, vel in siliqua clausus.

ἐλλοβοσπέρματος, ον, (σπέρμα) cui semina sunt in folliculo vel siliqua. Hinc ἐλλοβόσπερματα, semina in folliculis clausa.

ἐλλοβώδης, ες, qui est e genere siliquatorum, vel siliquas ferentium.

ἐλλογέω, imputo, expensum fero.

ἐλλόγιμος, ον, clarus, nobilis: doctus, facundus.

ἔλλογος, ον, rationis particeps, rationalis: aptus, probandus: eximius, insignis, clarus.

ἐλλόγως, *adv.* cum ratione, apte.

ἐλλοπιεύω, ἐλλοπιεύω, f. εύσω, (ἔλλοψ) piscor.

ἐλλός, οῦ, ὁ, hinnulus, Od. 19, 228.

ἐλλός, ή, όν, mutus, Soph. Aj. 1297.

ἐλλοφόνος, ον, hinnulorum peremtor, cervorum interfector.

ἐλλοχάω, f. ήσω, in insidiis lateo, insidior.

ἐλλοχίζω, f. ίσω, in insidiis pono.

ἔλλοψ, οπος, ὁ, qui vocem edere nequit, mutus, ut piscis. 2) piscis.

ἔλλυπος, ον, (λύπη) tristis.

ἐλλυχνιασμένος, η, ον, (ἐλλυχνιάζω) ellychnium habens.

ἐλλύχνιον, τό, (λύχνος) ellychnium, funale.

ἐλλυχνιωτός, ή, όν, linamenti genus apud chirurgos e materia ellychniorum.

ἐλλωβάομαι, f. ήσομαι, (λωβάομαι) conviciis proscindo aliquem, εἴς τινα.

Ἐλλωτία, s. Ἐλλωτίς, ή, cognomen Minervae; unde τὰ Ἐλλώτια, festum Minervae Corinthi celebrari solitum, Pind.

ἑλμινθιάω, (ἕλμινς) lumbricis infestor.

ἑλμίνθιον, τό, lumbriculus: tinea. *Diminut.* ab ἕλμινς.

ἑλμινθώδης, ες, lumbrico similis. A seq.

ἕλμινς, νθος, ή, (scribitur et ἕλμινς) lumbricus. 2) tinea. *Plur.* etiam ἕλμιγγες.

ἑλξίνη, ή, helxine, herba.

ἕλξις, ή, tractio, attractus.

ἕλος, εος, τό, palus, aqua palustris coeno mixta. 2) palus, ubi carex nascitur, carectum.

ἐλπιδοδώτης, ου, ὁ, auctor spei.

ἐλπιδοκοπέω, inani spe detineo.

ἐλπιδοποιέω, spem alicui facio, spe lacto.

ἐλπίζω, f. ίσω, spero. 2) reor, existimo, *diciturque interdum et in partem deteriorem*, pro vereor, metuo. 3) *active*, spem facio. cf. ἔλπω.

ἐλπίς, ίδος, ή, spes. 2) exspectatio. 3) metus, periculum.

ἔλπισμα, τό, speratum.

ἐλπιστικός, ή, όν, in spe positus.

ἐλπιστός, ή, όν, sperabilis, qui sperari potest.

ἔλπω, spem facio, *c. acc. pers.* Od. 2, 91. 13, 380. *Med.* ἔλπομαι, *Epice* ἐέλπομαι, pf. ἔολπα, plpqf. ἐώλπειν, spero, exspecto, puto; *etiam sensu deteriore*: metuo, Il. 15, 110. Constr. c. inf., cui saepe ap. *Atticos* additur ἄν, vel cum ὅπως sequente ind. fut. Cf. ἐλπίζω, quae forma magis est *Attica*.

ἐλπωρή, ῆς, ή, spes.

ἔλσαι, inf. ἔλσας, part. aor. 1. ab εἴλω, q. v.

ἔλυμα, s. ἔλυμα, τό, (ἐλύω) pars aratri in medio, temo, buris. 2) integumentum.

ἔλυμος, ὁ, (ἐλύω) theca citharae. 2) tibia e buxo. 3) genus leguminis, panicum.

ἔλυστρον et ἔλυτρον, τό, involucrum, integumentum. 2) pars illa, e qua nascitur cilium. 3) crusta in insectis, quae alas claudit. 4) folliculus seminis. 5) alveus et receptaculum aquarum.

ἐλυτρόω, tego, involvo.

ἐλύω, vel ἐλύω, f. ύσω, (εἰλύω) involvo, implico, intego.

ἐλώδης, ες, (ἕλος) palustris.

ἕλωρ, ορος, τό, captura. 2) rapina, praeda. 3) poena captionis, vel caedis.

ἑλώριον, τό, idem.

ἐμαυτοῦ, ῆς, οῦ, mei ipsius.

ἐμβαβάζω, f. ξω, inclamo alicui.

ἐμβαδίζω, f. ίσω, incedo.

ἐμβάδιον, τό, (ἐμβάς) calceus, vel solea.

ἐμβαδόν, *adv.* (ἐμβαίνω) pedestri itinere.

ἐμβαδόν, τό, area, planities: hinc ἐμβαδομετρικός, ή, όν, pertinens ad areas metiendas.

ἔμβαθμος δικαστής, in Pand. ordinarius judex; ex ἐν et βαθμός, *tribunal*.

ἔμβαθρα, ων, τά, calceamenti genus.

ἐμβαθύνω, profundum facio, in profundum ago vel extendo: immergo. 2) penetro.

ἐμβαίνω, f. βήσομαι, (βαίνω, *irreg.*) incedo: ingredior, subeo, adeo, conscendo: insulto. 2) *trans.* in quibusdam tempp., de quibus v. sub βαίνω, ingredi facio, injicio, impono, Herodt. 1, 46.

ἐμβακχεύω, bacchor in, insolenter lactor in.

ἐμβάλλω, (βάλλω, *irreg.*) jaculor in aliquem, immitto, injicio: insero, intersero, intercalo 2) ingredior, venio aliquo: hostiliter irruo, impetum in aliquem facio.

ἔμβαμμα, τό, (ἐμβάπτω) embamma, liquamen, intinctus, jurulentum, quod ad intinctus paratur.

ἐμβαπτεύω, i. q. ἐμβάπτω, *dub.*

ἐμβαπτίζω, f. ίσω, intingo, immergo.

ἐμβάπτω, f. ψω, idem.

ἐμβαρύθω, f. ύσω, gravo.

ἐμβάς, άδος, ή, solea, soccus.

ἐμβασικοίτης, ὁ, (ἐμβαίνω) qui intrat, aut inscendit τὴν κοίτην, cubile, *dub. signif.*

ἐμβασιλεύω, regno in, jacto me in, τινί.

ἐμβάσιος, ου, ὁ, (ἐμβαίνω) Epithetum Apollinis, qui colebatur in litore a conscensuris navem.

ἔμβασις, ή, ingressus, introitus, conscensus. 2) solium, in quo lavamur.

ἐμβασίχυτρος, ου, ὁ, ή, (ἐμβαίνω, χύτρα) in ollas repens, nom. muris in Batrachomyom.

ἐμβαστάζω, f. σω, (βαστάζω, *irr.*) infero, importo, affero.

ἐμβατεύω, f. εύσω, pedem infero: fastose incedo: invado, ingero me: quaero, scrutor. 2) ingredior, frequento aliquem locum, *c. acc.* et *c. gen.* Schaef. ad Dion. p. 428.

ἐμβατή, ῆς, ή, solium, vel alveus, sive vas, quo in balneo ad lavandum utuntur.

ἐμβατήριος, ία, ον, vel ος, ον, ad incedendum pertinens: ὁ ἐμβατήριος, sc. ῥυθμός, numerus carminis ἐμβατηρίου: ἐμβατήριον, τό, carmen, ad cujus numeros milites incedunt, gressus: ή ἐμβατηρία, sc. ὄρχησις, saltatio in armis: τὰ ἐμβατήρια, sc. ἱερά, sacra, quae peragebantur ab adscensuris navem, eadem dicebantur quoque ἐμβατήριος θυσία.

ἐμβάτης, ὁ, sessor, eques: miles classiarius. 2) *Plur.* ἐμβάται, ῶν, cothurni. v. ἐμβάς.

ἐμβατός, ή, όν, et ἐμβατός, όν, qui adscendi potest: facilis accessu, ad quem accedere licet.

ἐμβάφιον, τό, (βάπτω) patina profundior, acetabulum.

ἐμβάφιος, ον, bibulus: cui aliquid immergi potest.

ἐμβεβαιόω, constabilio, conficio.

ἐμβεβηλέω, f. ήσω, et -λόω, λώσω, profano, contamino.

ἐμβελής, ές, (βέλος) qui est intra teli jactum.

ἔμβη, *poet.* p. ἐνέβη.

ἐμβιβάζω, f. άσω, impono, v. c. navi, induco. 2) impello, duco ad aliquid, v. c. εἰς τὴν δικαιοσύνην.

ἔμβιος, ον, vitalis, vivus, vivax. τὸ ἔμβιον, vita et vigor.

ἐμβιοτεύω, vivo in, dego aetatem in.

ἐμβιόω, f. ώσομαι, (βιόω, *irreg.*) vivo in, vitam dego in: *metaph.* de herbis succrescentibus in aliquo loco.

ἐμβίωσις, ή, vita aliquo loco acta.

ἐμβιωτήριον, ου, τό, domicilium, sedes.

ἐμβλάπτω, f. ψω, impedio.

ἔμβλεμμα, τό, intuitus, rectus adspectus.

ἐμβλέπω, f. ψω, intueor, oculos infigo.

ἔμβλημα, τό, (ἐμβάλλω) emblema, quod operi alteri insertum est ornatus caussa, ut sigillum poculi etc. item opus tessellatum.

ἔμβλησις, ή, injectio, insertio emblematis.

ἐμβοάω, (βοάω, *irreg.*) occlamo, clamorem tollo.

ἐμβόησις, ή, inclamatio, clamitatio.

ἐμβοθρεύω, foveam facio, alte infodio.

ἔμβοθρος, ον, in foveam depressus locus. 2) qui in fovea est.

ἐμβοθρόω, in foveae vel scrobis formam excavo vel deprimo.

ἐμβολάς, άδος, ή, arbor insita. 2) fructus insitus.

ἐμβολεύς, έως, ὁ, adgressor: quodcunque immittitur vel injicitur, pessulus, paxillus.

ἐμβολή, ῆς, ή, irruptio. 2) impressio irruentis aciei vel grandinis. 3) ostium fluminis. 4) aditus regionis. 5) onus navis. 6) rostrum navis, an significet, certum non est. v. ἔμβολος.

ἐμβολιμαῖος, αία, αῖον, insertus, intercalaris.

ἐμβόλιμος, ον, (ἐμβάλλω) intercalaris, insertus. 2) imperfectus.

ἐμβόλιον, τό, digressio, pars inserta operi ornandi caussa, episodium, τὰ ἐμβόλια, etiam sunt retia.

ἐμβολίσματα, τά, panni hinc inde consuti.

ἐμβολισμός, ὁ, intercalatio.

ἔμβολος, ου, ὁ, et ἔμβολον, ου, τό, (ἐμβάλλω) rostrum navis. 2) paxillus, fulcimentum. 3) acies cuneata: pars machinae; 4) porticus genus, in templis Graecorum. οἱ ἔμβολοι, tribunal, pro rostris.

ἐμβομβέω, bombos edo, resono in.

ἐμβραδύνω, immoror.

ἐμβράσσομαι, ferveo, aestuo: commoveor, moestus et tristis sum. Aquila Gen. 11, 6.

ἔμβραχυ, vel ἐμβραχύ, *adv.* summatim, breviter.

ἔμβρεγμα, τό, (ἐμβρέχω) liquor, succus; id, in quo aliquid tingitur et madefit. 2) id, quod in liquore aliquo madefactum parti adfectae applicatur.

ἐμβρέμομαι, (βρέμω) infremo, ἀνέμος ἱστίῳ, Il. 15, 627. *ap. seriores* etiam in *activo*.

ἔμβρεφος, ον, (βρέφος) tenerrima aetate, infantilis.

ἐμβρέχω, f. ξω, impluo, humecto.

ἐμβρίθεια, ἡ, gravitas. (‒‒‒⏑)

ἐμβριθής, ές, (βρίθω) gravis, ponderosus: constans, solidus, firmus: ferox.

ἐμβρίθω, f. σω, (βρίθω) gravis sum alicui. (‒‒‒)

ἐμβριθῶς, *adv*. graviter: severe, rigide: ferociter.

ἐμβριμάομαι, f. ήσομαι, fremo: graviter et vultu irato increpo, interminor, τινί.

ἐμβρίμημα, τό, comminatio, indignatio, oratio minarum plena. (ῑ)

ἐμβρονταῖος, αία, αῖον, fulmine ictus: τὸ ἐμβρ. bidental.

ἐμβροντάομαι, ῶμαι, attonitus fio, obstupesco. Unde ἐμβεβροντῆσθαι, stupere. ἐμβεβροντημένος, stupefactus, stupidus.

ἐμβροντησία, ας, ἡ, stupor: vesania.

ἐμβρόντητος, ον, attonitus, amens.

ἐμβροχάς, ἡ, mergus, Geop. 4, 13.

ἐμβροχή, ῆς, ἡ, (ἐμβρέχω) irrigatio, quae fit intingendo. 2) fomentum humidum, quod parti affectae affunditur.

ἐμβροχίζω, illaqueo.

ἐμβροχος, ον, (βρόχος) illaqueatus, laqueis implicitus.

ἔμβροχος, ον, (βρέχω) madefactus.

ἐμβρύκω, (βρύκω) mordeo, arrodo.

ἐμβρυοδόχος, ου, ὁ, (δέχομαι) receptor embryi. Lucian. Lexiph. pag. 184.

ἐμβρυοθλάστης, ὁ, (θλάω) uncus, seu spiculum ad educendos fetus.

ἐμβρύοικος, ον, (βρύον, οἰκέω) qui in alga habitat, i. e. qui versatur in fundo maris, epith. anchorae.

ἐμβρυοκτόνος, ον, (κτείνω) fetum necans.

ἔμβρυος, ον, prolificus, genitalis. ἔμβρυον, τό, embryon, infans in utero materno adhuc conclusus, crudus et immaturus: fetus: infans recens natus, Od. 9, 245. 309. 432. (Ex ἐν et βρύω, *pullulo*, quasi ἐν τῇ γαστρὶ βρύον, in ventre sive utero pullulans.)

ἐμβρυοτομία, ἡ, (τέμνω) umbilici sectio in infante recens edito.

ἐμβρυουλκός, οῦ, ὁ, (ἕλκω) instrumentum quo fetus ex utero trahitur.

ἔμβρωμα, τό, (βιβρώσκω) jentaculum, cibus. 2) erosio, seu id ipsum quod erosum est.

ἐμβρωματίζω, cibum do; jentaculum comedo, Eustath.

ἐμβυθίζω, immergo.

ἐμβύθιος, ον, qui est in profundo, profundus, immersus.

ἐμβυκανάω, buccina cano.

ἐμβυρσόω, in pellem includo.

ἐμβύω, obturo, obstruo: impleo: tego.

ἐμβώμιον, τό, auctarium sacrificiorum. ap. Julian. ep. 24. *nisi legendum*, ἐπιβώμιον.

ἐμέ, *acc*, ab ἐγώ, enclit. με.

ἐμέθεν, gen. *poet*. pro ἐμοῦ ab ἐγώ.

ἐμεί, *Dor*. p. ἐμέ, ut τεί p. τέ, σέ.

ἐμεῖο, gen. *ep*. p. ἐμοῦ, ab ἐγώ.

ἐμέμηκον, impf. *ep*. a μηκάομαι, Od. 9, 439.

ἔμεν, inf. *ep*. et *Ion*. ab εἰμί, p. εἶναι, Hom.

ἐμέν, 1 pl. praes. ab εἰμί pro ἐσμέν, Call.

ἔμεναι, inf. *ep*. et *Ion*. ab εἰμί pro εἶναι.

ἔμενος, η, ον, part. aor. 2. med. ab ἵημι.

ἐμέο, gen. *ep*. et *Ion*. p. ἐμοῦ, ab ἐγώ. Il. 10. 124.

ἐμεσία, ἡ, vomitus.

ἔμεσις, ἡ, (ἐμέω) vomitus.

ἔμεσμα, τό, quod vomitu rejicitur.

ἐμετήρ, ῆρος, ὁ, qui vomit.

ἐμετήρια, ων, τά, pharmaca vomitoria.

ἐμετηρίζω, vomitum cieo.

ἐμετής, ὁ, i. q. ἐμετήρ.

ἐμετιάω, (ἔμετος) vomo.

ἐμετικός, ή, όν, vomitorius, vomitum provocans.

ἐμετοποιέομαι, vomitum facio.

ἐμετοποιός, όν, vomitum ciens.

ἔμετος, ὁ, vomitus, vomitio.

ἐμετός, ή, όν, vomitu ejectus.

ἐμετωδέως, *adv*. in modum vomitus, ab ἐμετώδης, quod est ab ἔμετος.

ἐμεῦ, gen. *ep*. et *Ion*. p. ἐμοῦ ab ἐγώ, Hom., enclitice μευ, *Aeol*. et *Dor*. ἐμεῦς.

ἐμέω, f. έσω, vomo, evomo.

ἐμί, *vetus forma* p. εἰμί, Inscr. Sigea.

ἔμικτο, plqpf. *ep*. p. ἐμέμικτο a μίγνυμι, Od.

ἐμίν, dat. *Dor*. p. ἐμοὶ ab ἐγώ. (ultima longa; ubi vero est encliticum, corripitur.)

ἐμμαίνομαι, furo in, insanio.

ἔμμαλλος, ον, (μαλλός) villosus.

ἐμμανής, ές, (ἐμμαίνομαι) furibundus, lymphatus, furore plenus.

ἐμμανῶς, *adv*. furenter.

ἐμματέω, dicto citius aliquid facio. Nicander Ther. 809. ἐμματέουσα, ubi Schol. ἐνεργοῦσα, i. e. satagens, nisi est *falsa lectio* pro ἐμματέουσα.

ἐμμαπέως, *adv*. dicto citius, simul cum dicto, promte, studiose, Hom.

ἐμμάρτυρος, ον, (μάρτυρ) testes habens, testimoniis comprobatus.

ἐμμαρτύρως, *adv*. e testimonio, ut testis idoneus adsit.

ἐμμάσσω, f. ξω, (μάσσω) impingo, τινί τι: plerumque in *Med*.

ἐμματαιάζω, f. άσω, inania et futilia blatero. Dicitur et ἐμματάζω, et ἐμματαΐζω.

ἐμματέω, ἐμματεύω, insero, Nicander Alexiph. 137. ἐμματέων, ubi Schol. καθιεὶς τοὺς δακτύλους, demittens et immittens digitos. Hesychius ἐμματέων, ψηλαφῶν, i. e. contrectans.

ἐμμάχομαι, f. έσομαι, *vulgo* οῦμαι, *Ion*. ἐμμαχέομαι, (μάχομαι, *irreg*.) pugno in, praelium facio in aliquo loco.

ἐμμέθοδος, ον, in quo methodus inest. 2) artificiosus.

ἐμμεθόδως, *adv*. methodice, artificialiter, via et ratione.

ἐμμεθύσκομαι, inebrior in, vel inter. 2) ebrius sum.

ἐμμειδιάω, f. άσω, subrideo in, vel propter.

ἐμμέλεια, ας, ἡ, (ἐμμελής) modulatio. 2) apta modulatio. 3) genus saltationis tragicae: sedatum quoddam saltationis genus. *proprie* dicitur de omni saltatione, quae ἐμμελῶς, cum cantu quodam saltatur. 4) concinnitas, elegantia.

ἐμμελεστέρως, *adv*. curiosius, accuratius.

ἐμμελετάω, f. ήσω, meditor, exerceo me in aliqua re.
ἐνουλισμός, ὁ, crispatio v. c. comae, quae fit calamistro.

ἐνουράνιος, ον, qui in coelis est, coelestis.

ἐνουρέω, (οὐρέω, *irreg.*) immejo, ut in cineres patris, quae quum sit atrox contumelia, universe ἐνουρεῖν τινι est aliquem contumelia afficere. 2) urinam non contineo.

ἐνουρήθρα, ας, ἡ, et ἐνούρηθρον, τό, matula, matella.

ἔνουρος, ον, (οὖρον) qui in urina est.

ἐνούσιος, ον, substantialis, substantiae inhaerens. 2) innatus. 3) opulentus.

ἐνοφείλομαι, (ὀφείλω, *irreg.*) debeor, de pecunia sub hypotheca, pignore.

ἐνοφθαλμιάω, oculos alicui rei adjicio, appeto.

ἐνοφθαλμίζω, f. ίσω, inoculo, gemmam cum exiguo cortice in delibratam arborem insero.

ἐνοφθαλμισμός, ὁ, inoculatio.

ἐνοχή, ἡ, (ἐνέχω) obligatio, nexus.

ἐνοχλέω, f. ήσω, turbo, obtundo, interpello, molestus sum.

ἐνόχλησις, ἡ, turbatio, molestia.

ἐνοχοποιός, όν, (ποιέω) obligationem afferens.

ἔνοχος, ον, qui tenetur quasi vinctus et obstrictus: obnoxius, obstrictus, reus.

ἔνοψις, ἡ, (ὄψομαι) adspectus.

ἑνόω, f. ώσω, unio, aduno.

ἐνράπτω, f. ψω, insuo, includo.

ἐνρήγνυμι, f. ρήξω, (ῥήγνυμι, *irreg.*) nitendo effringo: irruo.

ἐνριγόω, frigeo in. Unde ἐνερρίγωσα.

ἔνριζος, ον, (ῥίζα) radicem habens, cum radice, Geopon.

ἐνριζόω, f. ώσω, radices ago in.

ἐνρίπτω, f. ψω, (ῥίπτω, *irreg.*) injicio, conjicio in aliquem.

ἐνρυθμικός, ή, όν, qui rhythmos, numeros servat.

ἔνρυθμος, ον, rhythmis et numeris constans, habens rhythmos.

ἐνσαρόω, f. ώσω, verro.

ἐνσάττω, (σάττω) infercio, impleo.

ἐνσβέννυμι f. σβέσω, (σβέννυμι, *irreg.*) exstinguo in.

ἐνσείω, f. είσω, incutio, infligo, illido: irruo.

ἐνσήθω, incerno, cribro, cribro transmitto.

ἐνσηκάζω, (σηκός) stabulo includo, *ap. seriores*: in coenobium includo.

ἐνσημαίνω, et ἐνσημαίνομαι, significo, exprimo, inprimo.

ἐνσημειόομαι, significo ubi aliquid sit, indico, *si lectio vera* Xen. ven. 6, 22.

ἔνσιμος, ον, (σιμός) aliquantulum simus.

ἐνσινής, ές, (σίνος) laesus.

ἐνσκέλλω, *poet.* ἐνισκέλλω, (σκέλλω, *irreg.*) exsicco, exarefacio, aridum reddo: pf. ἐνέσκληκα, siccus, aridus, durus sum.

ἐνσκευάζω, f. άσω, instruo, induo, orno.

ἔνσκευος, ον, (σκευή) paratus, instructus: inpr. larvam habens, *oppos.* ἄσκευος.

ἐνσκήπτω, f. ψω, *poet.* ἐνισκήπτω, (σκήπτω) infligo, incutio, immitto, Hdt. 1, 105. 4, 79. 2) *intr.* cum impetu incido, ingruo, irruo, Hdt. 8, 39. etiam *c. dat.*, inpr. de morbis.

ἐνσκιατροφέομαι, vitam umbratilem dego.

ἐνσκίμπτω, f. ψω, *poet.* ἐνισκίμπτω, (σκίμπτω) firmiter alligo, affigo, Il. 2) i. q. ἐνσκήπτω.

ἐνσκιρρόομαι, scirrhum duco, in scirrhum degenero.

ἐνσκλῆναι, inf. aor. pass. ἐνέσκλην ab ἐνσκέλλω.

ἐνσοβέω, (σοβέω) superbus incedo, πεδίλω, Philostr.

ἐνσοριάζω, f. άσω, in loculo condo, sepelio.

ἐνσόριον, τό, (σορός) arca funebris, loculus.

ἔνσοφος, ον, sapiens.

ἐνσπαργανόω, f. ώσω, fasciis involvo.

ἐνσπείρω, insero, insemino: injicio.

ἔνσπερμος, ον, in quo semen inest: qui copioso est semine.

ἔνσποδος, ον, cineritius, pulverulentus.

ἔνσπονδος, ον, (σπονδή) foedere junctus,

foederi inclusus, confoederatus. 2) qui a bello fit amicus.

ἐνσπόνδως, *adv.* cum ἔχειν est foedere junctum esse. 2) e foedere, servato foedere.

ἐνστάζω, f. ξω, instillo. Od.

ἐνσταλάζω, f. ξω, instillo.

ἐνστᾰσις, ἡ, (ἐνίστημι) exordium rei institutae. 2) intentio litis et caussae. 3) pugnax contentio, adversatio. 4) propositum, institutum. 5) figura oratoria, s. argumentum contrarium ad refellendum adversarium.

ἐνστάτης, ου, ὁ, qui in via obsistit.

ἐνστᾰτικός, ή, όν, instans et urgens.

ἐνστᾰτικῶς, *adv.* instanter et pugnaciter, pertinaciter inficiando vel repugnando.

ἐνστείνω, (στείνω) coarcto in aliquo loco, Q. Sm.

ἐνστέλλω, (στέλλω) orno, instruo cultu quodam, ἱππάδα στολὴν ἐνεσταλμένος, Hdt. 1, 80.

ἐνστερνίζω, (στέρνον) in pectore figo. *Med.* in pectoris sinum recipio, amplector, complector, Hesych.

ἐνστερνόμαντις, ὁ, idem quod στερνόμαντις.

ἐνστηθίδιος, ον, (στῆθος) qui est in pectore.

ἐνστηθίζω, (στῆθος) i. q. ἐνστερνίζω. Athanas.

ἔνστημα, τό, (ἐνίστημι) impedimentum.

ἐνστηρίζω, f. ίξω, infigo, adigo in, Il. 21, 168.

ἐνστίζω, f. ίξω, acu pingo in.

ἐνστοιβάζω, instipo.

ἐνστομίζω, f. ίσω, frenum injicio.

ἐνστόμιος, ον, (στόμα) qui in ore est.

ἐνστόμισμα, τό, frenum.

ἔνστομος, ον, i. q. ἐνστόμιος.

ἐνστρᾰτοπεδεύω, castra metor seu pono in aliquo loco.

ἐνστρέφω, f. ψω, intorqueo. *Med.* torqueor in aliquo loco, Il. 5, 306. *metaph.* versor, commoror alicubi.

ἐνστρογγυλόω, i. e. στρογγυλόω ἐν.

ἐνστροφαί, αἱ, (ἐνστρέφω) diverticula.

ἐνστρωφάω, i. q. ἐνστρέφω.

ἐνστύφω, f. ψω, adstringo linguam (---)

ἐνσυλλαγχάνω, i. e. συλλαγχάνω ἐν. (*irreg.*)

ἐνσύνθηκος, ον, (συνθήκη) i. q. ἔνσπονδος.

ἐνσφηνόω, f. ώσω, cuneum intrudo, impingo velut cuneum. 2) spisso, velut adacto cuneo, coasso.

ἐνσφραγίζω, f. ίσω, signum inprimo, nota insignio. *Ion.* ἐνσφρηγίζω.

ἐνσχερῷ, *adv.* v. σχερός.

ἐνσχολάζω, f. άσω, immoror, versor in: acquiesco in.

ἐνσχολέω, f. ήσω, idem.

ἐνσώματος, ον, corporeus, corporatus.

ἐνσωματόω, f. ώσω, vel ἐνσωματίζω, corporea natura induo, in corpus immitto, corpore amicio.

ἐνσωμάτωσις, ἡ, vel ἐνσωμάτισις, ἡ, animarum in corpora immissio. 2) incarnatio, ap. Eccles.

ἐνσωρεύω, f. εύσω, accumulo, obruo. Cyrill.

ἔνταλμα, τό, (ἐντέλλω) mandatum, jussum.

ἐνταμιεύω, f. εύσω, recondo, in thesaurum refero, Hesych.

ἐντάμνω, incido. *Ion.* pro ἐντέμνω.

ἐντανύω, f. ύσω, intendo, c. g. τόξον, Hom.: etiam in *medio*, Od. 21, 405. (υ semper corripitur.)

ἔνταξις, ἡ, (ἐντάσσω) interjectio, quum quid in ordinem aliquem inseritur.

ἐνταράσσω, f. ξω, *Att.* -ττω, (ταράσσω, *irreg.*) turbas excito alicubi, τινί. *Med.* conturbor s. anxius sum in aliqua re.

ἔντᾰσις, ἡ, (ἐντείνω) intensio.

ἐντάσσω, *Att.* ἐντάττω, f. ξω, interjicio, interpono: constituo.

ἐντᾰτικός, ή, όν, (ἐντείνω) intendendi vim habens.

ἐντᾰτός, ή, όν, (ἐντείνω) intentus.

ἐνταῦθα, *adv.* (ἐν) huc, Il. 9, 601. plane idem quod ἐνταυθοῖ: sic etiam in *Atticis*, huc, eo, Xen. An. 1, 2, 1. 1, 10, 13. 17. 3, 5, 6. μέχρις ἐνταῦθα, huc usque, eo usque, Xen. An. 5, 5, 3. 2) *Attici*, qui etiam ἐνταυθί (---) dicunt, usurpant hoc adverbium *a*) de loco, hic, illic. *b*) de tempore, nunc. *c*) de conditionibus, hac re, hac in re, hoc respectu habito, si ita res habet. – Nonnunquam jungitur *c. gen.* ἐνταῦθα γῆς, ἡλικίας, al. hic terrarum, hic aetatis.

ἐνταυθοῖ, *adv.* (ἐν) huc, illuc, Hom. 2) *rarius Attici* usurpant pro ἐνταῦθα, hic.

ἐνταφιάζω, f. άσω, (ἐντάφιος) funero, ad sepulturam corpus compono.

ἐνταφιασμός, ὁ, funeratio.

ἐνταφιαστής, οῦ, ὁ, funerator, libitinarius.

ἐνταφιοπώλης, ου, ὁ, (πωλέω) qui vendit, quae ad sepulturam pertinent, libitinarius.

ἐντάφιος, ον, (τάφος) sepulcralis, funebris. *Subst.* ἐντάφιον, τό, vestis, quae induitur cadaveri, ornandi caussa; amiculum ferale.

ἔντεα, ων, τά, arma. 2) instrumenta, vasa, v. c. convivalia.

ἐντείνω, f. τενῶ, (τείνω, *irreg.*) intendo, extendo: πληγὴν ἐντείνειν, plagam intendere; sic etiam omisso πληγὴν, ut ἐντείνειν, *absolute* sit *caedere*, *ferire*. 2) versibus exprimo, vel addito ῥυθμῷ καὶ μέτρῳ sive εἰς μέτρον, vel etiam *nude*, cf. Heind. Plat. Phaedon. p. 60. D. 3) ἐντείνειν τὸν ἵππον τῷ ἀγωγεῖ, equum attrahere intento loro, Xenoph. eq. 8, 3.

ἐντείρω, (τείρω) vexo in.

ἐντειχίδιος, ον, (τεῖχος) qui muris se continet, qui muris inclusus est.

ἐντειχίζω, f. ίσω, munimentum et murum aedifico in aliquo loco: muro cingo.

ἐντείχιος, ον, (τεῖχος) muro cinctus.

ἐντείχισις, ἡ, (ἐντειχίζω) muri seu munimenti in loco aliquo exstructio.

ἐντεκμαίρομαι, colligo, conjicio, judico.

ἔντεκνος, ον, (τέκνον) liberos habens.

ἐντεκνόω, (τεκνόω) liberos procreo in.

ἐντελέθω, i. e. τελέθω ἐν.

ἐντέλεια, ας, ἡ, (ἐντελής) perfectio.

ἐντελευτάω, f. ήσω, finio vitam in, morior in.

ἐντελέχεια, ας, ἡ, actus, *opponitur* δυνάμει s. potentiae, Aristot.

ἐντελής, ές, (τέλος) finitus, perfectus, ut τέλειος. 2) οἱ ἐντελεῖς i. q. οἱ ἐν τέλει, magistratus.

ἐντέλλω, et ἐντέλλομαι, mando, jubeo, τινί τι.

ἐντελόμισθος, ον, qui plenam accipit mercedem.

ἐντελῶς, *adv.* (ἐντελής) perfecte, absolute.

ἐντεμενίζω, f. ίσω, dedico signum Dei in aede.

ἐντέμνω, (τέμνω, *irreg.*) incido, scalpo. 2) caesas hostias immolo, sed heroibus. 3) dedico heroi.

ἐντενής, ές, (ἐντείνω) intentus, contentus.

ἔντερα, τά, v. ἔντερον.

ἐντερεύω, f. εύσω, viscera eximo.

ἐντερικός, ή, όν, intestinus.

ἐντεριώνη, ἡ, interior pars cujuslibet rei, ut medulla, nucleus etc. 2) intima pars navis.

ἐντεριωνίς, ίδος, ἡ, idem.

ἐντεροεπιπλοκήλη, ἡ, (ἐπιπλοκήλη) tumor scroti, ex intestino et omento simul in ipsum devolutis.

ἐντεροκήλη, ἡ, (κήλη) ramex, tumor scroti ex delapso in id intestino.

ἐντεροκηλήτης, ου, ὁ, ramicosus.

ἐντεροκηλικός, όν, idem.

ἔντερον, τό, (ἐντός) intestinum. 2) cor. 3) animus. ἔντερον πόρνης, vulva. ἔντερα γῆς, lumbrici, qui ἴουλοι alias dicuntur, centipedae.

ἐντερόνεια, ας, ἡ, i. q. ἐντεριώνη: inpr. interiora navis ligna, quae a carina initium ducunt, Ar. Eq. 1190. (Vulgo scribunt ἐντερονεία, sed vide Dindorf. ad Ar. l. l.)

ἐντεροπώλης, ὁ, qui viscera, farcimina vendit.

ἐντεσιεργός, όν, (ἔντεα, ἔργον) qui armis quibusdam instructus opus facit, qui in armis suis laborat. Il. 24, 277, est epitheton mulorum, junctorum vel jungendorum ad currum, ἐντεσιεργοὶ ἡμίονοι, muli jugales. Alii l. l. scribunt ἐντεσιουργοί.

ἐντεταμένως, *adv.* (ἐντείνω) vehementer, acriter.

ἐντεῦθεν, *adv.* hinc, ex eo, exinde.

ἐντευθενί, *adv.* idem *Attice.* (--⏑-)

ἔντευξις, εως, ἡ, (ἐντυγχάνω) aditus, congressus: id, cujus caussa fit aditus, ut postulatio, preces, gratiarum actio, intercessio, consuetudo quotidiana: lectio libri.

ἐντευκτικός, ή, όν, qui conveniri et compellari facile potest, adfabilis, comis.

ἐντευτλανόω, (τεῦτλον) cum betis coquo.

ἔντεφρος, ον, (τέφρα) in quo cinis est: cinereus.

ἐντεχνία, ἡ, peritia, eruditio.

ἔντεχνος, ον, doctus, artibus instructus, peritus. 2) ab arte profectus, artificiosus.

ἐντέχνως, *adv.* perite, cum magna arte.

ἐντήκω, f. ξω, illiquefacio, liquefactum instillo. 2) inprimo, injicio animo, v. c. studium, odium. 3) consumo.

ἐντί, *Dor.* p. εἰσί, 3 pl. praes. ab εἰμί 2) *Dor.* p. ἐστί, Theocr. 11, 4. Metopus ap. Stob. 1, 64. (-⏑)

ἐντίθημι, f. ενθήσω, (τίθημι) impono, infero, indo, immitto, τινί τι.

ἐντίκτω, f. τέξω, *usitatius* τέξομαι, (τίκτω, *irr.*) ingenero, insero: injicio menti alicujus, v. c. opinionem, τινί τι.

ἐντιλάω, f. ήσω, caco in vel ad, merda seu stercore inquino.

ἐντιμάω, f. ήσω, honoro. ἐντιμάομαι, aestimatum accipio, v. ἐναποτιμάω.

ἔντιμος, ον, (τιμή) qui in honore et pretio habetur, spectabilis, honorabilis, honestus, honorificus, pretiosus.

ἐντιμότης, ἡ, pretium, dignitas.

ἐντίμως, *adv.* honeste, honorifice. (---)

ἐντινάσσω, f. ξω, (τινάσσω, *irreg.*) *Ep.* p.

ἐντέμνω.

ἔντμημα, τό, (ἐντέμνω) incisura.

ἔντμησις, ἡ, incisio.

ἔντο, 3 pl. aor. 2. med. ab ἵημι, Hom. in formula: ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο, postquam desiderium cibi potusque emiserunt ex sese, i. e. postquam satiati erant.

ἐντοίχιος, ον, (τοῖχος) qui est in pariete.

ἔντοκος, ον, (τόκος) pariens, epitheton puerperae. 2) sub usuris collocata pecunia sic dicitur, quia quasi gignit numos.

ἐντολή, ῆς, ἡ, (ἐντέλλω) mandatum.

ἐντολμάω, f. ήσω, audeo.

ἔντομα, ων, τά, v. ἔντομος.

ἐντομή, ἡ, incisio.

ἐντομίας, ου, ὁ, (ἐντέμνω) eunuchus, spado, exsectus.

ἐντομίδης, ου, ὁ, qui in funere se laniat, aut qui τὰ ἔντομα, i. e. insecta mactat, aut inferias infert.

ἐντομίς, ίδος, ἡ, incisio, incisura. 2) laceratio corporis, quae in luctu fiebat. LXX.

ἔντομος, ον, sectus, incisus. Unde τὰ ἔντομα, animalcula insecta. 2) sacra heroica, inferiae.

ἐντονία, ἡ, firmitas, intensio.

ἔντονος, ον, (ἐντείνω) intentus: acer, vehemens.

ἐντόνως, *adv.* intente: acriter, enixe.

ἐντοξεύω, sagitta ferio, et *tropice*, animo injicio, velut amorem. *dub.*

ἐντοπίζω, f. ίσω, in loco aliquo dego, sedem non muto. *dub.*

ἐντόπιος, ον, inquilinus, loci incola.

ἔντοπος, ον, idem.

ἐντορεύω, f. εύσω, perforo: ferro trajicio; penetro: caelo insculpo.

ἐντορνεύω, torno rado.

ἔντορνος, ον, (τόρνος) tornatus, torno confectus.

ἐντός, *adv.* intus, intra, unde ἔντοσθε, *adv.* et ἔντοσθι, idem.

ἔντος, τό, ***nom. sing. obsol.*** ab ἔντεα, q. v.

ἐντόσθια, τά, (ἐντός) intestina: reperiuntur etiam formae ἐνδόσθια, ἐντοσθίδια, ab ἔντοσθε, porro ἐντοσθηθίδια et ἐντοστηθίδια, ab στῆθος pectus.

ἐντραγεῖν, comedere. v. ἐντρώγω.

ἐντραγῳδέω f. ήσω, tragoedias ago in re aliqua, insolenter jacto.

ἐντρανής, ον, (τρανής) penetrans: clarus, perspicuus.

ἐντραπεζίτης, ου, ὁ, parasitus, mensae adsecla. Ex ἐν et τράπεζα, mensa.

ἐντραπεζῖτις, ιδος, ἡ, parasitastria. Ab eod.

ἐντραχύς, εῖα, ύ, (τραχύς) paullulum asper. (––⏑)

ἐντρεπτικός, ή, όν, (ἐντρέπω) pudefaciendi, flectendi, terrendi vim habens, pudore adficiens.

ἐντρεπτικῶς, *adv.* ita ut valeat ad pudorem incutiendum.

ἐντρέπω, f. ψω, (τρέπω, *irreg.*) pudore adficio, facio, ut prae pudore aliquis faciem avertat, vel potius mentem in se colligat, et in acri rei praesentis consideratione defigat. Hinc ἐντρέπομαι, pudore suffundor, verecundor, revereor: dolore afficior, moveor: curo, curam habeo: mutor, flector.

ἐντρέφω, f. θρέψω, (τρέφω, *irreg.*) innutrio, nutrio, vel alo in.

ἐντρέχεια, ας, ἡ, sollertia.

ἐντρεχής, ές, velox: sollers, acutus, acer, in utramque partem.

ἐντρέχω, f. θρέξομαι, *usitatius* δραμοῦμαι, (τρέχω, *irreg.*) curro in vel inter: convenio, quadro. Il. 19. 385. circumcurro, feror, λόγος ἀνθρώποις, Arat. 2) inhaereo, insideo, incesso.

ἐντρεχῶς, citatim, sollerter.

ἐντριβής, ές, diligenter versatus in aliqua re, adsuetus, tritus.

ἐντρίβω, f. ψω, intero, infrico: infligo, incutio, impingo. (–––)

ἔντριμμα, τό, id, quod infricatur faciei, fucus, cerussa. A pr.

ἐντριτωνίζω, *vox comica* ap. Ar. Eq. 1194. ubi v. intpp.

ἐντρίχιον, τό, coma adscititia, galericulum.

ἔντριχος, ον, (θρίξ) qui galericulo utitur ob comae penuriam.

ἐντρίχωμα, τό, pars sub oculis s. extima palpebra, qua pili longiusculi enascuntur. (–⏑–⏑)

ἔντριψις, ἡ, (ἐντρίβω) infrictio, illitus, v. c. cerussae vel pigmenti in cutem, fucus.

ἔντρομος, ον, tremefactus, qui versatur in tremore.

ἐντροπαλίζομαι, *Frequentativum* ab ἐντρέπω, frequenter convertor, respecto inter eundum, Il. 6, 496. 11, 547. 17, 109. 21, 492.

ἐντροπή, ἡ, (ἐντρέπω) conversio. 2) pudor, reverentia, verecundia: quum cedimus alicujus dictis s. precibus. 3) excusatio.

ἐντροπία, ἡ, i. q. ἐντροπή, Hipp. 2) δόλιαι ἐντροπίαι, artes fraudulentae, doli, versutia, Hom. h. Merc. 245.

ἐντροπίας, ου, ὁ, mutatus, ut ἐντροπίας οἶνος, vappa.

ἔντροφος, ον, (ἐντρέφω) innutritus, adsuefactus.

ἐντρυλλίζω vel ἐντρυλίζω, (τρυλλίζω) insusurro in aurem, τινί τι, Ar.

ἐντρυφάω, f. ήσω, oblecto me, splendide et molliter me gero, luxuriose utor. 2) illudo, insulto. *c. dat.* A τρυφάω.

ἐντρύφημα, τό, oblectamentum, deliciae.

ἐντρύχομαι, (τρύχω, *irr.*) molestiam creo. (––⏑–)

ἐντρώγω, f. ξομαι, (τρώγω, *irreg.*) comedendo ingero in ventriculum, comedo, devoro: inpr. usurpatur de τραγήμασι et id genus aliis scitamentis.

ἐντυγχάνω, f. τεύξομαι, (τυγχάνω, *irr.*) incido in aliquem, fortuito occurro alicui, *c. dat.* Hdt. 4, 140. *apud seriores* plerumque *c. dat.* vel etiam *c. inf.* 2) compello aliquem, congredior, convenio, loquor cum aliquo, τινί. 3) lego librum, unde οἱ ἐντυγχάνοντες, lectores, qui incidunt in librum aliquem et legunt eum.

ἐντυλίσσω, f. ξω, involvo.

ἐντυλόω, f. ώσω, callum obduco.

ἐντύνω, vel ἐντύω, (ἔντεα) apparo, instruo, adorno, i. q. ὁπλίζω, Hom. 2) τινά excitare aliquem ad aliquid faciendum, c. inf. Theogn. 198. Pind. (ύνω, ––; ύω, ⏑–)

ἐντυπάς, *adv.* sic adstricta veste, ut figura corporis appareat obvolvendo v. c. os, ut in luctu Il. 24, 163. (–⏑⏑)

ἔντυπος, ον, impressus: dicitur de figuris in metallo, gemma depressis. *opponitur* πρόστυπος, quod vide.

ἐντυπόω, f. ώσω, imprimo: formam et effigiem imprimo, caelo, insculpo.

ἐντύπωμα, τό, depressum, impressum. (–⏑–⏑)

ἐντύπωσις, ἡ, humeri acetabulum, ubi cum brachio coalescit. (–⏑–⏑)

ἐντυπωτής, οῦ, ὁ, impressor, caelator.

ἐντυραννεύω, i. e. τυραννεύω ἐν, regno in.

ἐντύφω, f. ἐνθύψω, (τύφω, *irreg.*) intus fumum emitto, incendo. (–––)

ἐντυχία, ἡ, (ἐντυγχάνω) congressus, colloquium, compellatio, etiam per literas, legatos.

ἐντύω, i. q. ἐντύνω, q. v.

Ἐνυάλιος, ὁ, (Ἐνυώ) bellicosus, epith. Martis, Hom. *Seriores* Enyalium distingunt a Marte, v. Schol. Ar. Pac. 456. De origine hujus cognominis vide Dion. Hal. Antiq. 2, 48. 2) *adj.* ἐνυάλιος, α, ον, bellicosus, fortis, Il. 17, 211. 3) In Enyalii honorem ante proelium post paeana, quod videtur justum quoddam carmen fuisse, quo Martis auxilium imploraretur, clamor tollebatur a militibus; id dicebatur ἐπαλαλάζειν s. ἐλελίζειν τῷ Ἐνυαλίῳ, vel παρακαλεῖν τὸν Ἐνυάλιον, Xen. Cyr. 7, 1, 26. An. 1, 4, 18. 5, 2, 14. h. gr. 2, 4, 17. Videtur etiam dici posse ἀλαλάξαι τὸ ἐνυάλιον, Poll. 1, 163. (⏑–⏑⏑⏑)

ἐνυβρίζω, f. ίσω, contumelia adficio, injurius et contumeliosus sum in aliquem.

ἐνύβρισμα, τό, contumelia, ludibrium.

ἐνυγρόβιος, ον, v. ἐνυδρόβιος.

ἐνυγροθηρευτής, οῦ, ὁ, piscator.

ἐνυγροθηρικός, ή, όν, in aqua venans.

ἔνυγρος, ον, humidus, madens. 2) in humido degens, aquatilis.

ἐνυδρία, ἡ, (ὕδωρ) aquae copia, aquatio.

ἐνυδρίς, ίδος, vel ἔνυδρις, ιδος, ἡ, lutra.

ἐνυδρόβιος, ον, in aqua vivens, aquatilis. Ab ἐν, ὕδωρ, βίος.

ἔνυδρος, ον, (ὕδωρ) aquas in se habens: aquis abundans, aquis irriguus: 2) in aquis degens, aquaticus.

Ἐνυεῖον, τό, (Ἐνυώ) templum Bellonae.

ἔνυλος, ον, (ὕλη) cui inest materia, materia constans, materialis.

ἐνυμενόσπερμος, ον, (ὑμήν et σπέρμα) semen habens membranis inclusum.

ἐνυπάρχω, f. ξω, insum, sum insitus, contineor.

ἐνυπατεύω, (ὑπατεύω) summus sum inter alios, inpr. consul sum.

ἐνυπνιάζω, et άζομαι, (ἐνύπνιον) somnio.

ἐνυπνιαστής, οῦ, ὁ, somniator. A pr.

ἐνύπνιον, τό, (ὕπνος) somnium.

ἐνύπνιος, ον, qui fit per somnum.

ἐνυπνιώδης, ες, somnio similis, vanus, inanis.

ἔνυπνος, ον, (ὕπνος) i. q. ἐνύπνιος.

ἐνυπνόω, (ὑπνόω) dormio in.

ἐνυποδύομαι, (ὑποδύω, *irreg.*) intro, ingredior, *c. dat.* (De quantitate v. δύω)

ἐνυπόκειμαι, (κεῖμαι, *irreg.*) pro fundamento subjectus sum alicui rei.

ἐνυπόσαπρος, ον, cui aliquid puris inest, purulentus. *dub.*

ἐνυπόστατος, ον, (ἐνυφίστημι) qui est in aliqua re, qui continetur aliqua re. Scriptores ecclesiastici hanc vocem usurpant de natura humana Christi, quae per se non est persona, sed in personam filii Dei assumta: hinc ἐνυποστατικός, ή, όν.

ἐνυφαίνω, f. ανῶ, intexo.

ἐνύφαντος, ον, intextus. (⏑⏑–⏑)

ἐνύφασμα, τό, quod intextum est, tela, auro etc. intexta. (⏑⏑–⏑)

ἐνυφίστημι, insero. In aor. 2. insum, ut

para in toto.

Ἐνυώ, όος, *contr.* οῦς, ἡ, Enyo, Bellona, socia Martis, Hes.Th.273.(⏑--) hinc Ἐνυάλιος q. v. et Ἐνυεύς, ὁ, nom. proprium.

ἐνωθέω, f. ώσω et ωθήσω, (ὠθέω, *irreg.*) incutio, ago s. compello in, *c. dat.*

ἔνωμος, ον, cui adhuc aliquid cruditatis inest, subcrudus, acerbus.

ἐνωμότης, ὁ, i. q. ἐνωμοτάρχης, Xen.

ἐνωμοτάρχης, et ἐνωμόταρχος, ου, ὁ, qui praeest certo numero militum, qui ἐνωμοτία dicebatur.

ἐνωμοτία, ἡ, numerus aliquis militum juratorum, inpr. apud *Lacedaemonios*, Hdt. 1, 65. secundum Thucydidem 5, 68. πεντηκοστύς complectebatur quatuor ἐνωμοτίας: alii ἐνωμοτίαν viginti quinque, alii triginta duorum, alii triginta sex virorum fuisse narrant, v. Sturz. lex. Xen. s. v. et Schneider. ad Xen. h. gr. 6, 4, 12.

ἐνώμοτος, ον, (ὄμνυμι) juratus, juramento obstrictus. 2) conjuratus.

ἐνωμότως, *adv.* cum jurejurando, jurato.

ἐνωπαδίως, *adv.* (ἐνωπή) coram, Od. 23, 94. ubi alii scribunt ἐνωπιδίως. (⏑-⏑⏑-) reperitur etiam ἐνωπαδίς, Ap. Rh. et ἐνωπαδόν, Q. Sm.

ἐνωπή, ῆς, ἡ, (ὤψ) adspectus. ἐνωπῇ, *adv.* manifeste, coram.

ἐνώπια, τά, apud Hom. paries vicinus ostio, aut adversus, qui est in adspectu. it. partes aedium anteriores.

ἐνωπιδίως, *adv.* coram. *v. l.* Od. 23. 94.

ἐνώπιος, ον, qui in alicujus praesentia aliquid facit aut dicit, aut est. ἐνώπιον, τό, *subst.* adspectus, *adv.* coram. v. et ἐνώπια.

ἐνωραΐζομαι, f. ίσομαι, placeo mihi, ostento me in re aliqua.

ἔνωρος, ον, (ὥρα) in flore aetatis constitutus, tempestivus, vegetus.

ἐνῶρσε, 3 aor. 1. act. ἐνῶρτο, 3 aor. med. ab ἐνόρνυμι, Hom.

ἐνῶσα, *Ion.* p. ἐνόησα a νοέω.

ἕνωσις, ἡ, (ἑνόω) unio, conjunctio, unitas.

ἐνωτίζομαι, f. ίσομαι, (οὖς) auribus percipio, audio. LXX.

ἑνωτικός, ή, όν, vim uniendi habens.

ἐνώτιον, τό, inauris, Pl. ἐνώτια, τά, inaures.

ἐνωτοκοίτης, vel ἐνωτόκοιτος, ου, ὁ, aures habens ad pedes usque pendentes, ut in iis dormire videatur. Ab οὖς, et κοιτάω.

ἔνωχρος, ον, pallidus.

ἕξ, οἱ, αἱ, τά, sex.

ἐξ, *praepos*, e, ex, sequente vocali vel Diphthongo, quae ἐκ scribitur sequente Consona. Vide ἐκ.

ἑξάβιβλος, ον, sex libris constans.

ἐξαγάλλω, (ἀγάλλω) exorno.

ἐξαγγελεύς, έως, ὁ, nuncius, nunciator.

ἐξαγγέλλω, f. ελῶ, enuncio, nuncio: narro, expono: praedico, laudo.

ἐξαγγελία, ας, ἡ, nunciatio: divulgatio.

ἐξάγγελος, ον, qui nunciat iis, qui foris sunt, ea, quae intus fiunt, enunciator: index, qui in fabulis aliquid e scena adfert. cf. Valck. Hipp. 776.

ἐξαγγελτικός, ή, όν, nuncians, nunciandi vim habens.

ἐξάγγελτος, ον, patefactus per famam: proditus, renunciatus.

ἐξαγγίζω, f. ίσω, (ἄγγος) effundo e vase.

ἐξαγιάζω, libra examino, v. ἐξάγιον.

ἐξαγίζω, f. ίσω, impurum declaro: ob piaculum expello, item extermino, simpliciter, δόμων, Aesch. (-⏑--)

ἐξαγινέω, (ἀγινέω) *Ion.* p. ἐξάγω, inpr. de mercibus, quae exportantur, Hdt. (-⏑-⏑-)

ἐξάγιον, τό, libra, exagium, Geopon. 2) *medicis recentioribus* est sextula, pondus pendens quatuor scrupula.

ἐξάγιστος, ον, (ἐξαγίζω) impurus, piaculo obstrictus, exterminatus, exsecratus. 2) sacer, nefandus.

ἐξαγκωνίζω, medium aliquem comprehensum ejicio, Ar. 2) vincio aliquem, Diod.

ἐξάγνυμι, f. άξω, (ἄγνυμι, *irr.*) prorsus diffringo, Il. 5, 161. 17, 63.

ἐξαγοράζω, f. άσω, redimo.

ἐξαγόρευσις, ἡ, indicatio rei arcanae.

ἐξαγορευτικός, ή, όν, enunciandi, exprimendi vim habens, exprimens v. c. cogitata.

ἐξαγορεύω, f. εύσω, effutio, enarro, confiteor, dico: enuncio.

ἐξαγριαίνω, exaspero, exacerbo.

ἐξαγριόω, f. ώσω, agrestem reddo: exaspero, concito.

ἐξαγρίωσις, ἡ, mutatio in naturam silvestrem. 2) efferatio, exasperatio.

ἐξάγω, (ἄγω, *irr.*) educo: exporto: subduco: proveho: induco, incito, impello: perduco: aperio, patefacio: examino, exigo.

ἐξαγωγεύς, έως, ὁ, deductor, qui v. c. praesidia ex urbibus deducit.

ἐξαγωγή, ῆς, ἡ, eductio: exportatio, ut servi vel ancillae ex oppido natali in regiones procul dissitas: demigratio e vita, mors violenta, omninoque finis alicujus rei, exitus.

ἐξαγώγιμος, ον, qui exportatur. Hinc τὰ ἐξαγώγιμα, ων, merces, quae exportantur. 2) qui effert, educit aliquid, ut cloaca ἐξαγώγιμος sordium.

ἐξαγωγίς, ἡ, cloaca sordes educens.

ἐξαγωνίζομαι, certo.

ἐξαγωνίζω, sexangulum facio, Procl.

ἑξαγώνιος, ον, (ἕξ, γωνία) sexangulus, qui sex habet angulos.

ἑξάγωνος, ον, idem.

ἑξαδάκτυλος, ον, sex habens digitos.

ἑξάδαρχος, ὁ, (ἑξάς, ἄρχω) sex virorum praefectus.

ἐξάδελφος, ὁ, ἡ, natus ex fratre vel sorore.

ἑξάδραχμος, ον, (ἕξ, δραχμή) qui sex drachmarum est, qui sex drachmis venditur.

ἐξαδρόω, s. ἐξαδρύνω, ad perfectam maturitatem perduco.

ἐξαδυνατέω, f. ήσω, elangueo, debilior fio, deficio, non possum.

ἐξάδω, f. σω, excanto, incantatione libero: decanto, celebro: τὸν βίον, vitam cantando finio

ἐξαείρω, *Ion.* p. ἐξαίρω.

ἐξαερόω, f. ώσω, in aërem converto, extenuo: ἐξαερόομαι, in aërem convertor, evanesco. 2) aëre perflo.

ἑξαέτες, *adv.* (ἔτος) per sex annos, sexennio. (-⏑⏑⏑)

ἑξαέτης, ου, ὁ, *fem.* ἑξαέτις, ιδος, (ἔτος) sexennis. cf. ἑξέτης.

ἑξαετία, ας, ἡ, sexennium. A pr.

ἑξαήμερος, ον, (ἕξ, ἡμέρα) sex dies habens vel durans. Hinc τὸ ἑξαήμερον, spatium sex illorum dierum, quo mundus a Deo conditus est.

ἐξαθέλγω, f. ξω, (ἀθέλγω) emulgeo, exsugo, Hippocr.

ἔξαθλος, ον, (ἆθλος) qui certare (ob senectutem etc.) amplius non potest.

ἐξαθροίζω, f. σω, congrego, convoco.

ἐξαθυμέω, deficio animo, exanimor.

ἐξαιάζω, i. q. αἰάζω, sed fortius.

ἐξαιγειρόομαι, (αἴγειρος) in populum nigram mutor.

ἐξαιθερόω, (αἰθήρ) in aetherem muto.

ἐξαιθριάζω, f. άσω, sereno coelo expono, sub dio habeo, ad solem expono, insolo.

ἐξαιμάσσω, *Att.* ἐξαιμάττω, f. ξω, cruento: refrico vulnus, dolorem.

ἐξαιματόω, f. ώσω, in sanguinem verto: cruento.

ἐξαιμάτωσις, ἡ, ipsa actio vertendi in sanguinem, sanguinis effectio vel generatio: vulneratio.

ἐξαιματωτικός, ή, όν, ad sanguinem efficiendum s. ad vulnerandum idoneus.

ἔξαιμος, ον, (αἷμα) sanguine destitutus: qui multum sanguinis effudit, exsanguis.

ἐξαίμων, ον, (αἷμα) multum sanguinem habens, Poll. 8, 79.

ἐξαίνυμαι, aufero, privo, Hom.

ἑξάϊππος, ον, sex equis junctus, scil. currus.

ἐξαιρέσιμος, ον, exemptilis.

ἐξαίρεσις, εως, ἡ, exemtio, electio, dilectus: eductio: exceptio: locus in portu, in quem merces e navibus exponuntur. 2) actio forensis, qua servum vindicamus, ap. Harp.

ἐξαίρετος, ον, exemtus e numero, s. reliquo cumulo, selectus: eximius, praecipuus, peculiaris.

ἐξαιρέτως, *adv.* eximie, praecipue, inprimis.

ἐξαιρέω, f. ήσω, (αἱρέω, *irreg.*) eximo, extraho, e. g. φαρέτρης ὀϊστόν, Il. 8, 323. eruo, educo, aufero, evello. *Med. c. acc.* mihi eximo; inpr. Homerus medio utitur in formulis ψυχήν, θυμόν, φρένας ἐξελέσθαι, addito etiam *acc. pers.* ἐξελέσθαι τινὰ θυμόν, aliquem vita privare, Il. 15, 460. 17, 678. sic etiam *Attici*: reperitur tamen etiam vel *genitivus pers.* Il. 19, 137. 24, 254. Od. 11, 201. vel *dat.* Il. 6, 234. 2) eligo, seligo, secerno tanquam praemium, donarium: tribuo aliquid alicui prae caeteris. *Medio*, mihi eligo: mihi consicisco. 3) everto, expugno: diripio, populor, e medio tollo, vinco: vi expello, e suis sedibus ejicio, Hdt. Xen.

ἐξαιρόομαι, f. ώσομαι, (αἶρα) in lolium vertor.

ἐξαίρω, contr. ex ἐξαείρω, (ἀείρω, αἴρω, *irr.*) tollo, effero, extollo: tollo e medio, aufero, removeo: effero, exporto: eximo, excipio; incito, impello, e. g. θυμὸν εἴς τι, Theogn. 640. 2) *intr.* tollo me; *de avibus*, evolo, volatu altiora peto, Diod. *de exercitu*, castra moveo, Polyb. pereo, evanesco, Soph. 3) *Med.* mihi eximo, reporto, accipio, nanciscor, μισθούς, Od. 10, 84. praedam ago, Τροίης, ex Troja, Od. 5, 39. 13, 137.: efferor, e. g. ἐλπίδι, θυμῷ, al.

ἐξαίσιος, ον, (αἴσιος) inauspicatus, infaustus, mala portendens, Il. 15, 598. 2) modum excedens, indecens, iniquus, nefarius, Od. 4, 690. 17, 577. de rebus, ingens, immensus, inusitatus, vastus, immanis.

ἐξαΐσσω, f. ξω, prosilio alicunde, cum impetu prodeo. (De quantitate v. simplex.)

ἐξαϊστόω, f. ώσω, memoriam alicujus aboleo, facio, ut de aliquo nec sciri quidpiam, nec cognosci possit, deleo, exstinguo.

ἐξαιτέω, f. ήσω, (αἰτέω) expeto, postulo. *Med.* mihi expeto, inpr. aliquem deprecor ab aliquo, h. e. deprecatione a poena liberare cupio vel libero: exposco ad quaestionem, veluti servum: ad poenam s. supplicium deposco. cf. ἐκδίδωμι.

ἐξαίτησις, ἡ, ipsa actio deposcendi aliquem ad supplicium, vel quaestionem. 2) deprecatio pro reo.

ἔξαιτος, ον, eximius. Homer.

ἐξαίφνης, *adv.* subito, repente, quasi sic ex occulto adveniendo, Il. 17, 738. 21, 14.

ἐξαιφνίδιος, ον, repentinus, subitus, improvisus.

ἐξακανθίζω, f. ίσω, spinas purgo, spinas evello.

ἐξακανθόω, f. ώσω, spinosum, seu aculeatum reddo.

ἐξακέομαι, f. έσομαι, medeor, sano, persano: placo: sarcio: subvenio indigenti.

ἐξάκεσις, ἡ, sanatio.

ἐξακεστήριος, ον, sanandi vim habens; expiatorius.

ἑξάκις, *adv.* sexies. (–⏑⏑)

ἑξακισμύριοι, αι, α, sexagies mille.

ἑξακισχίλιοι, αι, α, sexies mille.

ἑξακισχιλιοστός, ή, όν, sexies millesimus.

ἑξάκλινος, ον, sex lectis instructus.

ἐξακμάζω, f. άσω, vigorem amitto, flaccesco.

ἑξάκνημος, ον, sex κνήμας, s. radios habens.

ἐξακολουθέω, f. ήσω, sequor: investigo, perquiro, *proprie* et *tropice*.

ἐξακολούθησις, ἡ, investigandi, cognoscendi, intelligendi studium.

ἐξακονάω, f. ήσω, exacuo: incito, instigo.

ἐξακοντίζω, f. ίσω, jaculor, jaculum emitto.

ἐξακόντισμα, ατος, τό, jaculatio: fulguris genus; scatebra; sanguinis jactus.

ἐξακοντισμός, οῦ, ὁ, idem.

ἑξακόσιοι, αι, α, sexcenti.

ἑξακοσιοστός, ή, όν, sexcentesimus.

ἐξάκουστός, ον, qui facile exaudiri potest: celeber.

ἐξακούω, f. ούσω, exaudio: intelligo τινός.

ἐξακριβάζω, f. άσω, diligenter aliquid facio.

ἐξακριβόω, f. ώσω, diligenter elaboro, perficio: accurate investigo, perquiro, accurate pronuncio.

ἐξακρίζω, f. ίσω, ad verticem pertineo, in cacumen evado.

ἐξακτέος, (ἐξάγω) educendus, exterminandus.

ἑξάκυκλος, ον, sex rotas habens, epith. currus.

ἑξάκωλος, ον, sex membra (versiculos breviores) habens.

ἐξαλαόω, f. ώσω, excaeco, τινά, Od.

ἐξαλαπάζω, f. άξω, evacuo, exinanio. 2) diripio, depopulor, vasto.

ἐξαλδαίνω, i. q. ἀλδαίνω, germino, Hesych.

ἐξαλέασθαι, inf. aor. 1. ab ἐξαλέομαι, Hesych.

ἐξαλεείνω, (ἀλεείνω) i. q. ἐξαλέομαι.

ἐξάλειπτρον, τό, vas unguentarium. 2) spongia.

ἐξαλείφω, f. ψω, pf. pass. ἐξήλιμμαι, *Att.* ἐξαλήλιμμαι, (ἀλείφω) ungo, illino, inungo, τοῦ σώματος τὸ μὲν ἥμισυ ἐξαλείφοντο γύψῳ, Hdt. 7, 69. 2) unguentum abstergo. 3) deleo ungendo; deleo, oblitero, tollo v. c. leges: abjicio ex animo, omitto, veluti spem, Diod. 3, 39.

ἐξάλειψις, ἡ, obliteratio, deletio.

ἐξαλέομαι, (ἀλέομαι, *irr.*) plane devito, prorsus effugio, *c. acc.* Hes. op. 105. etiam *c. gen.* Ap. Rh.

ἐξαλεύομαι, (ἀλεύω, *irr.*) i. q. ἐξαλέομαι, *c. acc.* Soph. Aj. 656.

ἐξαλίζω, v. ἐξαλίω.

ἐξαλίπτης, ου, ὁ, qui calce vel alio tectorio illinit: unctor: pro ἐξαλείπτης, Hipp.

ἐξαλίστρα, ας, ἡ, volutabrum, locus, ubi equi volutantur abstergendi pulveris et sudoris caussa.

ἑξάλιτρος, ον, (λίτρα) qui sex librarum est.

ἐξαλίω, voluto, volutando pulverem ejicio: ὁ παῖς ἐξαλίσας τὸν ἵππον οἴκαδε ἀπάγει, e volutabro domum ducit, i. e. postquam cum sese in volutabro (ἀλινδήθρα, ἐξαλίστρα) evolvere s. volvere sivit, Xen. Oec. 11, 18. inde *comica metaphora* dixit Aristophanes Nub. 33. ἐξήλικάς με ἐκ τῶν ἐμῶν, ejecisti me vel quasi evolvisti e bonis meis. (Lexicographi praesens ἐξαλίζω statuunt; quum vero in part. aor. 1. et in perf., praeter quae nullum aliud occurrit tempus, jota longum sit, veri est similius, thema fuisse ἐξαλίω. cf. etiam ἀλίω, κυλίω.)

ἐξαλλαγή, ἡ, immutatio, varietas, discrimen.

ἐξάλλαξις, ἡ, alternatio: diversitas.

ἐξαλλάσσω, f. ξω, *Att.* –ττω, (ἀλλάσσω) immuto, permuto: κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται, qui malis nihil commutatur, i. e. cui mala non commutantur cum bonis, Soph. Aj. 474. ἐξηλλαγμένος, mutatus, alienus, abhorrens, inauditus, insolens, prodigiosus. 2) averto, τί τινος, Thuc 5, 71. hinc *intrans.* ἐξαλλάττειν ἀπὸ τῆς νεώς, decedere, abire a navi, Philostr. heroic. praef. 3) i. q. τέρπω, delecto, unde ἐξάλλαγμα, τό, delectatio, oblectamentum, *ap. seriores*, v. Bast. ep. cr. p. 241. 284. app. p. 54.

ἐξαλλοιόω, prorsus muto.

ἐξάλλομαι, (ἅλλομαι, *irr.*) prosilio, exsilio.

ἔξαλλος, ον, ab aliis diversus: inusitatus: egregius: peregrinus.

ἐξαλλοτριόω, f. ώσω, abalieno, emancipo etc. vendo aliis.

ἐξάλλως, *adv.* alio modo: inusitate: mirum in modum, insigniter.

ἔξαλμα, τό, q. d. exsultatio, saltus: eruptio: impetus.

ἔξαλος, ον, (ἅλς) mari exemtus: extra mare positus: exstans e mari.

ἔξαλσις, εως, ἡ, saltus.

ἐξαλύσκω, f. ξω, (ἀλύσκω, *irr.*) i. q. ἐξαλέομαι, devito, effugio, *c. acc.* Opp. Item ἐξαλύω (–⏑⏑–) Hom. h. 6, 51.

ἐξαμαρτάνω, f. τήσομαι, (ἁμαρτάνω, *irr.*) pecco, aberro, εἴς vel περί τι. *Pass.* ἐξημαρτήθη τὰ νοσήματα, peccatum est circa morborum curationem, Xen. ep. 4, 2.

ἐξαμαρτία, ἡ, frustratio, quum quis excidit spe aut alia qua re.

ἐξαμαυρόω, f. ώσω, obscuro: oblitero.

ἐξαμαύρωσις, ἡ, obscuratio.

ἐξαμάω, f. ήσω, (ἀμάω) abscindo, penitus demeto: *metaph.* ὕβρις πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος, insolentia messem demetit lugubrem, Aesch. Pers. 819. 2) penitus deleo, exscindo. (⏑⏑–)

ἐξαμβλίσκω, f. βλώσω, (ἀμβλίσκω, *irr.*) abortio, abortum facio: *metaph.* facio ut aliquid frustra sit, ἐλπὶς ἐξήμβλωτο, spes vana fuit.

ἐξαμβλόω, penitus hebeto et obtundo.

ἐξάμβλωμα, τό, abortus.

ἐξάμβλωσις, ἡ, abortio.

ἐξαμβλώσκω, f. βλώσω, abortio.

ἐξαμβρῦσαι, v. ἐξαναβρύω.

ἐξαμείβω, f. ψω, immuto, in varias formas muto. 2) rependo, retribuo. 3) transeo.

ἐξάμειψις, ἡ, immutatio. 2) vicissitudo, repensio.

ἐξαμέλγω, f. ξω, emulgeo, exsugo.

ἐξαμελέω, f. ήσω, negligo, contemno.

ἑξαμερία, ἡ, divisio in sex partes.

ἑξάμετρος, ον, sex pedibus constans. *Subst.* ὁ, sc. στίχος, versus hexameter.

ἑξαμηνιαῖος, α, ον, semestris.

ἑξαμηνόβιος, ον, (βίος) qui sex menses vivit. *dub. lect.* Aristot. h. a. 5, 33.

ἑξάμηνος, ον, (ἕξ, μήν) semestris, sex mensium. Hinc τὸ ἑξάμηνον, ου, semestre, sex menses.

ἐξαμηχανάω, f. ήσω, excogito, ex angustiis explico.

ἐξαμιλλάομαι, per contentionem exigo, vel exagito, in certamine expello: insequor, vexo. 2) egredi contendo.

ἔξαμμα, τό, (ἐξάπτω) ansa. 2) accendendi actus; id quod accensum est.

ἑξαμναῖος, αία, αῖον, et ἑξάμνους, ουν, (μνᾶ) qui sex minarum est, sex minas pretio aequans.

ἐξαμοιβός, όν, v. ἐξημοιβός.

ἑξάμοιρος, ον, et ἑξάμορος, ον, qui est sexta alicujus rei pars.

ἐξαμπρεύω, f. σω, extraho.

ἐξαμύνομαι, defenso, propulso.

ἐξαμυστίζω, uno spiritu epoto.

ἐξαμφοτερίζω, f. ίσω, dubium facio.

ἐξαναβαίνω, (ἀναβαίνω, *irr.*) plane ascendo.

ἐξαναβρύω, f. ύσω, superfluo, affluo: inde inf. aor. 1. *poet.* ἐξαμβρῦσαι, Aesch. Eum. 912. e conj. pro vulg. ἐξαμβρόσαι, quae est vox nihili. cf. Tzetz. Chil. VI. p. 93. ed. Basil.

ἐξαναγιγνώσκω, perlego, legendo evolvo.

ἐξαναγκάζω, f. άσω, cogo, compello, excito. 2) vi expello.

ἐξανάγω, f. ξω, (ἀνάγω, *irr.*) educo.

ἐξαναδύω, (ἀναδύω, *irr.*) emergo, c. g. ἁλός. Od. 2) detrecto, effugio, *c. gen.*

ἐξαναζέω, f. έσω, ebullio.

ἐξαναιρέω, (ἀναιρέω, *irr.*) eximo, tollo de.

ἐξανακαλύπτω, f. ψω, e tegumentis evolvo.

ἐξανακολυμβάω, f. ήσω, emergo, enato.

ἐξανακρούω, ούσω, retraho.

ἐξαναλίσκω, f. λώσω, *rarius* ἐξαναλόω, (ἀναλίσκω, *irr.*) absumo, exhaurio, consumo.

ἐξαναλύω, (ἀναλύω, *irr.*) eripio, libero, ἄνδρα θανάτοιο, virum a morte, Il. 2) plane dissolvo. (ύω, ⏑–, ύσω, ––)

ἐξανάλωσις, ἡ, sumtus.

ἐξανανεόω, f. ώσω, renovo.

ἐξανανήφω, f. ψω, resipisco, ad me redeo.

ἐξαναπείθω, f. σω, persuadeo.

ἐξαναπληρόω, f. ώσω, repleo, compleo.

ἐξαναπνέω, f. εύσω, respiro.

ἐξανάπτω, f. ψω, suspendo ad, vel ex. 2) accendo.

ἐξαναρπάζω, f. άσω, abripio.

ἐξανασπάω, f. άσω, (σπάω) evello, demolior.

ἐξανάστᾰσις, ἡ, expulsio e sede. 2) eversio. 3) migratio e sedibus suis. 4) resistentia, ap. Longin. 5) reditus in vitam, in sacris.

ἐξαναστέφω, f. ψω, corono.

ἐξαναστρέφω, f. ψω, everto.

ἐξανατέλλω, f. τελῶ, exoriri facio, excito. *Med.* exorior.

ἐξαναφανδόν, *adv.* aperte, clare, Od. 20, 48.

ἐξαναφέρω, f. ἐξανοίσω, (φέρω, *irr.*) profero, sursum fero. 2) *intr.* recreor, reficior, vires colligo, εἴς τι.

ἐξαναχωρέω, f. ήσω, (χωρέω) retrogredior, recedo ex, Hdt. 6, 76. 7, 11. 2) *trans.* evito, *c. acc.* τὰ εἰρημένα, fidem datam fallo, Thuc. 4, 28.

ἐξαναψύχω, f. ξω, refrigero ventilando: abstergo, sicco: refocillo, recreo, *dub.*

ἐξανδραποδίζομαι, f. ίσομαι, in servitutem meam redigo: in potestatem redigo, subigo.

ἐξανδραπόδισις, ἡ, abreptio in servitutem.

ἐξανδραποδισμός, οῦ, ὁ, idem.

ἐξανδρόομαι, vir fio, evado vir.

ἐξανεγείρω, (ἐγείρω, *irr.*) excito, suscito, Eur.

ἔξάνειμι, (εἶμι) egredior, exeo alicunde, *c. gen.*

ἐξανεμόω, vento perflo. 2) flatu distendo, turgidum facio. 3) vanum, irritum facio. 4) excito, εἴς τι. 5) *Med.* ventis agitor.

ἐξανέρχομαι, f. ελεύσομαι, egredior, prodeo alicunde.

ἐξανευρίσκω, f. ήσω, deprehendo, invenio.

ἐξανέχω, f. ξω, (ἀνέχω, *irr.*) exsto super, emineo. Hinc ἐξανέχομαι perfero, tolero, sustineo.

ἐξανεψιοί, οἱ, consobrinorum filii.

ἐξανθέω, f. ήσω, effloresco ex. 2) defloresco, florere desino. 3) scateo, pullulo: emergo, per summa emineo. 4) emitto, procreo.

ἐξάνθημα, τό, quod effloruit. 2) pustula, seu papula. A pr.

ἐξάνθησις, ἡ, ipsa efflorescendi, prorumpendi actio. Ab eod.

ἐξανθίζω, f. ίσω, floridis coloribus tingo. *Pass.* ἐξανθίζομαι, utor veste diversicolori, floribus intextis etc. 2) flores decerpo. 3) i. q. ἐξανθέω.

ἐξάνθισμα, τό, pustula erumpens e cute. A pr.

ἐξανθισμός, οῦ, ὁ, eruptio pustularum. Ab eod.

ἐξανθρᾱκόω, penitus in carbones converto.

ἐξανθρωπίζω, humanum facio, ad humanum cultum reduco: Socrates ap. Plat. dicitur ἐξανθρωπίσαι φιλοσοφίαν, i. e. hominibus magis accommodasse: τὰ ἐξανθρωπισμένα, quae sunt ad naturam humanam accommodata, Hipp. (ἐξανθρωπέω, vox est nihili, orta ex falsis lectionibus -ῆσαι pro -ίσαι.)

ἐξάνθρωπος, ον, ex homine ratione praedito insanam belluam efficiens, vel ex hominum numero tollens. 2) durus, saevus, inhumanus, immanis.

ἐξανίημι, (ἀνίημι) emitto. 2) remitto: sic etiam in *Medio.* 3) exeo, discedo, evanesco. (-⏑⏑-⏑, *Epice*, -⏑--⏑, *Att.*)

ἐξανίστημι, excito, erigo, surgere cogo, expello, ejicio, funditus ejicio: irrito et incendo in aliquem, unde ἐξαναστήσω, ἐξαναστῆσαι, ἐξαναστήσας. At Aor. 2. et med. ἐξανίσταμαι, surgo, exurgo, loco me moveo.

ἐξανίσχω, i. q. ἐξανέχω, inpr. orior, de sole.

ἐξανοίγω, f. ξω, (ἀνοίγω, *irreg.*) aperio.

ἐξάνοιξις, ἡ, patefactio.

ἐξανορθόω, f. ώσω, rursus erigo: in meliorem statum redigo.

ἐξάντης, ες, sanatus, morbo defunctus, incolumis, *c. gen.*

ἐξαντλέω, f. ήσω, exhaurio, exantlo, exprimo.

ἐξανύτω, *Att.* p. ἐξανύω.

ἐξανύω, f. ύσω, (ἀνύω) perficio, efficio. 2) conficio, interficio. (-⏑⏑-)

ἐξαπαείρω, (ἀείρω) exporto, aufero.

ἐξαπάλαιστος, ον, (παλαιστή) qui sex palmorum est.

ἐξαπαλλάσσομαι, subduco me, discedo.

ἐξαπατάω, f. ήσω, decipio, alteri imprudenti injuriam infero. (-⏑⏑⏑-)

ἐξαπάτη, ἡ, fallacia, deceptio. (-⏑⏑-)

ἐξαπάτημα, τό, fallacia.

ἐξαπατητήρ, ῆρος, ὁ, qui fallit, fraudulentus, Hom. fr. 65.

ἐξαπατητικός, ἡ, όν, fallax.

ἐξαπατίσκω, i. q. ἐξαπαφίσκω, *dub. lect.* Hes. Th. 537.

ἐξαπατύλλω, *Dimin. com.* ab ἐξαπατάω, paullulum decipio, Ar. Ach. 657. Eq. 1144.

ἐξαπαφίσκω, f. φήσω, aor. ἐξήπαφον, part. ἐξαπαφών, (ἀπαφίσκω, *irreg.*) i. q. ἐξαπατάω, decipio, fallo, Hom. -ἐξαπάφοιτο, 3 opt. aor. med. significatione *activa*, Il. 9, 376. 14, 160. Aor. 1. ἐξαπάφησε extat h. Ap. 376. Ibidem v. 379. est ἐξαπάφουσα, quasi a praes. ἐξαπάφω; sed Passovio scribendum videtur ἐξαπαφοῦσα. cf. h. Ven. 38. ex rec. Wolf.

ἐξάπεδος, ον, i. q. ἐξάποδος, sex pedum mensuram habens, Hdt. 2, 149.

ἐξάπεζος, ον, (πέζα) sexpes.

ἐξαπεῖδον, inf. ἐξαπιδεῖν, (ἀπεῖδον, *irr.*) e longinquo conspexi, cognovi, Soph.

ἐξαπέλεκυς, εως, ὁ, ἡ, cui sex secures praeferuntur, ut praetor.

ἐξάπηχυς, υ, (πῆχυς) sex cubitorum longitudine, Hdt. 2, 138.

ἐξάπινα, *adv. serior* forma pro ἐξαπίνης.

ἐξαπίναιος, αία, αιον, vel ἐξαπιναῖος, αία, αῖον, repentinus, subitus, improvisus.

ἐξαπιναίως, *adv.* subito, ex improviso.

ἐξαπίνης, *adv. Ion.* p. ἐξαίφνης, repente, subito, ex improviso, praeter opinionem.

ἐξαπλάσιος, α, ον, (-⏑⏑⏑⏑) et ἐξαπλάσιον, ον, *Ion.* ἐξαπλήσιος, η, ον, sextuplex, sextuplo major.

ἐξάπλεθρος, ον, (πλέθρον) qui sex jugerum est.

ἐξάπλευρος, ον, (πλευρά) sex latera habens.

ἐξαπλῆ, *adv.* sextupliciter. A seq.

ἐξαπλόος, όη, όον, *contr.* ἐξαπλοῦς, ῆ, οῦν, sextuplex.

ἐξαπλόω, f. ώσω, expando, explico, explano.

ἐξάπλωσις, ἡ, explicatio, expansio.

ἐξαποβαίνω, descendo, unde ἐξαπέβησαν, Hom.

ἐξαπόδης, ου, ὁ, (πούς) qui ingreditur sex pedibus. 2) senos pedes longus.

ἐξαποδίομαι, (δίω, irr.) expello, abigo ex, Il. 5, 763. ubi tamen pro μάχης ἐξαποδίωμαι Wolfius scripsit μάχης ἐξ ἀπ.

ἐξάποδος, ον, i. q. ἐξαπόδης.

ἐξαποδύνω, (δύνω, irreg.) exuo, εἵματα, Od.

ἐξαποθνήσκω, (θνήσκω, irr.) emorior, penitus exstinguor.

ἐξαπόλλυμι, (ὄλλυμι, irreg.) funditus perdo, prorsus deleo. *Med.* et pf. act. ἐξαπόλωλα, *intr.* pereo, evanesco ex, *c. gen.* Hom.

ἐξαπονέομαι, (νέομαι, irr.) revertor ex, Il. 16, 252. 20, 212. ubi Wolfius divisim scripsit ἐξ ἀπον.

ἐξαπονίζω, f. ψω, (νίζω, irreg.) abluo, eluo.

ἐξαποξύνω, (ὀξύνω) acuo, acutum facio.

ἐξαποπατέω, excerno, alvum dejicio.

ἐξαπορέω, et ἐξαπορέομαι, prorsus haereo, et, quo me vertam, nescio, animi pendeo, incertus sum, taedio vincor, egeo, debilitor.

ἐξαποστέλλω, (στέλλω) ablego, emitto.

ἐξαποστολή, ἡ, emissio, ablegatio.

ἐξαποτίνω, (ἀποτίνω, *irr.*) prorsus luo, Il. 21, 412. (ῑ *Ep.*, ῐ, *Att.*)

ἐξάπους, οδος, ὁ, ἡ, sex pedes habens.

ἐξαποφαίνω, ostendo.

ἐξαποφθείρω, perdo, interimo.

ἐξάπρυμνος, ον, (πρύμνα) sex puppes habens.

ἐξαπτέρυγος, ον, (πτέρυξ) sex alas habens.

ἐξάπτω, f. ψω, (ἅπτω) annecto, appendo ex aliquo loco, *c. gen.* Od. 22, 466. invado, persequor, aggredior, τινός, Polyb. *Med.* alligor, annector: ἐξημμένος, aptatus, junctus, suspensus, dependens. 2) accendo, inflammo, *c. acc. metaph.* suscito, excito, ut πόλεμον.

ἐξαπωθέω, (ὠθέω, irr.) abigo.

ἐξάπωλος, sex pullos seu equuleos habens.

ἐξάραγμα, τό, (ἐξαράσσω) collisio, fractura.

ἐξαραιόω, f. ώσω, rarefacio.

ἐξαράομαι, f. άσομαι, *Ion.* ήσομαι, (ἀράομαι) dedico, consecro, ναόν, Aeschin. c. Ctes. 2) vota persolvo, Suid. (De quant. v. simpl.)

ἐξαράσσω, f. ξω, exturbo, expello, effringo, excutio.

ἐξαργέω, f. ήσω, otiosus sum, cesso, ferior: obtorpesco 2) lente tracto, unde ἐξαργημένα, Soph. Ph. 556.

ἐξάργματα, τά, (ἐξάρχω) primitiae. Apud Apollonium 4, 477. membra exteriora, quae prima amputantur in truncatione.

ἐξαργυρίζω, *serior* forma p. ἐξαργυρόω. 2) ἐξαργυρίσασθαί τινα, pecunia aliquem emungere, Polyb.

ἐξαργυρόω, cum argento s. cum pecunia permuto, pecunia vendo, in argentum redigo, Hdt. 6, 86, 1. Thuc. 8, 81.

ἐξαρεσκεύομαι, i. q. ἐξαρέσκομαι.

ἐξαρέσκομαι, f. έσομαι, (ἀρέσκω, *irr.*) facio ut alicui placeam, gratum et acceptum me reddo alicui, τοῖς θεοῖς, sacrifico diis, Xen. ἐξαρέσκεσθαί τινα δώροις, donis sibi aliquem conciliare, Dem.

ἐξαρθρέω, f. ήσω, luxo, unde ἐξηρθρηκός, τό, luxatum.

ἐξάρθρημα, τό, luxatio.

ἐξάρθρησις, ἡ, idem.

ἔξαρθρος, ον, (ἄρθρον) articulis suis emotus, luxatus. 2) cui articuli naturaliter prominent et exstant.

ἐξαρθρόω, f. ώσω, artus suis sedibus emoveo.

ἐξάρθρωμα, τό, luxatio.

ἐξάρθρωσις, ἡ, idem.

ἐξαριθμέω, f. ήσω, enumero, recenseo.

ἐξαρίθμησις, ἡ, enumeratio. 2) commemoratio, expositio.

ἐξάριθμος, ον, sextuplex.

ἐξαρκέω, f. έσω, (ἀρκέω) sufficio, debita praesto, τινί, Pind., Hdt., Xen. εἴς τι, Xen. c. part. πῶς ἂν ἐξαρκέσειε τύραννος χρήματα ἐκτίνων, quomodo tantum habeat opum, quantum sufficiat ad reddendum, Xen. Hier. 7, 12. ταῦτα ὁ φίλος πρὸ τοῦ φίλου ἐξήρκεσεν, haec amicus pro amico sustinuit, Mem. 2, 4, 7 ubi v. Schneider. cf. ἐπαρκέω. 2) ἐξαρκέω τινί, satis habeo aliqua re, sufficit mihi aliquid, Pind. Ol. 5, 55. 3) *imperf.* ἐξαρκεῖ μοι, sufficit mihi, placet mihi.

ἐξαρκής, ές, sufficiens.

ἐξαρκούντως, *adv.* sufficienter, abunde.

ἔξαρμα, τό, (ἐξαίρω) sublatio. 2) tumor. 3) elevatio poli.

ἐξαρμόζω, f. όσω, avello, disjungo.

ἐξαρνέομαι, f. ήσομαι, nego: recuso.

ἐξάρνησις, ἡ, negatio, inficiatio.

ἐξαρνητικός, ή, όν, negativus: inficiator.

ἔξαρνος, ον, qui negat, inficiatur.

ἐξαρπάζω, f. σω, vel ξω, eripio, deripio.

ἔξαρσις, ἡ, (ἐξαίρω) ademtio, evulsio. 2) elatio.

ἐξαρτάω, f. ήσω, suspendo, alligo, annecto. 2) elevo, tollo. *Pass.* ἐξαρτάομαι, pendeo, dependeo, magnopere deditus sum: conjungor; unde ἐξήρτημαι, conjunctus sum, adhaereo. *Med.* ἐξηρτησάμην, devinxi mihi.

ἐξάρτημα, τό, appendix.

ἐξάρτησις, ἡ, suspensio.

ἐξαρτίζω, f. ίσω, absolvo, perficio, perago. 2) praeparo, perfecte instruo. 3) numerum parem facio. *Pass.* ἐξηρτισμένος, perfecte instructus, idoneus.

ἐξάρτισις, ἡ, apparatio, perfectio.

ἐξαρτισμός, ὁ, i. q. ἐξάρτισις.

ἐξάρτυσις, ἡ, apparatus, instructio.

ἐξαρτύω, (ἀρτύω) exstruo, apparo, instruo, τινί, aliqua re. (ύω, ‒‒, Aesch. Pr. 916. cf. simplex.)

ἐξάρυσις, ἡ, exhaustio.

ἐξαρύω, (ἀρύω) exhaurio: exprimo. (⏑⏑‒)

ἐξαρχῆς, *adv.* ab initio, p. ἐξ ἀρχῆς.

ἔξαρχος, ον, (ἄρχω) qui aliquid incipit, auctor ac princeps alicujus rei. 2) qui in aliqua re primus est, excellit super ceteros.

ἐξάρχω, f. ξω, (ἄρχω) incipio, auspicor, *c. gen.* γόοιο, μολπῆς Il. 18, 51. 316. 605. Od. 4, 19. al. sic etiam in *medio*, κακῆς ἐξήρχετο βουλῆς, Od. 12, 339. etiam *c. acc.* βουλὰς ἐξάρχων ἀγαθάς, Il. 2, 273. saepius in prosaicis ἐξάρχειν ᾠδήν τινι, cantum incipere et voce praeire alicui. ἐξάρχειν τινὰ λόγοις, alloqui aliquem verbis, Trag.

ἑξᾶς, ᾶντος, ὁ, (ἕξ) sextans Latinorum. *Vox Sicula.*

ἑξάς, άδος, ἡ, senarus numerus.

ἐξασθενέω, f. ήσω, elanguesco, viribus deficior.

ἐξασθενίζω, f. ίσω, debilito.

ἐξασκέω, f. ήσω, exerceo. 2) exorno, perpolio.

ἑξαστάδιος, ον, (ἕξ, στάδιον) sex stadia aequans.

ἑξάστερον, ου, τό, Plejades. Ex ἕξ et ἀστήρ, quoniam tantum sex plerumque stellae in Plejade videntur, septima vero obscura est. Eustath.

ἐξάστις, ἡ, flocci exstantes in tela, panno, e trama s. subtemine, ap. Hipp.

ἑξάστιχος, ον, senis constans ordinibus; sex constans versibus.

ἐξαστράπτω, f. ψω, emico, refulgeo, splendeo.

ἑξασύλλαβος, ον, sex syllabis constans.

ἑξάστυλος, ον, sex columnas habens.

ἐξασφαλίζομαι, munio, tutum reddo.

ἐξατιμάζω, f. άσω, infamia noto, dedecore afficio, contemno.

ἐξατμιάω, evaporo, exhalo.

ἐξατμίζω, f. ίσω, vaporem elicio. ἐξατμίζεσθαι, evaporare, exarescere, expirare. ἐξατμισθείς, evaporatus, in vaporem evanidus. 2) evaporo, exhalo.

ἐξατονέω, f. ήσω, deficio, fatigor.

ἐξάττω, vel ἐξᾴττω, *Att.* pro ἐξαΐσσω. vide ἄττω, et notas ad Aesch. Pers. 85. p. p. 129.

ἐξαυαίνω, f. ανῶ, exsicco.

ἐξαυγής, ές, (αὐγή) splendens.

ἐξαυδάω, f. ήσω, eloquor.

ἐξαυθαδιάζομαι, f. άσομαι, arroganter me gero.

ἐξαῦθις, *adv. Att.* pro ἐξαῦτις.

ἐξαυλέω, (αὐλέω) tibia canendo detero, ut ἐξηυλημέναι γλῶτται, veteres et detritae lingulae tibiarum. 2) canendo impleo, e. g. τὰ ὦτα.

ἐξαυλίζομαι, f. ίσομαι, transeo in locum aliquem, ut ibi commorer, foris maneo: castra moveo, Xen.

ἔξαυλος, ον, cui tibia exemta aut fracta est. 2) qui tibiae sonum non amplius edit.

ἐξαύξω, f. ξήσω, (αὔξω, *irreg.*) immodice augeo.

ἐξαυστήρ, ὁ, instrumentum, quo carnes ex olla sumuntur, alibi κρεάγρα. (ab inusitato ἐξαύω, i. q. ἐξαιρέω.)

ἐξαυτῆς, *adv.* p. ἐξ αὐτῆς sc. ὥρας, eodem momento, continuo, statim, illico.

ἐξαῦτις, *adv. Att.* ἐξαῦθις, (αὖτις) rursus, iterum, denuo, Hom. 2) retro, retrorsum, Hom.

ἐξαυτομολέω, f. ήσω, transfugio.

ἐξαυχενισμός, ὁ, contumacia pervicax, quasi ab ἐξαυχενίζομαι, libero cervices meas a jugo aut freno. Eccl.

ἐξαυχέω, (αὐχέω) ex animo cupio, Soph. Ant. 390. Ph. Etig.

ἐξαυχμόω, et ἐξαυχμόομαι, squalesco, exaresco.

ἐξαύω, accendo, torreo.

ἐξαύω, (αὔω) exclamo, proclamo. (‒⏑‒‒)

ἐξαφαιρέω, (ἀφαιρέω, *irreg.*) aufero ex, tollo ex, deleo ex: ψυχήν τινος ἐξαφελέσθαι, aliquem vita privare, Od. 22, 444. εἰς ἐλευθερίαν ἐξαφελέσθαι, e servitute vindicare in libertatem, Dem.

ἐξαφανίζω, f. ίσω, deleo.

ἐξαφίημι, f. ἐξαφήσω, (ἀφίημι) dimitto, omitto.

ἐξαφίστημι, (ἀφίστημι) educo et sepono: *in tempp. intr.* abscedo, absisto, abstineo, τινός.

ἑξαφόροι, ων, οἱ, qui seni aliquod onus gestant.

ἑξάφορον, τό, lectica, quae a sex viris gestatur.

ἐξαφρίζω, f. ίσω, despumo; ἐξαφρίζομαι, in spumam redigor.

ἐξάφρισις, ἡ, quum quid in spumam redigitur.

ἐξαφρισμός, ὁ, despumatio, ejectio spumae.

ἐξαφρόω, in spumam redigo. ab ἀφρός, spuma.

ἐξαφύω, f. ύσω, exhaurio (‒⏑⏑‒) a ἀφύω, haurio.

ἑξάχειρ, ειρος, ὁ, ἡ, qui sex manus habet.

ἑξαχῆ, et ἑξαχῶς, *adv.* sexies, sex modis, in sex partes, sex partibus.

ἑξαχοίνικος, ον, sex χοίνικας continens.

ἑξάχοος, οον, *contr.* ἑξάχους, ουν, qui sex congios capit.

ἔξαψις, ἡ, (ἐξάπτω) inflammatio.

ἐξεγγυάω, f. ήσω, sponsione, vel fidejussione aliquem e, vel a custodia libero. Hinc ἐξεγγυάομαι, expromitto.

ἐξεγγύησις, ἡ, rarius ἐξεγγύη, ἡ, vadimonium, fidejussio, sponsio.

ἐξεγείρω, (ἐγείρω, *irreg.*) exsuscito. *Med.* et *pass.* exurgo.

ἐξέγερσις, ἡ, excitatio. 2) expergefactio, surrectio e cubili.

ἐξέγρομαι, *Epice* pro ἐξεγείρομαι, exurgo, orior.

ἐξεδαφίζω, f. ίσω, e fundamentis eruo et everto; unde ἐξεδαφισθέν, desolatum.

ἐξέδρα, ας, ἡ, exhedra, locus, in quo frequentes sedes, ut in porticu: popina.

ἐξέδριον, τό, exhedrium, parva exhedra. *Dim.* a praec.

ἔξεδρος, ον, qui in sede et domicilio suo non est, a sede et domicilio absens, remotus aut expulsus. 2) ὄρνις ἔξεδροι, aves mali ominis, Dio Cass.

ἐξέδω, (ἔδω, *irreg.*) exedo, comedo.

ἐξέθορε, aor. ab ἐκθρῴσκω, Il. 21, 539.

ἐξεῖδον, inf. ἐξιδεῖν, aor. ab ἐξοράω, perf. ἐξοίδα, inf. ἐξειδέναι, fut. ἐξειδήσω, (* εἴδω, *irreg.*) dispicio, accurate perspicio: in fut., perf. et plqpf. perspectum habeo, accurate novi.

ἐξείης, *poet.* pro ἑξῆς, deinceps, et ordine.

ἐξεικάζω, f. άσω, effingo, effigiem alicujus exprimo, adsimilo, ad similitudinem alicujus facio. Hinc ἐξεικάζομαι, similis sum; unde ἐξεικασμένος, imagine expressus.

ἐξείκασμα, τό, effigies accurate expressa, τινὸς πρός τι.

ἐξεικονίζω, f. ίσω, ex exemplari effingo vel exprimo, omnibus lineamentis ad exemplar exprimo, efformo. 2) per imaginem vel similitudinem exprimo s. significo.

ἐξειλέω, f. ήσω, rarius ἐξείλω, (εἴλω, *irreg.*) evolvo, explico: expello, ejicio v. c. ex possessione. *Med.* explico me, effugio, evado.

ἐξείλησις, ἡ, evolutio.

ἐξείλλω, *dub. forma* pro ἐξίλλω sive ἐξείλω.

ἐξεῖλον, ἐξειλόμην, aor. act. et med. ab ἐξαιρέω.

ἐξειλύω, i. q. ἐξειλέω. (De quantitate vide εἰλύω.)

ἐξείλω, *rarior forma*. p. ἐξειλέω, q. v.

ἔξειμι, (εἶμι) exeo, egredior, in publiblicum prodeo: eo militatum, expeditionem suscipio. 2) munere me abdico. 3) evanesco, de coloribus.

ἔξειμι, ab εἰμί, vide impers. ἔξεστι, *quod solum in usu.*

ἕξειν, inf. fut. ab ἔχω.

ἐξεῖναι, inf. praes. ab *ἔξεστι*.

ἐξεῖπον, (*εἶπον*, *irreg.*) effatus sum, enunciavi, *τινί τι*: evulgavi inpr. arcana: libere edixi.

ἐξειργασμένως, *adv.* (*ἐξεργάζομαι*) perfecte, absolute.

ἐξείργω, f. ξω, *Ion.* *ἐξέργω*, cohibeo, excludo. 2) interpello dicentem.

ἐξείρομαι, *Ion.* p. *ἐξέρομαι*.

ἐξειρύω, *Ion.* et *poet.* p. *ἐξερύω*.

ἐξείρω, (*εἴρω*, *irr.*) exsero. 2) extraho.

ἐξειρωνεύομαι, irrideo. 2) pro joco, ut per jocum dictum, accipio.

ἐξεκκλησιάζω, (*ἐκκλησιάζω*) loco vel tempore insolito concionem populi habeo, Thuc. 8, 93. Xen., Dem. 2) concionem advoco, Aristot.

ἐξελαιόω, f. ώσω, oleo ungo. 2) in oleum verto.

ἐξελασία, ἡ, eductio pecoris ad pastum. 2) expeditio, profectio.

ἐξέλασις, vel *ἐξελασία*, ἡ, expulsio. 2) discessus: expeditio militaris: pompa.

ἐξελαύνω, f. *ἐξελάσω*, *Attice* *ἐξελῶ*. p. *ἐξελήλακα*, (*ἐλαύνω*, *irr.*) expello, abigo, ejicio. 2) equo erumpo. 3) progredior, procedo; de pompa.

εὐσανίδωτος, ον, (σανιδόω) bene tabulatus, Epith. navis bonae. (– ◡ ◡ – ◡)

εὐσαρκία, ας, ἡ, corpulentia. A seq.

εὔσαρκος, ον, (σάρξ) bonas habens carnes, carnosus, corpulentus.

εὐσαρκόω, f. ώσω, reddo corpulentum et carnosum.

εὐσάρκωσις, ἡ, corpulentia.

εὐσέβεια, ας, ἡ, (εὐσεβής) pietas, religio: cura et tutela atque reverentia eorum, quibus eam debemus.

εὐσεβέω, f. ήσω, probe et religiose Deum colo, pius sum, pie ago, adversus quemcunque, cui pietas debetur, e consuetudine latina, ut Deum, parentes, conjugem, liberos, magistratus, magistros. Hinc curo et tueor eos, quos debeo: justus sum in bello gerendo. Constr. εὐσεβεῖν περί, πρός, εἴς τινα, contra vero εὖ σέβειν τινά.

εὐσεβέως, *adv.* pie, religiose, pro εὐσεβῶς.

εὐσέβημα, ατος, τό, (εὐσεβέω) pie factum, officium pietatis.

εὐσεβής, ές, (σέβω) religiosus, qui pie colit Deum. Hinc *Subst.* τὸ εὐσεβές, έος, pietas.

εὐσεβίη, ἡ, *Ion.* p. εὐσέβεια.

εὐσεβῶς, *adv.* idem quod εὐσεβέως. A praec.

εὔσειστος, ον, (σείω) qui facile potest concuti: terrae motibus obnoxius.

εὐσέληνος, ον, (σελήνη) lucidus, lunae fulgore illustris, non illunis

εὔσελμος, ον, *Ep.* ἐΰσσελμος, (σέλμα) pulcra habens transtra, Epith. bonae navis.

εὔσεμνος, η, ον, (σεμνός) valde venerabilis.

εὔσεπτος, ον, (σέβομαι) venerabilis.

εὐσήκωτος, ον, (σηκόω) boni s. pleni ponderis.

εὐσημία, *Ion.* εὐσημίη, ἡ, bona significatio, bonum signum. A seq.

εὔσημος, ον, (σῆμα) bene significans: dilucidus, apertus: insignis,

εὐσήμως, *adv.* clare, perspicue.

εὔσηπτος, ον, (σήπω) qui facile putrescit, putredini obnoxius.

εὐσηψία, ας, ἡ, putrescendi celeritas.

εὐσθένεια, ας, ἡ, virium integritas, robur.

εὐσθενέω, f. ήσω, viribus polleo. A seq.

εὐσθενής, ές, (σθένος) viribus pollens, validus, admodum robustus.

εὐσίπυος, ον, (σιπύα) planum panarium habens: opp. ἐλιγησίπυος. (– ◡ ◡ ◡)

εὐσιτέω, f. ήσω, bene habitus sum e cibo: cibum appeto, alacriter sumo. A seq.

εὔσιτος, ον, (σῖτος) qui bono est stomacho.

εὔσκαλμος, ον, (σκαλμός) bonis scalmis, bono remigio instructus.

εὐσκανδάλιστος, ον, (σκανδαλίζω) qui facile offendit. Theophyl.

εὐσκάνδιξ, ικος, (σκάνδιξ) olere silvestri abundans.

εὔσκαρθμος, ον, (σκαίρω) bene saltans, celer, velox, agilis, Il. 13, 31.

εὐσκάριστος, ον, (σκαρίζω) i. q. praec.

εὐσκελής, ές, (σκέλος) bona habens crura.

εὐσκέπαστος, ον, (σκεπάζω) bene tectus atque munitus.

εὐσκεπής, ές, (σκέπας) bene tectus, bonum tegumentum habens.

εὐσκευέω, bene istructus sum, a seq.

εὔσκευος, ον, (σκεῦος) vasis utensilibus bene instructus.

εὐσκίαστος, ον, (σκιάζω) (– ◡ – ◡) et

εὔσκιος, ον, (σκιά) umbrosus, opacus, gratas umbras habens, amoenus.

εὔσκοπος, ον, Ep. ἐΰσκοπος, (σκοπός) acute videns, speculator, epith. Mercurii, Il. 24, 24. Od. 1, 38. et Dianae, Od. 11, 198. ubi etiam vertitur: scopum perite attingens, cf. Hdt. 5, 61. εὔσκοπα βάλλειν, τοξεύειν, scopum bene adsequi. 2) de loco, unde prospectus patet.

εὐσκόπως, adv. apte, perite, feliciter, recte, ut metam feriat.

εὐσκωμμένως, adv. facete, salse.

εὐσκωμμοσύνη, ης, ἡ, facilitas in scommatis et dicteriis jaciendis. A seq.

εὐσκώμμων, ον, (σκῶμμα) dicax.

εὐσμίλευτος, ον, (σμιλεύω) scalpello bene amputatus.

εὐσμίλωτος, ον, (σμίλος) scalpro bene politus. (– – – ⏑)

εὔσοια, ας, ἡ, robur, Sophocl. pro εὐσοΐα, A seq.

εὔσοος, ον, contr. εὔσους, Dor. εὔσως, (σόος) incolumis, salvus. Theocr.

εὐσπειρής, ές, et

εὔσπειρος, ον, (σπεῖρα) pulcras spiras faciens, pulcre se in spiras colligens, in spiras bene convolutus.

εὐσπλαγχνία, ας, ἡ, (εὔσπλαγχνος) animositas. 2) misericordia.

εὐσπλαγχνίζομαι, facile misereor. A seq.

εὔσπλαγχνος, ον, (σπλάγχνον) qui bona et valida viscera habet: animosus, fortis: misericors.

εὔσπορος, ον, (σπορά) fecundus, de agro.

ἐΰσσελμος, ον, Ep. p. εὔσελμος, Hom.

ἐΰσσωτρος, ον, Ep. p. εὔσωτρος, Hes.

εὐστάθεια, ας, ἡ, (εὐσταθής) stabilitas, firmitas, constantia. 2) columen. 3) bona constitutio corporis, constantia, firmitas, tranquillitas animi. (– ⏑ – ⏑)

εὐσταθέω, f. ήσω, stabilis ac firmus sum, placidus ac tranquillus sum.

εὐσταθία, ας, ἡ, idem quod εὐστάθεια.

εὐσταθής, ές, (ἵστημι) stabilis, firmus, constans. 2) epith. morbi constantis ejusdemque moderati. Hinc *Subst.* τὸ εὐσταθές, έος, bona constitutio.

εὐστάθμως, *adv.* (στάμη) exacte, ad amussim.

εὐσταθῶς, *adv.* constanter, firmiter, tuto, strenue, fortiter.

εὐσταλής, ές, (στέλλω) bene instructus, decenter ornatus. 2) succinctus et paratus. 3) leviter armatus, ideoque expeditus.

εὐσταλία, ἡ, levis armatura, levitas, agilitas.

εὐσταλῶς, *adv.* decenti cultu, composite, expedite. A praec.

εὐστάφυλος, ον, (σταφυλή) uvis onustus. (– ⏑ ⏑ ⏑)

εὔσταχυς, υ, (στάχυς) bonas et multas spicas ferens.

εὐστεγής, ές, (στέγω) bene tectus, munitus.

εὔστειρος, ον, (στεῖρα) firmam carinam habens, epith. navis bonae.

εὔστερνος, ον, (στέρνον) bonum ac firmum pectus habens.

εὐστέφανος, ον, pulcre coronatus, a στέφανος. 2) bene munitus, bene muris cinctus, a στεφάνη.

εὐστεφής, ές, (στέφος) idem.

εὐστέφιος, ον, idem, ab eodem.

εὐστιβής, ές, (στείβω) bene tritus et calcatus pedibus viatorum: planus.

εὔστικτος, ον, (στίζω) maculis bene distinctus.

εὔστιπτος, ον, i. q. εὐστιβής.

εὐστολίζω, bene instruo, pulcre exorno, a seq.

εὔστολος, ον, (στέλλω) bene indutus, pulcre ornatus: bene instructus, habilis.

εὔστομα, *Adverbialiter* de silentio in sacris, ut εὔστομ' ἔχε, ore fave, lingua fave, i. e. sile. τάδε μοι εὔστομα κείσθω, suo haec loco relinquam, compescam hac in re linguam, de his cavebo parum reverenter et parum religiose loqui. v. εὔστομος.

εὐστομαχία, ας, ἡ, bonus ventriculus. 2) sapor gratus. A seq.

εὐστόμαχος, ον, (στόμαχος) bonum habens stomachum. 2) stomacho conveniens, utilis, gratus, stomachum corroborans.

εὐστομάχως, *adv.* bono stomacho, fortiter.

εὐστομέω, f. ήσω, (εὔστομος) suavem ore cantum modulor. 2) ore rotundo loquor. 3) ore faveo, bona verba dico.

εὐστομία, ας, ἡ, bona pronunciatio. 2) orationis festivitas, dicacitas. 3) sapor ori gratus. 4) prudentia et modestia dicendi, cavens ne quod verbum inconsultum et parum religioni conveniens excidat. A seq.

εὔστομος, ον, (στόμα) ori conveniens, sapidus. 2) qui pulcro ore est. 3) disertus. 4) de equo, qui frenum patitur. εὔστομα, *Adv.* Proprie *neutr. plur.*, q. v.

εὐστόρθυγξ, υγγος, (στόρθυγξ) e bono ramo factus *vel* validum ramum efficiens.

εὐστοχέω, f. ήσω, jaculandi peritus sum, scopum ferio: sollerter conjecto, prudenter utor, v. c. opportunitate, *c. gen.*

εὐστόχημα, ατος, τό, id quod recte conjicitur, quod sollerter perspicitur: sententia, apophthegma: prosper rei successus, felix eventus. A prec.

εὐστοχία, ας, ἡ, dexteritas in jaculando, perspicacitas, sollertia conjectandi. A seq.

εὔστοχος, (στόχος) peritus jaculandi: recta ad scopum tendens, directus: sollers, ingeniosus, perspicax, acutus.

εὐστόχως, *adv.* dextre, apte, feliciter, sollerter, accommodate.

εὔστρα, vel εὔστρα, ας, ἡ, (εὕω) fossa, in qua sues mactabantur. 2) spica hordei tosta.

εὐστραβής, ές, (στρέφω) qui facile torquetur, vel flectitur.

εὐστραφής, ές, (στρέφω) i. q. εὐστρεφής.

εὔστραπτος, ον, (στρέφω) bene tortus.

εὐστρεφής, ές, (στρέφω) bene, pulcre tortus. 2) flexilis, versatilis, agilis: navus, strenuus.

εὐστρεφάλιγξ, ιγγος, (στροφάλιγξ) calamistratus, epith. comae.

εὐστροφία, ας, ἡ, versutia, versatile ingenium. 2) agilitas. A seq.

εὔστροφος, ον, (στρέφω) tortilis. 2) agilis. 3) pulcre tortus, apte circumvolutus.

εὐστρόφως, *adv.* apte, perite.

εὔστρωτος, ον, (στρώννυμι) bene stratus.

εὔστυλος, ον, (στῦλος) columnas justis intervallis distributas habens, ideoque columnarum specie decorus.

εὐσύγχρυστος, ον, bene celatus, facile celandus.

εὐσυκοφάντητος, ον, (συκοφαντέω) calumniis obnoxius.

εὐσύλητος, ον, (συλάω) praedantibus, spoliantibus expositus. (– – – ⏑)

εὐσύλληπτος, ον, (συλλαμβάνω) qui facile concipit, quae celeriter utero concipit fetum. 2) facilis captu: comprehensibilis.

εὐσυλλόγιστος, ον, (συλλογίζομαι) qui facile colligi argumentando potest.

εὐσυμβίβαστος, ον, (συμβιβάζω) facile conciliandus, conjungendus, congruens.

εὐσύμβλητος, ον, qui per conjecturam facile cognosci potest.

εὐσύμβολος, ον, (συμβάλλω, σύμβολον) facilis, bonus, commodus, humanus et fidus in congressu, in pactis, in commercio, cum quo facile pactum inimus, item facilis et comis in congressibus, aditu. 2) fausti ominis, fausti signi, cui libenter et hilariter occurramus. 3) facile aliquid conjiciens, bonus conjector. 4) qui libens confert pecuniam. v. ἐρανίζω n. 3.

εὐσυμπερίφορος, (συμπεριφέρω) qui facile ducitur, quo quis vult, obsequiosus, moriger, facile adsentiens, commodis moribus, lenis, facilis, qui se rei cuique praesenti, et homini, cum quo agit, accommodat.

εὐσυμπερίφυτος, ον, (περιφύω) facile concrescens s. coalescens.

εὐσυμπλήρωτος, ον, (συμπληρόω) qui facile impleri potest, Epicharm. Diog. 10, 135.

εὐσύμφυτος, ον, facile coalescens, qui facile coagmentari potest.

εὐσυνάγωγος, ον, qui facile congregari potest. 2) in quem facile aliquid comportari potest.

εὐσυνάλλακτος, ον, (συναλλάττω) idem quod εὐσύμβολος.

εὐσυναλλάκτως, *adv.* comiter, placide, humane.

εὐσυναλλαξία, ἡ, comitas morum.

εὐσυνάρμοστος, ον, (συναρμόζω) qui facile aptari et coagmentari potest.

εὐσυνάρπαστος, ον, (συναρπάζω) qui facile corripi s. arripi potest.

εὐσυναρπάστως, *adv.* ita, ut facile corripi possit.

εὐσυνειδησία, ας, ἡ, conscientia recti. A seq.

εὐσυνείδητος, ον, (συνειδέναι) bene sibi conscius.

εὐσυνειδότως, *adv.* cum conscientia recte facti.

εὐσυνεσία, ας, ἡ, (σύνεσις) sagacitas, prudentia in judicando.

εὐσύνετος, ον, intellectu facilis. 2) prudens, perspicax, sagax.

εὐσυνθεσία, ας, ἡ, facilitas in paciscendo, fides in pactis servandis. A seq.

εὐσυνθετέω, bene compositus sum. 2) foederibus incundis facilem me praebeo. 3) foedera et pacta servo. 4) recte ago, apte Polyb. A seq.

εὐσύνθετος, ον, (συντίθημι) apte compositus. 2) aptus, facilis ad compositionem.

εὐσυνθέτως, *adv.* apte, congrue.

εὐσύνοπτος, ον, qui facile conspici potest, conspicuus, manifestus, intellectu facilis.

εὐσυνόπτως, *adv.* perspicue, clare.

εὐσύντακτος, ον, (συντάσσω) bene compositus, aptus, congruus.

εὐσυντάκτως, *adv.* apte, congrue.

εὐσύντριπτος, ον, (συντρίβω) qui facile frangitur.

εὔσφικτος, ον, (σφύζω) facile vel recte pulsans.

εὐσφυξία, ἡ, arteriarum recta et facilis pulsatio.

εὔσφυρος, ον, (σφυρόν) elegantes habens pedes: de femina pulcra.

εὔσχετος, ον, (σχεῖν) qui bene retineri, excipi potest.

εὐσχημολογέω, f. ήσω, (εὔσχημος, λέγω) honeste et scite loquor. *dub.*

εὐσχημονέω, f. ήσω, (εὐσχήμων) honeste me gero, contineo: decens, honestus

sum, de hominibus et rebus honestis visu, auditu etc.

εὐσχημόνημα, τό, honesta se gerendi ratio.

εὐσχημόνως, *adv.* decore, decenter, honeste.

εὐσχημος, ον, (σχῆμα) honestus, decorus, speciosus.

εὐσχημοσύνη, ἡ, decor, speciositas, modestia, elegantia. A seq.

εὐσχήμων, ον, (σχῆμα) decens, spectabilis, honoratus. 2) eleganter et scite compositus. 3) modestiae studens, legibus obtemperans.

εὐσχήμως, *adv.* (σχῆμα) honeste, composite.

εὐσχιδής, ές, (σχίζω) bene fissus aut scissus. 2) facile scissilis.

εὐσχιστος, ον, (σχίζω) fissilis, qui facile findi aut scindi potest.

εὐσχολέω, f. ήσω, (εὔσχολος) vaco, otio abundo, τινός, ad aliquam rem.

εὐσχολία, ας, ἡ, vacatio, otium. A seq.

εὔσχολος, ον, (σχολή) qui abundat otio: expers belli.

εὐσωματέω, f. ήσω, (εὐσώματος) sum corpore pulcro et bene constituto.

εὐσωματία, ας, ἡ, bona corporis constitutio. A seq.

εὐσώματος, ον, (σῶμα) qui corpore bene constituto est, corpulentus, corpore robusto.

εὔσωμος, ον, idem, et ab eod. *dub.*

εὔσωτρος, ον, (σῶτρον) habens bonas curvaturas rotae, Epith. currus boni.

εὐτακής, ές, (τήκω) qui facile liquescit.

εὐτακτέω, f. ήσω, (εὔτακτος) ordinem servo. 2) facio, quae debeo, modeste pareo, solvo tributa, quae debeo. 3) castus sum, a Venere abstineo, temperanter vivo, honestati studeo.

εὐτάκτημα, τό, modestia, obedientia, castitas. A praec.

εὔτακτος, ον, ordinatus, dispositus. 2) ordinem et disciplinam servans, certo ordine procedens. 3) modestus, dicto audiens. Hinc *Subst.* τὸ εὔτακτον, disciplina, modestia.

εὐτάκτως, *adv.* ordinate: aequaliter, composite, modeste.

εὐτάλαιπωρος, ον, i. q. simplex.

εὐταμίευτος, ον, (ταμιεύω) bene reconditus. 2) bene administratus; quum sc. parce et modice aliqua re, pecunia, viribus, utimur, nec totam simul profundimus. 3) rem sic gerens vel administrans. Unde 4) moderatus, mediocris, facilis, parabilis.

εὐταξία, ας, ἡ, (τάττω, τάξις) ordo ratus, ordinis constitutio, modestia, i. e. scientia earum rerum, quae aguntur aut dicuntur, suo loco collocandarum. cf. εὐκαιρία. 2) disciplina.

εὐταπείνωτος, ον, (ταπεινόω) qui facile potest debilitari.

εὐτάρακτος, ον, (ταράσσω) qui facile perturbatur.

εὔταρσος, ον, (ταρσός) pulcro pede praeditus: pulchrum pedem habens.

εὖτε, *adv. Ep.* p. ὅτε, quod, quum, ubi: construitur *c. indic.* Il. 11, 735. et plerumque in apodosi sequentem habet particulam aliquam, ut ἔνθα, τῆμος, δή, δὴ τότε, καὶ τότε δή, ἔπειτα, τόφρα δέ, δέ. 2) εὖτ' ἄν, i. q. ὅταν, *c. conj.*, quandoquidem, quum, quoties. Il. 1, 242. 2, 34. 228. al. Simplex εὖτε sine ἄν *c. conj.* semel occurrit ap. Homerum Od. 7, 202. frequentius *ap. seriores*, v. Jacobs A. P. p. 106. 3) *adv.* i. q. ἠΰτε, sicut, velut, ceu, Il. 3, 10.

εὐτείχεος, ον, (τεῖχος) bene munitus, firmis moenibus circumdatus. *Acc. sing. fem.* εὐτειχέα per *metaplasmum*, p. εὐτείχεον, Il. 16, 57.

εὐτειχής, ές, (τεῖχος) i. q. seq., Pind.

εὐτείχητος, ον, (τεῖχος) bene munitus, Hom. h. Ven. 112.

εὐτείχιστος, ον, (τειχίζω) facile muniendus.

εὔτειχος, ον, i. q. εὐτείχεος.

εὐτέκμαρτος, ον, (τεκμαίρω) conjectu facilis, qui facile possit ex indiciis colligi et agnosci.

εὐτεκνέω, (εὔτεκνος) felix sum prole.

εὐτεκνία, ας, ἡ, boni liberi et multi. A seq.

εὔτεκνος, ον, (τέκνον) felix sobole. 2) fecundus.

εὐτέλεια, ας, ἡ, parvus sumtus, frugalitas, parsimonia. 2) victus tenuis. 3) vilitas, tenuitas, humilitas. A seq.

εὐτελής, ές, (τέλος) non magnam impensam requirens, tenuis. 2) frugalis, qui parvos sumtus facit. 3) vilis, parvi pretii, frivolus. 4) humilis, illiberalis.

εὐτελίζω, f. ίσω, floccifacio, vilipendo, contemno.

εὐτελισμός, οῦ, ὁ, extenuatio rei, contemtus.

εὐτελῶς, *adv.* (εὐτελής) parvo sumtu, frugaliter, tenuiter, parce.

Εὐτέρπη, ης, ἡ, (τέρπω) Euterpe, Musa.

εὐτερπής, ές, (τέρπω) aptus ad delectandum, vi delectandi praeditus, amoenus.

εὐτέχνητος, ον, (τεχνάομαι) exquisita arte factus.

εὐτεχνία, ας, ἡ, peritia, doctrina, eruditio, sollertia. 2) artificium quodvis. A seq.

εὔτεχνος, ον, (τέχνη) artificiosus, artis peritus.

εὐτέχνως, *adv.* artificiose.

εὐτιθάσσευτος, ον, (τιθασσεύω) qui facile mitescit, qui facile cicurari s. mansuefieri potest.

εὔτηκτος, ον, (τήκω) qui facile colliquescit. Hinc *Subst.* εὐτηξία, ἡ.

εὐτλήμων, ον, (τλήμων) valde fortis, Aesch. Pers. 28.

εὔτμητος, ον, bene sectus et paratus, elaboratus.

εὔτοιχος, ον, (τοῖχος) bonos parietes habens.

εὐτοκέω, f. ήσω, (εὔτοκος) facile, saepe pario.

εὐτοκία, ας, ἡ, fecunditas. 2) facilis partus. A seq.

εὔτοκος, ον, (τίκτω) fecundus. 2) facile et saepe pariens. 3) *Pass.* bene, feliciter genitus, pulcra proles.

εὐτολμάω, (εὔτολμος) audeo.

εὐτολμία, ας, ἡ, audacia. 2) confidentia, animositas, animi praesentia. A seq.

εὔτολμος, ον, (τόλμη) audax, confidens, animosus, intrepidus, fortis.

εὐτόλμως, *adv.* audacter, animose, intrepide.

εὔτομος, ον, (τέμνω) sectu facilis. 2) bene seu pulcre sectus.

εὐτονέω, f. ήσω, (εὔτονος) validus sum, vires recipio.

εὐτονία, ας, ἡ, firmitas, vis in extendendo, s. nitendo, vigor.

εὔτονος, ον, (τείνω) validus, firmus, robustus, efficax, tenax.

εὐτόνως, *adv.* acriter, strenue, magna cum contentione.

εὐτοξία, ας, ἡ, dexteritas et peritia jaculandi. A seq.

εὔτοξος, ον, (τόξον) bonum arcum habens, felix jaculandi arcu.

εὐτόρνευτος, ον, (τορνεύω) i. q. εὔτορνος.

εὔτορνος, ον, (τόρνος) tornatu facilis. 2) pulcre tornatus.

εὐτόρνως, *adv.* scite, eleganter.

εὐτραπεζέομαι, laute instructa mensa utor, a seq.

εὐτράπεζος, ον, (τράπεζα) qui multos laute excipit. 2) quod fit ad mensam laute instructam. 3) bene instructa mensa utens. (‒ ⏑ ‒ ⏑)

εὐτραπελεύομαι, (εὐτράπελος) lepide jocor, dicax sum, facete dico.

εὐτραπελία, ας, ἡ, (εὐτράπελος) urbanitas, comitas, festivitas, lepor: scurrilitas, dicacitas, facete dictum.

εὐτραπελίζω, f. ίσω, festive jocor: scurriliter loquor. A seq.

εὐτράπελος, ον, (τρέπω) qui facile in omnes partes versatur, mutabilis, volubilis. 2) urbanus, facetus, lepidus, dicax: scurrilis, ineptus. (‒ ⏑ ⏑ ⏑)

εὐτραπέλως, *adv.* facete, lepide: scurriliter.

εὐτραφέω, nutrimentis abundo. A seq.

εὐτραφής, ές, (τρέφω) bene nutritus, saginatus, pinguis. 2) bene nutriens, alibilis.

εὐτραφία, ἡ, corpus bene nutritum, pinguedo.

εὐτρεπής, ές, (τρέπω) bene paratus.

εὐτρεπίζω, f. ίσω, apparo, instruo, ordino, compono, concilio amicos. A pr.

εὐτρεπισμός, οῦ, ὁ, apparatus, ordinatio. A praec.

εὐτρεπιστής, οῦ, ὁ, curator rei apparandae, ordinandae, pararius amicitiarum, Ab eod.

εὔτρεπτος, ον, (τρέπω) versatilis, mutabilis.

εὐτρεφής, ές, i. q. εὐτραφής.

εὐτρεψία, ἡ, (εὔτρεπτος) mutabilitas.

εὔτρητος, ον, (τιτράω) bene perforatus, late hians.

εὐτριαίνης, ὁ, (τρίαινα) tridentem egregie gerens, Epith. Neptuni.

εὐτριβής, ές, (τρίβω) bene tritus, assuetus.

εὔτριπτος, ον, (τρίβω) tritu facilis, friabilis.

εὔτριχες, *nom. pl.* ab εὔθριξ.

εὔτριχος, ον, (θρίξ) comatus, capillatus.

εὔτριψ, ιβος, i. q. εὐτριβής.

εὐτροπία, ας, ἡ, (εὔτροπος) morum probitas, morum elegantia: versutia.

εὔτροπις, ιδος, (τρόπις) bonam carinam habens.

εὔτροπος, ον, (τρόπος) versutus. 2) qui probatis est moribus, bene moratus.

εὐτρόπως, *adv.* decenter.

εὐτροφέω, f. ήσω, (εὔτροφος) bene alor, copiosum nutrimentum accipio, cresco, pinguesco: etiam in *medio*.

εὐτροφία, ας, ἡ, bona nutritio, alimenti copia: habitus succulentior et vegetior.

εὔτροφος, ον, (τρέφω) bene nutritus: pinguis, plenus. 2) copiose nutritus.

εὐτρόχαλος, ον, rotundus, mobilis, etc. 2) planus, in quo rotae curruive nil obstat.

εὔτροχος, (τρέχω, τροχός) volubilis, agilis.

εὐτρύγητος, ον, (τρυγάω) qui facile demetitur, decerpitur, vindemiatur. (– – – ⏑)

εὔτυκος, ον, *rarior forma* p. εὔτυκτος, Theocr.

εὔτυκτος, ον, (τεύχω) bene elaboratus, bene factus. 2) bene paratus.

εὐτύπωτος, ον, (τυπόω) cui signum facile potest imprimi. (– ⏑ – ⏑)

εὐτυχέω, f. ήσω, (εὐτυχής) sum felix, secunda fortuna utor. 2) obtineo, assequor, *c. gen.* vel *c. acc.* 3) εὐτυχοίης, formula comiter aliquid abnuentis, minime, Valck. Phoen. 406.

εὐτύχημα, ατος, τό, felicitas.

εὐτυχής, ές, secunda fortuna utens, votorum compos, felix: hinc *Subst.* τὸ εὐτυχές, fortuna secunda, successus prosper.

εὐτυχία, ας, ἡ, secunda fortuna, felicitas, res fausta, quae praeter spem contigit.

εὔτυχος, *f. lect.* Aesch. Suppl. 935. p. εὔτυκος.

εὐτυχῶς, *poet.* εὐτυχέως, feliciter, prospere. 2) casu quodam atque fortuna.

εὔυαλος, ον, (ὕαλος) e pulcro vitro factus, vitreus. (– ⏑ ⏑ ⏑)

εὐυδρέω, (εὔυδρος) aqua abundo.

εὐυδρία, ἡ, copia aquarum. A seq.

εὔυδρος, ον, (ὕδωρ) aqua abundans, irriguus.

εὐυμνία, ἡ, celebritas. A seq.

εὔυμνος, ον, (ὕμνος) laude dignus, celebrandus. 2) qui commode, multis caussis laudari potest.

εὐυπέρβατος, ον, (ὑπερβαίνω) superabilis, qui facile superatur.

εὐυπέρβλητος, ον, (ὑπερβάλλω) superatu facilis, superabilis.

εὔυπνος, ον, facile et placide dormiens. 2) bene sopiens.

εὐυπόδητος, ον, (ὑποδέω) qui facile subligari potest.

εὐυπόιστος, ον, (ὑποφέρω) tolerabilis

εὐυπόληπτος, ον, (ὑπολαμβάνω) qui facile recipitur.

εὐυποχώρητος, ον, (ὑποχωρέω) facile cedens.

εὔυφαντος, ον, (ὑφαίνω) bene et eleganter textus.

εὐυφής, ές, (ὑφή) eleganter textus, Soph. (– ⏑ –)

εὐυψής, ές, (ὕψος) valde excelsus.

εὐφαής, ές, (φάος) clara luce splendens, pellucidus.

εὐφαμία, εὔφαμος, *Dor.* p. εὐφημία, εὔφημος.

εὐφανής, ές, (φαίνω) i. q. εὐφαής.

εὐφαντασίωτος, ον, (φαντασιόω) qui bene et facile capit visiones, felix in concipiendis imaginibus et speciebus rerum, qui sibi omnia secundum verum optime fingit.

εὐφαρέτρας, *Dor.* pro εὐφαρέτρης, ου, ὁ, (φαρέτρα) pulcram pharetram habens.

εὐφαρμάκος, ον, (φάρμακον) medicamentis conveniens seu utilis.

εὐφεγγής, ές, (φέγγος) egregium splendorem habens, valde splendidus.

εὐφεγγία, ἡ, splendor. A praec.

εὐφημέω, f. ήσω, (εὔφημος) verbis boni ominis utor, bona verba dico, faveo lingua: sileo. εὐφήμει, melius ominare, bona verba quaeso, desine male loqui, sile. εὐφημεῖτε, favete linguis. 2) *per euphemismum* i. q. δυσφημέω, queror, conqueror. cf. εὔφημος. 3) celebro, laudo, laudibus vel gratulatione prosequor, *opp.* βλασφημέω. 4) sono, audior, Aesch. Pers. 387.

εὐφημία, ἡ, proprie, honestas et suavitas, quae est in verbis: bonum omen, fausta acclamatio: bona fama, laus, favor: honorifica appellatio. Ab eod.

εὐφημίζω, *f. l.* p. εὐφημέω, Lob. Phryn. p. 595.

εὐφήμιος, ον, i. q. εὔφημος.

εὐφημισμός, οῦ, ὁ, boni ominis captatio. 2) Euphemismus, Figura rhetorica, qua res dictu audituve ingrata nomine molliori effertur.

εὔφημος, ον, (φήμη) *proprie*, bene, suaviter sonans, sed de verbis: bonae, honestae, jucundae rei cogitationem afferens (*opp.* βλάσφημος, *quod vid.*) 2) bonum omen habens, faciens, bene ominatus. 3) honorificus, honestus, laudabilis. 4) pius, religiosus. 5) *per euphemismum* i. q. δύσφημος.

εὐφήμως, *adv.* honesto verbo: per Euphemismum: bona verba dicendo, bene precando: religiose.

εὔφθαρτος, ον, (φθείρω) corruptibilis.

εὐφθογγέω, bene sono, articulate pronuncio, suaviter cano. A seq.

εὔφθογγος, ον, bene sonans, suavem edens sonum.

εὐφιλής, ές, (φιλέω) valde amans. 2) gratus, jucundus alicui.

εὐφίλητος, ον, etiam εὐφιλήτη, Aesch. Sept. 103. (φιλέω) dilectus.

εὐφιλόπαις, δος, ὁ, ἡ, indulgens in liberos.

εὐφιλοτίμητος, ον, contendere cum aliis de gloria amans, laudis cupidus, magnificus. (– ⏑ ⏑ – – ⏑)

εὔφιμος, ον, (φιμόω) adstringens, vim adstringendi habens, obturandi, vel obstruendi vi pollens. 2) frenatus.

[illegible], ον, fra[illegible]lis.

εὔφλεκτος, ον, (φλέγω) inflammatu facilis.

εὐφορβία, ας, ἡ, (εὔφορβος) pastus, seu alimenti copia.

εὐφόρβιον, τό, nomen plantae.

εὔφορβος, ον, (φορβή) bene nutritus, pi[illegible] alimentis [illegible]lans.

εὐφορέω, f. ήσω, (εὔφορος) ferax sum, uberes fructus profero.

εὐφόρητος, ον, portatu facilis, tolerabilis.

εὐφορία, ας, ἡ, portandi facilitas. 2) facilitas et opportunitas. 3) feracitas, fertilitas, abundantia, ubertas. 4) bonus habitus, bona rei conditio.

εὐφόρμιγξ, ιγγος, (φόρμιγξ) pulcram citharam habens.

εὔφορος, ον, (φέρω) portatu facilis. 2) qui facile fert, fertilis, ferax, fecundus. 3) agilis, expeditus. εὔφορον πνεῦμα, ventus ferens, secundus, Xen.

εὔφορτος, ον, (φόρτος) leviter onustus, celer.

εὐφόρως, *adv.* ita, ut facile ferat, aut portetur vel toleretur, leviter, facile, aequo animo.

εὐφράδεια, ἡ, elegantia sermonis, facundia.

εὐφραδέως, *adv.* eleganter, prudenter: decenter, ornate. A seq.

εὐφραδής, ές, (φράζω, φράζομαι) clarus, manifestus. 2) bene disserens, disertus.

εὐφραδίη, ης, ἡ, *Ion.* et *Ep.* p. εὐφράδεια.

εὐφραίνω, f. ανῶ, (φρήν) exhilaro, oblecto. εὐφραίνομαι, laetor, gaudeo: convivor, genio indulgeo, epulor.

εὐφραντικός, ή, όν, exhilarans, genialis, laetus.

εὐφραντός, ή, όν exhilarans.

εὐφρᾶσία, ἡ, (εὐφραίνω) laetitia, gaudium honestum, ob res bene gestas, recte facta. 2) epulum, convivium.

εὔφραστος, ον, (φράζω) explicatu facilis: pronunciatu facilis: bene notus, certus.

εὐφρονέων, *Ep.* ἐϋφρονέων, (φρονέω) bene cupiens, benevolus.

εὐφρόνη, ἡ, (εὔφρων) nox, Hes. op. 562. *proprie* benevola, per euphemismum. 2) i. q. εὐφροσύνη, Eur.

εὐφρονίδης, ου, ὁ, filius noctis

εὐφρόνως, *adv.* prudenter, benevole.

εὐφροσύνη, ης, ἡ, laetitia, hilaritas, animi voluptas. 2) idem quod εὐφρασία n. 2. εὔφρων. (– ⏑ ⏑ –)

εὐφρόσυνος, η, ον, laetitiam adferens. 2) hilaris, laetus. *poet.*

εὔφρουρος, ον, (φρουρά) bene custoditus. 2) *act.* bene custodiens.

εὔφρων, ον, (φρήν) cui mens integra est. 2) hilaris, laetus. 3) laetitiam adferens, exhilarans.

εὐφυΐα, ἡ, i. q. εὐφυΐα.

εὐφυής, ές, (φύω) bene ac laete crescens, ut arbor, pascua. 2) in quocunque genere bene a natura constitutus et factus, aptus, commodus, bona indole praeditus: ingeniosus, solers, ingenio ad videndum acuto: facetus, jocosus, dicax etc.

εὐφυΐα, ας, ἡ, bona indoles, naturalis dexteritas, ingenii sollertia etc. A praec. (– ⏑ ⏑ –)

εὐφύλακτος, ον, (φυλάσσω) custoditu seu servatu facilis. 2) bene custoditus. 3) a quo facile caveri potest (– ⏑ – ⏑)

εὔφυλλος, ον, (φύλλον) densus foliis.

εὐφύσητος, ον, (φυσάω) qui spiritu facile dissipatur.

εὔφυτος, ον, (φυτόν) aptus ad arbores serendas.

εὐφυῶς, *adv.* (εὐφυής) ut decet bona indole praeditum: ingeniose, facete: percommode, apte, scite.

εὐφωνία, ἡ, bona vox, vox canora, vocalitas: suavis pronunciatio. A seq.

εὔφωνος, ον, (φωνή) bene sonans, vocalis, canorus.

εὐφώνως, *adv.* bona voce: suavi pronunciatione.

εὐφώρατος, ον, (φωράω) deprehensu facilis.

εὐχαίτης, ου, ὁ, (χαίτη) bene seu pulcre jubatus: bene comatus.

εὐχαίτας, ου, ὁ, i. q. εὐχαίτης

εὐχάλινος, ον, (χαλινός) pulcro freno instructus. (– ⏑ – ⏑)

εὐχαλίνωτος, ον, frenatus.

εὔχαλκος, ον, pulcro, probo ex aere factus.

εὐχάλκωτος, ον, (χαλκόω) idem.

εὔχαρις, ιτος, ὁ, ἡ, (χάρις) gratiosus, jucundus, facetus, cui gratia inest.

εὐχαριστέω, f. ήσω, (εὐχάριστος) suavis, jucundus sum: gratificor: gratum me praebeo, gratias ago: gratulor: precor, preces facio.

εὐχαριστήριος, ον, qui gratiarum agenda-

ram aut habendarum caussa fit, ut hymnus, quo gratiae aguntur, aut sacrificium.

εὐχαριστία, ἡ, gratia, suavitas rei vel personae, comitas, affabilitas; gratus animus: grata beneficiorum commemoratio, grati animi significatio, gratiarum actio. 2) Apud Catholicos et vett. Script. Ecclesiast. adhibetur pro augustissimo Sacramento corporis et sanguinis D. N. J. Christi. Est enim sacrificium Eucharisticum, quo gratias Deo reddimus etc.

εὐχάριστος, ον, suavis, gratiosus, acceptus, amabilis. 2) gratus, beneficii memor. 3) beneficus.

εὐχαρίστως, *adv.* animo grato: lepide, gratiose: bene, feliciter.

εὐχάριτος, ον, (χάρις) i. q. εὔχαρις.

εὐχειλος, ον, labiosus, pulcra s. magna labia habens.

εὐχείμερος, ον, (χεῖμα) ad hiberno accommodatus. 2) salubri frigori expositus. 3) frigoris bene patiens, cui bruma est tolerabilis.

εὔχειρ, ρος, ὁ, ἡ, (χείρ) cui manus sunt habiles, manu fortis, strenuus, laboriosus, artificiosus.

εὐχειρία, ας, ἡ, *proprie* manuum dexteritas seu agilitas: artificium et dexteritas in rebus agendis. A pr.

εὔχειρος, ον, i. q. εὔχειρ. *Superl.* εὐχειρότατος, qui facillime vinci potest, ap. Xenoph. (Oec. 8, 4.) sed praestat εὐχειρωτότατος.

εὐχείρωτος, ον, (χειρόω) qui facile in potestatem redigi, capi et mansuefieri potest, superabilis.

εὐχέρεια, ας, ἡ, manuum agilitas: facilitas: levitas: proclivitas, studium. Ab seq.

εὐχερής, ές, (χείρ) manibus tractabilis, facilis. 2) leviter aliquid tractans: levis, negligens.

εὐχερῶς, *adv.* facile. 2) leviter.

εὐχετάομαι, *poet.* p. εὔχομαι, precor, supplico, *c. dat. pers.*: significo alicui venerationem, amorem, gratum animum, Hom. 2) glorior, jacto me, c. inf. τίνες ἔμμεναι εὐχετόωνται; Od. 1, 172. Homerus praesenti tantum et impf. utitur, et hoc quidem semper sine augmento.

εὐχέτης, ου, ὁ, (εὔχομαι) supplex, vota faciens.

εὐχετιάζω, i. q. εὔχομαι, Hesych.

εὐχή, ἡ, precatio, oratio, votum, Od. 10. 526. Hes. Th. 519. 2) imprecatio, dirae. 3) jactatio, gloriatio.

εὐχήμων, ον, optabilis, Hesych.

εὔχιλος, ον, abundans pabulo et alimonia: bene nutriens. 2) qui bene nutritur: succulentus, corpulentus.

εὐχίμαρος, ον, (χίμαρος) capris abundans.

εὔχλοος, ον, *contr.* εὔχλους, (χλόα) bene virens, pulcre virescens. 2) *act.* pulcre virere faciens, epith. Cereris, Soph. O. C. 1600.

εὔχλωρος, ον, pulcre viridans, viridis.

εὐχολόγιον, τό, libellus, quo preces continentur, Suid.

εὔχομαι, f. ξομαι, aor. ηὐξάμην, oro, precor, θεῷ, Hom. *Attici* addunt etiam *accusativum rei*, ut εὔχεσθαι πολυκαρπίαν τοῖς θεοῖς, precari a diis fertilitatem, Xen. Mem. 3, 14, 3. εὔχεσθαι πρός τοὺς θεούς, Xen. Mem. 1, 3, 2. εὔχεσθαι τοῖς θεοῖς, Trag. 2) voveo, promitto me aliquid facturum esse, c. inf. Il. 8. 526. 18. 499. 3) glorior; narro, dico me esse aliquem, c. inf. Il. 14, 366. raro omisso inf. Od. 14, 199. cf. εὐχετάομαι. *Attici* plerumque augmentum addunt ηὐχόμην, ηὐξάμην, Homerus nunquam augmento utitur.

εὐχοποιέομαι, (ποιέω) preces facio.

εὔχορδος, ον, (χορδή) suaviter e fidibus sonans, epith. citharae.

εὔχορτος, ον, foeno seu gramine abundans.

εὖχος, τό, id quod a diis precamur, votum: εὖχος δοῦναι, optata dare; εὖχος ἀρέσθαι, voti compotem fieri, Hom. 2) votum, donum votivum. 3) gloriatio, jactatio. (In locis Homericis nonnulli explicant: *gloria*, *honor*, *decus*, quod tamen primitivae vocis significationi non convenit, neque necessarium est.)

εὐχρηματέω, f. ήσω, (εὐχρήματος) opulentus sum, divitiis abundo.

εὐχρηματία, ἡ, opulentia. A seq.

εὐχρήματος, ον, (χρήματα) pecuniosus, a pecunia bene instructus.

εὐχρηματέω, f. ήσω, dives sum.

εὐχρηστέω, f. ήσω, (εὔχρηστος) utilis, accomodatus sum, *c. dat rei.* 2) commodus, facilis, benignus sum. εὐχρηστεῦμαι, commodis afficior, seu beneficiis.

εὐχρήστημα, τό, commodum. A pr.

εὐχρηστία, ἡ, usus commodus, commoditas. 2) utilitas. A seq.

εὔχρηστος, ον, commodus, utilis.

εὐχρήστως, *adv.* commode, utiliter, liberaliter.

εὐχρώαστος, ον, bene coloratus, nitidus, pulcer, formosus, *si lectio vera*, Xen. eq. 1, 17.

εὐχροέω, f. ήσω, (εὔχροος) bono sum colore, colore sum hilari, vel jucundo, bona sum corporis habitudine.

εὐχροής, ές, i. q. εὔχροος.

εὐχροια, ἡ, bonus color corporis. A seq.

εὔχροος, ον, *contr.* εὔχρους, (χρόα) bono praeditus colore, bene coloratus: specie eleganti praeditus. 2) bonum colorem efficiens.

εὔχρυσος, ον, auro abundans, aurum ferens, epith. Pactoli.

εὔχρως, ωτος, (χρώς) i. q. εὔχροος.

εὐχυλία, ας, ἡ, bonitas succi. 2) bonus sapor. A seq.

εὔχυλος, ον, bono succo praeditus, sapidus. 2) succo abundans.

εὐχύλως, *adv.* bono cum succo, sapide. (ῡ)

εὐχυμία, ἡ, bonus succus, bonus sapor, saporis gratia. A seq.

εὔχυμος, ον, qui boni succi est, sapidus.

εὐχωλή, ῆς, ἡ, (εὔχομαι) votum, precatio: devotio: gloriatio: gloria.

εὐχωλιμαῖος, α, ον, qui votum suscepit, Hdt. 2, 63. devotus; Strabo εὐχωλιμαίους vocat eos, quos Caes. B. G. 3, 22. *Soldurios.* 2) i. q. εὐκταῖος, optatus, optabilis.

εὐχώριστος, ον, (χωρίζω) separatu et secretu facilis.

εὔχωρος, ον, (χῶρος) late patens, amplus, spatiosus.

εὔχωστος, ον, (χώννυμι) qui facile muniri aggere potest, vel bene munitus est.

εὐψάμαθος, ον, (ψάμαθος) arena abundans. (‒ ◡ ◡ ◡)

εὐψηφίς, ῖδος, (ψηφίς) lapillis abundans.

εὔψυκτος, ον, facilis refrigeratu.

εὐψυχέω, f. ήσω, (εὔψυχος) forti, bono magnoque sum animo, confido. 2) εὐψύχει, *have anima!* cippis sepulcralibus inscribebant, Jacobs A. P. p. 939.

εὐψυχής, ές, (ψῦχος) jucundo et salubri expositus frigori.

εὐψυχία, ἡ, animi praesentia et fortitudo, animi magnitudo, magnanimitas, aequanimitas. A seq.

εὔψυχος, ον, (ψυχή) generosi et alacris homo animi, animosus, magnanimus: laetus: animo aequo, miti praeditus.

εὐψύχως, *adv.* animose, animo magno fortique, aequo animo. (ῡ)

εὕω, f. εὕσω, *Ion.* εὔω, ustulo, amburo, Hom. inpr. de porcis, quibus amburebantur setae, priusquam assabantur, Od. 2, 300. 14, 75. 426. σύες εὑόμενοι τανύοντο διὰ φλογός, Il. 9, 468. 23, 33. cf. Od. 9, 389. Hinc Hesiodus de muliere sumtuosa ἄνδρα εὕει ἄτερ δαλοῦ, sine igne urit, calvum reddit, op. 703. 2) igne torreo, arefacio, sicco.

εὐώδης, ες, (ὄζω, ὄδωδα) bene olens, fragrans.

εὐωδία, ἡ, odor, suavitas odoris, bona fragrantia. A praec.

εὐωδιάζω, bonum odorem addo. *Med.* suavem odorem accipio, ὑπό τινος.

εὐώδιν, ῖνος, (ὠδίν) praeclarum partum edens, Coluth. 274. fecundus.

εὐώλενος, ον, (ὠλένη) pulcra habens brachia.

εὐώνητος, ον, (ὠνέομαι) venalis, et quidem exiguo pretio.

εὐωνία, ἡ, (εὔωνος) salubre pretium: vilitas mercium.

εὐωνίζω, f. ίσω, vile facio, pretium rei deprimo verbis. *Part. perf. pass.* εὐωνισμένος, vilis, contemtus. A seq.

εὔωνος, ον, (ὦνος) parabilis, qui parvo pretio emi potest.

εὐώνυμος, ον, (ὄνομα) bono nomine praeditus, clarus, celeber, Hes. Th. 409. boni s. fausti ominis: hinc i. q. ἀριστερός, laevus, sinister, per euphemismum.

εὐώνως, *adv.* (εὔωνος) boni seu parvi pretii.

εὐώπης, ου, ὁ, (ὤψ) qui pulcros habet oculos, pulcer.

εὐῶπις, ιδος, ἡ, quae pulcros habet oculos, pulcra.

εὐωπός, ή, όν, qui bene cernit. 2) idem quod εὐώπης, et ab eod.

εὔωπος, ὁ, piscis quidam marinus, Opp.

εὐωρέω, (εὔωρος) leviter curo. Unde

εὐωρία, ἡ, levis cura, negligentia, socordia. 2) (ὥρα) amoena tempestas; pulcritudo, venustas.

εὐωριάζω, i. q. εὐωρέω.

εὔωρος, ον, (ὤρα) socors, negligens, a curis liber, contentus. 2) (ὥρα) γῆ, ager fertilis. γάμος εὔωρος, maturae nuptiae.

εὐώροφος, ον, (ὄροφος) bene tectus, laqueatus, pulcer: de aedibus.

εὐωχέω, (εὖ, ἔχω) saturo, satio: convivio accipio, *c. acc. pers.* 2) *Med.* largo pabulo utor, convivor, epulor: etiam *c. acc. rei*, κρέα εὐωχοῦ, Xen. Cyr. 1, 3, 6. cf. 6, 1, 10. 3) *metaph.* de animo, delecto, oblecto, εὐωχεῖν τινα καινῶν λόγων, delectare aliquem novis sermonibus, Theophr. char. 7. 1. εὐωχοῦ τοῦ λόγου, oblectare sermone, Plat.

εὐωχητήριον, τό, locus delectationis.

εὐωχητής, οῦ, ὁ, conviva.

εὐωχητικός, ή, όν, epularis.

εὐωχία, ἡ, convivium, epulum, dapes.

2) copia indulgendi gulae.

εὐωχιάζω, i. q. *εὐωχέω*.

εὐώψ, *ὦπος*, (*ὤψ*) i. q. *εὐώπης*.

ἐφᾶ, *Dor.* p. *ἐφῆ*.

ἐφάανθην, *poet.* p. *ἐφάνθην*, aor. 1. pass. a *φαίνω*.

ἔφαβος, *ὁ*, *Dor.* p. *ἔφηβος*.

ἐφαγνίζω, i. q. *ἐφαγνίζω*, consecro ad aliquid.

ἐφαγιστεύω, (*ἁγιστεύω*) caerimonias et religiones perficio in aliqua re, Soph. Ant. 247.

ἐφαγνίζω, (*ἁγνίζω*) praeterea sacrifico, diis offero. Soph. Ant. 196.

ἔφαγον, *ες*, *ε*, aor. act. ab *ἐσθίω*, Hom.

ἐφαιρέομαι, (*αἱρέω*, *irr.*) post eligo, alium eligo, substituo in locum electi.

ἐφάλιος, *ον*, (*ἅλς*) ad mare situs, maritimus. 2) qui est super mare. (*α* breve.)

ἐφάλλομαι, (*ἅλλομαι*, *irr.*) insilio, irruo, *τινί*, Hom. *εἴς τινα*, Pind. etiam *c. gen.* *ἵππων*, Il. 7, 15.

ἔφαλμος, *ον*, (*ἅλμη*) muria conditus.

ἔφαλος, *ον*, (*ἅλς*) ad mare situs.

ἐφαλόω, *Dor.* p. *ἐφηλόω*.

ἔφαλσις, *εως*, *ἡ*, (*ἐφάλλομαι*) assultus.

ἐφάμαν, *Dor.* p. *ἐφάμην*, aor. 2. med. a *φημί*. (⏑⏑–)

ἐφαμαρτάνω, pecco, peccatum peccato addo. 2) ad peccandum allicio. LXX.

ἐφαμάρτητος, *ον*, peccatis obnoxius. Theophyl.

ἐφάμιλλος, *ον*, (*ἅμιλλα*) de quo est certamen s. aemulatio. 2) aemulus: similis, par, aequalis, *τινί*. (⏑⏑–⏑)

ἐφαμίλλως, *adv.* cum aemulatione, studiose, pari vi, studio etc.

ἔφαμμα, *τό*, amictus, indumentum.

ἔφαμμος, *ον*, arenosus.

ἔφαν, *Aeol.* p. *ἔφασαν*, 3 pl. impf. a *φημί*. (⏑⏑)

ἐφανδάνω, f. *ἐφαδήσω*, (*ἁνδάνω*, *irr.*) placeo, gratus sum, *τινί*, Il. 7, 45.

ἐφάνη, 3 aor. 2. pass. a *φαίνω*, Hom. (⏑⏑–)

ἐφάπαξ, *adv.* (*ἅπαξ*) semel. (⏑⏑–)

ἐφαπλόω, f. *ώσω*, expando, circumdo.

ἐφάπλωμα, *τό*, tegumen, culcita. A pr.

ἐφαπτίς, *ίδος*, *ἡ*, sagum, paludamentum. A seq. quia fibula ad humeros adstringebatur.

ἐφάπτω, f. *ψω*, (*ἅπτω*) illigo, alligo: *ἐφῆπται*, 3 sing. pf. pass., imminet, *c. dat. pers.*, Hom. 2) *ἔργον ἐφάπτειν*, facinus accendere i. e. cupide atque ardente animo perpatrare, Soph. Trach. 932. *Med.* attingo, contingo, *c. gen.*, rarius *c. dat.*

ἐφάπτωρ, *ορος*, *ὁ*, captor, qui captis pignoribus aliquem coërcet: qui tangit, contrectator, Aesch. Suppl. 538. Orph. h. 50, 7.

ἐφαρμογή, *ῆς*, *ἡ*, commissura, convenientia. A seq.

ἐφαρμόζω, f. *όσω*, accommodo, adapto, concinno. 2) congruo, convenio, quadro.

ἐφάρμοσις, *ἡ*, convenientia. A praec.

ἐφαρμόττω, *Att.* i. q. *ἐφαρμόζω*.

ἐφαψίς, *ίδος*, *ἡ*, vinctura: contrectatio, Aesch. Suppl.

ἐφέβδομος, *ον*, (*ἕβδομος*) unum totum ejusque partem septimam continens. cf. *ἐπί*.

ἐφέδρα, *ας*, *ἡ*, insessio, insidiae, item, quum quis successor alteri sedet, qui vices ejus abeuntis suscipiat. v. *ἐφεδρεία*. 2) obsessio. Hdt. 1, 17. 3) herba quaedam, ita dicta, quod arboribus insideat.

ἐφεδράζω, impono defigo, *c. dat.*

ἐφέδρανα, *ων*, *τά*, natium prominentiae, Aristot. 2) sedes, sella. Hesych.

ἐφεδράω, f. *άσω*, i. q. *ἐφεδράζω*, *c. dat.* Antip. Sid. 92.

ἐφεδρεία, *ἡ*, sessio, ipse sedendi vel insidendi actus. 2) praesidium, statio. 3) actus insidiandi vel observandi, insidiae. 4) subsidia militaria, *item*, adjumenta. A seq.

ἐφεδρεύω, f. *εύσω*, (*ἔφεδρος*) insideo, subsidero. 2) insidior: victori immineo, ut cum eo quam primum congrediar: immineo alicui rei, apto v. c. occasionem, regnum etc. 3) in subsidiis sum: adsum alicui adjuvandi caussa, in quacunque re.

ἐφεδρήσσω, *poet.* p. *ἐφεδράζω*, Jac. A. P. p. 251. Bekk. Coluth. 68.

ἐφεδριάω, i. q. seq. Coluth. 15.

ἐφεδρίζω, *Dor.* *ἐφεδρίσσω*, insideo, inpr. tergo alicujus.

ἐφεδρισμός, *οῦ*, *ὁ*, actus insidendi tergo alicujus in ludo, ab *ἐφεδρίζω*. Hesychio, *ἐφεδριασμός*, quasi ab *ἐφεδριάζω*, quod idem esset.

ἐφεδριστήρ, *ῆρος*, *ὁ*, qui in ludo, devicti manibus a tergo junctis, insidens portabatur. Hesych. Ab eod.

ἐφεδρον, *τό*, sella, et quidem firma. A seq.

ἔφεδρος, *ον*, (*ἕδρα*) insidens alicui, *c. dat.* vel *cum gen.* *τὸ ἔφεδρον*, sella, et quidem firma. 2) insidiator, qui eventum rei quasi ex insidiis aucupatur: *ἔφεδρος τῶν καιρῶν*, captator occasionis. 3) vicarius, successor, Hdt. 5, 41. gladiator tertiarius s. secutor, i. e. qui post pugnam duorum cum victore congreditur. 4) oppositus, *δισσοῖς ἔφεδρος*, Aesch. Choë. 858.

ἐφέζομαι, f. *ἐδοῦμαι*, (*ἕζομαι*, *irr.*) insideo, *c. dat.* *δίφρῳ*, *ἱστῷ*, *γούνασι πατρός*, Hom. *c. gen.* Pind. *c. acc.* Aesch.

ἐφέηκα, *ας*, *ε*, *Ion.* p. *ἐφῆκα*, aor. 1. ab *ἐφίημι*, Hom.

ἐφείην, *ης*, *η*, opt. aor. 2. ab *ἐφίημι*, Hom.

ἐφεῖσα, *ας*, *ε*, (*εἷσα*, *irr.*) imposui, collocavi: inf. *ἐφέσσαι*, *poet.* p. *ἐφέσαι*, i. q. *ἱδρῦσαι εἰς τὴν ναῦν*, *vel*, ut alii volunt, exponere in terram, Od. 13, 274. Med. part. *ἐφεσσάμενος ἐμὲ γούνασιν οἷσιν*, quum me genibus suis imposuisset, Od. 16, 443. imperat. *ἀλλά με νηὸς ἔφεσσαι*, sed me navi impone, Od. 15, 277. Huc pertinet etiam Od. 14, 295. *ἐς Λιβύην μ' ἐπὶ νηὸς ἐέσσατο*, imposuit me navi in Libyam vecturus, pro *ἐφέσσατό με νηός*: quo loco cave confundas *ἐέσσατο*, *poet.* p. *εἵσατο*, cum *ἐέσσατο*, qui est aor. *Ep.* ab *ἕννυμι*. Caeterum cf. *εἷσα*.

ἐφείω, *ῃς*, *ῃ*, conj. aor. 2. ab *ἐφίημι*, *poet.* p. *ἐφέω*, *ἐφῶ*, Hom.

ἐφεκτικός, *ή*, *όν*, (*ἐπέχω*) inhibendi et reprimendi vim habens, compescens. *ἐφεκτικοί*, Philosophi sceptici, Pyrrhonii, a cohibendo assensu.

ἐφεκτός, *ή*, *όν*, (*ἐπέχω*) repressus, cohibitus: *τὰ ἐφεκτά*, Scepticis vocantur res, de quibus judicium cohibetur.

ἔφεκτος, *ον*, (*ἕκτος*) unum totum ejusque sextam partem continens: *τόκος ἔφεκτος*, quasi usura sextaria, a sexta summae parte, quae sextam partem sortis quotannis foenoris loco praestat.

ἐφελίσσω, (*ἑλίσσω*) in *Medio*, post me traho s. volvo, Nic. Ther. 220.

ἐφελκίς, *ίδος*, *ἡ*, (*ἕλκος*) ramentum, crusta ulceris.

ἐφελκύω, f. *ύσω*, (*ἑλκύω*) i. q. *ἐφέλκω*. (*υ* in praes. anceps, in fut. plerumque longum.)

ἐφελκυσμός, *οῦ*, *ὁ*, attractio.

ἐφελκυστής, *οῦ*, *ὁ*, (*ἐφελκύω*) qui attrahit. 2) auxiliator, adjutor.

ἐφελκυστικός, *ή*, *όν*, attractorius. 2) attractus, quod caudae rei, quasi appendix quaedam, adjungitur, et quasi pone eam trahitur.

ἐφέλκω, f. *ξω*, *ap. seriores* *ἐφελκύω*, (*ἕλκω*) attraho, post me traho, adduco: allicio. *Med.* ad me traho, mecum rapio, Il. 13, 597. 23, 696. Od. 16, 294. 19, 13.

ἔφελξις, *ἡ*, i. q. *ἐφελκυσμός*.

ἐφέννυμι, i. q. *ἐπιέννυμι*, quae forma *poetica* multo *frequentior* est.

ἐφεξῆς, *adv. poet.* *ἐφεξείης*, (*ἑξῆς*) ordine: deinceps, postea. Jungitur *c. gen.* et *c. dat.* Schaef. Dion. p. 142. *ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις*, consequenter.

ἔφεξις, *εως*, *ἡ*, (*ἐπέχω*) retentio, inhibitio, inpr. assensus. 2) praetextus.

ἐφέπομαι, (*ἕπομαι*, *irr.*) subsequor, v. *ἐφέπω*, *Med.*

ἐφέπω, impf. *ἐφεῖπον*, *Ep.* sine augm. *ἔφεπον*, fut. *ἐφέψω*, aor. *ἐπέσπον*, inf. *ἐπισπεῖν*, part. *ἐπισπών*, (*ἕπω*, *irr.*) persequor, sector, *τινά*: etiam sine casu, Il. 11, 495. 15, 742. aggredior, compello, impello, Hom. comitor, sequor, Pind. 2) curo, administro, tracto negotium aliquod, ut *ἄγρην*, Od. 12, 330. versor in aliquo loco, obeo, *κορυφὰς ὀρέων*, Od. 9, 121. *πότμον ἐπισπεῖν* vel *θάνατον καὶ πότμον ἐπισπεῖν*, mortem sibi consciscere, Hom. *Med.* *ἐφέπομαι*, impf. *ἐφειπόμην*, fut. *ἐφέψομαι*, aor. *ἐφεσπόμην*, inf. *ἐπισπέσθαι*, sequor, comitor aliquem, *τινί*, Il. 13, 495. Od. 16, 426. obedio, *θεοῦ ὀμφῇ*, Od. 3, 215. 16, 96. indulgeo, *μένει*, Od. 14, 262. 17, 431. *Ap. seriores* assentior, in sententiam alicujus concedo.

ἐφερμηνευτικός, *ή*, *όν*, explicandi caussa superadditus. Vox Grammaticorum. *σχῆμα ἐφερμηνευτικόν*, figura orationis, quum explicatio praecedentis additur.

ἐφερμηνευτικῶς, *adv.* per explicationis adjectionem.

ἐφερμηνεύω, (*ἑρμηνεύω*) explicationem verbi praecedentis, dictorum, addo.

ἐφερπύζω, f. *ύσω*, arrepo, irrepo, i. q. *ἐφέρπω*.

ἐφέρπω, (*ἕρπω*) arrepo, irrepo. 2) *Dor.* *et poet.* advenio, accedo.

ἐφές, imperat. aor. 2. ab *ἐφίημι*, Il.

ἐφέσιμος, *ον*, qui transferri potest a judicio ad aliud judicium. A seq.

ἔφεσις, *εως*, *ἡ*, (*ἐφίημι*) provocatio ab judicio ad aliud judicium, translatio caussae de foro ad forum. 2) appetitus, desiderium. 3) impetus, impressio. 4) venia, potestas.

ἐφεσπερεύω, f. *εύσω*, vespere advigilo. A seq.

ἐφέσπερος, *ον*, (*ἑσπέρα*) vespertinus.

ἐφέσπομαι, poet. pro *ἐφέπομαι*.

ἐφέσσαι, poet. inf. ab *ἐφεῖσα*, p. *ἐφέσαι*, Od. 13, 274.

ἔφεσσαι, imperat. aor. med. ab *ἐφεῖσα*, Od. 15, 277.

ἐφέστιος, *ον*, (*ἑστία*) qui est vel sedet apud focum: qui habet focum seu larem, id est, domum: incola, civis: qui in eadem est domo, domesticus, familiaris: qui

domi est, qui domum rediit: hospes, qui confugit ad alienum focum. ἐφέστιοι θεοί, penates: ἐφέστιος Ζεύς, Jupiter hospitalis. v. ἐπίστιος.

ἐφεστρίδιον, τό, *Dimin.* ab ἐφεστρίς.

ἐφεστρίς, ίδος, ἡ, (ἐφέννυμι) chlamys, amiculum, pallium (opponitur χιτῶνι, tunicae). 2) vestimentum quodvis.

Ἐφέται, ῶν, οἱ, (ἐφίημι) Ephetae, magistratus apud Athenienses, qui de caussis capitalibus judicabant. 2) dux, imperator, Aesch. Pers. 77. ubi v. Blomf. in gloss.

ἐφετικός, ή, όν, (ἐφίημι) desiderativus. 2) cupidus. 3) remittens.

ἐφετίνδα παίζειν, pila ludere.

ἐφετμή, ῆς, ἡ, mandatum, jussum.

ἐφετός, ή, όν, (ἐφίημι) jussus.

ἐφετῶς, *adv.* acriter, cum impetu.

ἐφευάζω, bacchantium more tripudio et vociferor in re aliqua. v. ἐπευάζω.

ἐφεύρεμα, τό, quod praeterea inventum est.

ἐφεύρεσις, vel ἐφεύρησις, ἡ, adinventio.

ἐφευρετής, οῦ, ὁ, inventor. A seq.

ἐφευρίσκω, f. ἐφευρήσω, aor. ἐφεῦρον, (εὑρίσκω, *irr.*) invenio, deprehendo in re aliqua, Hom. invenio, excogito.

ἐφεψιάομαι, (ἑψιάομαι) illudo, insulto, τινί, Od. 19, 331. 370.

ἐφέψω, f. ἐφεψήσω, (ἕψω, *irr.*) recoquo, incoquo.

ἐφεώρων, impf. *Ion.* ab ἐφοράω.

ἐφήβαιον, τό, (ἥβη) pubes.

ἐφηβαῖος, α, ον, (ἐφηβάω) juvenilis.

ἐφήβαρχος, ὁ, (ἔφηβος, ἄρχω) dux juvenum, princeps juventutis.

ἐφηβάω, (ἡβάω) pubesco, Hdt.

ἐφηβεία, ας, ἡ, (ἐφηβεύω) ipsa actio pubescendi: pubertas: adolescentia.

ἐφηβεῖον, ου, τό, (ἔφηβος) ephebeum, locus epheborum.

ἐφηβεύω, f. εύσω, (ἔφηβος) pubesco: puber sum.

ἐφηβία, ας, ἡ, idem quod ἐφηβεία.

ἐφηβικά, τά, sc. χωρία, palaestrae, ubi ephebi exercentur, dub. lect. Strab. 5. p. 377. b.

ἐφηβικός, ή, όν, ad ephebos seu puberes pertinens. Hinc *Subst* τὸ ἐφηβικόν, οῦ, pubertas, ipsa pubes, ephebi. A seq.

ἔφηβος, ον, (ἥβη) qui ad pubertatem pervenit, puber, pubescens, adolescens, inde ab anno duodevicesimo ad vicesimum, vel, ad virilem aetatem: virgo inde ab anno decimo quarto.

ἐφηβοσύνη, ἡ, i. q. ἐφηβότης.

ἐφηβότης, ητος, ἡ, pubertas.

ἐφηγέομαι, (ἡγέομαι) duco adversus aliquem. 2) in foro Attico, reum indico judicibus, v. ἐφήγησις.

ἐφήγησις, ἡ, (ἐφηγέομαι) actio adversus eum, qui recepit aliquem, cui publice finibus interdictum est.

ἐφήδομαι, (ἥδομαι) delector, vel gaudeo aliqua re, inpr. malis alterius, malis alicujus insulto.

ἐφηδύνω, (ἡδύνω) suavius reddo: emollio: exhilaro.

ἐφήκω, (ἥκω) pervenio, pertineo: advenio.

ἐφῆλιξ, ικος, ὁ, ἡ, (ἧλιξ) aetate par, aequalis. 2) adultus.

ἐφηλις, ἡ, vel ἐφηλίς, ἡ, *Ion.* ἐπηλις, (ἧλος) operculum cistae, Soph. Hesychii. 2) fibula, Mathem. vett. p. 63. 3) (ἥλιος) asperitas cutis in facie ex ardore solis aut inflammatione, vitiligo.

ἔφηλος, ον, vitiligine laborans, asperam cutem habens, v. ἐφηλις, 3. 2) (ἥλιος) soli expositus, sole ustus. 3) (ἧλος) clavis affixus.

ἐφηλότης, ἡ, albugo oculi.

ἐφηλόω, (ἡλόω) clavis affigo, clavis firmo.

ἐφηλώδης, ες, (ἐφηλις, 3) vitiligini similis.

ἐφηλωτός, ή, όν, (ἐφηλόω) clavis affixus.

ἔφημαι, (ἧμαι) insideo, assideo, *c. dat.* Od. 6, 309. 12, 215. *c. acc.* Aesch. Eum. 403.

ἐφημερεύω, quotidie versor in re aliqua, assiduus sum in aliqua re, *c. dat.*

ἐφημερία, ας, ἡ, et pl. ἐφημερίαι, (ἐφήμερος) vices diariae, classis, ordo, cui per vices aliquid muneris administrandum est.

ἐφημερινός, ή, όν, quotidianus.

ἐφημέριος, ον, (ἡμέρα) qui unius diei est: οὔ κεν ἐφημέριός γε βάλοι δάκρυ, per illum totum diem lacrimas non effundat, Od. 4, 223. ἐφημέρια φρονεῖν, unius diei tantum curam habere, futuri temporis incuriosum, Od. 21, 85. Hinc homines vocantur ἐφημέριοι, mortales, aevi brevissimi; unde in universum ἐφημέριος est i. q. caducus, mutabilis, inconstans. 2) quotidianus. 3) qui totum diem durat. — Ap. Pind N. 6, 10. est etiam trium terminationum.

ἐφημερίς, ίδος, ἡ, ephemeris, libellus, in quo acta diurna s. quotidianae observationes consignantur, diarium, commentarius; *inpr. in plur.* 2) rationes accepti et impensi; calendarium.

ἐφήμερον, τό, animalculum vitae brevissimae, ephemerum. 2) herba quaedam venenata.

ἐφήμερος, ον, (ἡμέρα) i. q. ἐφημέριος.

ἐφημερούσιοι, οἱ, in diem viventes, Procl.

ἐφημοσύνη, ης, ἡ, (ἐφίημι) mandatum.

ἔφησθα, *Ep.* et *Aeol.* p. ἔφης a φημί, Hom.

ἐφησυχάζω, f. άσω, acquiesco, quietem ago.

ἑφθάλιος, ία, ιον, (ἑφθός) coctus, elixus.

ἕφθιος, α, ον, *poet.* p. ἑφθός.

ἑφθήμερος, ον, (ἑπτά, ἡμέρα) qui est septem dierum, durans septem dies, factus intra septem dies.

ἑφθημιμερής, ές, (ἑπτά, ἡμιμερής) vox prosodica, significans tres pedes cum dimidio; ut penthemimeres, duos cum dimidio, in pentametro.

ἔφθην, ης, η, aor. a φθάνω, Hom.

ἐφθίατο, *Ion.* p. ἔφθιντο, aor. *sync.* a φθίνω, Il 1, 251.

ἑφθοπωλεῖον, τό, locus, ubi cocta seu elixa veneunt. A seq.

ἑφθοπώλης, ου, ὁ, (ἑφθός, πωλέω) qui cocta seu elixa vendit.

ἑφθοπώλιον, τό, i. q. ἑφθοπωλεῖον.

ἑφθός, ή, όν, (ἕψω) elixus, coctus. 2) imbecillus a febri.

ἑφθότης, ητος, ἡ, excoctio, i. e. virium dissolutio.

ἑφθόω, (ἑφθός) elixo, coquo.

ἐφιάλλω, i. q. ἐπιάλλω, q. v.

ἐφιάλτης, ου, ὁ, ephialtes, incubus. A praec.

ἐφιαλτία, ἡ, herba paeonia adversus ephialtem valens. A praec.

ἐφιάλτιον, τό, idem et ab eod.

ἐφιδρόω, f. ώσω, insudo. 2) sudore langueo.

ἐφίδρωσις, ἡ, sudor tenuis, debilitans corpus.

ἐφιζάνω, (ἱζάνω) insideo, assideo, τινί, Il. 10, 26. 578. 20, 11.

ἐφίζω, f. ἐφιζήσω, (ἵζω, *irr.*) insideo, assideo, τινί, Od.

ἐφίημι, f. ἐφήσω, aor. 1. ἐφῆκα. *Ion.* et *Ep.* ἐφέηκα, (ἵημι, *irr.*) mitto ad aliquem, Ἶριν Πριάμῳ, Il. 24. 117. immitto alicui, incito adversus aliquem, c. inf. Il. 1, 528. 18. 108. 124. Od. 14, 464. injicio: remitto, indulgeo: provoco ad judicem alium, appello. 2) *intr.* immitto. s. do me alicui rei. ut ἡδονῇ, voluptati indulgeo. *Med.* mando, praecipio, τινί τι, Od. 13, 7. Il. 23, 92. 24, 300. 2) peto, appeto, cupio, τινός. 3) arcesso aliquem ad me, τινά, Soph. (⏑⏑–⏑, Ep. ⏑––⏑ *Att.* in formis vero, quae solae ap. Homerum occurrunt, ἐφιείς, ἐφίει, ἐφιέμενος, iota producitur, excepto loco Od. 24, 180.)

ἐφικνέομαι, f. ἐφίξομαι, aor ἐφικόμην, (ἱκνέομαι, *irr.*) attingo, assequor, consequor, *c. gen.* Il. 13, 613 ἐς τὰ ἄλλα λέγων ἐπίκεο ἀληθέστατα, sermone tuo verum seu tetigisti, Hdt. 7, 9. 2) pervenio ad locum, *c. acc. var. lect.* Od. 8, 202. τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πληγάς, perstringere, percutere, Hdt. 7, 35. 3) satis sum, sufficio, valeo, Plut.

ἐφικτός, ή, όν, quem adsequi possumus. Hinc ὡς ἐφικτόν, pro viribus.

ἐφιμείρω, i. q. ἱμείρω, *c. acc.* vel. *c. inf.*

ἐφίμερος, ον, (ἵμερος) exoptatus, Hes. sc. 15. amabilis, jucundus. (⏑–⏑⏑)

ἐφιππάζομαι, f. άσομαι, equo vehor. 2) inequito, adequito.

ἐφιππαρχία, ας, ἡ, turma equitum mille et viginti quatuor.

ἐφίππειος, ον, i. q. ἐφίππιος.

ἐφιππεύω, (ἱππεύω) inequito, adequito, τινί.

ἐφίππιος, ον, (ἵππος) equester. Hinc. *Subst.* τὸ ἐφίππιον, ου, sc. στρῶμα, stratum equi, ephippium.

ἐφιππον, τό, currus, qui ab uno tantum equo trahitur.

ἔφιππος, ον, (ἵππος) qui equo vehitur, eques

ἐφιπποτοξότης, ου, ὁ, sagittarius equester. Ab antec. et τόξον, arcus.

ἐφίπταμαι, (ἵπταμαι, *irr.*) involo, advolo.

ἐφισδάνω, *Dor.* p. ἐφιζάνω.

ἐφιστάνω, *rarior forma* p. ἐφίστημι, *ap. seniores*

ἐφίστημι, f. ἐπιστήσω, (ἵστημι) colloco juxta, admoveo, appono, adhibeo, τί τινι; praeficio alicui aliquem: ἐφίστημι τέλος, impono finem. *b*) sisto: τινά τινος, arceo aliquem ab aliqua re. Hinc assensum retineo, cohibeo, e. g. περὶ θεοῦ. *c*) ἐφίστημι τὴν γνώμην, τὴν διάνοιαν, τὸν νοῦν τινι, κατά τι, ἐπί τι et περί τινος, animum adverto ad aliquid: sic etiam omisso accusativo γνώμην etc. (unde ἐπίσταμαι, q. v.) ἐπιστῆσαι τινά τινι, admonere aliquem alicujus rei. — 2) *in tempp. intr.* perf. plqpf. aor. 2. act. et *in Medio. a*) sto in vel super aliqua re, *c. dat.* Il. 6, 373. 17, 609. 18, 515. *metaph.* praesum, praefectus sum, τινί. *b*) sto juxta, adsto, adsum sc. auxilio: obsto, re-

σιστο: insto, immineo. c) supernato. d) consisto. e) advenio, appareo, inpr. repente, ex improviso: repente ex insidiis insurgo, ingruo.

ἐφιστορέω, f. ήσω, sciscitor, percontor, insuper sciscitor, interrogo.

ἔφλαδον, aor. 2. a. φλάζω.

ἐφόβηθεν, *Aeol.* p. ἐφοβήθησαν a φοβέω, Il.

ἐφοδεία, ας, ἡ, it. ἐφοδία, (ἐφοδεύω) circuitio, lustratio, quae obeundo fit. 2) munus obeundi vigilias.

ἐφοδευτής, οῦ, ὁ, explorator; idem qui κατάσκοπος. A seq.

ἐφοδεύω, et ἐφοδεύομαι, circumeo, obeo, percurro, lustro vigilias: insidior: exploro: considero.

ἐφοδιάζω, f. άσω, ad viam instruo et viatico dono: instruo aliquem rebus necessariis ad aliquid efficiendum. ἐφοδιάζομαι, viatico donor, instruor: item, viaticum peto, impetro: denique, viaticum comparo, curo. A seq.

ἐφόδιον, τό, viaticum et quicquid est inter sarcinas iter facientis. Unde est 2) adminiculum quodcunque, subsidium, adjumentum. 3) τὰ ἐφόδια, res familiaris, facultates. A seq.

ἔφοδος, ἡ, (ὁδός) via, qua aliquo acceditur, aditus: *metaph.* via, ratio, facultas alicujus rei. 2) accessus, adventus, commercium, Thuc. 5, 35. accessus hostilis, impetus, Xen. An. 2, 2, 18. ἐξ ἐφόδου, illico, primo adventu. 3) circuitio, inpr. ad lustrandas vigilias. 4) meatus, per quem corporis excrementa ejiciuntur, ut nares, os, anus etc.

ἔφοδος, ὁ, i. q. ἐφοδευτής, circuitor, vigiliarum recognitor.

ἔφοδος, ον, ad quem aditus patet, Thuc.

ἐφοδόω, (ὁδός) in viam mitto, duco. hinc 3. sing. plqpf. ἐπωδώκει, *Ion.* p. ἐφωδώκει, Aesch. Pers. 655. ἐπεὶ στρατὸν εὖ ἐπωδώκει, *quoniam exercitum bene duxerat:* alii legunt ἐποδώκει, omisso augmento temporali, cui lectioni metrum obstat, vide quae adnotavimus Langius et ego ad l. l. p. 218.

ἐφοίτη, *Dor.* p. ἐφοίτα, quasi a φοίτημι p. φοιτάω.

ἐφολκαῖον, τό, gubernaculum, Od. 14, 350.

ἐφόλκιον, τό, (ἐφέλκω) navis parva, quae a majori trahitur. 2) navicula, e qua vectores in majorem admittuntur. 3) navicula quaevis. 4) gubernaculum. 5) quidquid elicit attrahitque aliud, invitamentum. 6) quidquid ex alio dependet.

ἐφολκίς, ίδος, ἡ, navis parva, quae a majore trahitur. 2) appendix, accessio, auctarium, sed in re mala.

ἐφολκός, όν, (ἐφέλκω) attrahens: alliciens, illiciens, εἴς τι. 2) nimia verbositate laborans, Aesch.

ἐφομαρτέω, f. ήσω, insequor.

ἐφομιλέω, f. ήσω, versor cum aliquo, c. acc.

ἐφοπλίζω, f. ίσω, armo, apparo adversus, τινί. 2) paro, instruo.

ἐφορατικός, ή, όν, peritus inspiciendi res et illis providendi.

ἐφοράω, (ὁράω, *irr.*) intueor, oculis lustro: observo.

ἐφορεία, ἡ, (ἔφορος) inspectio, Ephori munus.

ἐφορεῖον, τό, Ephororum curia, locus, in quo Ephori judicia exercebant.

ἐφορεύω, f. εύσω, Ephorum ago, inspector sum. 2) i. q. ἐφοράω, Aesch.

ἐφορέω, *Ion.* et *poet.* p. ἐφοράω, Aesch.

ἐφορικός, ή, όν, ad Ephorum pertinens.

ἐφόριος, ία, ιον, (ὅρος) qui in finibus est, finitimus.

ἐφορμαίνω, irruo in aliquid, appeto aliquid, c. *dat.* vel c. *acc.*

ἐφορμάω, f. ήσω, (ὁρμάω) impello, incito, instigo adversus aliquem: moveo contra aliquem, ut πόλεμον, ἀνέμους τινί, Il. 3, 165. Od. 7, 272. *Med.* incitor, moveor, i. e. cupio, desidero, θυμός ἐφορμᾶται πολεμίζειν, μάχεσθαι, Hom. b) irruo, invado, impetum facio aliquo: conor, Od. 11. 206. etiam c. *acc.* ὀρνίθων πετεηνῶν αἰετὸς αἴθων ἔθνος ἐφορμᾶται, invadit gentem, Il. 15, 690. cf. 20, 461. *Ap. posteriores* etiam c. *dat.*

ἐφορμέω, f. ήσω, (ὁρμέω) navem in statione habeo, in portu sum: in statione me continens alteri immineo; in ancoris sto, ut observem hostilem classem, ne elabatur: hinc omnino insidior, τινί, Dem.

ἐφορμή, ἡ, (ἐφορμάω) locus, unde impetus fieri potest, aditus, Od. 22, 130. impetus, invasio: conatus.

ἐφόρμησις, ἡ, (ἐφορμάω) i. q. ἐφορμή. 2) (ἐφορμέω) i. q. ὁρμητήριον, Thuc. 2, 89. observatio et obsessio hostilis classis ex statione opposita, Thuc. 3, 33. cf. ἐφορμέω.

ἐφορμητικός, ή, όν, vim habens aggrediendi.

ἐφορμίζω, f. ίσω, navem ad stationem appello.

ἐφόρμισις, ἡ, ingressus navium in stationem.

ἔφορμος, ον, (ὅρμος) qui in statione est, ναῦς. 2) portum, stationem navium habens, ut νῆσος.

ἐφόρμιος, ὁ, locus stationi navium accommodatus: ingressio navium in stationem.

ἔφορος, ον, (ἐφοράω) inspiciens, observans. 2) Ἔφοροι *Spartae* dicebantur summi magistratus, numero quinque, cf. Aristot. polit. 2, 6. Hdt. 1, 25. Sturz Lex. Xen. 2. p. 435.

ἔφορος, ον, (ὅρος) i. q. ἐφόριος.

ἐφόσον, *adv.* quantum, quoad, pro ἐφ' ὅσον.

ἐφυβρίζω, (ὑβρίζω) insuper contumelia afficio, Il. 9, 368. *constr.* c. *dat.* vel c. *acc.* 2) alienis malis insolenter gaudeo, Soph. Aj. 955.

ἐφυβριστήρ, ῆρος, ὁ, contumeliosus in alios, insolens, petulans.

ἐφυβριστής, οῦ, ὁ, idem.

ἐφύβριστος, ον, contumelia affectus.

ἐφυβρίστως, *adv.* contumeliose.

ἐφυγιάζω, (ὑγιάζω) sano.

ἐφύγοσαν, in *dial. Alex* p. ἔφυγον a φεύγω.

ἐφυγραίνω, humecto, ut simplex.

ἔφυγρος, ον, irriguus, uliginosus.

ἐφυδάτιος, α, ον, (ὕδωρ) aquaticus.

ἐφυδρεύω, irrigo. ἐφυδρεύομαι, adaquor.

ἐφυδρία, ας, ἡ, (ἔφυδρος) aquae copia.

ἐφυδριάς, άδος, ἡ, Nymphia aquatica.

ἔφυδρος, ον, (ὕδωρ) aquosus, aquas adferens, pluvius. 2) aquaticus.

ἐφύδωρ, ὁ, apparitor, qui clepsydras in judiciis curabat: pro ὁ ἐφ' ὕδατι.

ἐφυλακτέω, (ὑλακτέω) latratu peto, adlatro, τινί.

ἐφυμνέω, f. ήσω, decanto, celebro. 2) lugubriter dico, Soph. O. R. 1275. invoco, Soph Ant. 658. κακὰς πράξεις, diras imprecor, ib. 1305.

ἐφύμνιον, τό, (ὕμνος) canticum, quod hymno succinitur, sive post hymnum cantatur. 2) appellatio, cognomentum.

ἐφύπερθε, ἐφύπερθεν, *adv.* (ὕπερθε) supra, superne, Hom. desuper, Od. 9, 383. etiam *cum gen. ap. posteriores.* 2) insuper, praeterea. (⏑⏑–⏑)

ἐφυπνίδιος, ον, (ὕπνος) somnum inducens. (⏑–⏑⏑⏑)

ἐφυπνώττω, (ὑπνώττω) indormio.

ἐφύση, *Dor.* p. ἐφύσα, quasi a φύσημι p. φυσάω. (⏑––)

ἐφυστερίζω, f. ίσω, posterior sum, venio, vel fio.

ἐφυφαίνω, intexo, inter texendum ingero.

ἐφυφή, ῆς, ἡ, id, quod stamini subtexitur, trama, subtemen.

ἐφύω, f. ύσω, (ὕω) pluvia profundo. Hinc ἐφύει, *impers.* pluit, pluvia sequitur, statim post pluit. (⏑––)

ἐφώριος, ον, (ὥριος) tempestivus.

ἔχαδον, ες, ε, aor. a χανδάνω.

ἐχάρην, ης, η, aor. a χαίρω. (⏑⏑–)

ἔχεα, ας, ε, aor. 1. a χέω.

ἐχέβοιον, τό, (ἔχω, βοῦς) lorum, quo bos alligatur aratro, Poll.

ἐχέγγυος, ον, (ἔχω, ἐγγύη) spondens, sponsionem praestans. 2) sponsione firmatus, i. e. fide dignus, certus: de homine, qui promissa servat, fide dignus, ad fidem faciendam aptus. 3) par, idoneus, i. e. de cujus fide ad rem aliquam perficiendam dubitare non possis, δύναμις ἐχέγγυος πλήθει στρατοῦ, par multitudini exercitus, Hdt.

ἐχεγλωττία, ας, ἡ, (γλῶττα) taciturnitas. Lucian

ἐχέθυμος, ον, mente praeditus: qui animi cupiditates coercet.

ἐχίδιον, ου, τό, viperula. 2) fetus viperae. *Dimin.* ab ἔχις.

ἐχεκήλης, ες, (κήλη) qui habet herniam.

ἐχέκολλος, ον, (ἔχω, κόλλα) tenax instar glutinis, glutinosus.

ἐχεκόλλως, *adv.* firmiter.

ἐχεκτέανος, ον, (ἔχω, κτέανον) habens divitias: dives.

ἐχεμυθέω, f. ήσω, (ἐχέμυθος) linguam contineo, supprimo verba, silentium servo.

ἐχεμυθία, ας, ἡ, taciturnitas, silentium. A seq.

ἐχέμυθος, ον, (μῦθος) qui linguam cohibere novit, taciturnus, qui arcana celat.

ἐχενηΐς, ΐδος, ἡ, (ἔχω, ναῦς, νηῦς) echeneis, remora, pisciculus. 2) ancora navem retinens.

ἐχεπευκής, ές, (πεύκη) Homericum sagittae, βέλεος, epitheton, amarus, dolorem afferens, mortifer, Il. 1, 51, 4, 129. De etymologia vide Buttm. Lexil. p. 17.

ἐχέπικρος, ον, hac voce *Grammatici* explicant Homericum ἐχεπευκής.

ἐχέπωλος, ον, pullos equinos habens, equos habens.

ἐχερρημοσύνη, ἡ, i. q. ἐχεμυθία, a seq.

ἐχέρρημων, ον, (ῥῆμα) i. q. ἐχέμυθος.

ἐχέσαρκος, ον, (ἔχω, σάρξ) carni seu cuti adhaerens, χιτών.

ἔχεσκον, ες, ε, impf. *Ion.* ab ἔχω.

ἐχέστονος, ον, (στόνος) qui gemitus adfert, perniciosus.

ἐχέτης, ου, ὁ, (ἔχω) dives.

ἐχέτλη, ης, ἡ, stiva, Hes. op. 469. 2)

manubrium.

ἐχετλήεις, εσσα, ῆεν, manubrium habens.

ἐχέτλιον, τό, (ἔχω) locus in navi, ubi res reconduntur.

ἐχέτρωσις, εως, ἡ, bryonia alba.

ἔχευα, ας, ε, aor. 1. *Ep.* p. ἔχεα, a χέω.

ἐχεφρονέω, f. ήσω, prudens sum, sapio.

ἐχεφροσύνη, ἡ, prudentia. A seq.

ἐχέφρων, ον, (ἔχω, φρήν) prudens, cordatus.

ἐχθαίρω, aor. 1. ἤχθηρα, (ἔχθος) odio prosequor, τινά, Hom. ἐχθρὸς ἐχθαίρειν, Soph. Phil. 59. *Pass.* ἐχθαίρεσθαι ἔκ τινος, Soph. Ant. 93.

ἐχθάνομαι, f. ήσομαι, i. q. ἔχθομαι, *usitatius* ἀπεχθάνομαι.

ἐχθές, *adv.* i. q. χθές, heri.

ἐχθεσινός, ή, όν, hesternus. A praec.

ἔχθημα, τό, (ἔχθος) odium.

ἐχθιμός, ή, όν, odiosus, Soph.

ἐχθιόνως, *adv.* (a *Comparat.* ἐχθίων, ab ἐχθρός) infensius, infestius.

ἔχθιστος, η, ον, odiosissimus: inimicissimus, *Superl. irr. ab* ἐχθρός. Apud Lucian. reperitur etiam ἐχθιστότατος.

ἐχθίων, ον, odiosior, inimicior, *Comp. irr. ab* ἐχθρός.

ἐχθοδοπέω, f. ήσω, inimice ago vel loquor adversus aliquem, τινί, Il. 1, 518. (*saepius non legitur.*)

ἐχθοδοπός, ή, όν, invisus, inimicus, Soph. et Plato, cf. Ruhnk. Tim. p. 128. (Est *longior forma* pro ἐχθρός: neque derivandum ab ὄπτω vel ὄψ vel ἔδαφος, quod quibusdam visum, cf. ἀλλοδαπός.)

ἔχθομαι, impf. ἠχθόμην, odiosus, invisus sum, odio habeor, τινί, Od.

ἔχθος, εος, τό, odium, inimicitiae, simultas.

ἔχθρα, ας, ἡ, (*propr. fem. ab* ἐχθρός) simultas, inimicitiae.

ἐχθραίνω, odio prosequor, hostiliter persequor. 2) pro inimico habeo, invisum reddo.

ἐχθραντέος, έα, έον, *adject. verb.* odio prosequendus, pro inimico habendus.

ἔχθρασμα, τό, i. q. ἔχθρα, Hesych.

ἐχθρεύω, f. εύσω, inimicus sum, inimicitias gero, simultatem exerceo, adversor.

ἐχθρικός, ή, όν, inimicus, morem inimici imitans.

ἐχθροδαίμων, ον, (δαίμων) invisus Diis. 2) infelix.

ἐχθρόξενος, ον, (ξένος) osor hospitum.

ἐχθροποιέω, f. ήσω, inimicum reddo, inimicitias concito.

ἐχθροποιός, όν, inimicum reddens.

ἐχθρός, ά, όν, (ἔχθος) odiosus, invisus, τινί Hom. 2) qui odit, inimicus, infensus, τινί et τινός: frequenter ὁ ἐχθρός, *Subst.* inimicus, *Comp.* et *Superl.* ἐχθρότερος, ἐχθρότατος, vel *irreg.* ἐχθίων, ἔχθιστος.

ἐχθρότατα, *adv.* inimicissime. A pr.

ἐχθρωδῶς, *adv.* infense, infeste, infesto animo. A praec.

ἐχθρῶς, *adv.* idem et ab eod.

ἔχθω, odi, Soph. Aj. 459. *Pass.* ἔχθομαι, odio sum.

ἔχιδνα, ης, ἡ, (ἔχις) vipera *femina.*

ἐχιδναῖος, αία, αῖον, viperinus. A pr.

ἐχιδνήεις, εσσα, ῆεν, idem. Ab eodem.

ἐχίδνιον, τό, viperula. *Dimin.* ab ἔχιδνα.

ἐχιδνόδηκτος, ον (ἔχιδνα, δάκνω) morsus, ictus a vipera.

ἐχιδνοειδής, ές, (εἶδος) viperae similis, vipereus.

ἐχιδνοκέφαλος, ον, (κεφαλή) viperinum caput habens.

ἐχιδνόκομος, ον, (κόμη) viperinam comam habens.

ἐχιδνοχαρής, ές, viperis gaudens, Or. Sib. 5, 376.

ἐχιδνώδης, ῶδες, viperinus.

ἐχίειον, τό, apud Nicandrum, τὸ ἔχιον, quod vide.

ἐχινέες, οἱ, v. ἐχῖνες.

ἐχῖνες, ων, οἱ, murium genus, ap. Herodotum 4, 192. scribitur etiam ἐχινέες.

ἐχινῆ, *contr.* ex ἐχινέα, ἡ, corium echini, Arcad. p. 112.

ἐχινίς, ἡ, parvus echinus marinus, s. tribulus marinus, Hippocr. p. 572.

ἐχινίσκος, ὁ, echinulus, parvus echinus, 2) cavitas aurium, *Dimin.* ab ἐχῖνος.

ἐχινοκέφαλος, ον, qui caput habet capiti echini simile, *si lectio vera.* Poll. 2, 45.

ἐχινομῆτραι, ῶν, αἱ, echinometrae, echinorum matres seu matrices, echini majores.

ἐχινόπους, οδος, ὁ, ἡ, spinae vel tribuli genus aculeis horrens.

ἐχῖνος, ου, ὁ, echinus marinus, vel terrester, erinaceus. 2) testa echini marini. 3) ollae, vel vasis mensarii species. 4) capsa vel scrinium forense, in quod tabulae conjiciebantur; sive, cistula aenea vel testacea, in qua erant instrumenta litis, literae, syngrapha. 5) freni pars. 6) placentae genus. 7) venter medius in animalibus ruminantibus. 8) fructus asper quarundam arborum.

ἐχινώδης, ες, echinatus. 2) spinosus, asper, ut echinus. A praec.

ἐχιόδηκτος, ον, (ἔχις, δάκνω) morsus a vipera.

ἔχιον, ου, τό, echion, herba. Ab ἔχις, quod hujus morsibus medetur.

ἔχις, ιος, vel εως, ὁ, anguis, vipera, *mas.* conf. ἔχιδνα. Opp. Cyn. 4, 439. ἔχις pro fem. utitur.

ἐχίτης, ου, ὁ, echites, lapis, gemma. (⏑ – –)

ἔχμα, τό, (ἔχω) retinaculum. 2) junctura, Il.

ἐχμάζω, f. άσω, inhibeo, prohibeo: detineo. 2) contineo, jungo, firmo. A pr.

ἐχόμενος, η, ον, sequens, proximus, vicinus; v. ἔχω, 5 2) consentanea, bene inter se cohaerentia.

ἐχομένως, adv. (ἔχομαι *Med.*) proxime, contigue: deinceps: statim: congrue.

ἐχόντως, adv. (ἔχω) more habentis, ut appareat habere quem quid.

ἐχυρός, ρά, ρόν, (ἔχω) munitus, firmus, tutus, clausus.

ἐχυρότης, ητος, ἡ, munitio, munimen, firmitas. A praec.

ἐχυρόφρων, ον, (φρήν) firma et stabili prudentia praeditus.

ἐχυρόω, f. ώσω, (ἐχυρός) munio, firmo, firmum reddo, vallo.

ἐχύρωμα, τό, munitio. 2) securitas. A praec.

ἐχυρῶς, adv. (ἐχυρός) tuto, firmiter.

ἔχω, f. ἕξω vel σχήσω, perf. ἔσχηκα, aor. ἔσχον, habeo, possideo, teneo, dicitur tam de rebus, quas quis possidet, quam de quovis animi vel corporis statu, ut κάλλος, ὕβριν ἔχειν, Hom. ὁ ἔχων, dives, opulentus, beatus. ἔχειν τινὰ ἐν ὀργῇ, odio habere aliquem, Att. Non solum autem homo aliquem statum ἔχειν dicitur, sed etiam status hominem, ut ὕπνος, κακόν, χόλος ἔχει με, tenet s. obtinet me, Hom. Dicitur etiam de inanimatis, ut αἴθρη ἔχει κορυφήν, Od. 12, 76. 2) teneo, manibus teneo: retineo: sustineo, tolero: porto, gesto: contineo, in me habeo, efficio: dirigo aliquo, ut εἶχον χεῖράς τε καὶ ἔγχεα ἀντίον ἀλλήλων, Il. 5, 569. retineo, arceo, τινά τινος, Il. 13, 687. ἔχειν χεῖρας, abstinere manus, Od. 22, 70. hinc in *Medio* abstineo ab aliqua re, τινός, Il. 14, 129. servo, tueor. 3) possum, valeo, c. inf. ut ἔχω εἰπεῖν, habeo dicere i. e. possum dicere. 4) *intr.* sum in aliquo statu, habeo me, cum adverbiis; ubi varie reddi potest, ut ἀμφιβόλως ἔχω, dubito, etc. εὖ ἔχειν τινός, abundare aliqua re. *b*) sum, ἔχει λόγος, est sermo. *c*) persevero, maneo, inpr. in imperat. ἔχε. *d*) pertineo ad aliquem, ἔχθρα ἔχουσα ἐς Ἀθηναίους, Hdt. 5, 81. *d*) ἔχω cum participio facit circumscriptionem verbi, ut θαυμάσας ἔχω, i. q. θαυμάζω. *e*) part. ἔχων redundare videtur nonnunquam, ut παίζεις ἔχων, i. q. ὡς ἔχεις παίζεις, ut nunc te habes, jocaris. cf. Herm. ad Vig. p. 777. Indicat ἔχων in talibus formulis, eum statum, qui significatur verbo finito, diutius permanere. 5) *Med.* ἔχομαι, teneor, haereo, ut ἔσχετο φωνή, Il. 17, 696. *b*) pendeo ab aliquo, c. *gen.* *c*) adhaereo, conjunctus sum alicui, c. *gen.* cohaereo, consentio, bene convenio alicui rei, unde τὰ ἐχόμενα sunt non modo conjuncta, sed etiam consentanea, bene inter se cohaerentia, consequentia, quae oriuntur ex initiis. c. *gen.* vel absolute. Adv. ἐχομένως, consentienter, congrue, convenienter. *d*) abstineo aliqua re, desisto, contineo me, τινός.

ἑψαλέος, έα, έον, (ἕψω) coctus, elixus. 2) coctilis. 3) jurulentus.

ἑψάνειρα, ἡ, (ἀνήρ) quae viros coquit, epith. Medeae, Dosiades A. P. 15, 26, 5. Tom. 2. p. 667.

ἑψάνη, ἡ, olla, vas, in quo coquitur. 2) olerum fasciculus, qui in ferventem ollam dejicitur. (– ⏑ –)

ἑψανός, ή, όν, coctilis, tener. (– ⏑ ⏑)

ἑψευσμένως, *adv.* (ψεύδομαι) falso.

ἑψέω, i. q. (ἕψω) unde 3 impf. ἕψεε, Hdt. 1, 48. et fut. c. derivatis tempp. ad ἕψω.

ἕψημα, τό, pulmentum. 2) coctile, quidquid ad coquendum idoneum est. 3) sapa, defrutum.

ἑψηματώδης, ες, ὁ, ἡ, sapam redolens. A praec.

ἕψησις, εως, ἡ, (ἑψέω) coctio, coquendi ratio aut actus.

ἑψητήρ, ὁ, i. q. ἑψητής.

ἑψητήριον, τό, olla, vas, in quo coquitur, aut elixatur.

ἑψητής, οῦ, ὁ, coctor.

ἑψητικός, ή, όν, ad coquendum pertinens.

ἑψητός, ή, όν, (ἑψέω) coctus, elixatus.

ἑψία, ἡ, *Ion.* ἑψίη, vel ἑψιαί, αἱ, (ψιαί, ψεαί) ludus quidam, qui lapillis fiebat: ludicrum, ludus: ludicra dicta, confabulatio. (Ἐ) ἐψιά, *cum spiritu leni*, scribendum esset dicit Schol. Ap. Rh. 1, 459.

ἑψιάομαι, lapillis ludo, facetiis et jocis exhilaror, Od. 17, 530. delector, c. *dat.* μολπῇ καὶ φόρμιγγι, Od. 21, 429.

ἑψιάσιμος, ον, ad ludum pertinens.

ἑψιμυθισμένως, adv. (ψιμυθίζω) fucate.

ἕψω, f. ἑψήσω, coquo, elixo: ἑψόμενος χρυσός, aurum igne purgatum, excoctum,

Pind. N. 4, 143. *Metaph.* τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι, Pind. O. 1, 133.

ἔω, Ion. p. ὦ, conj. praes. ab εἰμί, Il. 1, 119. Od. 9, 18.

ἐῶ, *contr.* p. ἐάω.

ἐῷ, *contr.* ex ἐάοι, opt. ab ἐάω.

ἑῷ, *dat.* ab ἑός, Hom.

ἕω, Ion. p. ὧ, conj. aor. 2. ab ἵημι.

ἕω, *gen.* et *acc. sing.* ab ἕως, aurora.

ἔαγα et ἔαχα, perf. ab ἄγνυμι: perf. pass. ἔαγμαι.

ἔωθα, perf. Ion. ab ἔθω, solitus sum, soleo. Part. ἐωθώς.

ἕωθεν, adv. (ἕως) inde a diluculo, mane. cf. ἠῶθεν.

ἑωθινός, ή, όν, matutinus.

ἑῷος, ον, vel -ος, α, ον, poet. p. ἑῷος.

ἐῴκει, 3 plqpf. ab ἔοικα.

ἑωλίζω, (ἕωλος) sepositum putrescere sino, de carnibus: procrastino.

ἑωλοκρασία, ας, ἡ, (ἕωλος, κρᾶσις) mistura pridiana et exoleta: jus confusum e reliquiis hesternae coenae rancidis et vappidis. 2) potio vana et inefficax. 3) hesternae repletionis gravedo et incommoditas, temulentia pridiana. 4) sordium, purgamentorum colluvies.

ἑωλόνεκρος, ὁ, (νεκρός) dudum mortuus.

ἕωλος, ον, hesternus, pridianus: marcidus, rancidus: vetus, obsoletus.

ἐώλπει, 3 plqpf. ab ἔλπω, Hom.

ἐῶμεν, *contr.* ex ἐάομεν, ab ἐάω.

ἕωμεν, Il. 19, 402. ἐπεί χ' ἕωμεν πολέμοιο, i. q. κορεσθῶμεν, quoniam satiati sumus bello. Praesens statuunt ἄω, satur sum, a quo plura non exstant.

ἐῷμι, *Att.* p. ἐάοιμι, opt. ab ἐάω.

ἐών, Ion. et Hom. p. ὤν, part. ab εἰμί.

ἐῳνοχόει, 3 impf. ab οἰνοχοέω.

ἔωξα, aor. 1. ab οἴγνυμι.

ἑῷος, α, ον, etiam duarum terminationum, poet. ἑώϊος, (ἕως) matutinus, orientalis, eous. Ion. et Hom. ἠῷος.

ἐώρα, ἡ, i. q. αἰώρα, inpr. suspendium, vel restis, quo quis ad se suspendendum utitur, Soph. O. R. 1264. cf. Eustath. ad Il. p. 295, 10. Valck. ad Theocr. Adon. p. 253. c

ἑώρακα, perf. ab ὁράω.

ἐώργει, 3 plqpf. ab ἔρδω, Od. 4, 693. 14, 289.

ἐώρημα, τό, (ἐώρα) i. q. αἰώρημα, id quod suspensum est: machina theatralis, qua utebantur ad actores in sublimi pendentes repraesentandos, Schol. Ar. Pac. 75.

ἐώρησις, ἡ, i. q. αἰώρησις, suspensio, elatio.

ἐωρίζω, i. q. αἰωρίζω, unde μετεωρίζω. *Med.* ἐωρίζομαι, gestor lectica vel vehiculo.

ἐώρτο, *diversa scriptura* pro ἄωρτο, suspensus erat. vide αἴρω, III.

ἕως, ἡ, *gen.* ἕω, *acc.* ἕω, *Attica forma* pro *Ion.* ἠώς. *Dor.* ἀώς, aurora, ortus solis, plaga orientalis. ἅμα ἕῳ, sole oriente. ἐξ ἕω, inde a diluculo. πρὸς ἕω, versus orientem.

ἕως, Ion. et Ep. p. εἵως, Adv. donec, usque dum, de tempore, c. indicativo, Il. 11, 342. 20, 412. Od. 5, 123. 7, 280. 9, 230, in oratione obliqua c. opt. et ἄν s. κέν, Il. 3, 291. Od. 2, 78. cum conj. et κέν reperitur tantum Il. 24, 183. apud seriores etiam c. conj. sine κέν, v. Jacobs A. P. p. 405. *b)* tamdiu, in apodosi, Od. 3, 126. 13, 315. 15, 153. 17, 390. 19, 530. Posteriores scriptores hoc adverbium etiam c. gen. conjungunt, ut ἄχρι et μέχρι: ἕως οὗ, ἕως ὅτι, donec, dum, quousque. ἕως σήμερον, usque ad hodiernum diem. ἕως ἄρτι, ἕως νῦν, usque ad hoc tempus. *c)* *ut*, i. q. ὡς vel ὄφρα, c. opt. Od. 4, 800. 5, 386. 6, 80. 9, 376. 19, 367. 2) quamdiu, dum, quum, sequente in apodosi plerumque τέως, Ep. τείως. Il. 20, 47. Od. 4, 90. sequuntur tamen in apodosi etiam δέ, τόφρα, τόφρα δέ. (ἕως ap. Homerum semel tantum propria sua mensura occurrit Od. 2, 78; ceterum vel per synizesin monosyllabum pronunciandum est, Il. 17, 727. Od. 2, 148. 5. 123. 386. 19, 530. vel ita efferendum, quasi esset εἷος, Od. 2, 78. 7, 280. 9, 233. 15, 109. 19. 367. al. cf. Hermann elem. doctr. metr. 1, 10. 19. p. 58.)

ἔωσα, aor. ab ὠθέω.

ἔωσι, Ion. p. ὦσι, conj. ab εἰμί, Hom.

ἐῶσι, contr. p. ἐάουσι ab ἐάω, Hom.

ἑωσφόρος, ον, (ἕως, φέρω) auroram s. diem afferens. 2) ὁ Ἑωσφόρος, Lucifer, stella matutina, Il. 23, 226. 19. 367.

ἑωυτοῦ, ἑωυτῶν, Ion. p. ἑαυτοῦ, ἑαυτῶν.

Z.

Z, ζ, ζῆτα, *indecl.* sexta litera Graecorum. In notis numeralibus est *septem* et *septimus*, et cum lineola infra addita, ͵ζ, septies mille.

ζα- particula inseparabilis, augens significationem: ut ζαφλεγής, valde ardens. Homerus compositione cum hac particula tantum ad formanda adjectiva utitur, e. g. ζαής, ζάθεος, ζάκοτος, ζαμενής, ζατρεφής, ζαφλεγής, ζαχρηής: ap. Hesiodum occurrit etiam in verbo ζαμενέω. cf. ἀρι-, ἐρι-, ἀγα-, et δα-. Postremum per dialectum tantum differt ab ζα-.

ζάβοτος, ον, (βόσκω) admodum abundans pascuis. 2) abundans pecoribus. Hesych.

ζαβρός, όν, vel i. q. λάβρος, cf. ζαρός, vel i. q. ζάβορος, edax, vorax, Hesych., Suid.

Ζαγρεύς, έως, ὁ, epith. Bacchi prioris, filii Jovis et Proserpinae, a Titanibus statim, quum natus esset, occisi, Nonn. 6, 165 seq. (nomen derivatur a ζωγρέω, vel, ut alii volunt, idem esse putatur quod ἀγρεύς.)

ζάγκλη, ης, ἡ, et ζάγκλον, τό, falx.

ζαής, ές, (ζα-, ἄημι) valde spirans, ἄνεμος, Il. 12, 157. Od. 5, 368. *acc.* ζαῆν, *irreg.* p. ζαῆ, ζαῆ, Od. 12, 313. cf. ζάω.

ζάθεος, ἐη, εον, ap. Eur. etiam duarum terminationum, (θεός) divinus, sacer, epith. urbium, locorum, fluviorum ap. Hom., Hes. et Pind. (⏑ ⏑ ⏑)

ζαθερής, ές, (θέρω) admodum calidus, fervidus, ardens.

ζακαλλής, ές, (κάλλος) admodum formosus, perpulcer. Hesych.

ζακορεύω, sum ζάκορος, a seq.

ζάκορος, ου, ὁ, ἡ, aedituus. 2) famulus, minister. (⏑ ⏑ ⏑)

ζάκοτος, ον, (κότος) furiosus, valde iracundus. (⏑⏑⏑)

ζακυνθίδες, ων, αἱ, cucurbitae. Hes.

ζαλαίνω, i. q. μαραίνω, Hesych. ab ἀλαίνω, ut videtur.

ζαλάω, f. ήσω, (ζάλη) fluctuo, procellis agitor. unde apud Nicandrum, ζαλόωσα pro ζαλῶσα, ζαλάουσα.

ζάλεια, ας, ἡ, laurus Alexandrina quibusdam, teste Dioscor.

ζάλευκος, ον, plane albus, a λευκός. 2) *nom. propr.* Zaleucus.

ζάλη, ἡ, turbo vehemens, procella. 2) agitatio maris, aestus, tempestas. 3) procella fortunae, fortuna adversa. (⏑ –)

ζαλόεις, όεσσα, όεν, procellosus. A pr.

ζάλος, ου, ὁ, aqua agitata et fluctuans. Ab eod. Conf. σάλος.

ζᾶλος, ζᾶλόω, ζᾶλωτός, *Dor.* p. ζῆλος, ζηλόω, ζηλωτός.

ζᾰμενέω, f. ήσω, magna vi ago: valde iratus sum, Hes. Th. 928. A seq.

ζαμενής, ές, (μένος) vehemens, validus: magnanimus: infensus: valde iracundus: violentus.

ζᾰμενήχολος, ον, (χόλος) violentae irae.

ζαμερίτας, ὁ, *Dor.* pro μακαρίτης. (⏑ ⏑ – –)

Ζάν, Ζανός, ὁ, *Dor.* p. Ζήν, Ζηνός, i. e. Ζεύς.

ζανώ, όος, ἡ, Juno. A pr.

ζάπεδον, ου, τό, latum pavimentum, magnum solum, pro δάπεδον. Hesych.

ζᾰπίμελος, ον, (πιμελής) praepinguis, admodum pinguis. Hesych. (⏑ – ⏑ ⏑)

ζᾰπληθής, ές, (πλῆθος) admodum plenus, copiosus, multus, Aesch.

ζαπλουτέω, f. ήσω, valde dives sum, abundo divitiis. A seq.

ζάπλουτος, ον, valde dives, praedives, Hdt.

ζᾰπότης, ου, ὁ, valde bibax, magnus seu strenuus potator. Hesych.

ζάπυρος, ον, (πῦρ) valde igneus. (⏑⏑⏑)

ζᾱτεύω, pro ζητεύω et ζᾱτέω, pro ζητέω, *Dor.* quaero. Unde ζατεῦσα, pro ζητοῦσα, quaerens.

ζᾱτεῖον, τό, locus, in quo servi puniuntur, carcer servorum. E Vet. Lex. al. ζητρεῖον. Quasi a ζητρεῖν, quaerere, per tormenta sc. v. ζητρεῖον.

ζᾱτρεύω, in pistrino torqueo. Lex. Gr.

ζᾰτρεφής, ές, (τρέφω) bene nutritus, saginatus, pinguis.

ζαυχίτροφος, ον, (σαυχός) mollis, delicatus.

ζᾰφεγγής, ές, (φέγγος) admodum lucidus et splendidus. Hesych.

ζαφλεγής, ές, (φλέγω) admodum urens: valde splendens: summo vigore praeditus.

ζάχολος, ον, (χολή) valde iracundus. (⏑ ⏑ ⏑)

ζάχρειος, ον, (χρεία) valde indigus, vehementer desiderans, summo studio quaerens, *c. gen.* ὁδοῦ, Theocr.

ζαχρηής, ές, impetuosus, epith. ventorum, Il. 5, 525. hominum fortium, Il. 12, 347. 360. 13, 684. (Radix est χράω, cf. ἐπιχράω: alii explicant ἐξαπιναῖος: alii scribunt ζαχρειής, quasi a χρεία, χράομαι, bonum usum praestans, i. e. fortis; quod non quadrat in locum Il. 5, 525.)

ζάχρυσος, ον, (χρυσός) dives auri.

ζάψ, ἡ, i. q. ζάλη, aestus, tempestas, Euphorion ap. Clem. Al. strom. 5. p. 673.

ζάω, *contr.* ζῶ, ζῇς, ζῇ, inf. ζάειν, *contr.* ζῆν, imperat. ζῆ, ζῆθι, imperf. ἔζων, ἔζης, ἔζη, in prima pers. etiam ἔζην, quasi a ζῆμι, quam formam *Atticistarum* nonnulli praeferunt. Rariora sunt fut. ζήσω, ζήσομαι, aor. ἔζησα, perf. ἔζηκα, quae tempp. *Attici meliores* sumunt ex βιόω. Homerus semper utitur forma *Ion.* ζώω. – vivo, spiro. ap. Aeschylum de ventis, Ag.

8. 8.; hinc vivo, victum habeo, sustento me, ἀπό τινος vel ἔκ τινος, victum mihi paro ex aliqua re: οἱ ζῶντες, divites, victu abundantes. *Metaph.* vivo, valeo, vigeo: etiam de rebus inanimatis, feliciter succedo, συμφοραὶ ζῶσαι, successu florentes, Soph. O. R. 45. (ζάω, ἄημι, ζωός, σαός, σόος ejusdem radicis esse videntur.) (ζάω, ⏑–)

ζε, particula inseparabilis, quae nominibus in fine addita motum in locum indicat, -δε, pro qua ibi ponitur ας praecedit, ut Ἀθήναζε, Θήβαζε, θύραζε pro Ἀθήναδε, caet. i. e. ζ ponitur pro σ δ.

ζέα, ἡ, i. q. ζειά.

ζειά, ἡ, far, hordei genus, spelta, adoreum, Od. 4, 41. 604.

ζείδωρος, ον, (ζειά, δωρέω) fertilis, almus, ἄρουρα, Hom.

ζειρά, ἡ, indumenti vel pallii genus quoddam, laxum et sinuosum, amiculum, gestari solitum ab Arabibus, Hdt. 7, 69. et Thracibus, id. 7, 75. Xen. anab. 7, 4, 4. alii scribunt ζιρά vel σειρά vel σιρά, v. Alberti ad Hesych. 1. p. 1581. Valck. ad Adon. p. 294. B. *Vox barbara.*

ζειροφόρος, ον, (φέρω) qui ζειρᾷ indutus est.

ζείω, *poet.* pro ζέω, ferveo.

ζέλλω, jacio. Hesych. Etymol. pro βέλλω, quod idem est cum βάλλω, *apud Arcades.*

ζέμα, ατος, τό, (ζέω) decoctio, potus decoctus, succus purpurae, medicamen, quod in aëno coquitur tingendis lanis. v. ζωμός.

ζέννυμι, vel ζεννύω, ferveo, pro ζέω. Unde ζεννύμενον, quod coquitur.

ζεόπυρον, τό, genus frumenti, Galen.

ζέρεθρον, τό, (τὸ βέρεθρον, τὸ βάραθρον), barathrum. *ap. Arcades.*

ζέσις, εως, ἡ, (ζέω) fervor, aestus.

ζέσσεν, 3 aor. a ζέω, *Ep.* pro ἔζεσεν, Hom.

ζεστολουσία, ἡ, (λούω) lotio, quae fit aqua fervida.

ζεστός, ἡ, όν, (ζέω) fervidus.

ζεστότης, ἡ, fervor.

ζευγάριον, τό, (ζεῦγος) parvum jugum. 2) par bucularum non magni faciendum.

ζευγατήρ, ῆρος, ὁ, epitheton lori, quo res devincimus. *dub. lect.* ap. Josephum.

ζεύγειον, τό, (ζεῦγος) jugum, apud Jos. *dub.*

ζευγηλάτης, ου, ὁ, (ζεῦγος, ἐλαύνω) qui agit boum jugum, qui agit boves, jugarius: arator.

ζευγηλατέω, f. ήσω, jugum boum ago: aro. A seq.

ζευγηλάτης, ου, ὁ, i. q. ζευγηλάτης.

ζευγῖτις, ιδος, ἡ, jugalis, quae jugum ferre potest, *poet.* p. ζευγίτης, Call.

ζευγίππης, ου, ὁ, qui e bigis pugnat, Diod. 19, 106.

ζευγίσιον, τό, census τῶν ζευγιτῶν ap. Athenienses. (– – ⏑ ⏑)

ζευγίτης, ου, ὁ, jugalis, jugo adstrictus. 2) ζευγῖται, apud Athenienses ex instituto Solonis classis civium equestri ordini subordinata, quasi jugales, a jumentis, quae ζεύγη. cf. Boeckh. de oecon. publ. Athen. II. p. 30. 3) remiges medii ordinis in triremi. (– – –)

ζεύγλη, ἡ, jugum, vel potius pars illa jugi, cui bos seu mulus inserit caput; ζυγὸν igitur duas habet ζεύγλας, Il. 19, 406. 2) lorum, quo alligabantur πηδάλια, Eur.

ζεύγληθεν, *adv.* i. q. ἐκ ζεύγλης.

ζεύγληφι, *gen.* et *dat. sing. Ep.* a ζεύγλη.

ζευγλόδεσμον, ου, τό, (δεσμός) lorum jugi.

ζεῦγμα, ατος, τό, junctura, conjunctio. 2) Zeugma, figura grammatica. A sq.

ζεύγνυμι, f. ζεύξω, aor. ἔζευξα, perf. pass. ἔζευγμαι, aor. 1. pass. ἐζεύχθην, aor. 2. ἐζύγην, (– ⏑ –) conjugo, jungo, connecto, copulo, conjungo: in specie est *a*) jungo matrimonio, in matrimonium duco, Eur. Iph. A. 698. *b*) ponte jungo: dicitur tam γέφυραν ζεῦξαι, quam ποταμόν, πόντον ζεῦξαι.

ζευγνύω, i. q. ζεύγνυμι.

ζευγοποιία, ας, ἡ, (ζεῦγος, ποιέω) conjugatio, copulatio parium, et in specie bigarum constructio.

ζεῦγος, εος, τό, (ζεύγνυμι) jugum, et boves, it. equi, qui sunt sub jugo. 2) bigae, item trigae et quadrigae, *omninoque* vehiculum. 3) par: (de conjugio, apud Xenoph.) *dicitur tamen etiam* de tribus.

ζευγοτροφέω, equos curules alo. A sq.

ζευγοτρόφος, ον, (τρέφω) qui alit equos curules.

ζευκτήρ, ῆρος, ὁ, (ζεύγνυμι) qui conjungit. *fem.* ζεύκτειρα, epith. Veneris.

ζευκτήριος, α, ον, conjugans, jungens: ἡ ζευκτηρία, vinculum. τὸ ζευκτήριον, jugum.

ζευκτός, ἡ, όν, (ζεύγνυμι) conjugatus, junctus.

ζευξίλεως, ω, ὁ, (λεώς) cui subjecti sunt populi. (– ⏑ ⏑ –)

ζεῦξις, εως, ἡ, (ζεύγνυμι) connexio, copulatio: inprimis pontis fabricatio in flumine.

Ζεύς, *gen.* Διός, *dat.* Διΐ, *acc.* Δία, *voc.* Ζεῦ, *poet.* Ζηνός, Ζηνί, Ζῆνα, *Dor.* Ζανός, etc. *Aeol.* Δεύς, Σδεύς, Jupiter.

ζεφυρηΐς, ΐδος, ἡ, *fem.* a ζεφύριος, *poet.* Ζεφυρίη, ἡ, sc. πνοή, i. q. Ζέφυρος, Od. 7, 119.

ζεφυρικός, ἡ, όν, i. q. seq.

ζεφύριος, ον, (Ζέφυρος) ad zephyrum pertinens, favonialis: occidentalis. ᾠὸν ζεφύριον, i. q. ἀνεμιαῖον. (υ breve.)

Ζέφυρος, ὁ, Zephyrus, Favonius.

ζέω, f. ζέσω, ferveo, bullio, excandesco. 2) fervefacio. 3) scateo, *c. gen.*

ζηλαῖος, αία, αῖον, (ζῆλος) iracundus, aemulus.

ζηλευτός, οῦ, ὁ, aemulator: invidus. A seq.

ζηλεύω, f. εύσω, aemulor, usitatius est ζηλόω.

ζήλη, ἡ, aemula.

ζηλημοσύνη, ἡ, *poet.* i. q. ζῆλος, a seq.

ζηλήμων, ον, (ζηλέω) invidus, zelotypus. Od. 5, 118.

ζηλοδοτήρ, ῆρος, ὁ, dator rerum invidendarum, divitiarum etc. 2) studium rerum bonarum injiciens.

ζηλομανής, ές, (ζῆλος, μαίνομαι) iracundus, Epith. Bacchi.

ζῆλος, ὁ, aemulatio, imitatio. 2) invidia, livor, odium. 3) studium vehemens alicujus rei.

ζηλοσύνη, ἡ, idem *poet.*

ζηλοτυπέω, f. ήσω, (ζηλότυπος) zelotypus sum, prae amoris vehementia rivalem pati nequeo: zelo ducor: aemulor, in bonam partem: invideo, maligno animo prosequor. Constr. *c. acc.*

ζηλοτυπία, ἡ, zelotypia, invidentia, qua quis rivalem in amore pati nequit. 2) invidia, aemulatio, obtrectatio. Ab eodem.

ζηλότυπος, ον, (ζῆλος, τύπτω) zelotypus, invidia, aemulatione incensus.

ζηλοτύπως, *adv.* per aemulationem: per invidiam.

ζηλόω, f. ώσω, (ζῆλος) aemulor, imitor: ambio: desidero: invideo: affecto, studiose sector: beatum, felicem praedico, laudo: zelotypus sum. Unde

ζήλωμα, τό, facinus aemulum, contentio, aemulatio, zelotypia.

ζήλωσις, εως, ἡ, idem. 2) affectatio, appetitio alicujus rei.

ζηλωτέος, έα, έον, aemulandus, imitandus.

ζηλωτής, οῦ, ὁ, aemulator, imitator, accensus zelo, studiosus.

ζηλωτικός, ή, όν, aemulans, studio accensus, ζηλωτῇ similis.

ζηλωτός, ή, όν, (ζηλόω) aemulandus, expetendus, desiderabilis: hinc beatus, felix, egregius, admirabilis.

ζημία, ας, ἡ, damnum, detrimentum, jactura. 2) mulcta 3) poena, supplicium.

ζημιόω, f. ώσω, damnum adfero, detrimentum adficio. 2) multo pecunia, exsilio etc. A pr.

ζημιώδης, ες, damnosus, perniciosus. Ab eod.

ζημιωδῶς, *adv.* damnose. A pr.

ζημίωμα, τό, damnum. 2) poena, multa.

ζημίωσις, εως, ἡ, multatio.

Ζήν, *nom. obsol.*, unde *gen.* Ζηνός, v. Ζεύς.

ζηνόφρων, ον, (φρήν) Jovis mentem habens.

ζητάρετησιάδης, ου, ὁ, (ζητέω, ἀρετή) qui virtutem sectatur, virtutaucupida reddidit Scaliger, epigr. Od. 110, 6.

ζητεύω, i. q. ζητέω, Hes. op. 402. Hom. h. Ap. 215. Merc. 392.

ζητέω, f. ήσω, quaero. 2) quaestionem habeo seu exerceo. 3) requiro, rei amissae desiderio teneor. 4) studeo, conor. 5) etiam peto, *sed raro apud veteres, saepe ap. recentiores.* Constr. *c. inf.* *et cum acc.*

ζήτημα, τό, quaestio, sc. de qua disputatur, quaesitum. A pr.

ζητημάτιον, τό, quaestiuncula. *Dimin.* a pr.

ζητήσιμος, ον, ad quaerendum aptus: τὰ ζητήσιμα, tempora vel loca indagandi feras, Xen.

ζήτησις, εως, ἡ, (ζητέω) actio quaerendi, investigatio. 2) quaestio, controversia.

ζητητέος, έα, έον, quaerendus.

ζητητήρια, τά, quaestiones, vel loca, ubi exercentur tormenta. Suid.

ζητητής, οῦ, ὁ, quaesitor criminum. 2) inprimis in foro sic dicitur, qui latinis recuperator in caussa repetundarum: qui quaerit, quo pecunia male conciliata et capta pervenerit, ut repeti inde possit.

ζητητικός, ή, όν, studiosus et cupidus indagandi, qui quaerere et investigare solet, sagax, ad quaestiones movendas promtus. Hinc Philosophi ζητητικοί.

ζητητός, ή, όν, quaesitus, studio dignus, Soph. O. C. 389.

ζητρεῖον, ου, τό, locus, in quo servi puniuntur. Vid. ζατρεῖον.

ζητρεύω, in pistrino torqueo. v. ζατρεύω.

ζιβύνη, ης, ἡ, lancea, hasta, jaculum,

venabulum, pro σιβύνη. (∪∪-)

ζιγγίβερις, ιως, ἡ, zingiberis, planta arabica.

ζίγγος, ου, ἡ, sonus apum. Hesych.

ζιζάνιον, ου, τό, zizanium, lolium.

ζίζυφον, τό, zizyphum, *rhamnus jujuba Linn.*

ζόη, ης, ἡ, vita. *Ion.* pro ζωή. 2) crustula rugosa, quae concrevit et innatat lacti, a ζέω. cf. γραῦς, 2.

ζοΐα, ἡ, *Aeol.* p. ζωή, Theocr. 29, 5.

ζορκάς, άδος, ἡ, et ζόρξ, ζορκός, ἡ, i. q. δορκάς, δόρξ, Hdt. 4, 192.

ζόφιος, α, ον, et ζόφιος, ον, et ζοφερός, ά, όν, (ζόφος) tenebrosus, caliginosus, obscurus.

ζοφοδορπίδας, ου, ὁ, (ζόφος, δόρπος) qui clam s. in obscuro coenat, epithet. Pittaci ap. Alcaeum.

ζοφόεις, εσσα, εν, et ζοφώδης, ες, et ζοφοείδελος, ον, tenebricosus, obscurus.

ζοφομηνία, ας, ἡ, (μήνη) obscuritas lunae, lunae defectus.

ζόφος, ὁ, caligo, tenebrae. 2) occasus, pars occidentalis. Unde.

ζοφόω, f. ώσω, obtenebro, obscuro.

ζοφώδης, ες, tenebricosus, obscurus.

ζόφωμα, τό, obscuratio.

ζόφωσις, εως, ἡ, obscuratio, obtenebratio. 2) tenebrae, obscuritas.

ζόω, *poet.* p. ζάω, Theodorid. ep. 8, 7.

ζυγάδην, *adv.* (ζυγός) jugatim, junctim. (∪∪-)

ζύγαινα, ης, ἡ, zygaena, vel libella, piscis. (∪-∪)

ζυγαῖος, ἡ, όν, i. q. ζυγιαῖος.

ζυγάστριον, τό, *Dimin.* a ζύγαστρον.

ζύγαστρον, τό, et ζύγαστρος, ὁ, (ζυγός, ζεύγνυμι) arca, capsa, cista, Soph. Tr. 692.

ζυγείς, part. aor. 2. pass. a ζεύγνυμι.

ζυγέω, (ζυγός) sub jugo sum; inpr. in jugum porrigor, quod fieri solebat in acie, quum militum ordines ab uno cornu in alterum instruebantur.

ζυγηφόρος, ον, (φέρω) jugum ferens.

ζυγιαῖος, ἡ, όν, (ζύγιον) natus sub libra, signo coelesti. (∪∪∪∪)

ζυγικός, ή, όν, (ζυγός) ad libram pertinens.

ζύγιμος, ον, (ζυγόν) jugalis. (∪∪∪)

ζύγιον, ου, τό, statera, libella. *Dimin.* a ζυγός.

ζύγιος, α, ον, (ζυγόν) ad jugum pertinens, jugo aptus, jugalis, βοῦς, ἵππος. 2) epith. Junonis, quippe quae matrimonia jungit, jugalis. 3) ὁ ζύγιος i. q. ζυγίτης. (∪∪∪)

ζυγίτης, ου, ὁ, remex in media nave supra arborem, remex medii ordinis. 2) ζυγῖται, οἱ ζευγῖται, de quibus supra.

ζυγνίς, ἡ, lacertae genus, alibi ζιγνίς.

ζυγόδεσμον, τό, (δεσμός) lorum, quo temo alligatur jugo. 2) collare, subjugium, lorum, quo boves jugo aptantur.

ζυγόδεσμος, ὁ, idem.

ζυγοδέτης, ου, ὁ, (δέω) idem.

ζυγοειδής, ές, (εἶδος) jugi speciem referens.

ζυγοκρούστης, ὁ, (κρούω) qui falsa libra decipit.

ζυγομαχέω, f. ήσω, (μάχομαι) rixor, digladior, contendo. inp. cum domesticis, familiaribus: cum inimicis contendo: repugno.

ζυγομαχία, ἡ, rixa, contentio.

ζυγόν, τό, (ζεύγνυμι) jugum. 2) transtillum lyrae. 3) *plur.* transtra navis. 4) *plur.* libra, ut ζυγός.

ζυγοπλάστης, ου, ὁ, qui falsas et fallaces libras facit.

ζυγοποιέω, f. ήσω, juga construo.

ζυγοποιός, όν, qui juga facit.

ζυγός, ὁ, (ζεύγνυμι) i. q. ζυγόν, jugum; hinc quodcumque duas res jungit, e. g. calceamenti corrigia. 2) transtillum testudinis s. lyrae, quo brachia seu cornua ejus junguntur. 3) transtrum navis; etiam sedes gubernatoris. 4) jugum librae: trutina, librae. 5) jugum in acie, series porrecta.

ζυγοσταθμέω, i. q. ζυγοστατέω, a seq.

ζυγόσταθμος, ὁ, (σταθμη) libra.

ζυγοστασία, ἡ, libratio.

ζυγοστατέω, f. ήσω, pondero, in trutina appendo, libra exaequo. 2) pass. de aequatis lancibus. Unde tropice de aequo Marte. A seq.

ζυγοστάτης, ου, ὁ, (ἵστημι) libripens, ponderator.

ζυγοτρυτάνη, ἡ, (τρυτάνη) trutina. (∪ -∪-)

ζυγουλκός, όν, (ἕλκω) jugum trahens.

ζυγόφιν, *gen. sing. Ep.* a ζυγόν, Il. 24, 576.

ζυγοφορέω, f. ήσω, jugum fero.

ζυγοφόρος, ον, (φέρω) qui fert jugum.

ζυγόω, f. ώσω, jugo submitto. 2) conjungo.

ζυγωθρίζω, f. ίσω, claudo vecte. 2) examino, libro, perpendo. Ar. Nub. 737. A seq.

ζύγωθρον, τό, (ζυγόω) vectis, qui valvas seu ambas fores conjungit. (∪-∪)

ζύγωμα, τό, (ζυγόω) jugamentum. 2) vectis in foribus. 3) jugum vineae. (∪-∪)

ζύγωσις, εως, ἡ, jugatio. (∪-∪)

ζυγωτός, ή, όν, junctus jugo.

ζῦθος, ου, ὁ, vel ος, τό, zythus, potus ex hordeo confectus, cerevisia, Hdt. 2, 77. (∪∪)

ζύμη, ἡ, fermentum. 2) tropice, quicquid alios paullatim corrumpit. (--)

ζυμήεις, ήεσσα, ῆεν, fermentatus.

ζυμίζω, f. ίσω, fermenti acorem refero.

ζυμίτης, ου, ὁ, fermentatus, scil. ἄρτος.

ζυμόω, f. ώσω, fermento.

ζυμώδης, ες, fermentaceus. 2) non mucidus.

ζύμωμα, ατος, τό, (ζυμόω) fermentum. (--∪)

ζύμωσις, εως, ἡ, fermentatio, inflatio. (--∪)

ζυμωτικός, ή, όν, vim inflandi, flatus ciendi habens.

ζυμωτός, ή, όν, fermentatus.

ζωαγράφω, *f. l.* ap. Hdt. 4, 88. vide Schaef. ad Dionys. p. 289.

ζωάγρια, τά, (ζωός, ἀγρεύω) praemium pro vita servata.

ζωάριον, τό, animalculum, *Dimin.* a ζῶον.

ζωαρκής, ές, (ζωή, ἀρκέω) qui ad vitam sustentandam sufficit, vitam adjuvans.

ζωαρχικός, ή, όν, vitae principium habens

ζώαρχος, ον, qui animanti praeest: nominatim elephanto.

ζωγλύφος, ον, i. q. ζωογλύφος.

ζωγραφεῖον, ου, τό, (ζωγράφος) officina pictoris.

ζωγραφέω, f. ήσω, (ζωγράφος) animalia pingo. 2) ad vivum exprimo: pingo. *Med.* pingendum curo.

ζωγράφημα, τό, pictura, id ipsum, quod pictum est.

ζωγραφητός, ή, όν, pictus.

ζωγραφία, ας, ἡ, pictura.

ζωγραφικός, ή, όν, pictorius, pingendi peritus: ad artem pictoriam pertinens. *Subst.* ἡ ζωγραφική, sc. τέχνη, ars pingendi.

ζωγραφικῶς, *adv.* picturae modo.

ζωγράφος, ον, (ζῶον, γράφω) animalia pingens: pingens, omnino. *Subst.* ὁ, pictor. (-∪∪)

ζωγρεία, ας, ἡ, et *poet.* ζωγρία, (ζωγρέω) condonatio vitae capto hosti facta. 2) captura vivi animalis.

ζωγρεῖον, τό, vivarium, cavea, locus, in quo animalia capta adservantur. A sq.

ζωγρέω, (ζωός, ἀγρεύω) vivum capio, a caede captum servo, vitam alicui in bello servo. 2) in vitam revoco, exsuscito: recreo, instauro.

ζωγρία, ἡ, *poet.* p. ζωγρεία.

ζωγρίας, ου, ὁ, qui vivus captus est

ζώγρον, τό, et ζῶγρος, ὁ, *seriores formae* p. ζωγρεῖον.

ζωδάριον, ου, τό, animalculum. *Dimin.* a ζῶον.

ζωδιακός, ή, όν, (ζώδιον) animalia continens: *Subst.* ὁ ζωδιακός, sc. κύκλος, Zodiacus.

ζωδιογλύφος, ον, i. q. ζωογλύφος.

ζώδιον, τό, *Dimin.* a ζῶον, animalculum, animal. 2) signum, pictura: inpr. signum coeleste in zodiaco, quia figurae animalium sunt plerumque.

ζωδιωτός, ή, όν, animalibus pictis distinctus.

ζωδιοφόρος, ον, (φέρω) signifer, scil. circulus.

ζωή, ἡ, (ζάω, ζῶ) victus, facultates, res familiares, Od. 14, 96. 208. 16, 429. 2) vita, vitae genus, vitae ratio, Att. 3) omne genus felicitatis, N. T.

ζωηδόν, *adv.* (ζῶον) animantium more.

ζωηρός, ρά, ρόν, (ζωή) vivax. 2) vitam praebens.

ζωηφόρος, ον, (φέρω) vitam adferens, salutaris.

ζωθάλμιος, ον, (θάλλω) viridus, almus. Pind.

ζωθαλπής, ές, (θάλπω) vitam fovens, vivificans.

ζωθαλπίς, ίδος, ἡ, singulare *femininum* a ζωθαλπής.

ζῴδιος, α, ον, i. q. ζωδιακός. (-∪∪∪)

ζωϊκός, ή, όν, (ζῶον) animalis. 2) (ζωή) ad vitam pertinens, vitalis.

ζωΐον, τό, *poet.* p. ζῶον.

ζῶμα, ατος, τό, (ζώννυμι) vestimentum, quo cingimur, cingulum. 2) tunica: quia praecingebatur.

ζωμάρυστρον, ου, τό, (ζωμός, ἀρύω) trulla, cochlear.

ζώμευμα, τό, condimentum, salgamum. 2) i. q. ὑποζώματα νεώς, Ar. eq. 279.

ζωμεύω, f. εύσω, (ζωμός) condio. 2) elixo.

ζωμήρυσις, εως, ἡ, (ζωμός, ἀρύω) haustus jusculi: cochlear.

ζωμίδιον, τό, (ζωμός) jusculum.

ζωμοποιέω, jurulentum cibum facio.

ζωμοποιός, όν, opifex jurulenti cibi, condiendi juris peritus: in cibos idoneus.

ζωμός, οῦ, ὁ, jus, (*proprie*, in quo carnes coctae sunt) jusculum: cibus jurulen-

tus: *tropice* caedes, strages, clades. ap. Theophrast.

ζωματάριχος, ον, qui muria piscium sale conditorum delectatur.

ζωνάριον, ου, τό, zonula. *Dim.* a seq.

ζώνη, ης, ἡ, (ζώννυμι) zona, balteus, cingulum. 2) pera. 3) apparatus armorum, arma. 4) quodcunque zonae instar alicui rei circumdatum est, veluti corona columnae; zona s. tractus terrae: morbi genus, cf. ἕρπης.

ζώνιον, ου, τό, cingulum, *Dimin.* a ζώνη.

ζωνιοπλόκος, ον, (πλέκω) qui zonas plectit, s. conficit, zonarius.

ζωνίτης, ὁ, *fem.* ζωνῖτις, ad zonam pertinens, zonae similis: cinctus.

ζώννυμι, f. ζώσω, aor. ἔζωσα. *Med.* ζώννυμαι, f. ζώσομαι, aor. ἐζωσάμην, perf. pass. ἔζωσμαι. - *act.* cingo, praecingo, arma induo. *Med.* accingor, armor, paro me. ζώννυσθαι ζωστῆρι, ῥάκεσι, cingor cingulo, pannis, Il. 10. 77. Od. 18, 67. etiam *c. accus.* ζώνην, μίτρην, χαλκὸν ζώννυσθαι, Il. 5, 857. 14, 181. 23, 130.

ζωννύσκετο, impf. med *Ion.* a ζώννυμι.

ζωννύω, i. q. ζώννυμι.

ζωνογάστωρ, vel ζωνόγαστρις, (γαστήρ) medio ventre cinctus.

ζωνοειδής, ές, zonae similis.

ζωντεῖον, τό, i. q. ζητρεῖον, pistrinum.

ζωογενής, ές, (ζῶον, γένος) ab animali procreatus, animalis.

ζωογλύφος, ὁ, (γλύφω) statuarius, sculptor, qui animalia exprimit.

ζωογονέω, f. ήσω, (ζωογόνος) animal seu vivum gigno: fetifico: vivifico: vivum conservo.

ζωογόνησις, ἡ, i. q. ζωογονία.

ζωογονητικός, ή, όν, vim habens gignendi viva, ad animalium generationem pertinens.

ζωογονία, ας, ἡ, generatio animalis: vermiculatio.

ζωογονικός, ή, όν, ad generationem animalium pertinens.

ζωογόνος, ον, (ζωός, γόνος) vivum animal generans. 2) vitalis. 3) Epith. numeri septenarii, quod infantes septimo mense nati vivant facilius, quam qui nati mense sequente.

ζωογράφος, ον, *poet.* p. ζωγράφος.

ζωοδότειρα, ας, ἡ, vitae largitrix.

ζωοδοτήρ, ῆρος, ὁ, i. q. ζωοδότης.

ζωοδότης, ου, ὁ, vitae largitor.

ζωόδωρος, ον, (δῶρον) vitam donans. Hinc τὸ ζωόδωρον, vitae dandae facultas.

ζωοειδής, ές, animalis speciem referens.

ζωοθετέω, (ζωός, τίθημι) vivum facio, vivifico.

ζωοθηρία, ἡ, (θήρα) animalium vivorum captura. Unde

ζωοθηρικός, ή, όν, ad ζωοθηρίαν pertinens.

ζωοθεσία, ας, ἡ, victima constans animante.

ζωοθυτέω, f. ήσω, (θύω) animal sacrifico.

ζωόμορφος, ον, (μορφή) formam animalis habens.

ζῶον, τό, (ζωός) animal. ζῶα γράφειν, i. q. ζωγραφεῖν: ζῶα γράψασθαι τὴν ζεῦξιν τοῦ Βοσπόρου, pingendum curare, Hdt. 4, 88.

ζωοπλαστέω, f. ήσω, animal effingo, vivum formo. A seq.

ζωοπλάστης, ου, ὁ, qui effingit animalia.

ζωοποιέω, f. ήσω, vivifico, vitam reddo, vitam restituo. 2) vermes genero.

ζωοποίησις, εως, ἡ, vivificatio. 2) in vitam restitutio. 3) conservatio. A praec.

ζωοποιητικός, ή, όν, vim habens generandi viva, vim vivificandi habens. Ab eodem.

ζωοποιός, όν, (ποιέω) vivificus. 2) vivum et animale generans.

ζωοπώλης, ου, ὁ, qui animalia vendit.

ζωόπωλις, ἡ, sc. ἀγορά, forum, ubi venduntur animalia.

ζωός, ή, όν, vivus. *Rarior forma* ζώς, Il. 5, 887. Hdt. 1, 194. pro qua minus recte alii scribunt ζῶς.

ζωόσοφος, ον, sapiens in vita.

ζωοστάσιον, τό, animalium statio, stabulum.

ζωότης, ητος, ἡ, (ζῶον) q. d. animalitas, natura animalis, facultas animalis.

ζωοτοκέω, f. ήσω, (ζωοτόκος) animal genero, seu pario.

ζωοτοκία, ας, ἡ, animalis generatio. A seq.

ζωοτόκος, ον, (ζωός, τίκτω) animal gignens vel pariens, viviparus.

ζωοτροφεῖον, ου, τό, vivarium. A seq.

ζωοτροφέω, f. ήσω, (ζωοτρόφος) animalibus nutriendis rem quaero.

ζωοτροφία, ας, ἡ, pecuaria nutritio et saginatio animalium, piscium, ut vendantur.

ζωοτροφικός, ή, όν, ad alenda animalia, et ad negotiationem istam pertinens.

ζωοτρόφος, ον, (ζῶον, τρέφω) pecuarius, pecoribus alendis rem quaerens.

ζωοτύπος, ον, (τυπόω) animalium formas exprimens. (-◡◡◡)

ζωοφαγέω, animalibus victito. A seq.

ζωοφάγος, ον, (φαγεῖν) animantes devorans, animalibus victitans. (-◡◡◡)

ζωόφθαλμος, ον, (ὀφθαλμός) oculos habens, quales animalia habent. τὸ ζ. herba, quae et βούφθαλμον.

ζωοφθορία, ας, ἡ, coitus cum bestia A seq.

ζωοφθόρος, ον, (φθείρω) qui coit cum bestia.

ζωοφορέω, vivo: cresco, de plantis.

ζωοφόρος, et ζωφόρος, ον, (φέρω) animalia ferens. 2) vivificus. 3) scil. κύκλος, zodiacus: pars trabeationis in columnis. Gall. *la frise*.

ζωόφυτα, τά, (φυτόν) quae mediae sunt naturae inter animalia et plantas.

ζωοφυτέω, (φυτεύω) vivos surculos edo.

ζωόω, f. ώσω, (ζωός) vivifico, animos servo, tueor. 2) animalia pingo. 3) Med. ζωοῦσθαι, vermibus laboro.

ζώπισσα, ης, ἡ, (πίσσα) pix, resina, quae in usum medicamentorum a navibus deraditur.

ζωποιέω, (ποιέω) vivum repraesento.

ζωπυρέω, f. ήσω, (ζώπυρον) ignem sopitum suscito: bella aut alia mala sopita suscito: refocillo, vires propemodum exstinctas instauro: vitae restituo.

ζωπύρημα, τό, i. q. ζώπυρον, n. 2. (-◡-◡)

ζωπύρησις, εως, ἡ, suscitatio ignis sopiti: item alius rei prope exstinctae. (-◡-◡)

ζωπυρίς, ίδος, ἡ, sc. θέρμη, calor vitalis.

ζώπυρον, τό, (ζωός, πῦρ) suscitabulum ignis. 2) scintilla, sc. reliquiae ignis sopiti et cineribus obruti. 3) quod vitam conservat et quasi excitat sopitam. 4) follis, cujus flatu ignis excitatur. 5) reliquae quaevis rem conservantes. 6) herba quaedam

ζωπυρόω, f. ώσω, i. q. ζωπυρέω.

ζωπύρωσις, ἡ, i. q. ζωπύρησις, Max. Tyr. 9, 7. (-◡-◡)

ζωροποτέω, f. ήσω, merum bibo. A seq.

ζωροπότης, ου, ὁ, (πότης) meri bibulus, meracius bibens. 2) ebriosus.

ζωρός, όν, merus, meracus, de vino. *Compar* ζωρότερος, scil. οἶνος, meracius vinum. ζωρότερον, *adv.* meracius. 2) copiosius.

ζώς, *rarior forma* p. ζωός, q. v.

ζῶσαι, imperat. aor. 1 med. a ζώννυμι, Od. 18, 30.

ζώσιμος, ον, (ζάω) vitalis, qui vivere potest. 2) nomen propr.

ζῶσις, εως, ἡ, (ζωννύω) ipsa cingendi actio, cinctura.

ζῶσμα, τό, i. q. ζῶμα, vox improbatur a Thoma M. p. 411.

ζωστήρ, ῆρος, ὁ, (ζώννυμι) cingulum, balteus.

ζωστήριος, α, ον, ad balteum pertinens, cingens.

ζωστηροκλέπτης, ου, ὁ, (ζωστήρ, κλέπτης) fur baltei.

ζώστης, ου, ὁ, (ζώννυμι) qui cingit, cinctor. 2) i. q. ζωστήρ.

ζωστός, ή, όν, (ζώννυμι) cinctus.

ζῶστρον, τό, cinctus vestis, vestis ad cingendum idonea.

ζωτεῖον, ου, τό, locus, ubi servi molunt, idemque adeo quod ζώντειον, ζητρεῖον.

ζωτικός, ή, όν, (ζάω) vivax. 2) vitalis. 3) vivificus. 4) vegetabilis.

ζωτικῶς, *adv.* vivifice. 2) vitaliter.

ζωΰφιον, ου, τό, (ζῶον) animalculum, bestiola, insectum, *Dimin.* a

ζωφόρος, ον, v. ζωοφόρος.

ζωφυτος, ον, (φύω) fertilis plantarum.

ζώω, *Ep.* p. ζάω.

ζωώδης, ες, animalis. 2) belluinus.

ζωωδία, ἡ, natura animalium s. belluina.

ζωωνυμία, ἡ, (ζῶον, ὄνομα) denominatio ab animalibus, ut siderum.

ζώωσις, εως, ἡ, (ζωόω) vivificatio animantium, animatio. 2) vitae conservatio, salus.

ζωωτός, ή, όν, pictis animalibus distinctus: τὰ ζωωτά, belluata tapetia.

H.

H. ἦτα, indecl. septima litera alphabeti graeci: in numeris valet *octo* vel *octavus*, et cum lineola inferne apposita ͵η *octies mille*.

ἤ, *Epice* ἠέ, *Conjunctio*, 1) *aut*, *vel*; *alias*, *contra*. ἤ-ἤ, aut-aut, vel-vel, sive-sive. 2) in interrogatione, *an*, *num*, *-ne?* ἦ λέγω, dicamne? ἦ οὐχ ὁρᾷς, num non vides? ἤ-ἤ, utrum-an. 3) post comparativum: *quam*. Sic etiam post verba et formulas, quibus vis comparativa inest, ut βούλομαι, ἤ, malo quam. Interdum ἤ genitivo comparationis superadditum redundare putatur, cf. Herm. Vig. p. 787.

ἤ, *exclamatio*, oh, heus.

ἦ, *Epice* ἠέ, *adv.* 1) profecto, revera, certo: ἦ γάρ, sane. ἦ που sive ἤπου, profecto. ἦ μήν, formula jurandi cum asseveratione. 2) in interrogationibus, an, num? ἦ γάρ; nonne?

ἦ, *dixit*, 3 sing. impf. ab ἠμί pro ἔφη,

Hom. cf. ἡμί.

ἦ, 1 sing. impf. ab εἰμί pro ἦν, *contr.* ex *Ion.* ἔα. Haec forma antiquioribus *Atticis* magis erat *usitata* quam altera ἦν, v. Porphyr. ap. Schol. Ven. Il. 5, 533. Significationis discrimen inter ἦ et ἦν statuit Hermannus in praef. ad Soph. O. R. p. XIX. sed vide, quae contra monui in ephem. Jen. 1824. CXVII. p. 449. sqq.

ᾖ, 3 sing. conj. praes. ab εἰμί.

ἡ, *fem. articuli* ὁ, quem vide.

ἥ, *fem. pron. relat.* ὅς, q. v.

τῇ, *dat. fem. sing. articuli* ὁ.

ᾗ, *dat. fem. pron. possess.* ὅς, suus.

ᾗ, *dat. fem. pron. relat.* ὅς, ἥ, ὅ, adverbialiter: 1) ubi, quo. 2) quomodo, cur. Cum superl. ᾗ μάλιστα, quam maxime. ᾗ ῥᾷστα, quam facillime. ᾗ ἄριστον, quam optimum.

ἦα, 1 impf. *Ion.* ab εἰμί p. ἦν. Hinc 2 sing. ἦησθα, 3 sing. ἦεν.

ᾖα, *Att.* p. ἤϊα, impf. *Ion.* ab εἶμι pro ᾔειν.

ἕατο, *Ion.* p. ἧντο, 3 plur. impf. ab ἧμαι.

ἠβαιός, ή, όν, parvus, paucus, exiguus: ap. Homerum plerumque cum οὐδέ, ut οὐ οἱ ἔνι φρένες, οὐδ' ἠβαιαί, non inest ei prudentia, ne minima quidem, Il. 14, 141. Od. 21, 288. cf. 18, 355. Frequentissime *adv.* οὐδ' ἠβαιόν, ne tantillum quidem, Il. 2, 380. 386. 13, 106. 702. 20. 361. Od. 3, 14. sine negatione ἠβαιὸν ἀπὸ σπείους, paullulum, Od. 9, 462. (A βαιός, vel ab ἥβη.)

ἡβάσκω, (ἥβη) pubesco, adolesco.

ἡβάω, f. ήσω, idem; item floreo, vigeo, ἡβῶν, puber. A seq.

ἥβη, ἡ, pubertas, juventus, juvenile robur, aetas valida atque virilis, inde a vigesimo usque ad quinquagesimum annum. 2) pubes. 3) *nom. propr.* Ἥβη, filia Jovis et Junonis, uxor Herculis, Od. 11, 603. Hes. Th. 950. *ap. seriores* dea Juventutis.

ἡβηδόν, *adv.* juveniliter, puberum more, petulanter. 2) *usitatissime*, omnes puberes, qui quidem puberes essent: ut πολίτας ἡβηδὸν ἀποκτείνειν, virilem omnem civitatis alicujus sexum armis gerendis aptum interficere. 3) confertim, sine discrimine. A pr.

ἡβητήρ, ῆρος, ὁ, (ἡβάω) puber.

ἡβητήριον, τό, locus literarius, locus exercitii literarii adolescentum. 2) locus amoenus ad convivia agitanda et exercendos in armis juvenes. Ab eod.

ἡβήτης, ου, ὁ, i. q. ἡβητήρ.

ἡβητικός, ή, όν, juvenilis: ad pubescentes, seu adolescentes pertinens.

ἡβητήριον, τό, i. q. ἡβητήριον. 2) deversorium vile.

ἡβυλλιάω, pubesco, adolesco, Ar. Ran. 516 *comice* p. ἡβάω.

ἡβῷμι, praes. opt ab ἡβάω, *poet.* ἡβώοιμι, part. ἡβώοντες, ἡβώωσα; Hom. Falso haec referuntur a quibusdam ad praes. ἡβόω.

ἠγάασθε, 2 plur. impf. ab ἀγάομαι p. ἠγᾶσθε, Od. 5, 122.

ἤγαγον, ες, ε, et ἠγαγόμην, aor. 2. act. et med. ab ἄγω, Hom.

ἠγάθεος, έη, εον, (ἄγαν, θεῖος) admodum divinus, sacer. (-⏑⏑⏑)

ἠγαλέος, α, ον, (ἄγνυμι) fractus. (-⏑⏑⏑)

ἤγανον, τό, *Ion.* p. τήγανον.

ἡγεμονεία, ἡ, (ἡγεμονεύω) etiam ἡγεμονία, principatus, dominium: summa imperii in exercitu: inpr. imperium Graeciae. 2) pars aliqua exercitus, quae suum habet ducem. 3) caput rei: id in quo cardo rei versatur.

ἡγεμόνεια, ἡ, *fem.* ab ἡγεμονεύς, dux. epith. Dearum quarundam; etiam ἡγεμόνη.

ἡγεμόνευμα, ατος, τό, idem quod ἡγεμονεία.

ἡγεμονεύς, ὁ, i. q. ἡγεμών, *poet.*

ἡγεμονεύω, praeeo, τινὶ ὁδόν, Od. 24, 225. 2) duco, rego, inpr. exercitum: *hinc* impero, *c. gen. pers.*, rarius *c. dat. pers.*

ἡγεμονέω, summum imperium, principatum teneo.

ἡγεμόνη, ἡ, i. q. ἡγεμόνεια, *fem.* ab ἡγεμών.

ἡγεμονία, ἡ, i. q. ἡγεμονεία. Sed hac forma inprimis utebantur, ubi sermo est de civitatis alicujus principatu, quem de reliquis exercet.

ἡγεμονικός, ή, όν, idoneus ad rem primum suscipiendam, idoneus ad imperium, principalis, imperatorius. Hinc τὸ ἡγεμονικόν, principatus, id quod in quoque genere est praestantissimum; animus, mens, pars potior nostri, rector corporis.

ἡγεμονικῶς, *adv.* ut ducem, imperatorem decet. 2) ut decet virum principem.

ἡγεμόνιος, ου, ὁ, (ἡγεμών) Epith. Mercurii, quoniam viae dux est, et animas deducit.

ἡγεμονίς, ίδος, ἡ, imperatrix, regina, quae principatum obtinet.

ἡγεμόσυνον, τό, praemium ducendi. τὰ ἡγεμόσυνα, sacrificium pro felici itinere, quum deum ducem exposcimus.

ἡγεμών, όνος, ὁ, dux, praeses, procurator. 2) auctor, caussa rei. *Apud. seriores* etiam ἡ ἡγεμών, Lobeck. Phryn. p. 452. 2) in doctrina metrica i. q. πυῤῥίχιος.

κοιρανίδης, ου, ὁ, idem quod κοίρανος. (-⏑⏑-)

κοιρανικός, ή, όν, imperatorius, principalis. A seq.

κοίρανος, ου, ὁ, (κῦρος) princeps, imperator, dominus, rex.

κοῖς, ὁ, serior forma p. κοῖξ.

Κοισύρα, ας, ἡ, Coesyra, femina Athenis, nobilis et dives, sed luxu diffluens, et arrogans. (-⏑-)

κοισυρόομαι, nobilitate et divitiis superbio. it. luxu diffluo et nimium ornor. A praec.

κοιτάζω, (κοίτη) in lecto colloco, facio cubare. κοιτάζομαι, sum in cubili, cubo: dormio.

κοιταῖος, αία, αῖον, qui lectum petit, qui it cubitum, vel in lecto est. 2) pernoctans. 3) nocturnus. Hinc Subst. τὸ κοιταῖον, ου, lustrum ferarum. Ab eod.

κοιτασία, ας, ἡ, (κοιτάζομαι) concubitus. LXX.

κοίτη, ης, ἡ, cubile, lectus. 2) concubitus. 3) proles. 4) scortatio. 5) ipsum cubandi tempus. 6) cista. Men. Poll. 7) alveus fluminis.

κοιτίς, ίδος, ἡ, lectulus. 2) parva cista, arcula, capsula. 3) capsa vestiaria. A praec.

κοίτος, ου, ὁ, idem quod κοίτη. 2) somnus. 3) pisciculus quidam fluviatilis sub saxis latens. Ab eod.

κοιτοφθορέω, (φθείρω) adulterium committo.

κοιτών, ῶνος, ὁ, locus, domus, ubi sunt cubilia, cubiculum, cubile.

κοιτωνίς, ίδος, ἡ, parvum cubiculum. 2) lectulus. dub. Dimin. a pr.

κοιτώνιον, τό, idem. Dim. ab eod.

κοιτωνίσκος, ου, ὁ, idem. 2) parvus lectus, lectulus. Dim. ab eod.

κοιτωνίτης, ου, ὁ, cubicularius. Ab eodem.

κοιτωνοφύλαξ, ᾶκος, ὁ, (φύλαξ) cubiculi custos.

κοκκάζω, i. q. κοκκύζω 2. si lectio vera.

κοκκαλία, τά, genus concharum terrestrium, Aristot. h. a. 4, 4. ubi vulgo male κακκαλία.

κόκκαλος, ου, ὁ, (κόκκος) strobilus, nucleus nucis pineae.

κοκκίζω, f. ίσω, (κόκκος) grana eximo.

κοκκινοβαφής, έος, ὁ, ἡ, (βάπτω) cocco tinctus.

κόκκινος, ίνη, ινον, (κόκκος) coccineus, cocco tinctus.

κοκκίον, ου, τό, pilula. *Dim.* a κόκκος.

κοκκοβαφής, ές, i. q. κοκκινοβαφής.

κοκκοθραύστης, ου, ὁ, avis quaedam, Hesych. Ex κόκκος et θραύω, a frangendis baccis.

κόκκος, ου, ὁ, granum pomorum et similium, bacca. 2) pilula apud Medicos. 3) granum ilicis arboris rubeus, quo punicea inficiuntur. 4) ἡ, frutex, cui grana adhaerent, quibus tinctores utuntur. 5) testiculus, item muliebria. 6) mica, particula minuta.

κόκκυ, exclamatio i. q. ταχύ, Ar. Av. 506. Ran. 1384.

κοκκύαι, vel κοκύαι, ῶν, οἱ, avi et majores. Hesych. (-⏑-)

κοκκυγέα, ἡ, arbor, qua tinctores utebantur, fortasse rhus cotinus Linn. Unde.

κοκκύγινος, η, ον, purpureo colore tinctus.

κοκκύζω, f. ύσω, (κόκκυξ) coccyzo, canto ut cuculus. 2) ut gallus gallinaceus.

κοκκυμηλέα, ας, ἡ, (μηλέα) prunus.

κοκκύμηλον, ου, τό, (μῆλον) prunum.

κοκκύμηλος, ου, ἡ, prunus.

κοκκυμηλών, ῶνος, ὁ, prunetum.

κόκκυξ, υγος, ὁ, coccyx, cuculus, avis clamans κόκκυ, cuccu. 2) piscis quidam. 3) grossus caprifici arboris. 4) galea, galerus. 5) collis. 6) herba quaedam. 7) os in imo sacri ossis. (υ plerumque longum; ex praecepto Draconis p. 28, 2. in casibus trisyllabis etiam corripitur.)

κοκκύσδω, *Dor.* p. κοκκύζω.

κοκκυσμός, ὁ, (κοκκύζω) cantus cuculi vel galli gallinacei.

κοκκυστής, οῦ, ὁ, qui κοκκύζει.

κόκκων, ωνος, ὁ, (κόκκος) granum cnidium, granum mali punici.

κοκκώνη, ἡ, testiculus. cf. κόκκος, 5.

κοκύαι, οἱ, (κυέω) majores, avi, vox rara et Ion. (ῠ) cf. κοκκύαι.

κολαβεῖν, buccellam devorare, deglutire. Suid. A seq.

κόλαβος, ου, ὁ, (κόλον) offula, buccea parva.

κολαβρεύεσθαι, (κόλαβρος) saltare.

κολαβρίζειν, (κόλαβρος) lascive saltare, irridere, LXX. 2) in armis saltare.

κολαβρισμός, οῦ, ὁ, lasciva saltatio: irrisio. A praec.

κόλαβρος, ου, ὁ, porcellus. 2) cantio lasciva, qua κολαβρίζοντες utebantur.

κολάζω, f. άσω, Att. κολῶμαι, cf. Pors. post Hemsterh. Plut. p. 575. ed. Lips. (κολούω, κόλος) mutilo, praecido, aufero quod nimium est, castigo. 2) coerceo, castigo, moderor. κολάζειν τὴν γαστέρα, gulam et ventrem compescere, tenuiter et temperanter atque caste vivere. it. de oratione, copiam nimiam et redundantiam minuere, castigare. 3) punio, poenam injungo, de judice: accuso, poenas repeto ab aliquo, de accusatore.

κολᾰκεία, ας, ἡ, (κολακεύω) adulatio, adsensio, blandimentum, illecebrae.

κολάκευμα, ατος, τό, adulatio. (ᾰ)

κολᾰκευτέος, έα, έον, adj. verb. a κολακεύω, cui blandiendum est.

κολᾰκευτής, οῦ, ὁ, blandus, adulator.

κολᾰκευτικός, ή, όν, adulatorius, adsentatorius, adulandi peritus. A pr.

κολᾰκευτικῶς, adv. adsentatorie, adulatorie.

κολᾰκεύω, f. εύσω, (κόλαξ) adulor, adsentor, adulationibus capio vel decipio, blanditiis tento, τινά.

κολᾰκία, ας, ἡ, adulatio.

κολᾰκικός, ή, όν, adulatorius, adsentatorius. 2) adulandi peritus, peritus adsentator.

κολᾰκικῶς, adv. adsentatorie, adulatorie.

κολᾰκίς, ίδος, ἡ, adsentatrix. Κολακίδες dicebantur mulierculae quaedam in aulis regnum et principum, quae et Κλιμακίδες.

κόλαξ, ᾰκος, ὁ, adulator, adsentator. 2) parasitus. Aut ἀπὸ τοῦ κολλᾶσθαι, ab assectatione, et quasi adglutatione, aut ἀπὸ τοῦ κόλου, a buccella, quam adulator coenipeta sectatur.

κολάπται, ων, οἱ, sculpti calyces florum nondum apertorum. LXX.

κολαπτήρ, ῆρος, ὁ, instrumentum lapicidarum, malleo simile, sed rostratum, scalprum. A seq.

κολάπτω, f. ψω, tundo, tundendo excavo, incido, scalpo, caedo. κεκολαμμένος, perf. pass. excavatus, sculptus.

κόλαρις, εως, ὁ, animal ululae inimicum, Aristot. h. a. 9, 1. dub. lect.

κολάσια, ἡ, *poet.* p. κόλασις.

κόλᾰσις, εως, ἡ, (κολάζω) punitio, castigatio ac cohibitio appetitionis, supplicium. 2) amputatio arborum luxuriantium.

κόλασμα, ατος, τό, poena, vel quod poenae loco infligitur. Ab eod.

κολασμός, οῦ, ὁ, poenae inflictio, punitio. 2) moderatio, refrenatio. 3) reprehensio. Ab eod.

κολαστέον, adj. verb. a κολάζω, puniendum est, compescendum est.

κολαστήρ, ῆρος, ὁ, i. q. κολαστής, Fem. κολάστειρα et κολάστρια.

κολαστήριον, ου, τό, locus supplicii, vel ubi sontes torquentur. 2) instrumentum aptum ad poenas inferendas. 3) carcer. 4) ipsa poena: quodcunque temperando, coërcendo et reprimendo adhibetur, inservit. A seq.

κολαστήριος, ον, aptus ad infligendas poenas.

κολαστής, οῦ, ὁ, (κολάζω) punitor, castigator. 2) vindex, ultor. 3) tortor.

κολαστικός, ή, όν, q. d. punitorius, poenas infligens. 2) moderandi, coercendi vim habens. A pr.

κολαφίζω, f. ίσω, (κόλαφος) alapam alicui infringo, colaphum infligo, pugnis caedo. 2) contumelia afficio.

κολάφισμα, ατος, τό, colaphi incussio. 2) ipse colaphus, alapa. A pr. (ᾰ)

κόλᾰφος, ου, ὁ, (κολάπτω) colaphus, alapa.

κολεάζω, (κολεός) in vaginam recondo.

κολεόν, τό, *Ion.* p. κουλεόν, i. q. κολεός, Il. 11, 30.

κολεόπτερος, ον, (κολεός, πτερόν) cujus pennae involucro crustaceo, velut vagina quadam includuntur, ut scarabaei.

κολεός, οῦ, ὁ, Ion. κουλεός, vagina, culeus, loculus.

κολεραὶ οἶες, oves glabrae seu brevem

57

lanam habentes, apud Aristot. Hist. Anim.

κολετράω, proculco, Ar.

κολιᾶν, (κολοιός) de graculorum clamore. Poll. 2) contendere. Hesych.

κολίας, ου, ὁ, piscis quidam, thynni genus.

κόλιξ, v. κόλλιξ.

κολιός, οῦ, ὁ, avis quaedam, galgulus.

κόλλα, ης, ἡ, gluten. Ion. κόλλη.

κολλαβίζω, f. ίσω, (κόλλαβος) impingo. 2) κολλαβίζειν, ludere ludum, quo unus manibus oculos tegit, alius percussum rogat, utra manu percusserit.

κολλαβισμός, οῦ, ὁ, lusus κολλαβιζόντων.

κόλλαβος, ου, ὁ, (κόλλοψ) epitonium chordarum, verticillus lyrae, s. quo intenditur chorda. 2) panis genus.

κολλόβωσις, εως, ἡ, intensia chordarum, quae fit verticillis. dub.

κολλάω, f. ήσω, (κόλλα) glutino. 2) adjungo firmius. κολλάομαι, adjungor, adhaeresco, consector.

κολλεψός, ὁ, (κόλλα, ἕψω) qui gluten coquit.

κολλήεις, ήεσσα, ῆεν, (κόλλα) glutinatus, conglutinatus.

κόλλημα, ατος, τό, (κολλάω) glutinamentum.

κόλλησις, εως, ἡ, glutinatio, conglutinatio, ferruminatio, concinnatura. 2) applicatio cucurbitulae. 3) Figura rhetorica.

κολλητήρ, ῆρος, ὁ, i. q. κολλητής.

κολλητήριον, ου, τό, glutinatorium.

κολλητήριος, ον, i. q. κολλητικός.

κολλητής, οῦ, ὁ, glutinator. 2) concinnator.

κολλητικός, ή, όν, vim habens conglutinandi, tenax.

κολλητός, ή, όν, glutinatus, glutine compactus, ferruminatus.

κολλίζω, apud seriores i. q. κολλάω.

κολλίκιος, α, ον, rotundus, oblongus, epith. panis. v. κόλλιξ. (– ⏑ ⏑ ⏑)

κολλικοφάγος, qui κόλλικας vorat. Aristoph. Comice. (– ⏑ ⏑ ⏑ ⏑) Vide seq.

κόλλιξ, ικος, ὁ, panis rotundus. 2) pastillus. (ι anceps.)

κολλομελέω, (κόλλα, μέλος) carmina conglutino et concinno. verbum comicum Aristoph.

κολλοπεύω, (κόλλοψ) cinaedus sum.

κολλοπίζω, f. ίσω, (κόλλοψ) claviculis s. verticillis intendo.

κολλοποδιώκτης, ου, ὁ, qui pueris exoletis et durioribus inhiat. Eust.

κολλοπόω, (κόλλοψ) conglutino.

κολλοπώλης, ου, ὁ, (κόλλα, πωλέω) glutinis venditor.

κολλούριον, ου, τό, medicamentum certa forma figuratum, in primis oblongum et teres, quo fistulis induci possit. Vid. κολλύριον.

κόλλουρος, ὁ, piscis incerti generis.

κόλλοψ, οπος, ὁ verticillus in cythara aut lyra, quo chordae intenduntur. 2) vectis, quo rota circumagitur. 3) corium durius in collis sive cervicibus equorum, boum aut ovium, callosum, nec non porcorum, glandium. 4) puer exoletus et callosus s. supra aetatem libidinans, cinaedus.

κολλυβάτεια, ἡ, herba, quae et κλύβατις vel ἑλξίνη. (– ⏑ ⏑ – ⏑)

κολλυβιστής, οῦ, ὁ, (κόλλυβος) trapezita, numularius, qui numis permutandis quaestum facit.

κολλυβιστικός, ή, όν, ad rem numulariam pertinens. A pr.

κόλλυβος, ου, ὁ, vel κόλλυβον, ου, τό, genus numi minuti. 2) permutatio pecuniae. 3) fenus permutatae pecuniae, l'agio.

κολλύρα, ας, ἡ, collyra, panis, qui pueris dabatur, frustulum panis. 2) panis cinere coctus. (ῡ)

κολλυρίζω, f. ίσω, opus pistorium facio, placentas coquo. A pr.

κολλύριον, ου, τό, collyrium, medicamen oculorum, e spodio, coloris cinerei. 2) quodvis medicamentum oculorum. 3) materia, quae adhibebatur ad resignandas literas, ne fraus sentiretur. (ῡ)

κολλυρίς, ίδος, ἡ, collyris. Dim. a κολλύρα.

κολλυρίτης, ου, ὁ sc. ἄρτος, panis azymus.

κολλυρίων, ωνος, ὁ, avis quaedam.

κολλώδης, ες, (κόλλα) glutinosus, tenax.

κολόβιον, ου, τό, it. κολοβίων, ὁ, (κολοβός) tunica brevibus manicis, subucula.

κολοβοανθεῖν, florem minutulum habere.

κολοβοανθής, ές, (κολοβός, ἄνθος) minutulum florem habens, s. edens.

κολοβοκέρατος, ον, (κέρας) altero cornu truncatus, s. fractum cornu habens.

κολοβόκερκος, ον, cauda mutilatus.

κολοβομάχη, ἡ, i. e. κολοβὸς μάχη, pugna interrupta. Ita Grammatici appellarunt octavum Iliadis librum.

κολοβόπους, οδος, truncus pedibus.

κολοβόῤῥιν, vel κολοβόῤῥις, ινος, ὁ, ἡ, cui nasus praecisus, qui mutilo est naso.

κολοβός, όν, (κόλος) mutilus, truncus, mancus, recutitus.

κολοβόσταχυς, υος, ὁ, ἡ, neutr. υ, spicis truncatus. 2) brevem ferens spicam.

κολοβότης, ητος, ἡ, (κολοβός) q. d. decurtatio, quum aliquid curtum, mancum, truncatum aut mutilum est, defectio.

κολοβοτράχηλος, ον, (τράχηλος) decurtatum collum habens, brevi collo praeditus. (ᾰ)

κολοβούρος, ον, (οὐρά) cauda truncatus, Hesych.

κολοβόω, f. ώσω, decurto, amputo, mutilo, trunco, contraho.

κολόβωμα, ατος, τό, (κολοβόω) id ipsum, quod mutilum aut truncum est, quicquid alicui membro deest.

κολόβωσις, εως, ἡ, mutilatio, detruncatio, defectus. Ab eod.

κολοβωτής, οῦ, ὁ, mutilator. 2) in loquendo ultimas syllabas supprimens. Ab eod.

κολοιάρχης, ου, ὁ, (κολοιός, ἄρχω) praefectus excubitorum et custodum, apud Aristoph. per jocum. A seq.

κολοιάω, (κολοιός) crocito ut graculus.

κολοιός, οῦ, ὁ, graculus, monedula. 2) impudenter loquax.

κολοιώδης, ες, graculo similis. A pr.

κολοκασία, ας, ἡ, faba Aegyptia, colocasia. 2) ejus fabae radix.

κολοκάσιον, ου, τό, idem. (ᾱ)

κολοχορδόκαλα, τά, (κόλον, χορδή) intestina, omasa, Philodem. ep. 29, 2.

κολόκυμα, ατος, τό, (κόλον, κῦμα) fluctus surdus, qui nullum strepitum edit, sive nullam vim, quamvis magnus, habet. 2) apud Comicos homo, qui magno molimine nihil agit.

κολόκυνθα, κολοκύνθη, Att. κολοκύντη, ης, ἡ, cucurbita.

κολοκυνθιάς, άδος, ἡ, cibus e cucurbitis.

κολοκυνθίς, ίδος, ἡ, cucurbita caprina, cucurbita Alexandrina, cucumer amarus.

κολόκυνθος et κολόκυντος, ὁ, i. q. κολόκυνθα.

κολοκύντη, ης, ἡ, vide κολόκυνθα.

κολοκύντιον, ου, τό, cucurbitula. Dim. a praec.

κόλον, ου, τό, cibus. 2) intestinum, pro κῶλον.

κόλος, ον, fractus, truncatus, mutilus.

Κολοσσαί, vel potius Κολασσαί, ῶν, αἱ, urbs Asiae minoris.

κολοσσαῖος, αία, αῖον, (κολοσσός) colossaeus, qui colossum aequat, colosso par.

Κολοσσεύς, et Κολασσεύς, εως, ὁ, (Κολοσσαί, vel Κολασσαί) Colossensis, plur. Κολοσσαεῖς.

κολοσσηνός, ή, όν, (Κολοσσαί) epith. lanae avium a colore: Colossis enim lana optime tingebatur.

Κολοσσικός, ή, όν, (Κολοσσός) colossicus.

κολοσσοβάμων, ὁ, (βαίνω) statuarius: cui statua in honorem erigitur. apud Lycophr. (ᾱ)

κολοσσοποιός, όν, (ποιέω) colossos faciens.

κολοσσός, οῦ, ὁ, colossus, statua ingens.

κολοσσουργία, ας, ἡ, (ἔργον) colossi structura.

κολοσσυρτός, οῦ, ὁ, strepitus sarmentorum, quum per terram trahuntur. 2) turba, tumultus.

κολουραῖος, α, ον, cavus. epith. petrae. ap. Callim.

κολουρίς, ίδος, ἡ, (κόλος, οὐρά) cauda trunca, fem. a κόλουρος. 2) vulpes.

κόλουρος, ον, αἱ κόλουροι, sc. γραμμαί, circuli duo in doctrina sphaerica, secantes se mutuo in polis mundi et per puncta aequinoctialia et solstitialia transeuntes, ita dicti, quod eorum pars, s. quasi cauda, semper sub horizonte latet.

κολούρωσις, ἡ, i. q. κόλουσις.

κόλουσις, εως, ἡ, (κολούω) truncatio, amputatio.

κόλουσμα, ατος, τό, fragmentum recisum. Hesych.

κολουτέα, ας, ἡ, colutea, arbor.

κολούω, f. ούσω, (κόλος) mutilo membrum, decurto, amputo, trunco. 2) imminuo, retundo, debilito, intercipio, irritum reddo.

κολοφών, ῶνος, ὁ, fastigium, apex. 2) summa manus, finis. κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, finem imponere. Ast. Plat. legg. 2, 14.

Κολοφών, ῶνος, ἡ, Colophon, Ioniae urbs, unde Κολοφώνιος, α, ον, Colophonius. ἡ Κολοφωνία, sc. ῥητίνη, Colophonia pix, resina. τὰ Κολοφώνια, sc. ὑποδήματα, calceamentorum genus.

κολπίας, ου, ὁ, (κόλπος) sinuatus.

κολπίζω, f. ίσω, (κόλπος) sinuo.

κολπίτης, ου, ὁ, ad sinum pertinens.

κολποειδής, ές, sinui similis.

κολποειδῶς, adv. in formam sinus.

κόλπος, ου, ὁ, sinus, gremium, sinum efficiens. 2) sinus maris, mare, quod est intra promontoria.

κολπόω, f. ώσω, in sinus contraho, sinum efficio. A pr.

κολπώδης, ες, sinuosus, obliquus. Ab eodem.

κόλπωμα, ατος, τό, (κολπόω) sinuatum, sinuato volumine collectum. 2) sinus.

κόλπωσις, εως, ἡ, sinuatio, collectio in sinum. metaph. remigium, velificatio. Ab eod.

κολπωτός, ή, όν, sinuatus. Ab eod.

κολύθρον, ου, τό, colythrum, planta.

κολυμβάς, άδος, ἡ, urinatrix, natatrix. 1) oliva in muria natans, quae et νηκτρίς, et φθινοπωρίς dicitur. A seq.

κολυμβάω, f. ήσω, (κόλυμβος) nato. 2) urinor, aquas subeo.

κολυμβήθρα, ας, ἡ, locus, ubi natare possumus, natatio, piscina. 2) baptisterium. A pr.

κολύμβησις, εως, ἡ, natatio. Ab eod.

κολυμβητήρ, ῆρος, ὁ, idem quod seq.

κολυμβητής, οῦ, ὁ, natator, urinator. Ab eod.

κολυμβητικός, ή, όν, natandi peritus. A praec.

κολυμβίς, ίδος, ἡ, urinatrix. 2) avis quaedam, e genere anatum.

κόλυμβος, ου, ὁ, urinator. 2) natatio. 3) avis quaedam.

κολυτέα, ας, ἡ, colytea, arbor. v. κολουτία.

κολχικόν, οῦ, τό, Colchicum, herba venenata.

κόλχος, ὁ, i. q. κόχλος.

κολῳάω, (κολῳός) tumultuor, do turbas. 2) vociferando perstrepo, more graculorum garrio.

κολώνη, ης, ἡ, collis, tumulus, locus editus. 2) montium fastigium. 3) saxum.

κολωνία, ἡ, sepulcrum.

κολωνοειδής, ές, (εἶδος) collis figuram habens.

κολωνός, ὁ, collis. 2) demos Atticus in colle situs, Neptuni templo inclitus, ubi erat sepulcrum Oedipi.

κολῳός, οῦ, ὁ, (κολοιός) tumultus, perturbatio: jurgium.

κομαιθος, ον, (κόμη, αἶθος) flavam habens caesariem.

κόμαρον, ου, τό, fructus arbuti. 2) arbutum. A seq.

κόμαρος, ου, ὁ, vel ἡ, arbutus.

κομαροφάγος, ον, (φαγεῖν) qui arbuteis fructibus vescitur. (ᾰ)

κομάω, f. ήσω, (κόμη) comatus sum, comam alo. 2) abundo, ornatus sum, effero me, glorior et me jacto, magnifice de me sentio, superbio.

κομβακεύομαι, f. εύσομαι, magnifice jacto et crepo, Hesych.

κομβολύτης, ὁ, (κόμβος, λύω) qui crumenas resecat et aufert, Hesych. (ᾰ)

κόμβος, ου, ὁ, nodus, in culmis et arundine. 2) nodus ad ornatum in vestitu. 3) marsupium, nodus, ligamentum crumenae.

κομέω, curo, curam gero. 2) orno. 3) nutrio, alo.

κόμη, ης, ἡ, coma, comta hominis caesaries et curiosius culta. 2) coma, i. e. frondes arboris, herbarum, etc.

κομήτης, ου, ὁ, (κομάω) comans, comatus, crinitus. 2) sc. ἀστήρ, Cometa, stella comata.

κομιδή, ῆς, ἡ, (κομίζω) cura, curatio. 2) portatus, vectio, vectura. 3) advectio. 4) accessio. 5) recuperatio alicujus rei.

κομιδῇ, adv. cum cura, accurate. 2) perquam, valde, admodum, prorsus, nimis, oppido. *Proprie Dat.* a κομιδή.

κομίζω, f. ίσω, (κομέω) curo, alo, foveo. 2) porto, veho, fero, apporto, adveho. 3) duco, deduco. 4) effero, sc. sepeliendi caussa. At κομίζομαι, in medio etiam, accipio, recipio, recupero, reporto, fero, obtineo, velut praemium consequor, aut pecuniam, mihi debitam, numeratam accipio, fero. 2) sumo mihi, ut poenam ex aliquo, item emendo. 3) recipio me, revertor. 4) proficiscor.

κόμιον, τό, (κόμη) pellis cum comis capiti detracta, Wess. ad Hdt. 4, 64.

κομιστή, ῆς, ἡ, commeatus, cibus. Hesych.

κομιστήρ, ῆρος, ὁ, portator, bajulus. 2) deductor.

κομιστής, οῦ, ὁ, curator. 2) vector, portator.

κομιστός, ή, όν, allatus, curatus.

κομίστρια, ας, ἡ, fem. a κομιστήρ, curatrix. 2) comtrix. 3) nutrix.

κόμιστρον, ου, τό, (κομίζω) praemium, quod datur portatori. τὰ κόμιστρα, munera data pro reditu.

κόμμα, ατος, τό, (κόπτω) segmen, fragmentum. 2) incisum, incisio. 3) pars orationis uno aut duobus verbis constans. 4) nota, s. signum nummo impressum.

κομματίας, ου, ὁ, qui incisis frequenter utitur. A pr.

κομματικός, ή, όν, commaticus, commatis et incisis constans, in quo crebra sunt incisa seu commata, brevissimae sententiae. τὸ κομματικόν, postrema chori pars, ubi reliquum totum in luctu consumitur. v. κομμός. Ab eod.

κομματικῶς, *adv.* crebris commatibus. 2) caesim.

κομμάτιον, ου, τό, parvum segmentum, particula quae duos vel tres versus complectitur, nonnunquam plures. *Dim.* a κόμμα, apud Scholiastas Comicorum, κομμάτιον χοροῦ.

κόμμι, τό, gummi. Nomen indecl. 2) in specie gummi Arabicum.

κομμίδιον, τό, *Dim.* a κόμμι, Steph. Byz. v. Ἠλεκτρίδες.

κομμιδώδης, ες, (κόμμι) gummosus, gummi referens. v. κομμιώδης.

κομμίζειν, (κόμμι) gummi speciem praebere.

κομμιώδης, ες, gummosus, gummi referens.

κομμός, οῦ, ὁ, (κόπτομαι) planctus, plangor. 2) pars tragoediae, ap. Arist. vid. supr. κομματικόν.

κόμμος, οῦ, ὁ, (κομέω) ornatus nimis quaesitus et supervacuus, nitor fucatus et adscititius, fucus, mangonium.

κομμόω, f. ώσω, ornatum curiosiorem adhibeo, fuco, proprie et tropice.

κομμώ, οῦς, ἡ, i. q. κομμώτρια.

κόμμωμα, ατος, τό, id, quod ad corpus mangonizandum adhibetur. 2) cultus muliebris exquisitior. 3) ornatus orationis exquisitior et fere in deteriorem partem. A pr.

κόμμωσις, εως, ἡ, ornatus et cultus corporis orationisve exquisitior et mollior. Ab eod.

κομμωτήρ, ῆρος, ὁ, i. q. κομμωτής.

κομμωτής, οῦ, ὁ, mangonizandi corporis, et tropice, orationis exquisitius ornandae atque pingendae artifex, mango. Ab eod.

κομμωτίζω, f. ίσω, curiosius orno. A praec.

κομμωτικός, ή, όν, aptus ad formae lenocinia. 2) ad cultum exquisitiorem pertinens. 3) tropice κομμωτικοί dicuntur, in oratione omni modo ornatum exquisitum captantes, et talis oratio κομμωτική, ornatus κομμωτικός et κομμωτικόν, quicquid exquisitis ornamentis curiosius excultum est. Ab eod.

κομμωτικῶς, *adv.* nimis comte.

κομμώτρια, ας, ἡ, Fem. a κομμωτήρ, ornatrix.

κομμωτρίδιον, ου, τό, calamistrum s. aliud instrumentum aut medicamentum, quo crines componuntur. Ab eod.

κομοτροφέω, f. ήσω, (κόμη, τρέφω) comam alo.

κομόωντες, part. praes. *Ep.* a κομάω, Il.

κομπάζω, f. άσω, (κόμπος) magnopere me jacto, insolenter et fastose me gero. 2) proprie strepitum s. sonum edo.

κόμπασμα, ατος, τό, id ipsum, quo gloriamur. A pr.

κομπασμός, ου, ὁ, jactatio, jactantia, gloriatio, elatio, insolentia verborum. Ab eod.

κομπαστής, οῦ, ὁ, jactator. Ab eod.

κομπαστικός, ή, όν, jactabundus. A pr.

κομπαστικῶς, *adv.* jactanter.

κομπέω, f. ήσω, (κόμπος) crepo, strepo, crepito, edo strepitum, qualem aper acuens s. collidens dentes, aut aes percussum, resono. 2) jacto, glorior.

κομπηρός, ρά, ρόν, jactans se, jactabundus. A pr.

κομπισμός, ὁ, vibratio sonus, cf. μελισμός.

κομπολᾱκέω, (κόμπος, λακέω) inaniter strepo. Hinc imperf. apud Aristoph. Ran. 961. ἀλλ' οὐκ ἐκομπολάκουν, at non inaniter loquebar.

κομπολακύθης, ου, ὁ, magna sonans, jactator tumidus, gloriosus, *vox Aristoph.* (- ⏑ - ⏑ -)

κομπορρήμων, ον, (κόμπος, ῥῆμα) qui se grandibus verbis jactat, tumidus jactator.

κόμπος, ου, ὁ, crepitus apri acuentis dentes. 2) strepitus, crepitus quivis. 3) sonitus, qui a saltantibus pulsando pedibus terram editur. 4) verborum ampullae, jactatio, gloriatio, ostentatio, insolentia.

κομπός, οῦ, ὁ, jactator, jactabundus.

κομποφακελορρήμων, ονος, ὁ, ampullis et grandi verborum compositione utens, strepens tumida magniloquentia. *Vox Aristoph.* Ran. 839. E κόμπος, φάκελλος, fascis, et ῥῆμα, vox. (quasi jactator verborum ita grandium, ut sunt fasces, aut ita graviter ferientium, ut baculi.)

κομπώδης, ες, (κόμπος) jactans sui, jactabundus. Hinc τὸ κομπῶδες, εος, jactantia. 2) splendidus, magnificus.

κομπωδῶς, *adv.* jactanter. A pr.

κομψεία, ας, (κομψεύω) elegantia, subtilitas, festivitas, lepos. 2) vafrities.

κόμψευμα, ατος, τό, scite, venuste dictum aut factum.

κομψευριπιδικῶς, adv. (κομψός, Εὐριπίδης) scite et eleganter, Euripidis more, Ar. Eq. 18. ubi recc. redd. κομψευριπικῶς ab εὔριπος.

κομψεύω, (κομψός) scitum, festivum, lepidum reddo: scite seu festive aliquid facio aut dico. Med. lepidum, scitum me gero: scite et urbane cavillor, jocor: scitus et facetus esse cupio, affecto venustatem: jacto me ac vendito.

κομψευτός, ή, όν, ornatus, festivus, lepidus.

κομψοεπής, ές, (ἔπος) facetus, verbis elegans.

κομψολόγος, ον, (λέγω) facetus in sermonibus, elegans.

κομψοπρεπής, ές, (πρέπω) scitus, elegans, festivus.

κομψός, ή, όν, scitus, elegans, bellus, venustus, lepidus, facetus, festivus: praeclarus, eximius: loquaculus, garrulus: vafer, versutus: plenus jactantiae et ostentationis.

κομψότης, ητος, ή, elegantia, lepor, festivitas. 2) argutia, subtilitas. A pr.

κομψῶς, adv. scite, decenter, dextre, lepide, festive. Ab eod.

κοναβέω, f. ήσω, (κόναβος) resono, sonum reddo.

κοναβηδόν, adv. cum sonitu.

κοναβίζω, f. ίσω, resono.

κόναβος, ου, ὁ, sonitus, strepitus, plausus.

κόνδαξ, ακος, ὁ, lusus puerilis, i. q. κυνδαλισμός, Metaph. κόνδακα παίζειν, de concubitu, Rufin. ep. 7.

κονδῖτος, ὁ, οἶνος, vinum conditum.

κόνδυ, υος, τό, poculum barbaricum, Persicum, certe Asiaticum, decem cotylarum.

κονδύλη, ης, ἡ, (κόνδυλος) tuber, vibex. (ῠ ?)

κονδυλίζω, f. ίσω, (κόνδυλος) digitis in condylum contractis verbero: pugnum impingo, pugno caedo.

κονδύλιον, τό, *Dimin.* a κόνδυλος. (ῠ)

κονδυλισμός, οῦ, ὁ, talitrum: plaga pugno incussa. 2) contumelia.

κονδυλόομαι, intumesco, extubero tuberis modo in juncturis digitorum v. κόνδυλος, 2.

κόνδυλος, ου, ὁ, digiti articulus et junctura, s. nodus et curvatura, qua digitus flectitur. 2) tuber in digitorum junctura, 3) pugnus. 4) ictus, qui fit pugno.

κονδυλώδης, ες, nodos et tubera in digitorum juncturis referens.

κονδύλωμα, ατος, τό, tuber, quale est nodorum in juncturis digitorum. (ῠ)

κόνδυς, υος, τό, i. q. κόνδυ. Vox persica, i. q. Graecum σκύφος.

κόνειον, τό, v. κώνειον.

κονέω vel κοννέω, i. q. κοέω, Aesch. (?)

κονέω, festino, propero, curro, ministro, famulor. usitatum in compositione; ἐγκονεῖν.

κονή, ῆς, ἡ, (καίνω) caedes, Hesych.

κονία, ας, ἡ, *Ion.* κονίη, (κόνις) arena, pulvis. 2) cinis. 3) lixivium. 4) calx, tectorium, albarium. (ι breve: interdum producitur ab Homero, item ab Ar. Lyc. 470)

κονίαμα, ατος, τό, (κονιάω) calce inductum, opus albarium s. tectorium. (⏑⏑–⏑)

κονίασις, εως, ἡ, albarii s. tectorii operis inductio. (⏑⏑–⏑)

κονιάτης, ου, ὁ, qui opere albario parietes tegit, dealbator, tector. (⏑⏑––)

κονιατός, ή, όν, albario et tectorio opere inductus, calce illitus. 2) pice obductus. (⏑⏑–⏑) A seq.

κονιάω, f. άσω, pulvere impleo, pulvere adspergo, conspergo. 2) calce induco vel obduco, calce dealbo. 3) cerussa ungo, fuco. κονιάομαι, in pulvere volutor, dealbor, et alicubi active, tectorio induo. κεκονιαμένος, pulverulentus, dealbatus.

κονιβατία, ἡ, (κόνις, βαίνω) processus in pulvere.

κονίζω, f. ίσω, perf. pass. κεκόνισμαι, (κόνις) i. q. κονίω, quod vide.

κόνικλος, ὁ, vel κονίκλος, et κύνικλος, cuniculus.

κονίλη, ης, ἡ, cunila, herba, quae origanum Heracleoticum dicitur.

κόνιλος, ὁ, i. q. κόνικλος. (?)

κόνιον, τό, *Dimin.* a κόνις, *dub.*

κόνιον, τό, i. q. κώνειον, cicuta. it. κόνειον.

κονίπους, οδος, ἡ, (κόνις, πούς) cujus pedes in pulvere versantur, pulvere respersi sunt. 2) calceamenti genus. Vid. κονίπους.

κονιορτόπους, οδος, ὁ, ἡ, idem. κονιορτόποδες ἀγροῖκοι, ἐργάται, rusticani operarii, agricolae. Hesych.

κονιορτός, οῦ, ὁ, (κόνις, ὄρνυμι) pulvis, pulvis excitatus et in aerem levatus. 2) homo squalidus et illuvie laborans. (vel potius levis, inconstans, multarum et alienarum rerum satagens, blatero, nugis et adulatione sua cuique molestus).

κονιορτέω, f. ήσω, pulverem injicio, pulverem excito, pulvero.

κονιορτώδης, ες, pulverulentus.

κόνιος, α, ον, (κόνις) pulvereus, Pind. 2) pulverem excitans.

κονιόω, pulverem excito.

κονίπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, (κόνις, πούς) cujus pedes in pulvere versantur. κονίποδες, calceamenta quaedam humili solo, soleae. cf. κονίπους.

κόνις, ιος, Att. εως, ἡ, pulvis. 2) cinis. 3) lixivium.

κόνις, ιδος, ἡ, lens, ovum pediculorum. κόνιδες, lentes.

κονισάλιος, α, ον, pulverulentus.

κονίσαλος, vel κονίσσαλος, ου, ὁ, ἡ, (κόνις) pulvis motus, pulvis excitatus, pulvisculus. 2) pudendum s. numen Priapi. (⏑–⏑⏑)

κονιστήριον, ου, τό, (κονίζω) locus in quo athletae decertaturi pulvere se conspergebant, oleo antea peruncti.

κονιστικός, ή, όν, qui in pulvere volutari solet.

κονίστρα, ας, ἡ, (κονία) volutabrum pulvereum, arena, in qua se exercebant athletae, palaestra. 2) cavum pulvereum, in quo se volutant aves.

κονίω, f. ίσω, perf. pass. κεκόνιμαι, (κόνις) pulvere impleo, πεδίον, Il. 14. 145. pulvere conspergo, et omnino conspergo quacunque re, τινί. Med. in pulvere volutor, ad pugnam me paro athletarum more. – 2) intr. κονίω, festino, celeriter curro, κονίοντες πεδίοιο, per campum, Hom. (ῑ)

κόνναρος, ου, ὁ, conarus, arbor apud Alexandrinos.

κοννῶ, novi, ap. Aesch. p. κονῶ. v. κονέω.

κόννος, ου, ὁ, barba, mentum barbatum, alicubi junctum voci ψέλλιον, armilla, videtur tale ornamentum significare. Est Κόννος sive potius Κόννας et Κοννᾶς et nomen proprium Citharoedi pauperis miserique; unde proverb. κόννου ψῆφος, de re, s. homine nihili.

κοντάριον, τό, *Dimin.* a κοντός.

κοντοβολέω, (κοντός, βάλλω) contis jaculor s. peto.

κοντοπαίκτης, ου, ὁ, (παίζω) qui cum conto saltat.

κοντός, οῦ, ὁ, contus, pertica, sudes, 2) remus. 3) hastile.

κοντοφόρος, ον, (φέρω) qui contum gestat, conto armatus, hastatus.

κοντόω, (κοντός) conti auxilio pisces capio. Unde κόντωσις, ἡ, talis piscatura.

κοντωτὰ πλοῖα, contis instructa navigia, quae contis impelluntur.

κόνυζα, ης, ἡ, cunilago, herba coronaria, herba pulicaria, quod pulices necat. Hinc κονυζήεις, εσσα, εν, ei herbae similis.

κονυζίτης, ου, ὁ, οἶνος, conyza conditum vinum.

κοπάζω, f. άσω, (κόπος) defatigor: remitto, cesso, quiesco, ἄνεμος ἐκόπασε, Hdt. 7. 191.

κοπανίζω, (κόπανον) pistillo contundo, pinso.

κοπανιστήρ, ῆρος, ὁ, qui pistillo contundit.

κοπανιστήριον, ου, τό, pistillum. A pr.

κόπανον, τό, (κόπτω) pistillum: ensis, culter, Aesch.

κοπάριον, τό, cultellus chirurgicus.

κοπάς, άδος, ἡ, arbor incisa, arbor, quae caedi solet.

κόπειον, ου, τό, vel κόπαιον, frustum: it. κόπτον, frustum.

κοπετός, οῦ, ὁ, (κόπτομαι) planctus, luctus.

κοπεύς, έως, ὁ, (κόπτω) caelum, quo lapides et similia caelamus. 2) malleus.

κοπή, ῆς, ἡ, (κόπτω) sectio, incisio, 2) caedes, strages. 3) praecipitium, ap. Strab.

κόπηθρον, τό, leguminis agrestis genus.

κοπία, ἡ, defatigatio.

κοπιάζω, i. q. κοπάζω, κοπιάω.

κοπιαρός, ρά, ρόν, (κοπιάω) laboriosus, molestus, lassitudinem nervis inferens.

κοπιάτης, ου, ὁ, vespillo.

κοπιάω, f. άσω, laboro. 2) moleste fero, fastidio. 3) fatigor, lassesco, fatisco.

κοπίζω, (ὁ κόπις) mentior.

κοπίζω, (ἡ κοπίς) epulum agito.

κόπις, εως, ὁ, (κόπτω) scurra, nugator.

κοπίς, ίδος, ἡ, gladius brevior s. culter aptus ad caedendum, culter lanii: mucro: stimulus scorpii. 2) coena seu convivium quoddam Laconicum.

κοπιώδης, ες, id. q. κοπώδης.

κόπος, ου, ὁ, (κόπτω) labor. 2) negotium, molestia. 3) lassitudo, defatigatio e labore.

κοπόω, f. ώσω, lasso, fatigo.

κόππα, τό, indecl. litera antiqua alphabeti Graeci, ϙ, significans nonaginta. Comparari potest cum ק Hebraeorum et Q Romanorum.

κοππατίας, ου, ὁ, equus τῷ κόππα insignitus.

κοππαφόρος, (φέρω) idem.

κοπραγωγός, όν, (κόπρος, ἄγω) fimum vehens. κοπραγωγέω, stercus egero, vel ingero, stercoro.

κόπρανον, ου, τό, (κόπρος) stercus.

κοπρέας, ου, ὁ, i. q. κοπρίας.

κόπρειος, α, ον, i. q. κόπριος.

κοπρεύω, i. q. κοπρέω, κοπρίζω.

κοπρέω, f. ήσω, stercoro.

κοπρία, ας, ἡ, stercus. 2) sterquilinium, fimetum.

κοπρίαι, οἱ, parasiti vilissimi, scurrae, qui deridiculi gratia vana multa de se jactabant et pollicebantur, Copriae: in Suetonii Claudio. v. κοπρολόγος.

κοπρίζω, f. ίσω, stercoro, fimo saturo.
κοπρικός, ή, όν, stercoreus, stercorosus, stercoratorius.
κόπρινος, ίνη, ινον, stercoreus.
κόπριον, ου, τό, stercus, fimus.
κόπριος, ία, ιον, stercoreus. 2) vilis, abjectus. 3) i. q. κοπρολόγος n. 3.
κόπρισις, εως, ή, (κοπρίζω) stercoratio.
κοπρισμός, οῦ, ὁ, stercoratio.
κοπριώδης, ες, (κόπριος) stercorosus.
κοπριών, ῶνος, ὁ, scarabaeus, stercoreas pilas provolvens. Ab eod.
κοπροβολεῖον, τό, (βάλλω) locus, in quem stercora et purgamenta conjiciuntur.
κοπροδοχεῖον, ου, τό, (δέχομαι) sterquilinium, cloaca.
κοπροθέσιον, τό, (τίθημι) i. q. κοπροβολεῖον.
κοπρολογέω, fimum colligo. A seq.
κοπρολόγος, ον, (λέγω) qui stercora colligit 2) valde sordidus. 3) jactabundus, qui multa ac magna promittit, et mira de se praedicat; ut rhetores, sycophantae, rabulae, scurrae.
κόπρος, ου, ή, stercus, fimus, lutum, coenum, pulvis. 2) stabulum pecoris, Il. 18, 575. Od. 10, 411. Apud *seriores* etiam ὁ κόπρος et τὸ κόπρον,
κοπροφαγέω, (φαγεῖν) stercus comedo.
κοπροφορέω, f. ήσω, stercus fero, stercus ingero. A seq.
κοπροφόρος, ον, (φέρω) qui stercora fert, stercora ingerens, stercoreus.
κοπρόω, (κόπρος) stercoro. Eustath.
κοπρώδης, ες, stercorosus.
κοπρών, ῶνος, ὁ, sterquilinium, fimetum, locus, ubi stercus colligitur.
κοπρώνης, ου, ὁ, quasi sterquilinarius, homo ultimae sortis. (Aut potius si ab ὠνεῖσθαι repetatur, quod faciendum videtur, erit, qui a republica jus redemit, stercora e semitis colligendi). A praec.
κοπρώνυμος, ον, (ὄνομα) a stercore nomen habens.
κόπρωσις, εως, ή, (κοπρόω) stercoratio.
κοπτάριον, ου, τό, (κόπτω) placentula e materia contusa. 2) pharmacum placentulae formam habens.
κόπτη, ή, prasum marinum. Athen.
κοπτή, ῆς, ή, copta, placenta.
κοπτόν, τό, i. q. κοπτή.
κοπτοπλακοῦς, οῦντος, ὁ, (πλακοῦς) i. q. κοπτή.
κοπτός, ή, όν, contusus. A seq.
κόπτω, f. ψω, scindo, seco, findo: amputo, succido, caedo: vulnero, saucio: caedo, percutio, ferio: impello, pulso: cudo: tundo: obtundo; succutio: praecido. κόπτομαι, plango, i. e. pectus manu percutio, caedor etc.
κοπώδης, ες, (κόπος) laboriosus. 2) molestus, lassitudinem afferens: epith. morborum. 3) lassus, fessus, lassatus.
κόπωσις, εως, ή, (κοπόω) labor, molestia, fatigatio, lassitudo.
κοράκειος, εία, ειον, (κόραξ) coraci similis. (ᾰ)
κορακεύομαι, i. q. κοράττω, Hesych.
κορακεύς, έως, ὁ, piscis species.
κορακίας, ου, ὁ, corvinus, corvo similis. 2) graculus.
κορακίδιον, τό, *Dim.* a κόραξ.
κορακινίδιον, ου, τό, (κορακῖνος) parvus coracinus.
κοράκινος, ίνη, ινον, (κόραξ) corvinus. (ᾰ)
κορακῖνος, ου, ὁ, coracinus, piscis quidam. 2) corvus juvenis, Ar. Eq. 1059.
κοράκιον, ου, τό, corvus parvus. 2) malleus, quo fores pulsantur. 3) species fici, a coracino colore. Dimin. a κόραξ. (ᾰ)
κορακίσκος, ου, ὁ, parvus corvus. Dim. a κόραξ.
κορακοειδής, ές, (εἶδος) corvi speciem habens.
κορακώδης, ες, (κόραξ) corvinus, corvini generis.
κοραλλίζω, coralli more rubeo. A seq.
κοράλλιον, *Ion.* κουράλιον, ου, τό, corallium, corallum, curalium, lapis marinus rubens.
κοραλλιοπλάστης, ου, ὁ, qui e corallio fingit figuras etc. (vel simpliciter, qui κουράλλια, pupas, opera sigillaria, cera aliave materia, efficit. v. κοροπλάθος).
κόραξ, ακος, ὁ, corvus. 2) signum caeleste. 3) nomen piscis. 4) machina bellica, genus unci, ad usus bellicos. 5) malleus, quo fores pulsantur. 6) rostrum gallinaceum. Eustath. 7) genus supplicii. 8) nomen pastilli. 9) repagulum.
κοραξός, ή, όν, ejusdem cum corvis coloris, coracini s. corvini coloris, niger.
κοράσιον, ου, τό, (κόρη) pupa, puella, puellula. (◡-◡◡)
κορασιώδης, ες, puellaris. A pr.
κόραξος vel κοραξός, ὁ, piscis quidam.
κορασίδιον, τό, i. q. κοράσιον.
κοράττω, f. ξω, (κόραξ) ago more corvino, aut corvis assimulor. 2) improbe, cupide flagito. Suid. Hesyc.
κορδακίζω, f. ίσω, (κόρδαξ) cordacem salto.
κορδακικός, ή, όν, cordacicus, cordaci conveniens.
κορδακισμός, οῦ, ὁ, (κορδακίζω) cordacis saltatio.
κόρδαξ, ᾱκος, ή, cordax, genus saltationis comicae et lascivioris.
κορδίνημα, ατος, τό, capitis gravedo: scribitur et σκορδίνημα. (-◡◡)
κορδύλη, ης, ή, clava, fustis. 2) involucrum capitis. 3) vilissimus pisciculus quidam, qui et κορδύλος. 4) fetus thynni. (ῡ?)
κορεία, ή, (κορέννυμι) saturitas.
κορεία, ή, (κορέω) verrendi actio.
κορεία, ή, (κόρη, κορεύομαι) virginitas.
κόρειος, α, ον, (κόρη) ad virginem pertinens. τὰ Κόρεια s. Κορεῖα, *scil.* ἱερά, sacrificium in honorem Proserpinae.
κορέννυμι, f. κορέσω, *Ion.* κορέω, perf. pass. κεκόρεσμαι, *Jon.* κεκόρημαι, satio, saturo, τινά τινι. Med. saturor, ad satietatem pervenio, *c. gen.* σίτου, σίτου, vel *c. part.* κλαίουσα κορέσσατο, Od. 4. 541.
κορεύομαι, (κόρη) virgo sum, in virginitate dego.
κορέσκω, *poet.* p. κορέννυμι, Nic.
κορεστός, ή, όν, satiabilis, qui satiari potest.
κόρευμα, ατος, τό, virginitas. A seq.
κορέω, fut. Ion. p. κορέννυμι.
κορέω, f. ήσω, (κόρος) verro, purgo, et hinc orno: curo, i. q. ἐπιμελοῦμαι.
κόρη, ης, ή, *Jon.* et *Hom.* κούρη, *Dor.* κόρα, proprie fem. a κόρος, pupa, puella, juvencula, virgo, filia, puella nupta. 2) Proserpina. 3) pupa, ex cera argillave ficta, plangunculа, imaguncula, qua puellae ludunt. 4) pupilla, nigricans pars oculi.
κόρηθρον, ου, τό, (κορέω) scopae, scopulae.
κόρημα, ατος, τό, purgamentum.
κορθύλη, ή, i. q. κόρθυς. (ῡ?)
κορθύλος, ὁ, (κόρθυς) avis, quae et βασιλίσκος. (ῡ.)
κορθύνω, i. q. κορθύω, Hes. Th. 853. (ῡ)
κόρθυς, υος, ή, acervus manipulorum frumenti. ap. Theocr. 10. 47. 2) agger, tumulus. Hesych. Suid.
κορθύω, (κόρθυς) in acervum colligo, coacervo. κορθύεται, attollitur, intumescit. (ῡ)
κορίαννον, vel κορίανον, ου, τό, coriandrum. 2) annulus, qui in indice digito gestatur.
κορίδιον, ου, τό, puellula, pupa, Dim. a κόρη.
κορίζομαι, f. ίσομαι, (κόρη, κόριον) blandior, blande compello. v. ὑποκορίζομαι.
κορικός, ή, όν, (κόρη) puellaris, virginalis. 2) delicatus, mollis.
κορικῶς, *adv.* puellariter, virginum more.
Κορινθιάζειν, (Κορίνθιος) scortari, lenonem agere. Hesych.
Κορινθιουργής, ές, (ἔργον), Corinthio opifice, it. aere Corinthiaco factus.
Κορίνθιος, ία, ιον, (Κόρινθος) Corinthius.
Κορινθίως, *adv.* more Corinthiaco.
Κόρινθος, ου, ή, Corinthus, urbs in Isthmo Achaico.
κοριοειδής, ές, (κόρη) puellae, pupulae similis. 2) (κόριον) coriandro similis.
κόριον, τό, Dimin. a κόρη, puellula, pupula. τὰ Κόρια, sacra Proserpinae.
κόριον, τό, i. q. κορίαννον.
κόρις, ιος, Att. εως, ὁ, cimex. nom. plur. κόρεις, Ar. apud seriores ή κορίς, gen. ίδος, v. Lobeck. Phryn. p. 308. 2) herbae seu fruticis nomen, qui alias hypericon nominatur.
κορίσκη, ης, ή, puella, puellula, pupa, Dim. a κόρη.
κορίσκιον, ου, τό, idem et Dim. ab eod.
κορίσκω, ap. Hippocr. pro κορέσκω, κορέω, satio, repleo.
κοριώδης, ες, (κόρη) puellaris.
κορκορυγέω, f. ήσω, strepo, crepo, murmuro, de ventre. A seq.
κορκορυγή, ῆς, ή, intestinorum tumultus ac strepitus. 2) strepitus quivis.
κορκορυγμός, οῦ, ὁ, idem et ab eod.
κόρμα, τό, i. q. κοῦρμι.
κορμάζειν, (κορμός) truncare, putare. 2) circumligare. Hesych.
κορμηδόν, *adv.* (κορμός) trunci modo.
κορμίας, ου, ὁ, (κορμός) homo compactus et quadratus.
κορμός, οῦ, ὁ, et Aeolice κορπός, (unde Latinum corpus, quod proprie truncum significat) truncus, (inpr. corporis) caudex, stipes.
κορνοπίων, cognomentum Herculis, quod a fugatis locustis accepit. A seq.
κόρνοψ, οπος, ὁ, locusta.
κορόσιφος, ον, (κόρη, σιφλόω) virginum corruptor.
κοροκόσμιον, ου, τό, (κόσμος) puellarum s. virginum ornamentum.
κοροκότας, ὁ, ap. Dion. Cass. v. κροκότας.
κοροπλάθος, ον, (πλάσσω) qui pupas fingit. v. κοραλλιοπλάστης.
κοροπλάστης, ου, ὁ, idem et ex iisd.
κόρος, ου, ὁ, satietas, fastidium. 2) fastus, arrogantia, superbia e nimia rerum bonarum lautarumque copia.
κόρος, ου, ὁ, puer, juvenculus, filius. Alias et κοῦρος. 2) germen novellum.
κόρος, ου, ὁ, corus; nomen mensurae

aridorum, continentis modios triginta.

κόρος, ου, ὁ, (κορέω) scopae, verriculum.

κόῤῥη, ἡ, *Jon.* et *Hom.* κόρση, *Dor.* κόῤῥα, pars capitis, tempora: maxilla, gena, bucca, mala, ἐπὶ κόῤῥης s. κατὰ κόῤῥης πατάσσειν, παίειν, πὺξ ἐλαύνειν, alapam alicui infligere. 2) caput ipsum, poet. 3) crinis.

κορσεῖον, τό, vel κόρσιον, κόρσιον, i. q. κόῤῥη, κόρση.

κόρση, ἡ, *Jon.* et *Ep.* p. κόῤῥη.

κόρσης, ου, ὁ, (κείρω) qui barbam sibi primum rasit.

κόρσιον, τό, (κόρση) radix loti.

κορσόω, (κόρση) tondeo, rado.

κορσωτεύς, έως, ὁ, tonsor. A pr.

κορσωτήρ, ῆρος, ὁ, idem et ab eod.

κορσωτήριον, ου, τό, tonstrina. A pr.

κορσωτός, ή, όν, tonsus.

Κορυβαντιασμός, οῦ, ὁ, orgia, bacchatio it. expiatio Corybantum ritu facta. A seq.

Κορυβαντιάω, f. άσω, (Κορύβας) Corybantes imitor entheo incessu, insanio. Proprie de aegrotis, qui tibiarum sonum sibi audire visi, furiis quasi agitabantur et vexabantur insomniis.

Κορυβαντίζω, f. ίσω, Corybantum sacris initio.

Κορυβαντικός, ή, όν, Corybantius. 2) Corybanti proprius.

Κορυβάντιον, ου, τό, vide Κορυβαντιασμός.

Κορυβαντώδης, ες, (Κορυβαντιάω) Corybantius, similis Corybantum motibus, gestibus.

Κορύβας, αντος, ὁ, Κορύβαντες, Corybantes, sacerdotes Deae Phrigiae, Rheae, Cybeles. (ῠ) *fem.* Κορυβαντίς, ίδος.

κορυδαλλίς, ίδος, ἡ, (κορυδός) galerita, genus alaudae.

κορυδαλός, et κορυδαλλός, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

κορυδός, οῦ, ὁ, (κόρυς) galerita, alauda cristata.

κόρυζα, ης, ἡ, gravedo, humoris crudi e capite destillatio, morbus cerebri. 2) mucus narium, pituita. 3) stoliditas, stupor, stultitia et vanitas inanis. it. tumor et superbia.

κορυζάω, f. ήσω, gravedine laboro, muco plenus sum. 2) stupeo, insanio. 3) emungo aliquem, et quidem cum damno ipsius.

κορύζω, idem. Polyb. Hesych.

κορυθάϊξ, κος, ὁ, (κόρυς, ἀΐσσω) galeam movens, cui galea inter ambulandum attollitur, et quasi subsilit, nutat: brevi, bellator. (⏑ ⏑ – –, gen. ⏑ ⏑ – – ⏑)

κορυθαίολος, vel κορυθαιόλος, ον, (κόρυς, αἰόλλω) qui habet galeam variegatam, cristatus, aut qui galeam inter dimicandum variis modis partes in omnes agitat: armatus, agilis, celer ad pugnam, bellicosus.

κορύθιον, ου, τό, galeola, Dimin. a κόρυς. (ῠ)

κορύμβη, ἡ, i. q. κόρυμβος.

κορυμβήθρα, ας, ἡ, (κόρυμβος) hedera, corymbos ferens.

κορυμβηλός, ὁ, i. q. κορυμβίας.

κορυμβίας, ου, ὁ, κιττός, hederae species: cujus racemi in orbem sunt contorti.

κόρυμβος, ου, ὁ, plur. τὰ κόρυμβα, it. ἡ κορύμβη, (κόρυς) quicquid excelsum est vel eminens. Hinc caput, cacumen montis, mons: aplustria navium: coma ita structa, ut a fronte supra caput attollatur; corymbus, bacca: ramus, racemus.

κορυμβοφόρος, ον, (φέρω) corymbos ferens.

κορυμβόω, κόμην, comam ita struo, ut a fronte supra caput se attollat.

κορυνάω, instar clavae fastigium habeo, fastigor, et velut thyrsum erigo, (⏑ ⏓ ⏑ –) A seq.

κορύνη, ης, ἡ, clava, virga capitata. 2) ensis, gladius. 3) metaph. pro asini veretro, Nicand. 4) κορύνη βλαστοῦ, genicula tum incrementum et cacuminum articulatio in germinatione arborum. 5) κορύναι, articuli humeri summi nec non cubiti, capitulata seu capitata ossa in humeri cubitique articulatione, ap. Pollucem. 6) idem quod πόσθη. (⏑ ⏓ ⏑)

κορύνησις, εως, ἡ, germinatio. Athen. (⏑ ⏓ – ⏑) A pr.

κορυνήτης, ου, ὁ, qui clava utitur in pugna, clavator.

κορυνηφόρος, ου, ὁ, (φέρω) claviger, clavator. (υ producitur et corripitur.)

κορυνιάω, i. q. κορυνάω, Hes. sc. 289. (υ produc. et corrip.)

κορυνόεις, όεσσα, όεν, (κορύνη) clavae formam habens, in clavae modum cuneatus, fastigatus, capitatus. (υ anceps)

κορυνίτης, ου, ὁ, fem. κορυνῖτις, ἡ, clavae similis, clavae formam habens. (⏑ ⏓ – –)

κορυνώδης, ες, (κορύνη) in clavae modum cuneatus. (⏑ ⏓ – –)

κορυπτιάω, (κορύπτω) cornibus ferio.

κορυπτίλος, ὁ, qui cornibus ferit, petulcus, cornupeta, Theocr. 5, 147. ubi alii legunt κορυττίλος. (ῐ)

κορύπτω, f. ψω, cornibus peto, cornibus ferio, arieto. 2) caput jacto saltando.

κόρυς, υθος, ἡ, galea, cassis. 2) caput. 3) galerita, alaudae genus.

κορύσσω, aor. med. ἐκορυσσάμην et ἐκορυξάμην, perf. pass. κεκόρυθμαι, (κόρυς) galea armo, inde omnino armo, instruo. Pass. et Med. armo me, arma capio: ad pugnam insurgo, pugno. 2) incito. Pass. impetu feror, furo. 3) caput tollo, cornibus peto.

κορυστής, οῦ, ὁ, armatus miles, bellator. A pr.

κορυστός, ή, όν, (κορύσσω) sublatus, elatus.

κορυττίλος, ὁ, v. κορυπτίλος. (ῐ)

κορυφαγενής, ές, (κορυφή, γίγνομαι) e capite natus.

κορυφαία, ας, ἡ, (κορυφή) pars habenae summum caput equi cingens. scil. ἡνία.

κορυφαῖον, ου, τό, pars retis, summus funis retis. sc. ἀμφίβληστρον. A seq.

κορυφαῖος, αία, αῖον, (κορυφή) verticalis, in vertice positus. 2) supremum locum obtinens, supremus, cujusque ordinis caput et princeps, praecipuus. 3) praesul, praecentor, dicitur etiam κατάρχων et χοροστάτης. - Reperitur etiam Superlativus, apud Plutarch. Joseph. non apud antiquiores.

κορυφάς, άδος, ὁ, orarum contractio ad umbilicum. Hippocr.

κορυφή, ῆς, ἡ, vertex capitis. 2) cacumen, fastigium, vertex cujusvis rei. 3) summa, caput. 4) ornamentum quoddam muliebre capitis. 5) digiti extremitas interna. 6) pars ossis versus anum inclinans.

κορυφιστήρ, ῆρος, ὁ, et κορυφιστής, οῦ, ὁ, pars ornamenti muliebris, sc. τῆς κορυφῆς, vel τοῦ κεκρυφάλου. A praec. n. 4.

κόρυφος, ὁ, avis quaedam.

κορυφόω, ώσω, (κορυφή) in verticem attollo, fastigo, consummo. κορυφοῦμαι, in verticem attollor, fastigor, consummor. dicitur et de mari commoto ventis. A pr.

κορύφωσις, ἡ, fastigatio. (ῠ)

κόρχορος, ου, ὁ, olus quoddam vile silvestre. 2) piscis quidam.

κορωνεκάβη, ἡ, mulier vetustissima, a κορώνη et Ἑκάβη, Anthol. (ᾰ)

κορωνέως, ω, ficus, cujus fructus coracino colore sunt.

κορώνη, ης, ἡ, cornix. 2) malleus ferreus, quo fores pulsantur. 3) annulus, quo fores attrahuntur, marculus januae. 4) summitas in curvamine arcus, curvatura in arcu, ubi alligatur utrinque nervus. 5) inflexum s. curvitas in puppi navis. 6) apex ligni inter utrumque bovem in aratro protensi. 7) quaevis summitas. 8) corona.

κορωνιάω, cervicem vel cornua effero. 2) incurvus et lunatus sum. 3) ap. Polyb. interpretantur contendo, obtrecto. A pr.

κορωνιδεύς, έως, ὁ, (κορώνη) cornicis pullus.

• κορωνίζω, f. ίσω, more cornicis stipem colligo, ut solebant circulatores quidam, cornicem praeferentes, stipemque ei corrogabant, cantilenam quandam canentes. Ab eod.

κορώνιες, ων, incurva et lunata habens cornua. Hesych.

κορωνίς, ίδος, ἡ, (κορωνός) epith. navis, vel nigrae, vel cujus puppis inflexa. 2) summitas cornuum in bubus inflexa. 3) nota grammaticorum appingi solita ad denotandum finem partis alicujus, velut scenae in fabulis scenicis. 4) fastigium, summitas, apex alicujus rei. 5) id quod ultimum aedificio imponitur.

κορώνισμα, ατος, τό, carmen τῶν κορωνιζόντων.

κορωνιστής, οῦ, ὁ, circulator κορωνίζων.

κορωνοβόλον, τό, sc. ὄργανον, (κορώνη, βάλλω) instrumentum ad cornices petendas accommodatum.

κορωνοπόδιον, τό, Dimin. a seq.

κορωνόπους, οδος, ὁ, pes cornicis, herba quaedam.

κορωνός, ή, όν, curvatus, βοῦς, curva cornua habens, Archil. fr. 8. Etymologus interpretatur γαῦρος, ὑψαύχην, i. e. elatus, cervicem efferens.

κοσκινεύω, f. εύσω, (κόσκινον) cribro.

κοσκινηδόν, adv. in modum cribri.

κοσκινίζω, f. ίσω, cribro.

κοσκίνιον, ου, τό, cribellum. Dim. a κόσκινον. (ῐ)

κοσκινόγυρος, ου, ὁ, (γῦρος) circulus ligneus ambiens cribrum.

κοσκινοειδής, ές, cribro similis.

κοσκινόμαντις, εος, Att. εως, ὁ et ἡ, e cribro divinans. Hinc κοσκινομαντεία et κοσκινομαντική, ἡ, ars divinandi e cribro.

κόσκινον, ου, τό, cribrum.

κοσκινοποιός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, (ποιέω) qui cribra conficit, cribrifex, cribrarius.

κοσκινοπώλης, ου, ὁ, cribrorum venditor.

κοσκυλμάτια, ων, τά, minuta rerum, ut corii praesegmina, quae abjici solent.

κοσμαγός, ὁ, (κόσμος, ἡγέομαι) ductor s. rector mundi.

κοσμάριον, ου, τό, (parvum) ornamentum, inpr. exquisitius, ut annuli, torques etc. Dimin. a κόσμος.

κοσμέω, f. ήσω, inconditam rerum con-

geriem in ordinem redigo, ordino, digero, dispono. 2) orno, honesto, condecoro. 3) adorno, instruo, apparo. 4) rego, guberno, fungor magistratu, οἱ κοσμοῦντες, magistratus. Aristot. v. κοσμητής et κοσμήτωρ.

κόσμηθεν, Aeol. pro ἐκοσμήθησαν, Il. 3, 1.

κόσμημα, ατος, τό, ornamentum, insigne.

κόσμησις, εως, ἡ, ornatio, exornatio.

κοσμήτειρα, ἡ, fem. a κοσμητής, ornatrix.

κοσμητήρ, ῆρος, ὁ, et κοσμήτης, ου, ὁ, (κοσμέω) ordinator. 2) ornator, cinitlo. 3) moderator.

κοσμητικός, ή, όν, exornandi peritus. A praec.

κοσμητός, ή, όν, (κοσμέω) exornatus, excultus. 2) ordinatus, digestus

κοσμήτρια, ἡ, fem. a κοσμητήρ.

κόσμητρον, ου, τό, instrumentum, quo in ornando, verrendo utimur, scopae.

κοσμήτωρ, ορος, ὁ, i. q. κοσμητήρ, inpr. qui aciem instruit.

κοσμιαῖος, αία, αῖον, (κόσμος) mundum magnitudine aequans.

κοσμικός, ή, όν, (κόσμος) mundanus, rebus humanis deditus. 2) saecularis, qui extra clerum est. 3) externus, visibilis, caducus.

κόσμιον, ου, τό, ornamentum exquisitius, deliciae. Ab eod.

κόσμιος, ία, ιον, vel κόσμιος, ον, qui est moribus compositis, moderatus, modestus, in neutram partem conspicuus. Hinc τὸ κόσμιον, ου, modestia, et οἱ κόσμιοι, elegantiores homines. 2) i. q. κοσμικός.

κοσμιότης, ητος, ἡ, modestia, honestas, decorum, pudor. A pr.

κοσμιώδης, ες, modestus, elegans. dub.

κοσμίως, adv. moderate, modeste, decenter. 2) ordine, rite.

κοσμογένεια, vel κοσμογονία, ας, ἡ, mundi generatio, creatio, origo. dub.

κοσμογονία, ας, ἡ, (γόνος) origo mundi, qualis vel a philosophis fingitur, vel a Mose traditur.

κοσμογραφία, ας, ἡ, descriptio mundi. A seq.

κοσμογράφος, ον, (γράφω) qui mundum describit.

κοσμοδιοικητικός, ή, όν, (διοικέω) mundum gubernans, ad administrationem mundi pertinens.

κοσμόκομης, ου, ὁ, (κοσμέω, κόμη)

κοσμοκράτωρ, ορος, ὁ, (κρατέω) mundi imperium obtinens. 2) rex, et quilibet magistratus. 3) princeps improborum hominum; in N. T. (ᾰ)

κοσμολέτης, ου, ὁ, (ὄλλυμι) vastator s. destructor mundi.

κοσμολογία, ας, ἡ, (λόγος) disputatio de mundo, ejus origine, natura.

κοσμολογικός, ή, όν, ad doctrinam de mundo pertinens. A pr.

κοσμοπάτωρ, τρός, ὁ, mundi pater.

κοσμοπλάστης, ου, ὁ, (πλάσσω) mundi fictor, mundi creator.

κοσμοπλόκος, ον, (πλέκω) ornans mundum. Epith. Apollinis, s. solis.

κοσμοποιέω, f. ήσω, mundum architector et construo, mundum condo, molior.

κοσμοποιΐα, ας, ἡ, mundi fabricatio, s. creatio. A seq.

κοσμοποιός, όν, (ποιέω) mundum creans. 2) ordinem instituens.

κοσμόπολις, ὁ, nomen magistratus, ap. Polyb. v. κοσμεῖν et κόσμος.

κοσμοπολίτης, ου, ὁ, mundi civis, incola mundi. Diog. Laert., Philo. (ῑ)

κοσμοπρεπής, ές, (πρέπω) mundum decens, rerum universitati conveniens.

κόσμος, ου, ὁ, ordo. 2) modus et ratio. 3) disciplina. 4) ornatus, ornamentum, mundus muliebris. 5) decus, laus. 6) magistratus. 7) Philosophi sic instituerunt vocare totam compagem rerum omnium, ob ordinis pulcritudinem: unde et latini philosophi mundum vocavere: imprimisque caelum, h. e. sidera. v. κοσμέω n. 1. In sacris etiam significat 8) homines universos. 9) homines impios. 10) magnam hominum multitudinem. 11) orbis terrarum divitias.

κοσμοσάνδᾰλον, ου, τό, planta bellum florem edens, ap. Athen.

κοσμοσωτήριος, ον, mundo salutaris, Eccl.

κοσμοτόκος, ον, (τίκτω) mundum pariens.

κοσμοτρόφος, ον, (τρέφω) mundum nutriens.

κοσμουργέω, mundum creo, fabricor.

κοσμουργία, ας, ἡ, mundi opificium. A seq.

κοσμουργός, οῦ, ὁ, (ἔργον) mundi opifex, conditor.

κοσμοφθόρος, ου, ὁ, (φθείρω) mundi vastator.

κοσμώ, οῦς, ἡ, sacerdos Minervae Athenis.

κόσσος, κόσση, κόσσον, Ion. et Aeol. p. πόσος.

κόσσᾰβος, ὁ, *Ion.* p. κότταβος.

κοσσίζομαι, alapam infligo. A seq.

κόσσος, ου, ὁ, colaphus, alapa.

κοσσοτραπεζος, ου, ὁ, (E praec. et τράπεζα) parasitus vilis, coprea.

κοσσύμβη, ἡ, v. κοσύμβη.

κοσσυφίζω, merulae in modum cano.

κόσσῠφος, *Att.* κόττῠφος, vel κότυφος, ου, ὁ, merula, piscis et avis.

κοσταὶ vel κόσται Hesych. sunt κριθαί, hordeum.

κοστάριον, ου, τό, locus ubi costus crescit. A seq.

κόστος, ου, ὁ, costus, planta aromatica.

κοσύμβη, vel κοσσύμβη, ης, ἡ, crinium nodus. 2) capitis redimiculum. 3) tunica fimbriata. 4) fibula, vel vinculum.

κόσυμβος, vel κόσσυμβος, ου, ὁ, idem.

κοσυμβόω, fimbria orno.

κοσυμβωτός, οῦ, ὁ, fimbriatus, striatus, nodatus, nodis substrictus. Epith. tunicae. A pr.

κοταίνω, i. q. κοτέω.

κοτεινός, ή, όν, iratus.

κοτέω, (κότος) irascor, simultates exerceo: invideo, *c. dat. pers.* Praeter praes. *act.* Homerus habet *Med.* impf. κοτέοντο, fut. κοτέσσεται, aor. κοτέσσατο, cum part. κοτεσσάμενος. Part. perf. κεκοτηώς, κεκοτηότι θυμῷ, irato animo.

κοτήεις, ήεσσα, ῆεν, (κοτέω) iratus.

κοτῑνάς, άδος, ἡ, (κότινος) ut κοτινὰς ἐλαία, olea oleastro inserta. 2) bacca oleastri.

κοτῑνηφόρος, ον, (φέρω) oleastrum ferens.

κότῑνος, ου, ὁ, ἡ, oleaster. oliva silvatica. 2) corona ex oleastro. 3) acinus.

κοτῑνοτρώγος, ον, (τρώγω) baccam oleastri comedens. (ᾰ)

κοτίς, ίδος, ἡ, occiput, vertex capitis; nervus cervicis, cerebellum, Hippocr. cf κόττα.

κότος, ου, ὁ, ira vetus, simultas, invidia.

κόττα vel κόττη, ἡ, vel κόττος, ὁ, et κοττίς, ίδος, ἡ, item κοτίς. Dor. caput.

κοττᾰβεῖον, ου, τό, (κότταβος) praemium, quod ei dabatur, qui cottabo vicisset. 2) pelvis, in quam id, quod a potu in poculo reliquum erat, ita effundebatur, ut resonaret.

κοττᾰβίζω, f. ίσω, cottabo ludo, vel certo. 2) vomo, evomo. Ab eod.

κωδάριον, ου, τό, Dim. a κώδιον, signif. lecythum, vel sacculum coriaceum.

κώδεια, vel κωδία, ας, ἡ, caput nominatim papaveris. 2) globulus.

κωδη, ἡ, i. q. κώδεια, caput papaveris, A. B.

κωδία, ἡ, i. q. κώδεια.

κωδιξ, ἡ, i. q. κώδη, Etym. M.

κώδιον, ου, τό, pellis, vellus ovium, Dim. a κῶας, κῶς.

κωδιοφόρος, ον, (φέρω) pellem gestans, pellitus.

κωδύα, ἡ, i. q. κώδεια, item κώδυον, τό, Lobeck. Phryn. p. 392.

κώδων, ωνος, ὁ, Att. ἡ, (κώδη) instrumentum, quo sonus editur, tintinnabulum, nola. 2) metaph. homo garrulus. 3) tubae orificium in extremo habens speciem campanulae. 4) tuba ipsa. 5) i. q. κώδεια.

κωδωνίζω, f. ίσω, tinnio, tintinnabulum s. nolam pulso. 2) tintinnabulo exploro scil. equum, an possit ferre sonum tubae et turbae bellicae. 3) vasa figulina exploro. 4) simpliciter, exploro. A pr.

κωδωνόκροτος, ον, (κρότος) tinniens. 2) fastuosus, magniloquus.

κωδωνοφαλαρόπωλος, ον, qui nolas s. tintinnabula equorum phaleris adjicit. Vox Aristophanea, Ran. 963.

κωδωνοφορέω, tintinnabulum, nolam circumfero, vigilias exploro. A seq.

κωδωνοφόρος, ον, tintinnabulum, nolam, circumferens. 2) vigiliarum explorator.

κῶεα, κώεσι, vide κῶας.

κωθάριον, τό, Dim. a κῶθος.

κῶθος, ὁ, *Siculis* i. q. κωβιός.

κώθων, ωνος, ὁ, cothon, genus poculi Laconici et militaris, ejusdemque capacioris. 2) compotatio largior et immoderatior. 3) i. q. κῶθος.

κωθωνίζω, f. ίσω, et ομαι, (κώθων) largius et intemperantius poto.

κωθωνία, ης, ἡ, (κώθων) larga compotatio, Aretaeus.

κωθώνιον, τό, Dim. a κώθων.

κωθωνισμός, οῦ, ὁ, (κωθωνίζω) largior potatio.

κωθωνιστήριον, ου, τό, locus compotationibus destinatus. Ab eod.

Κῷος, ῴα, ῷον, contr. Κῶος, Cous, qui est ex insula Co. τὸ Κῷον, vestis tenuissima.

κωκάλια, τά, animalia communi hoc nomine dicuntur, quae testa teguntur, ut conchylia. Arist. h. a. 4, 4. nisi legendum κοκκάλια.

κώκυμα, ατος, τό, (κωκύω) fletus, ejulatus.

κωκυτός, οῦ, ὁ, idem.

Κωκυτός, ὁ, Cocytus, fluvius infernalis.

κωκύω, f. ύσω, fleo, ploro, lamentor, ejulo, Hom. 2) trans. deploro. (υ Homerus ante vocalem corripit, ante consonantem producit; seriores etiam ante vocalem longam producunt.)

κωλακρέται, ῶν, οἱ, proprie, diribitores carnium e victimis reliquarum inter sacerdotes. (A κῶλον n. 5. vel κωλῆ, et ἀγείρω.) 2) quaestor pecuniae judicialis, et in victimas consumendae. cf. Ruhnk Tim. p. 171. Boeckh. oecon. publ. Athen. I. p. 186.

κωλακρετέω, sum κωλακρέτης. vide κωλακρέται.

κωλάριον, ου, τό, parvum colon. Dim. a κῶλον.

κωλεά, ἡ, it. κωλέα et κωλία, vide κωλῆ.

κωλεός, ὁ, i. q. κωλεά, κωλῆ, κωλῆν.

κωλῆ, ἡ, contr. e κωλεά vel κωλέα, (κῶλον) perna, petaso, carnosa pars circa coxendicem, inpr. perna suilla, Xen. ven. 5, 30. Idem significant κωλεός, κωλέα, κωλῆν, ejusdem originis est κώληψ. 2) penis, qui et Lat. colis, s. coles, Ar. Nub. 989. 1013.

κωλῆν, ῆνος, ὁ, i. q. κωλῆ. 2) os lacerti coxendicis, Aristot.

κωλήνιον, τό, et

κωλήφιον, τό; Dim. a κώληψ.

κώληψ, ηκος, ἡ, (κῶλον, κωλῆ) flexus poplitis, Il. 23, 726. Alibi explicatur talus vel pera vel perna.

κωλία, ἡ, i. q. κωλῆ.

Κωλιάς, άδος, ἡ, sc. ἄκρα, promontorium Atticae cum templo Veneris, quae et ipsa Κωλιάδος nomine invocabatur a meretricibus. 2) festum Cereris in promontorio Coliade quotannis celebrari solitum. 3) argilla, quae in eodem promontorio inveniebatur.

κωλικεύομαι, coli dolore laboro.

κωλικός, ή, όν, (κῶλον) colicus, coli dolorem habens.

κωλοβαθρίζω, (κωλόβαθρον) grallis incedo.

κωλοβαθριστής, οῦ, ὁ, qui grallis incedit.

κωλόβαθρον, τό, (κῶλον, βάθρον) i. q. καλόβαθρον, gralla.

κωλοειδής, ές, (εἶδος) membri speciem habens, membro similis.

κῶλον, ου, τό, membrum, ut pes, lacertus, crus. 2) pars orationis supra tria verba habens. 3) intestinum crassum. 4) alvus. 5) partes majores victimarum, ut τραχήλια minores. 6) κῶλα, corpora, Paulus.

κωλοτομέω, f. ήσω, (τέμνω) membra incido, membris trunco.

κώλυμα, ατος, τό, (κωλύω) impedimentum. 2) munimentum.

κωλυμάτιον, τό, Dim. a κώλυμα: in rebus bellicis i. q. χελωνάριον.

κωλύμη, ης, ἡ, impedimentum. Thucyd. (ῡ)

κωλυσάνεμος, et ἄνεμος, ου, ὁ, ventos arcens.

κωλυσίδειπνος, ον, coenam impediens.

κωλυσίδρομος, ον, cursum impediens; de podagra. ap. Lucian.

κωλυσιεργέω, f. ήσω, (ἔργον) impedio, impedire tento. it. κωλυσιουργέω.

κωλυσιεργία, ας, ἡ, operis impedimentum.

κώλυσις, εως, ἡ, (κωλύω) impeditio, remora. 2) impedimentum, obstaculum.

κωλυτέον, adj. verb. a κωλύω, prohibendum est.

κωλυτήρ, ῆρος, ὁ, (κωλύω) qui impedit.

κωλυτήριος, ία, ιον, (κωλυτήρ) impediendi, coercendi, averruncandi, vim habens. Subst. τὸ κωλυτήριον, impedimentum, remora, τὰ κωλυτήρια, averruncatoria sacra.

κωλυτής, οῦ, ὁ, (κωλύω) qui impedit.

κωλυτικός, ή, όν, vim habens impediendi, prohibitorius. A praec.

κωλυτός, ή, όν, impeditus. 2) qui prohiberi potest. A seq.

κωλύω, f. ύσω, prohibeo, impedio; veto; inhibeo, reprimo; dissuadeo. κωλύειν τινά τινος, prohibere aliquem ab aliqua re; construitur etiam c. inf. ut κωλύω σε λέγειν, item κωλύωσι μὴ λέγειν. (υ sequente vocali modo breve modo longum, sequente consona semper longum.)

κωλώτης, ου, ὁ, (κῶλον) stellio.

κωλωτώδης, ες, stellioni similis, maculis distinctus.

κῶμα, ατος, τό, pro κοίμημα, sopor gravis, vel libido perpetua dormiendi, in morbo gravi. 2) veternus, lethargus. 3) illecebra, Schol. Pind. (nisi hoc sensu vitiose exaratum sic est pro ἔκκαυμα aut κώμευμα).

κωμάζω, f. άσω, Dor. άξω, (κῶμος) comissor. 2) sum petulans et lascivus more comissantium. 3) etemulentia proterve convicior et pulso obvios. 4) tripudio. 5) comissabundus venio. 6) hymnis celebro. 7) Bacchus dicitur κωμάζειν, quum simulacrum ejus pompa solenni cum cantu circumfertur, ap. Diod. Sic.

κωμαίνω, dormito, dormitorio. (κῶμα, quod videtur aliqua necessitudine cum κεῖμαι conjunctum esse.)

κώμακον, ου, τό, fructus aromaticus.

κώμαξ, ακος, ὁ, (κωμάζω) petulans, nugator. Eustath.

κωμάρχης, ου, ὁ, (κώμη, ἀρχή) pagi praefectus, qui vicis, oppidulis praeest.

κώμαρχος, ου, ὁ, idem.

κωμάσδω, Dor. pro κωμάζω, item κωμάδδω.

κωμασία, ας, ἡ, (κωμάζω) pompa Bacchi, in qua simulacrum ejus circumfertur.

κωμαστής, οῦ, ὁ, (κωμάζω) comissator. 2) epitheton Bacchi κωμάζοντος. 3) nomen ministri in Bacchica pompa.

κωμαστικός, ή, όν, (κωμαστής) ad comissatores vel comissationem pertinens.

κωμαστικῶς, adv. comissantium more.

κωμάστωρ, ορος, ὁ, poet. p. κωμαστής.

κωματώδης, ες, (κῶμα) quem torpor s veternus tenet, vel opprimit.

κώμη, ης, ἡ, (κεῖμαι) pagus, vicus. 2) villa. 3) castellum. 4) vicus in urbe.

κωμηδόν, adv. vicatim. A praec.

κωμήτης, ου, ὁ, (κώμη) pagi incola. κωμῆται, ejusdem vici incolae, ejusdem viciniae vicini.

κωμητικός, ή, όν, paganus, qui in pago est, vel ad pagum pertinet. A praec.

κωμῆτις, ιδος, ἡ, pagana, vicina. Fem. a κωμήτης. Ab eodem.

κωμήτωρ, ορος, ὁ, pagi incola, poet. p. κωμήτης.

κωμίδιον, τό, Dim. a κώμη.

κωμικεύομαι, comice loquor. A seq.

κωμικός, ή, όν, (κῶμος) comicus, ad comoediam vel ad poesiam comicam pertinens: ὁ κωμικός, Subst. Comicus, poeta vel histrio, comoedus.

κωμικῶς, adv. comice. A praec

κώμιον, ου, τό, parvus pagus s. vicus. Dimin. a κώμη.

κωμογραμματεύς, έως, (κώμη, γραμματεύς) nomen honoris, s. magistratus vicarii.

κωμοδρομέω, (κῶμος, δραμεῖν) i. q. κωμάζω.

κωμόπολις, εως, ἡ, (κώμη, πόλις) vicus major, oppidulum.

κῶμος, ου, ὁ, comissatio, convivium lascivum. dicitur tamen 2) etiam honeste, de convivio hilari, festivo, etc. ut videtur, sic proprie. 3) Nomen dei praesidis compotationum et comissationum, h. e. Bacchi. 4) saltationes in comissationibus usitatae, et saltatio universa: pompa festiva et solennis. 5) lascivia, petulantia, sc. comissan-

tium, inpr. temulentorum.

κωμοῦσθαι, alto sopore opprimi, unde perfect. part. κεκωμωμένος, apud Hippocr. veterno oppressus. (κῶμα. sed ab hoc potius κωματοῦσθαι formetur.) cf. Galen. expl. voc. Hippocr. p. 500. ibique not.

κωμύδριον, τό, Dim. a κώμη.

κωμυς, υθος, ἡ, laurus, quae ante fores statuitur. 2) fasciculus foeni, manipulus, Theocr. 4, 18.

κώμυς, υθος, ὁ, locus arundine dense consitus, Theophr.

κωμῳδέω, f. ήσω, (κωμῳδός) in scena traduco, mordacibus dictis incesso, mordeo, noto, taxo, exagito, velut in primis in vetere comoedia fieri solebat. 2) sum comoedus vel comicus poeta.

κωμῴδημα, ατος, τό, dictum mordax, subsannatio. A praec.

κωμῳδία, ας, ἡ, (κωμῳδός) fabula, comoedia. 2) satyra, scriptum satyricum. 3) exagitatio comica.

κωμῳδιακός, ή, όν, comoediae similis, comicus.

κωμῳδιδάσκαλος, ὁ, i. q. κωμῳδοδιδάσκαλος.

κωμῳδικός, ή, όν, idem quod κωμικός.

κωμῳδικῶς, adv. comice.

κωμῳδιογράφος, ου, ὁ, (κωμῳδία, γράφω) comoediarum scriptor.

κωμῳδιοποιός, οῦ, ὁ, (ποιέω) comoediarum poeta.

κωμῳδογέλως, ωτος, ὁ, (γέλως) i. q. κωμικός.

κωμῳδογράφος, ὁ, i. q. κωμῳδιογράφος, comoediarum scriptor.

κωμῳδοδιδασκαλία, ας, ἡ, ars comica. A seq.

κωμῳδοδιδάσκαλος, ου, ὁ, (διδάσκαλος) comoediae scriptor, poeta comicus.

κωμῳδολοιχῶν, (λείχω) qs. qui comicos lingit. Vox comica. Aristoph. pro parasito, adulatore.

κωμῳδοποιητής, οῦ, ὁ, poeta comicus.

κωμῳδοποιία, ας, ἡ, (κωμῳδοποιός) actio ipsa scribendi comoedias.

κωμῳδοποιός, οῦ, ὁ, (ποιέω) comoediae scriptor, qui comoedias conficit, poeta comicus.

κωμῳδός, ὁ, (κῶμος, ᾠδή) comoedus, comoediae actor.

κωμῳδοτραγῳδία, ας, ἡ, fabula mixta e comoedia et tragoedia, ut Cyclops Euripidis.

κωμῳδοτραγῳδός, οῦ, ὁ, actor comoedo-tragoediae.

κωνάω, (κῶνος) turbinem circumago, circumago quamcumque rem turbinis instar. 2) pice obduco.

κωνάριον, ου, τό, Dim. a κῶνος, parvus conus, nux pinea.

κωνειάζομαι, f. άσομαι, cicutam bibo, lethale pharmacum haurio. A seq.

κώνειον et κώνιον, ου, τό, cicuta.

κώνησις, εως, ἡ (κωνάω) i. q. κώνισις.

κωνίας, ου, ὁ, οἶνος, (κῶνος) vinum picatum.

κωνίζω, f. ίσω, (κῶνος) pico.

κωνικός, ή, όν, (κῶνος) conicus, in coni figuram compositus.

κωνικῶς, adv. ad figuram coni, metae, etc.

κώνιον, τό, i. q. κώνειον, cicuta.

κωνίον, τό, Dim. a κῶνος, parvus conus.

κωνίς, ίδος, ἡ, hydria, urceolus.

κώνισις, εως, ἡ, (κωνίζω) gummitio apum. Aristot. Alii κώνησις.

κωνίτης, ου, ὁ, fem. κωνῖτις, (κῶνος) picatus, pice obductus.

κωνοειδής, ές, (κῶνος) coni formam habens, turbinatus.

κωνοειδῶς, adv. turbinatae figurae.

κῶνος, ου, ὁ, conus, meta, corpus mathematicum e lato in acutum desinens. 2) turbo, quo pueri ludunt. 3) nux pini piceaeque. 4) involucrum quorundam fructuum. 5) apex galeae. 6) pix.

κωνοτομέω, (κῶνος, τέμνω) sectionem conicam facio.

κωνοφορέω, f. ήσω, conum fero.

κωνοφόρος, ον, (κῶνος, φέρω) conum ferens, conifer.

κωνωπεῖον, ου, τό (κώνωψ) conopeum, tentorium ad arcendos culices.

κωνωπίας, ῶνος, ὁ, (κώνωψ) instrumentum ad arcendos culices: i. q. κωνωπεῖον.

κωνώπιον, τό, Dim. a κώνωψ.

κωνωποειδής, ές, (κώνωψ, εἶδος) culicis speciem habens.

κωνωποθήρας, ου, ὁ, (θήρα) avis culices venans. Hesych.

κωνωπώδης, ες, culici similis.

κώνωψ, ωπος, ὁ, vel ἡ, culex.

* κῶος, εος, τό, sing. obsol. unde pl. κῶεα, κώεσι ad κῶας.

κῶος, ὁ, (κεῖμαι) cavea, caverna, Strab.

Κῷος, α, ον, Cous. cf. Κεῖος. 2) ὁ Κῷος vel κῷος, sc. βόλος, jactus astragali s. taxilli, valens sex; jactus infimus valens unum dicebatur Χῖος, Hesych. Sed secundum Poll. Κῷος valebat unum, Χῖος sex. Hinc proverb. Κῷος πρὸς Χῖον, de comparatione imparium.

κώπαιον, ου, τό, (κώπη) superior pars remi. Hesych.

κωπαιώδης, ες, (κώπαιον) longus in modum remi.

κωπεύς, έως, ὁ, lignum remis conficiendis idoneum, Hdt. 5, 23.

κωπέω, (κώπη) ναῦν, βάριν, navem remis impello, remis instruo. 2) στρατόν, exercitum ad pugnam paratum habeo. Item κωπάω.

κωπίω, i. q. κωπέω.

κωπίων, ωνος, ὁ, i. q. κωπεύς.

κώπη, ης, ἡ, remus. 2) manubrium, capulus, ansa rei cujusque. 3) mola, ap. Diod. Sic. (Ab antiquo κάπω, capio.)

κωπήεις, ήεσσα, ῆεν, manubrium s. capulum habens. A pr.

κωπηλασία, ας, ἡ, remigatio. A seq.

κωπηλατέω, f. ήσω, (κώπη, ἐλαύνω) remigo.

κωπηλάτης, ου, ὁ, (ἐλάτης) remex, qui remum impellit. (ᾰ)

κωπήλατος, ον, remis impulsus. 2) i. q. κωπαιώδης, in remi modum factus.

κωπήρης, ες, (κώπη) navis, quae remis agitur, actuaria. 2) nauta, remum tenens.

κωπητήρ, ῆρος, ὁ, (κώπη) id, quo remus scalmo alligatur, vel scalmus ipse. Item κωπητής et κωπωτήρ.

κωπίον, ου, τό, parvus remus. κωπία, olla angustoria costarum. Dim. a κώπη.

κωπωτήρ, ῆρος, ὁ, locus, ubi remi ponuntur.

κωράλιον, τό, vel κωράλλιον, τό, i. q. κοράλλιον, corallium.

κωραλλεύς, έως, ὁ, piscator coralliorum.

κωρίς, ίδος, ἡ, Siculis i. q. καρίς.

κῶρος, ὁ, et κώρα, ἡ, Dor. p. κοῦρος, κούρη, i. e. κόρος, κόρη.

Κωρυκαῖος, ὁ, et Κωρυκιώτης, ου, ὁ, vide Κώρυκος.

κωρυκίδιον, τό, Dim. a κώρυκος, parva pera.

κωρύκιον, τό, Dim. a κώρυκος, id. (ῡ)

κωρυκίς, ίδος, ἡ, Dim. a κώρυκος. 2) folliculi in foliis terebinthi et ulmi nasci soliti, quibus animalia quaedam seu culices insunt. Theophr. h. pl. 3. 15.

κωρυκοβολία, ἡ, et κωρυκομαχία, ἡ, vide κώρυκος.

κώρυκος, ου, ὁ, pera, saccus coriaceus, ut in quo panes reponi solent. 2) saccus coriaceus, granis ficuum, farina et arena plenus, in gymnasiis suspensus, quem athletae manibus celeriter ultro citroque movebant, v. Antyll. Oribasii p. 124. ed. Matthaei. Ipsa exercitatio dicitur κωρυκοβολία vel κωρυκομαχία. 3) κωρύκους a Macedonibus vocari τὰς τραχείας κόγχας, ab *Atheniensibus* dictas κρείους, tradit Athenaeus 3. p. 87. b.

Κώρυκος, ἡ, promontorium Ciliciae, Hom. h. Ap. 39. ubi clarum antrum. Incolae vocantur Κωρυκαῖοι: proverbio autem dicitur Κωρυκαῖος ἠκροάσατο, pro explorator s. delator auscultavit: nam Ephoro teste lib. 3. Corycaei qui sub Coryco promontorio habitabant in oppidulo quodam, si quid ad ipsos appulissent negotiatores, ipsos accedebant veluti emturi quidpiam aut cum ipsis navigaturi. Deinde cognito quid veherent et quo tenerent iter, Myonnesiis vicinis istud nuntiabant: hi vectores adoriebantur et illi in partem praedae veniebant. cf. Suid. et Steph. Byz. Comici vero et deum Κωρυκαῖον in suas fabulas introduxere, ὠτακουστοῦντα itidem καὶ οὕτως ἐπιβουλεύοντα.

κωρυκώδης, ες, (κώρυκος) perae s. folliculo similis

Κῶς, Κῶ, ἡ, Cos, insula. Hom. Κόως.

κῶς, τό, contr. e κῶας. 2) carcer publicus ap. Corinthios, cf. καιάδας, καιάς.

κώταλις, εως, ἡ, i. q. λάκτις, tudicula, Eustath. (a κόπτω, ut videtur.)

κωτιλάς, άδος, ἡ, fem. poet. a κωτίλος, garrula, loquax, de hirundine.

κωτιλία, ἡ, (κωτίλος) loquacitas: adulatio, blanditiae.

κωτίλλω, (κωτίλος) loquitor, fabulor, garrio: blandior, blanda loquor, Hes. op. 376. Theogn. 850. 2) trans. c. acc. pers. blandis et fallacibus verbis decipio, Theogn. 367. μή κώτιλλέ με, ne molestus mihi sis garriendo, Soph. Ant. 756.

κωτίλος, ίλη, ίλον, loquax, garrulus: blandus, fallax, ut φίλτρα, λόγοι: ita etiam ὄμματα, oculi arguti, loquaces, loquaculi. (Radix esse videtur κόπτω, κόπις, quasi obtundens loquendo.)

κωφάω, (κωφός) mutum facio. Med. obmutesco, etiam prae stupore. 2) exsurdo, surdum facio. Med. obsurdesco. 3) obtundo, hebeto, laedo. cf. κωφόω et Pors. ad Eur. 1279.

κωφεύω, surdeo, surdus sum: sileo, quiesco, LXX.

κωφέω, i. q. κωφάω, 3). laedo, mutilo, Hesych.

κώφησις, εως, ἡ, mutilatio. Hesych.

κωφίας, ου, ὁ, surdaster, species serpentis. Hesych.

κωφός, ή, όν, (κόπτω) tusus, obtusus, hebes, κωφὸν βέλος, Il. 11, 390. Metaph. a) hebes voce, i. e. mutus, tacitus, sonum

non edens, κῦμα, Il. 14, 16. γαῖα, Il. 24, 54. it. de hominibus, mutus, Hdt. 1, 54. κωφὰ ἔπη, obsoleta, frigida, Soph. O. R. 290. *b*) hebes sensibus, inpr. auditu, surdus, Hom. h. Merc. 92. Ἑλλάδος φωνῆς κωφός, linguae graecae imperitus, fragm. Pythag. *c*) hebes oculis, myops, caecus. *d*) hebes mente, i. e. stolidus, stupidus, imperitus. *e*) vanus, inanis, inutilis, inefficax. Cf. Valckenar. Ammon. p. 133. Reiz. praef. Hdt. p. 23.

κωφότης, ητος, ἡ, surditas. 2) stupor. A praec.

κωφόω, f. ώσω, hebeto, obtundo. 2) exsurdo, surdum reddo. *Med.* κωφοῦμαι, surdeo, surdesco: obmutesco, etiam prae admiratione, stupore.

κώφωμα, ατος, τό, surditas morbo superveniens. 2) inopia facultatis loquendi. 3) stupiditas, stoliditas.

κώφωσις, εως, ἡ, hebetudo quaevis, ut oculorum, aurium.

κὤχετο, pro καὶ ᾤχετο, impf. ab οἴχομαι.

κωχεύω, (ὀκωχεύω, ὀκωχή, ὀχεύω, ἔχω) teneo, sustineo, tollo, attollo, gesto, Soph. Hesychii.

κώψ, κωπός, ὁ, i. q. σκώψ, avis quaedam, Eustath. ad Od. ε, 66. p. 207. Bas.

Λ.

Λ undecima litera Graecorum, quae λάμβδα, vel etiam λάβδα dicitur. 2) inter Notas numerales 30. notat, et cum lineola inferne posita λ triginta millia.

λᾶ, *Particula*, augens significationem vocum cum quibus componitur, e. gr. λάμαχος, valde pugnax, e λα et μάχομαι. Pro eo et λαι, ut λαίμαργος.

λᾶας, ὁ, gen. λᾶος, dat. λᾶϊ, acc. λᾶαν, gen. pl. λάων, dat. λάεσσι, Hom. contr. λᾶς, acc. λᾶν, Att. lapis, saxum: rupes, scopulus. – Notabilis est gen. λάου, Soph. O. C. 196. et acc. λᾶα, Callim. fr. 104.

λᾰβάργυρος, ον, (λαβεῖν, ἄργυρος) qui pecuniam accipit. 2) qui nihil nisi accepta pecunia facit.

λάβδα, τό, indecl. i. q. λάμβδα. Ar. Eccl. 920. δοκεῖς μοι λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους, cunnilingus mihi esse videris.

λαβδᾰκίζω et λαβδᾰκισμός, ὁ, i. q. λαμβδακίζω, λαμβδακισμός.

λαβδοειδής, ές, (λάβδα, εἶδος) ut λαβδοειδὴς ῥαφή, sutura transversa in posteriore cranii parte litterae Lambda formam habens. cf. λαμβδοειδής.

λαβεῖν, inf. aor. a λαμβάνω.

λᾰβή, ῆς, ἡ, (λαμβάνω, λαβεῖν) prehensio, proprie, qua athleta adversarium corripit: unde et de initio paroxysmi febrilis dicitur, qui hominem velut corripit. 2) id, quo aliquid prehendimus, velut ansa, capulus, manubrium. 3) ansa, occasio, praetextus.

λᾰβίδιον, ου, τό, (λαβίς) forcipicula.

λᾰβιδόω, (λαβίς) fibula constringo, connecto.

λάβιον, ου, τό, manubrium. Dim. a λαβή.

λαβίς, ίδος, ἡ, (λαβεῖν, λαβή) ansa, capulus, manubrium. 2) forceps, vulsella et quodlibet instrumentum, quo aliquid prehendimus, extrahimus etc. 3) fibula. 4) cochlear, quo Graeci utuntur in Eucharistia.

λάβρα, ἡ, i. q. λαύρα, quae tamen seri- plura praestat.

λαβρᾰγορέω, (λάβρος, ἀγορεύω) procaciter loquor, praeceps vel incontinens sum in loquendo. it. vociferor, fremo.

λαβρᾰγόρης, ου, ὁ, Att. λαβραγόρας, (a praec.) procaciter sive effuse loquax, temerarius in loquendo.

λαβράζω, f. άσω, (λάβρος) idem quod λαβραγορέω.

λαβράκτης, ου, ὁ, i. q. λαβραγόρης.

λάβραξ, ᾶκος, ὁ, (λάβρος) labrax, piscis, lupus marinus. Dimin. λαβράκιον, τό. (ᾰ)

λαβρεία, ας, ἡ, garrulitas, libido effutiendi quidlibet. A seq.

λαβρεύομαι, f. εύσομαι, (λάβρος) idem quod λαβρᾰγορέω.

λαβροπόδης, ου, ὁ, (πούς) cum impetu incedens, χείμαῤῥος, Antiphil. ep. 35.

λαβροποτέω, f. ήσω, avide bibo. A seq.

λαβροπότης, ου, ὁ, qui avido et hianti ore bibit.

λάβρος, ον, vehemens in quocunque genere: impetuosus; valde vorax, avidus.

λαβροσία, ἡ, i. q. λαβροσύνη.

λαβρόσσυτος, ον, (σύομαι) cum impetu ruens.

λαβροστομέω, f. ήσω, (λαβρόστομος) procaci sum ore, procax sum in loquendo.

λαβροστομία, ας, ἡ, procacitas in loquendo. A seq.

λαβρόστομος, ον, (στόμα) valde garrulus, loquax.

λαβροσύνη, ης, ἡ, (λάβρος) voracitas, incontinentia. 2) procacitas.

λαβρότης, ητος, ἡ, i. q. λαβροσύνη.

λαβροφαγέω, (φαγεῖν) avido et hianti ore voro.

λαβρόω, ῶ, absorbeo, avide voro.

λάβρυς, ἡ, Cares et Lydi dicebant p. πέλεκυς.

λαβρύσσω, i. q. λαβρεύομαι, Hesych.

λαβρώνιος, ὁ, poculum latum ansas habens Persis inprimis usitatum. (a λαβή, ut videtur.) Formae ἡ λαβρωνία et τὸ λαβρώνιον dub.

λάβρως, adv. (λάβρος) voraciter, avide, incontinenter: procaciter: confertim: impetuose, rapide.

λάβυζος, ἡ, aromatis s. thymiamatis genus myrrha pretiosius et suavius, Athen.

λᾰβύρινθειος, ου, ὁ, ἡ, labyrintheus, labyrintho similis. A seq.

λαβύρινθος, ου, ὁ, labyrinthus, locus multis viarum ambagibus inflexus. item nassa, Theocr. 21, 11. (⏑⏑–⏑)

λᾰβῠρινθώδης, ες, idem quod λαβυρίνθειος.

λάβω, conj. aor. a λαμβάνω. (⏑–)

λαβών, οῦσα, όν, part. aor. a λαμβάνω.

λᾰγᾰνίζω, (λάγανον) placenta vescor.

λᾰγάνιον, ου, τό, parvum laganum. Dim. a seq. (ᾰ)

λάγανον, ου, τό, laganum, placenta e simila et oleo recente. (⏑⏑⏑)

λᾰγᾰρίζω, (λαγαρός) extenuo, laxo. Med. laxor, evacuor, concido, flaccesco, extenuor, maceror.

λᾰγᾰροειδῶς, adv. (λαγαρός, εἶδος) ad modum versus, qui λαγαρός dicitur.

λᾰγᾰρόκυκλος, ον, (λαγαρός, κύκλος) Epitheton lyrae et citharae, gracili orbe constans.

λᾰγᾰρός, ρά, ρόν, (λαγών) laxus, vacuus, non plenus, rarus, gracilis. 2) tropice, tenuis, pauper etc. λαγαρὸς στίχος, versus, cui syllaba in medio deest.

λαγαρότης, ητος, ἡ, laxitas, quum quid non distentum, sed inaniter laxum est. A praec.

λᾰγᾰρόω, (λαγαρός) i. q. λαγαρίζω. Med. ποταμὸς λαγαρούμενος, fluvius qui glacie solvitur, Phil. Thess. ep. 71, 3.

λαγγάζειν, et λαγγεύειν, λαγγεῖν, λαγγάνεσθαι, pigrari, cessare, fugere, Hesych.

λαγγώδης, ες, cessans.

λαγγών, ὁ, (λαγγεῖν) cessator. Philox.

λάγδην, adv. (λάξ, λάζω) calce, extremo pede.

λάγειος, ον, (λαγώς) leporinus, ut λάγειον κρέας, et pl. λάγεια, sc. κρέα, leporina caro. (ᾰ)

λᾱγέτης, ου, ὁ, (λαός, ἡγέτης s. ἀγέτης) dux, ductor populi.

λᾰγήνιον, ου, τό, laguncula. Dim. a seq.

λάγηνος, ου, ἡ, lagena, poculi genus. 2) genus mensurae, sextarius. v. λάγυνος. (⏑–⏑)

λᾰγηνοφόρια, τά, (φέρω) festus dies Alexandriae.

λᾰγιδεύς, ὁ, (λαγώς) fetus leporinus, leporis catulus, ut λυκιδεύς a λύκος, al. 2) cuniculus.

λᾰγίδιον, ου, τό, lepusculus. Dim. a λαγώς.

λάγινος, η, ον, leporinus, Aesch. (⏑⏑⏑)

λαγίον, τό, vel λάγιον, Dim. a λαγώς, lepusculus.

λαγκία, ἡ, lancea, Diod.

λαγνεία, ας, ἡ, (λαγνεύω) libido, lascivia, salacitas, immoderata rei Venereae appetentia. 2) coitus. 3) semen genitale.

λάγνευμα, ατος, τό, idem, ab eod.

λαγνεύω, f. εύσω, (λάγνος) libidinosus et salax sum. 2) rebus Veneris utor. 3) semen emitto.

λάγνης, ου, ὁ, idem quod λάγνος.

λαγνικός, ή, όν, libidinosus.

λάγνος, ον, libidinosus, lascivus. Comp. λαγνίστερος vel λαγνιαίτερος. Superl. λαγνίστατος. (Radix esse videtur λάγινος, λαγώς, de salacitate leporum.)

λᾰγοδαίτης, ου, ὁ, (δαίτη) leporum epulator, de aquila Aeschyl.

λαγοθήρας, ου, ὁ, (θήρα) leporis venator: de aquila, rapiente lepores.

λᾰγοθηράω, Ion. λᾰγοθηρέω, lepores venor. it. λαγωθηράω.

λᾰγοκτονέω, lepores interficio. A seq.

λᾰγοκτόνος, ον, (κτείνω) lepores perimens.

λᾰγός, ου, ὁ, Ion. et vulg. p. λαγώς.

λᾰγοσφᾰγία, ας, ἡ, (σφαγή) leporum caedes.

λᾰγοτροφεῖον, είου, τό, (τροφή) leporarium.

λαγύνιον, ου, τό, laguncula. *Dim.* a λάγυνος. (⏑–⏑⏑)

λᾰγῡνίς, ίδος, ἡ, idem.

λάγυνος, ὁ, ap. seriores ἡ, i. q. λάγηνος, lagena. (⏑–⏑, ap. seriores ⏑⏑⏑)

λᾰγῡνοφόρια, τά, i. q. λαγηνοφόρια.

λαγχάνω, f. λήξομαι, Ion. λάξομαι, aor. ἔλᾰχον, pf. εἴληχα et λέλογχα, sorte accipio, sortito nanciscor s. consequor, τί. Omnino consequor, obtineo, ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν, caeruleum mare habitandum mihi obtigit, Il. 15, 190. it. hereditate accipio, i. q. κληρόομαι: λαγχάνειν δίκην τινί, litem intendere alicui. 2) particeps fio, c. gen. Il. 24, 76. Od. 5, 34. Theogn. 914. Soph. Ant. 699. rarior usus. 3) participem reddo, velut sortem attribuo, τινά τινος, Il. 7, 80.

15, 350. 22, 343. 23, 76. 4) intr. sorte obvenio, ἐς ἑκάστην (νηῦν) ἐννέα λάγχανον αἶγες, Od. 9. 160, cf. 334. Il. 10, 430. 23, 354. Idem usus obtinet ap. Atticos, Ruhnk. Tim. p. 173. quod tamen negant Dawes. Misc. crit. p. 125. Brunck. ad Ar. Plut. 277. Hinc οἱ λαχόντες δικασταί, βουλευταί, sorte electi judices, senatores. ὁ κυάμῳ λαχών, c. inf. qui sortitione fabarum electus est, ut . . . Hdt. 6, 109. cf. 3, 83. 4, 94, 153.

λᾰγωβολεῖον, ου, τό, (λαγώς, βάλλω) locus ubi lepores capiuntur. 2) pedum, quo lepores capiuntur.

λᾰγωβολία, ας, ἡ, venatus leporum.

λᾰγωβόλον, ου, τό, pedum, quo lepores petuntur. A seq.

λᾰγωβόλος, ον, (λαγώς, βάλλω) lepores impetens vel figens.

λᾰγωδάριον, τό, lepusculus, Dim. a λαγώς.

λαγωδίας, ου, ὁ, (λαγώς) otus vel otis, avis.

λαγώδιον, τό, Dim. a λαγώς, lepusculus.

λαγώειος, εία, ειον, leporinus

λαγωθήρας, ου, ὁ, (θήρα) leporum venator.

λαγωθηράω, i. q. λαγοθηράω, lepores venor.

λαγών, όνος, ἡ vel ὁ, cavitas, inpr. cavitas terrae, spelunca. 2) ilia, cavitas lateris laxior et exossis. 3) venter poculi, vasis.

λαγωοβόλον, τό, poet. p. λαγωβόλον, a seq.

λαγωός, οῦ, ὁ, Epice p. λαγώς. Eadem forma utuntur etiam scriptores vulgaris dialecti inde ab Aristotele. 2) piscis quidam marinus.

λαγῷος, ῴα, ῷον, contr. p. λαγώειος. Hinc τὰ λαγῷα, sc. κρέα, carnes leporinae: deliciae.

λαγωοφόνος, ον, poet. p. λαγωφόνος.

λαγώπους, ποδος, ὁ, ἡ, (πούς) pedes leporis habens. 2) nomen avis. 3) nomen herbae.

λαγώπυρος, ου, ἡ, vel λᾰγώπυρον, ου, τό, (πυρός) leporis triticum, herba quaedam.

λαγώς, ὁ, gen. λᾰγώ, acc. λαγών et λαγώ, Epice λαγωός, Ion. λαγός, lepus. Proverb. λαγὼ βίον ζῆν, miseram vitam agere, Dem. cor. p. 314, 24. 2) avis quaedam. cf. λαγωδίας et λαγώπους.

λαγωσφᾰγία, ἡ, i. q. λαγοσφαγία.

λαγωτροφεῖον, τό, i. q. λαγοτροφεῖον, leporarium. A seq.

λαγωτροφέω, (τρέφω) lepores nutrio, lepores alo.

λᾰγωφᾰγία, ας, ἡ, (φαγεῖν) leporum esus.

λᾰγωφθαλμία, ἡ, morbus oculorum, quum palpebrae superiores oculos non prorsus tegunt. A seq.

λᾰγώφθαλμος, ον, (ὀφθαλμός) oculis conniventibus, sicut lepus dormiens, quum palpebrae superiores oculos non prorsus tegunt.

λαγωφόνος, ον, (φονεύω) lepores occidens.

λᾰγώχειλος, ον, (χεῖλος) labia leporina habens, Galen.

λάδανον, τό, ladanum, gummi quoddam. item λήδανον et λαύδανον. (ᾰ)

λαζίνης, ου, ὁ, avis quaedam, quae et χαραδριός. 2) piscis qui et μαζίνας vel μάζινος.

λάζομαι, *poet*. p. λαμβάνω, Hom. Occurrit apud Homerum tantum in 3 pl. opt. λαζοίατο et 3 sing. impf. λάζετο. Futurum λάξεσθαι, Hdt. 7, 144. pertinet ad λαγχάνω.

λάζυμαι, i. q. λάζομαι, λαμβάνω, unde λάζυται, Hom. h. Merc. 316.

λάζω, Grammatici explicant λακτίζω et ὑβρίζω.

λαθα, ἡ, *Dor*. p. λήθη. (--)

λᾰθάνεμος, ον, (λαθεῖν, ἄνεμος) a ventis non agitatus, tranquillus.

λαθάργος, ον, i. q. λήθαργος, dub.

λᾰθέμεν, Ion. p. λαθεῖν, inf. aor. a λανθάνω.

λᾰθήβης, ου, ὁ, (λαθεῖν, ἥβη) immemor juventae, valde senex, qui juventutis quasi oblitus est.

λᾰθητικός, ή, όν, (λαθεῖν) qui latere potest.

λᾰθηφροσύνη, ἡ, *f. l.* p. λαθιφροσύνη.

λᾰθικηδής, ές, (κῆδος) curarum oblivionem afferens.

λᾰθίνοστος, ον, (νόστος) redire oblitus, tarde rediens.

λᾰθιπήμων, ον, (πῆμα) malorum oblivionem afferens.

λᾰθίποινος, ον, (ποινή) punire oblitus. 2) qui non punitur.

λᾰθίπονος, ον, (λήθη, πόνος) laborum et molestiarum oblitus. Soph. Aj. 711. 2) occultum dolorem ciens, Soph. Tr. 1021.

λᾰθίφθογγος, ον, (λαθεῖν, φθογγή) vocis oblivionem inducens, faciens, ut loqui obliviscamur.

λᾰθιφροσύνη, ης, ἡ, oblivio, dementia. A seq.

λᾰθίφρων, ον, (λαθεῖν, φρήν) obliviosus. 2) mentis suae oblitus, stultus, demens.

λᾶθος, εος, τό, Dor. p. λῆθος, i. q. λήθη.

λαϑοσύνη, ἡ, i. q. ληθοσύνη, oblivio. A seq.

λαθόσυνος, η, ον, i. q. ληθόσυνος, oblitus. 2) oblivionem afferens.

λάθρα vel λάθρᾳ, *adv*. (λαθεῖν) clam, clanculum, latenter, furtim. (Epice -⏑, Att. ⏓-)

λαθραῖος, αία, αῖον, clandestinus, occultus. A praec.

λαθραιοδήκτης, ου, ὁ, (δάκνω) clam mordens.

λαθραίως, *adv*. clam.

λάθρη, *adv*. *Jon*. p. λάθρα, clam, occulte, furtim, sensim, Hom.

λαθρηδά, adv. i. q. λάθρη. (⏓-⏑)

λαθρηδόν, adv. i. q. λάθρη.

λαθρίδιος, ία, ιον, occultus, latens, poet. p. λάθριος. (ῐ)

λαθριδίως, adv. clam, furtim.

λαθρίμαιος, αία, αῖον, (λάθρα) clandestinus. 2) spurius.

λάθριος, ον, (λάθρα) clandestinus, absconditus.

λαθρίως, adv. clam, furtim.

λαθροβόλος, ον, (λάθρα, βάλλω) clam feriens.

λαθρογᾰμία, ας, ἡ, (γάμος) clandestinae nuptiae.

λαθροδάκτης, ου, ὁ, (δάκνω) clam mordens.

λαθροδείκτης, ου, ὁ, ἡ, idem, Ad eod.

λαθρόνυμφος, ου, ἡ, (νύμφη) quae clam nubit, occulte cum aliquo concumbens.

λαθροφᾰγέω, clam et furtim comedo. A seq.

λαθροφάγος, ον, (φαγεῖν) clam comedens. (⏓⏑⏑⏑)

λαθροφονευτής, οῦ, ὁ, (φονεύω) latro, sicarius.

λαθροφόνος, ον, (φονεύω) clam perimens.

λαθυρίς, ίδος, ἡ, lathyris, herba.

λάθυρος, ου, ὁ, cicerula, genus leguminis. (⏑⏑⏑)

λάθω, conj. aor. a λανθάνω.

λᾰθών, part. aor. a λανθάνω.

λαι - Particula inseparabilis, augens significationem, ut λα- et λι- cf. λαίμαργος, λαίσκαπρος, λαίσπαις, λαισποδίας, λαιψηρός.

λᾱϊβολέω, (λᾶας, βάλλω) lapidibus obruo.

λαϊβολία, ἡ, lapidatio.

λᾱΐγξ, ῖγγος, ἡ, Dim. a λᾶας. lapillus, calculus fluviatilis (--)

λαιδάριον, ου, τό, lacerna, penula, vestis aestiva. Hesych.

λαίδιος, ον, i. q. λαιός, Hesych.

λαῖδος, τό, i. q. λῆδος, vestis tenuis.

λαιδρός, ρά, ρόν, sinister. 2) impudens, procax.

λαίθαργος, ον, i. q. λήθαργος.

λαικάζω, scortor, Ar. (A λυκώ, ut videtur: nisi potius a λαός, unde et λαικάτη, ut sit pudicitiam publicare.) 2) decipio, fallo.

λαικάς, άδος, ἡ, scortum.

λαικαστήρ, ῆρος, ὁ, i. q. λαικαστής.

λαικαστής, οῦ, ὁ, scortator.

λαικάστρια, ας, ἡ, fem. a λαικαστήρ, meretrix.

λαικάτη, ἡ, (λαός) Dor. i. q. ἐκκλησία.

λαικάω, i. q. λαικάζω, Hesych.

λᾱϊκός, ή, όν, (λαός) qui est e populo, popularis; in Script. Eccl. qui non est e clero, profanus.

λᾱϊκόω, f. ώσω, profano. Aquila.

λαιλάπειος, ου, ὁ, (λαῖλαψ) caeli conditio nubila et ventosa. Hesych. (ᾰ)

λαιλᾰπέω, et λαιλᾰπίζω, procellis agito. 2) violenter irruo.

λαιλᾰπώδης, ες, procellosus. A seq.

λαῖλαψ, ᾰπος, ἡ, turbo, ventus procellosus, imber cum turbine.

λαῖμα, τό, i. q. λῆμα.

λαιμάζω, i. q. λαιμάσσω.

λαιμαργέω, (λαίμαργος) sum vorax. Unde

λαιμαργία, ας, ἡ, voracitas, ingluvies.

λαίμαργος, ον, vorax gulosus, gulae deditus: insatiabilis. 2) garrulus, loquax. (λαι- et μάργος, secundum veteres Grammaticos: rectius derivatur a λαιμός et ἀργός.)

λαιμάσσω, Att. -ττω, (λαιμός) insatiabili aviditate deglutio, immodice edo.

λαιμάω, i. q. λαιμάσσω.

λαιμητόμος, ον, (λαιμός, τέμνω) jugulum incidens seu secans. Epigr.

λαιμήτομος, ον, cui jugulum est praesectum, jugulatus. Eurip.

λαιμίζω, f. ίσω, (λαιμός) decollo.

λαιμοδᾰκής, ές, (δάκνω) gulam mordens.

λαιμοπέδη, ης, ἡ, collare canis, maelium. 2) pedica, qua gula avium constringitur, quum capiuntur.

λαιμόρῡτος, vel λαιμόῤῥυτος, ον, (ῥέω) e gutture profluens.

λαιμός, οῦ, ὁ, guttur, gula, jugulus. 2) ingluvies.

λαιμότμητος, ον, cui jugulus est incisus, jugulatus.

λαιμοτομέω, f. ήσω, (λαιμότομος) jugulo, jugulum incido, seu seco, macto.

λαιμοτόμητος, ον, i. q. λαιμότμητος. cf. Lobeck. Phryn. p. 588.

λαιμοτόμος, ον, (λαιμός, τέμνω) jugulum incidens s. secans, jugulans.

λαιμότομος, ον, cui jugulum est praesectum, jugulatus.

λαιμώσσω, (λαιμός) famelicus sum, gulosus sum.

λαῖνα, laena vestis, i. e. sagum villosum ap. Strab.

λαΐνεος, έα, εον, (λᾶας) lapideus. (-⏑⏑⏑)

λάϊνος, ΐνη, ϊνον, idem et ab eodem. (-⏑⏑)

λαῖον, ου, τό, seges. Dor. pro λήϊον, it. falx messoria.

λαιός, ά, όν, laevus, sinister.

λάϊος, ὁ, avis turdo similis, Aristot. h. a. 9, 19.

λαιοτομέω, (λαῖον, τέμνω) segetem seco, meto.

λαισαιοφόρος, ον, (φέρω) parmulam ferens. A seq.

λαισήϊον, ου, τό, breve scutum, parmula. Alii exponunt scutum oblongum, ap. Homer.

λαίσκαπρος, ον, (λαι-, κάπρος) lascivus, perdite petulans. Suid. Etym.

λαισποδίας, ου, ὁ, valde libidinosus. (E λαι- et σποδεῖν, subagitare) Fuit et nomen proprium viri Attici vitiosum pedem habentis, Ar.

λαίσπαις, ὁ, (λαι-, παῖς, i. q. βούπαις.)

λαῖτμα, ατος, τό, trajectus. 2) latitudo. 3) aequor.

λάϊτος, ον, contr. λαῖτος, *Ion.* λήϊτος, vel λέϊτος, it. λεῖτος, (λαός) popularis, publicus. (ᾱ)

λαιφάζω, λάπτω, λαφύσσω, palpo, contrecto.

λαίφη, ης, ἡ, vestis, vestimentum. A seq.

λαῖφος, εος, τό, vestis e tenui stamine. 2) vestis quaevis. 3) vestis attrita et lacera. 4) velum.

λαιψηρόδρομος, ον, (λαιψηρός, δρόμος) velociter currens.

λαιψηροκέλευθος, ον, (κέλευθος) celeriter viam conficiens. 2) velox, rapidus.

λαιψηρός, ρά, ρόν, valde mobilis, perquam agilis, admodum celer, velox.

λαιψηρῶς, *adv.* celeriter, velociter.

λακάζω, i. q. λακέω, λάσκω, insono, strepo. Aeschyl.

λακάθη, ης, ἡ, lacatha, arbor campestris.

Λάκαινα, ης, ἡ, fem. a Λάκων, Lacaena, mulier Lacedaemone oriunda. 2) genus calicis. Athen. (⏑-⏑)

λᾰκάνη, ἡ, *Dor.* p. λεκάνη.

λακάρη et λακάρτη, ἡ, i. q. λακάθη.

λᾰκαταπύγων, ον, valde καταπύγων, cf. λα-. Ita e conj. scripsit Brunckius Ar. Ach. 664. pro λακκοκαταπύγων, quod versui repugnat. Codex Rav. habet καὶ καταπύγων. (ῡ)

λακατάρατος, ον, (λα-) valde κατάρατος, Phot. (-⏑--⏑)

λάκαφθον, ου, τό, species aromatis.

λάκε, 3 aor. 2. Ep. a λάσκω, Il. (⏑⏑)

Λακεδαιμονιάζω, i. q. Λακωνίζω, Ar.

Λᾰκεδαίμων, ονος, ἡ, Lacedaemon, urbs Peloponnesi. Λᾰκεδαιμόνιος, ία, ιον, Lacedaemonius, Laco.

λακεδών, ἡ, (λακέω) vox, praeceptum. (?)

λᾰκεῖν, inf. aor. 2 a λάσκω.

λακερολογία, ας, ἡ, (λακερός, λόγος) garrulitas.

λᾰκέρυζα, ἡ, garrula, loquax, κορώνη, Hes. op. 759. κύων, Plat. de rep. 10. p. 607. B. Seriores etiam utuntur masculino λακέρυζος, v. Jacobs. ad Ant. Pal. p. 530. Transpositis literis dicitur κελάρυζος, q. v.

λᾰκερύζω, vel λᾰκερύζομαι, garrio, strepo, strepitum cieo.

λᾰκέω, Dor. p. ληκέω, strepo, sonitum excito, Theocr. cf. λακεῖν, λάσκω.

λᾰκιδόω, f. ώσω, (λακίς) lacero.

λακίζω, f. ίσω, (λακίς) discindo, lacero. λελακισμένος, perf. part. scissus, dilaceratus. 2) blandior.

λακίς, ίδος, ἡ, (λάσκω) fissura cum crepitu facta, scissura. 2) frustum, s. lacinia panni lacerando avulsa. 3) fragmentum navis, ap. Diodor. Sic.

λάκισμα, ατος, τό, (λακίζω) fissura, fragmentum. (⏑-⏑)

λακιστός, ή, όν, dilaceratus.

λακκαῖος, α, ον, (λάκκος) cisterninus, ut λακκαῖον ὕδωρ, aqua cisternina, e cisterna. 2) foetidus, impurus.

λακκόπεδον, ου, τό, vel λακκόπεδον, pars testiculorum, it. testiculi ipsi. Poll.

λακκόπλουτος, ου, ὁ, (λάκκος, πλοῦτος) valde dives. Proprie ex fossa locupletatus.

λακκοποιός, όν, (ποιέω) qui fossas facit, lacunarius.

λακκοπρωκτία, ας, ἡ, mollities cinaedica.

λακκόπρωκτος, ου, ὁ, cinaedus.

λακκόπῡγος, ον, (πυγή) i. q. λακκόπρωκτος.

λάκκος, ου, ὁ, vel λάκος, fossa, fovea, lacuna fovea subterranea, cisterna, puteus: lacus, stagnum, vivarium.

λακκοσχέας, ου, ὁ, (ὀσχέα) cui semper laxus est testiculorum sacculus.

λακκώδης, ες, (λάκκος) foveae similis.

λακοκαταπύγων, ὁ, (λάκος, καταπύγων) cinaedus, dub. lect. Ar. Ach. 664. cf. λακαταπύγων.

λάκος, ὁ, i. q. λάκκος.

λάκος, ὁ, (λακεῖν) strepitus, sonitus, inpr. crepitus e scissura ortus. (ᾰ)

λάκος, τό, i. q. λακίς, (ᾰ) ejusdem radicis atque ῥάκος.

λακπατέω, pro λὰξ πατέω, calce premo, planta pedis calco. Hesych. Hinc

λακπάτητος, ον, calce pressus, calce pulsatus. v. l. Soph. Ant. 1275. (-⏑-⏑)

λακτίζω, f. ίσω, (λάξ) calcitro, calce ferio, calcibus peto. λακτισθείς, aor. 1. part. calcibus insultans.

λακτικός, ή, όν, ad calcitrandum pertinens. ἡ λακτική, sc. τέχνη, ars calcitrandi, cf. πυκτική

λάκτις, ιος, ἡ, stimulus, scutica. 2) cochleare, tudicula. ap. Nicand.

λάκτισμα, ατος, τό, (λακτίζω) ictus calce inflictus, calcitratio.

λακτισμός, οῦ, ὁ, idem.

λακτιστής, οῦ, ὁ, (λακτίζω) calcitro.

λακτιστικός, ή, όν, (λακτιστής) qui saepe calcitrat, agilis ad calcitrandum.

λάκυρος, ου, ὁ, vinum quod colligitur ex racemis expressis. Hesych.

Λάκων, ωνος, ὁ, Lacedaemonius. Fem. Λάκαινα. (⏑-, ⏑-⏑)

Λακωνίζω, f. ίσω, Lacedaemonios imitor. 2) facio cum Lacedaemoniis. 3) brevis sum in loquendo, ut quondam Lacones. 4) paedico.

Λακωνική, ης, ἡ, sc. χώρα, Laconica, regio Peloponnesi.

Λακωνικός, ή, όν, Lacedaemonius, Laconicus.

Λακωνικῶς, *adv.* more Laconum, Laconice. 2) breviter et acute.

Λακωνίς, ίδος, ἡ, (Λάκων) mulier Laconica: it. regio Laconica.

Λακωνισμός, οῦ, ὁ, (Λακωνίζω) Laconismus, breviloquentia.

Λακωνιστής, οῦ, ὁ, qui Lacedaemoniis favet, eorum partes sequitur.

Λακωνομανέω, (μαίνομαι) nimis, ad furorem usque, faveo Lacedaemoniis.

λαλαγέω, f. ήσω, resono, clamo, garrio. item canto. λαλαγεῦσαν ἀχώ, pro λαλαγοῦσαν, resonantem Echo. λαλαγεῦσιν ὀδόντες, pro λαλαγοῦσι, sonant, crepitant dentes. A seq.

λαλαγή, ῆς, ἡ, (λάλαξ) clamor, garritus.

λαλάγημα, ατος, τό, idem. (ᾰ)

λαλαγήτης, ου, ὁ, nugator.

λαλάζω, (λαλέω) vociferor. Anacr. v. ἀλαλάζω.

λάλαξ, αγος, ὁ, clamor, vociferatio, tumultus, sonitus. οἱ λάλαγες, virides ranae circa paludes, vel avium genus. Hesych. (⏑-)

λαλέω, f. ήσω, sonum edo. 2) loquor. 3) garrio, temere et inconsiderate verba fundo.

λάλη, ης, ἡ, sonus. 2) calculus candidus et laevis.

λάληθρος, ον, (λαλέω) garrulus, loquax.

λάλημα, ατος, τό, (λαλέω) sermo, loquacitas, garrulitas, fabula. 2) garrulus, nugator, i. q. λαλητής. (⏑-⏑)

λαλητέος, έα, έον, dicendus, praedicandus.

λαλητικός, ή, όν, vim habens loquendi, loquax, garrulus.

λαλητός, ή, όν, loquendi facultatem habens. 2) dicendus, praedicandus.

λαλητρίς, ίδος, ἡ, garrula, loquax.

λαλιά, ᾶς, ἡ, loquela, sermo, oratio. 2) loquacitas. 3) rumor, fama. 4) sermo de re aliqua, colloquium. 5) dialectus, in N. T. (⏑⏑-)

λάλιος, ία, ιον, poet. i. q. λάλος, loquax, facundus. (ᾰ)

λάλλη, ἡ, lapillus litoris marini aut fluminis.

λαλόεις, εσσα, εν, poet. p. λάλος.

λάλος, ον, (λαλέω) loquax, verbosus. 2) argutus, facetus. Comp. λαλίστερος, *Superl.* λαλίστατος. (⏑⏑)

λᾶμα, τό, Dor. p. λῆμα.

λάμαχος, ον, strenue et valide pugnans. (Ex λα intens. et μάχη.) (-⏑⏑)

λάμβα, ἡ, piscis magnus marinus, vulgo λαμία. 2) i. q. λάμος, vorago.

λαμβάνω, f. λήψομαι, Ion. λάμψομαι, Dor. λαψοῦμαι, et λαψεῦμαι, perf. εἴληφα, *Ion.* λελάβηκα, pf. pass. εἴλημμαι vel λέλημμαι, Ion. λέλαμμαι, aor. ἔλαβον, *Ep.* ἔλλαβον, aor. pass. ἐλήφθην, Ion. ἐλάμφθην sumo, capio, prehendo, ut χειρί τι, Il. 21, 286. πεσόντα ποδῶν ἔλαβε, lapsum pedibus prehendit, Il. 4, 463. λαβέσθαι τινός, potiri aliqua re, nancisci. Dicitur etiam de affectibus animi, ut μένος ἔλαβε θυμόν, Hom. it. κάματος λάβε γυῖα, cepit, Hom. λαμβάνεσθαι θεῷ, a numine corripi, numine afflari. 2) hostiliter capio, captivum duco: tollo, aufero, rapio, praedam aufero: deprehendo, convinco. 3) hospitio excipio, Od. 7, 255. 4) mihi comparo, acquiro, consequor. 5) in bonam vel in malam partem accipio, ut δέχομαι. Sic etiam Med. χαλεπῶς λαμβάνεσθαι τινος, aspere

aliquem accipere, Hdt. 2, 121. Item πρὸς ὀργὴν vel πρὸς ὀργῆς vel ὀργῇ vel ἐν ὀργῇ λαβεῖν τινά, iratum esse adversus aliquem, cf. Lobeck ad Phryn. p. 10. 6) accipio, intelligo, interpretor. 7) arbitror, existimo, habeo. 8) accipio, nanciscor, consequor, fruor re: it. concipio, de femina.

λάμβδα, τό, indecl. lambda, nomen literae graecae, v. Λ.

λαμβδακίζω, literam lambda crebrius usurpo, vel justo fortius pronuncio.

λαμβδακισμός, οῦ, ὁ, crebrior literae lambda usus.

λαμβδοειδής, ές, figurae literae lambda similis.

Λάμια, s. Λαμία, ας, ἡ, Lamia, bestia quaedam; monstrum; terriculamentum puerorum. 2) nomen urbis Thessalicae.

λαμόπτης, ου, ὁ, (λήμη, ὄψομαι) lippus.

λάμος, ου, ὁ, vorago. (⏑ ⏑)

λαμπαδαρχία, ας, ἡ, (λαμπάς, ἀρχή) munus λαμπαδηφορίαν dirigentis.

λαμπαδεύω, in facem converto, ap. Diodor. λαμπαδεύομαι idem quod λαμπαδίζω.

λαμπαδηδρομία, ας, ἡ, (λαμπάς, δρόμος) cursus, quo contendebant, quis primus ad scopum perferret lampadem non exstinctam.

λαμπαδηφορέω, f. ήσω, (λαμπαδηφόρος) lampadem gesto. 2) lampadem gestans cursu certo.

λαμπαδηφορία, ας, ἡ, lampadis gestatio. 2) certamen illud, quo lampades gestantes cursu certabant.

λαμπαδηφόρος, ον, (λαμπάς, φέρω) qui lampadem gestat.

λαμπαδίας, ου, ὁ, (λαμπάς) qui lampadem fert, gestator facis. 2) cometae genus.

λαμπαδίζω, f. ίσω, (λαμπάς) lampadem ferens curro.

λαμπαδικός, ή, όν, (λαμπάς) qui fit cum lampadibus, ut δρόμος λαμπαδικός.

λαμπαδιοδρομέω, (λαμπάδιον, δρόμος) v. λαμπαδίζω.

λαμπάδιον, ου, τό, parva lampas, facula, funale. 2) i. q. λαμπάς. 3) instrumentum, s. vinculum, quo in vulnere curando utuntur. 4) taenia, fascia, lacinia quaeque. 5) persona comica. Dim. a λαμπάς. (– ⏑ ⏑ ⏑)

λαμπαδιστής, οῦ, ὁ, ut λαμπαδισταὶ ἀγῶνες, (λαμπαδίζω) certamina ludicra ferendis facibus.

λαμπαδοδρομία, ἡ, i. q. λαμπαδηδρομία. *Item* λαμπαδοδρόμια, τά. Hinc

λαμπαδοδρομικός, ή, όν, ad cursum, in quo facibus contenditur, pertinens.

λαμπαδόεις, εσσα, εν, facibus gaudens, facifera. Epith. Cereris.

λαμπαδουχέω, f. ήσω, (λαμπαδοῦχος) idem quod λαμπαδηφορέω.

λαμπαδουχία, ἡ, vide λαμπαδηφορία. A seq.

λαμπαδοῦχος, ον, (ἔχω) facem tenens.

λαμπάζω, ap. ser. poetas i. q. λάμπω.

λαμπάς, άδος, ἡ, (λάμπω) lampas, fax, funale. 2) i. q. λαμπαδηδρομία. 3) splendor, fulgor, lux. 4) phantasma aerium, meteoron igneum. 5) genus tormenti. 6) Adj. i. q. λαμπρά, ut λαμπὰς ἀκτή, Soph.

λάμπεσκε, impf. Ion. a λάμπω.

λαμπετάω, luceo, splendeo. Hinc λαμπετόων, part. pro λαμπετῶν, λαμπετάων. πυρὶ λαμπετόωντι, igni lucenti, Il. 1, 104. Od. 4, 662.

λαμπέτης, ου, ὁ, splendens.

Λαμπετίη, ης, ἡ, Lampetie, Solis filia, Od. 12, 132. 375.

λάμπη, ης, ἡ, s. λαμπή, ῆς, ἡ, crassior spuma vino innatans. Aeschylo Eum. 385. ἀνήλιος λάμπη dicuntur sedes inferorum.

λαμπηδών, όνος, ἡ, fulgor, splendor.

λαμπήνη, ης, ἡ, currus regius contectus, lectica regia: tentorium.

λαμπηνικός, s. λαμπήνικος, ἁμάξας λαμπηνικάς, plaustra tecta, Num. VII. 3. ubi et λαμπηνίκας legitur. A praec.

λαμπηρός, ρά, ρόν, (λάμπη) spumosus, spumeus, Galen. Lex. Hippocr.

λαμπουρίς, ίδος, ἡ, (λάμπω, οὐρά) vulpes. 2) cicindela, noctiluca, pro λαμπυρίς.

λάμπουρος, ον, (λάμπω, οὐρά) lucentem caudam habens: canis nomen ap. Theocr. 8, 65. item vulpis.

λαμπραυγής, ές, (λαμπρός, αὐγή) lucens, splendens.

λαμπρειμονέω, (λαμπρείμων) splendide vestitus sum. Unde

λαμπρειμονία, ἡ, vestium splendor.

λαμπρείμων, ονος, ὁ, ἡ, (λαμπρός, εἷμα) splendide vestitus.

λαμπρόβιος, ον, (βίος) splendide vivens, lautus.

λαμπροείμων, ονος, ὁ, ἡ, v. λαμπρείμων.

λαμπρόζωνος, ον, (ζώνη) splendide cinctus, pulcro cingulo ornatus.

λαμπρολογέω, (λέγω) splendide s. de rebus splendidis loquor.

λαμπρόπους, ποδος, (πούς) pulcros pedes habens, pulcra.

λαμπροπυρσόμορφος, ον, (πυρσός, μορφή) cujus facies rutilo splendore coruscat. Angeli Epith. Naz.

λαμπρός, ρά, ρόν, (λάμπω) splendidus, fulgidus, candidus. 2) luculentus, amplus. 3) clarus, illustris. 4) clarus, ita, ut exaudiri queat; unde et de vento magno, sed secundo, item periculo gravi et perspicuo dicitur. 5) liberalis, benignus. 6) perspicuus 7) dicitur etiam de colore coccineo.

λαμπρότης, ητος, ἡ, splendor, fulgor, claritas. 2) splendor nominis, claritas. 3) splendor orationis, splendidum dicendi genus. A praec.

λαμπρότοξος, ον, (τόξον) pulcrum arcum gerens.

λαμπροφανής, ές, (φάος) valde nitidus, splendens.

λαμπρόφθαλμος, ον, (ὀφθαλμός) splendidos s. pulcros oculos habens.

λαμπροφορέω, f. ήσω, (λαμπροφόρος) candidam seu splendidam vestem gero.

λαμπροφορία, ας, ἡ, splendidae vel candidae vestis gestatio.

λαμπροφόρος, ον, (φέρω) splendidam seu candidam vestem gerens.

λαμπροφωνέω, alta voce clamo.

λαμπροφωνία, ας, ἡ, vocis elegantia et claritas.

λαμπρόφωνος, ον, (φωνή) eleganti, clara, sonora, penetrante voce praeditus.

λαμπρόψυχος, ον, (ψυχή) qui egregio et praestanti est animo.

λαμπρυντής, οῦ, ὁ, (λαμπρύνω) politor, ornator. 2) ostentator virtutis etc.

λαμπρυντικός, ή, όν, vim habens illustrandi et reddendi nitidum.

λαμπρύνω, (λαμπρός) clarifico, illustro, splendorem affero, polio, nitidum facio. λαμπρύνομαι, illustror, claresco, magnifice me ostento.

λάμπρυσμα, ατος, τό, ornamentum splendidum, splendorem afferens, ut gemmae etc. A praec.

λαμπρῶς, adv. splendide, magnifice. 2) clare, perspicue. 3) aperte, manifeste, haud ambigue, in utramque partem, ut manifeste improbus, manifeste victus et vincens. 4) acerrime, vehementer.

λαμπτήρ, ῆρος, ὁ, (λάμπω) fax fulgens, lucerna, lampas. 2) lignum in foculo ardens ad faciendam lucem. 3) candela.

λαμπτηροκλέπτης, ου, ὁ, fur lucernae s. facis. Epith. Promethei. 2) fur oculi.

λαμπτηρουχία, ἡ, vid. λαμπαδουχία.

λαμπτηροφόρος, ον, (λαμπτήρ, φέρω) qui lampadem s. facem fert.

λαμπυρίζω, f. ίσω, lampyridem refero, cicindelae instar luceo. A seq.

λαμπυρίς, ίδος, ἡ, lampyris, cicindela. 2) piscis, qui Ausonio mustella dicitur, vulgo lampreda, etiam lampreta. 3) vulpes, pro λαμπουρίς. A seq.

λάμπω, f. ψω, niteo, luceo, splendeo, fulgeo, mico, corusco. 2) splendeo, splendesco, metaph. 3) trans. splendere facio.

λαμπώδης, ες, (λάμπη) in quo spuma innatat. Erotian.

λαμυρία, ας, ἡ, (λαμυρός) facundia, lepos: loquacitas, protervia, impudentia loquendi.

λαμυρίς, ἡ, i. q. λαγάνιον.

λαμυρός, ά, όν, vel λάμυρος, (λάμος, λαιμός, λάβρος) voraginosus, amplissimus, profundissimus, e. g. θάλασσα, λίμνη. Hinc 2) vorax, saevus, terribilis. 3) impudenter loquax, scurrilis: disertus, lepidus, facetus: protervus. Adv. λαμυρῶς.

λαμφθῆναι, inf. aor. pass. Ion. a λαμβάνω, Hdt.

λαμψάνη, ἡ, i. q. λαψάνη.

λάμψις, εως, ἡ, (λάμπω) splendor, fulgor.

λάμψομαι, fut. Ion. a λαμβάνω a λήψομαι.

λανθάνιμος, ον, f. l. p. λαθάνιμος.

λανθανόντως, adv. particip. praes. a λανθάνω, latenter, clam, ut nemo sentiat.

λανθάνω, f. λήσω, Dor. λασῶ, aor. ἔλαθον, inf. λαθεῖν, perf. λέληθα. Med. λανθάνομαι, fut. λήσομαι, Dor. λασεῦμαι, aor. ἐλαθόμην, ap. seriores aor. 1. ἐλησάμην vel ἐλήσθην, perf. λέλησμαι, Ion. et Hom. λέλασμαι, lateo, delitesco, c. acc. pers. Saepe construitur cum part. *a*) addito acc. pers. ut ἐλάνθανέ με πεσών, cecidit me nescio, clam me cecidit. *b*) sine casu, ἐλάνθανε πεσών, clam cecidit, s. furtim, s. ita ut non sentiret. 2) Med. λανθάνομαι, obliviscor, τινός: negligo, non facio, intermitto. 3) λανθάνω trans. oblivisci facio, τινά τινος.

λάξ, adv. calce, calcibus, extremo pede.

λάξευσις, ἡ, (λαξεύω) lapides incidendi actio.

λαξευτήρ, ῆρος, ὁ, lapicida. Unde

λαξευτήριον, ου, τό, instrumentum, quo lapicidae utuntur.

λαξευτής, οῦ, ὁ, lapicida.

λαξευτός, ή, όν, saxo incisus.

λαξεύω, f. εύσω, (λᾶας, ξέω) lapides polio, lapides scalpo, lapides incido.

λᾶξις, ιος, ἡ, Dor. p. λῆξις.

λάξομαι, fut. Ion. p. λήξομαι, a λαγχάνω, Hdt.

λαξπάτητος, ον, i. q. λακπάτητος, quod vide.

λᾱοβότειρα, ἡ, populi nutrix, alma, fem. a seq.

λᾱοβοτήρ, ῆρος, ὁ, (λαός, βόσκω) almus, populi nutritor.

λᾱοβότος, ον, (βόσκω) populum nutriens, almus. cf. λαοτρόφος.

λᾱογραφία, ας, ἡ, (γράφω) populi descriptio, census. dub.

λᾱοδάμας, αντος, ὁ, (δαμάω) populorum domitor. (- ◡ ◡ -)

λᾱοδίκος, ον, (δίκη) a populo judicatus.

λᾱοδογματικῶς, adv. e vulgi opinione.

λᾱοηγεσία, ας, ἡ, (ἡγέομαι) imperium in populum.

λᾱοκατάρατος, ον, (καταράομαι) populo execrabilis (- ◡ ◡ - - ◡)

λᾱοκρατέομαι, (κρατέω) i. q. δημοκρατέομαι, unde

λᾱοκρατία, ἡ, i. q. δημοκρατία.

λᾱομέδων, οντος, ὁ, (μέδων, μέδομαι) princeps populi.

λᾱοξοϊκός, ή, όν, ad lapicidam pertinens.

λᾱοξόος, ου, ὁ, (λᾶς, ξέω) lapidum sculptor, lapicida.

λᾱοπαθής, ές, (παθεῖν) qui universo populo damno est, toti populo noxius, Aesch.

λαοπλάνος, ου, ὁ, populi corruptor. (- ◡ ◡ ◡)

λᾱόπορος, ον, (πόρος) per quem populus transit, populo transitum parans, μηχανή, de ponte, Aesch.

λαός, οῦ, ὁ, Att. λεώς, populus, turba, multitudo. Plur. λαοί, mortales.

λᾶος, ου, ὁ, i. q. λᾶας, lapis, Gramm.

λᾶος, a λᾶας, Hom.

λαοσεβής, ές, (σέβομαι) a populo cultus.

λᾱοσσόος, ον, (σώζω) populum servans, populi servator. 2) (σεύω) qui populum agitat, s. concitat, impr. ad bellum, bellicosus.

λᾱοτέκτων, ονος, ὁ, (λᾶας, τέκτων) faber laterarius, s. caementarius.

λᾱοτίνακτος, ον, (λᾶας, τινάσσω) a lapide concussus. (ῐ)

λᾱοτόμος, ον, (τέμνω) i. q. λατόμος.

λᾱοτόρος, ον, (λᾶας, τορέω) lapides perforans.

λᾱοτρόφος, ον, (τρέφω) qui populum alit.

λαότροφος, ον, populo nutritus.

λαοτύπος, ον, (λᾶας, τύπτω) lapides caedens, lapicida, cf. λατύπος. (ῠ)

λᾱοφθόρος, ον, (φθείρω) populum corrumpens et evertens, populi pernicies.

λᾱοφόνος, ον, (φονεύω) populum occidens.

λᾱοφόρος, ον, (φέρω) populos ferens.

λάπαγμα, ατος, (λαπάζω) id, quod evacuando ejicitur. (◡ - ◡)

λᾰπαγμός, οῦ, ὁ, evacuatio.

λᾰπάζω, et λαπάσσω, Att. λαπάττω, f. άξω, evacuo, inanio. 2) mollio. 3) perdo, destruo, vasto. v. ἀλαπάζω.

λάπαθον, τό, lapathum, herba alvum laxans. (◡◡◡)

λάπαθος, ου, ἡ, fossa, terrae sulcus evacuando excavatus. (◡◡◡)

λάπαξις, εως, ἡ, evacuatio. (◡◡-)

λαπάρα, ας, ἡ, locus infra costas, quasi laxus et vacuus, quia caret costis, abdomen, ilia. A seq. (◡◡-)

λᾰπᾰρός, ρά, ρόν, (λαπάζω) vacuus, inanis. 2) tenuis gracilis, mollis v. λαγαρός.

λαπάσσω, vide λαπάζω.

λάπη, ης, ἡ, pituita. Hippocr. (◡-)

λᾰπῆναι, inf. aor. 2. a λάπτω.

λᾰπίζω, (Λαπίθαι) superbum me gero, effero me, jacto me.

Λαπίθαι, οἱ, Lapithae, populus Thessaliae ferox et superbus. (◡◡-)

λάπισμα, ατος, τό, (λαπίζω) jactantia. (◡-◡)

λᾰπιστής, οῦ, ὁ, jactator, nugax, mendax. 2) delicatus et mollis. 3) nihil pensi habens, levis.

λαπτικός, ή, όν, (λάπτω) emolliens, evacuans.

λάπτω, f. ψω, pf. λέλᾱφα, lambo, lambendo more canum bibo. 2) avide bibo. 3) evacuo, exinanio. 4) consumo, perdo, ut λαπάζω.

λᾰπώδης, ες, (λάπη) pituitae similis.

λάρβασον, τό, i. q. στίμμι.

λάριμνον s. λάριμον, τό, species thymiamatis Indici.

λαρῑνεύομαι, saginor. A seq.

λᾱρῑνός, ή, ό, saginatus, pinguis. λαρινοὶ βόες, saginati, bene habiti boves.

λάριξ, ῐκος, ὁ et ἡ, larix arbor. (◡-)

λαρίς, ίδος, ἡ, i. q. λάρος, Leon. Tar. 74. 5.

λαρκᾰγωγός, οῦ, ὁ, (λαρκός, ἀγωγός) corbem gestans.

λαρκίδιον, ου, τό, parva corbis. Dimin. A seq.

λαρκός, οῦ, ὁ, corbis e vimine plexa, cophinus, corbis carbonaria.

λαρκοφορέω, f. ήσω, corbem vimineam fero.

λαρνᾰκόγυιος, ον, (λάρναξ, γυῖον) membra arcae similia habens.

λαρνᾰκοφθόρος, ον, (λάρναξ, φθείρω) arcam corrumpens. 2) qui perniciem in cista affert.

λαρνᾰκόφορος, ον, (φέρω) in arca gestatus, vectus etc.

λάρναξ, ᾰκος, ὁ, capsa, arca, riscus, cista, loculus, conditorium.

λᾰροειδής, ές, (λάρος, εἶδος) laro similis.

λάρος, ου, ὁ, larus, gavia, avis vorax: (◡◡)

λαρός, ρά, ρόν, hilaris, jucundus, suavis: dicitur imprimis de odore, it. de vino. (-◡)

λᾰρυγγιάω, Hinc λαρυγγιόων, part. praes. pro λαρυγγιῶν, λαρυγγιῶντ (λάρυγξ) raucum stertens, raucos ronchos edens.

λᾰρυγγίζω, vocem dilato, clamito, vociferor. λαρυγγιῶ, fut. Att. pro λαρυγγίσω, clamore obtundam.

λᾰρυγγισμός, οῦ, ὁ, clamor, vociferatio, quae fit gutture latius diduco, de corvis. Plut.

λᾰρυγγιστής, οῦ, ὁ, vociferator, vel vorator, lurco.

λάρυγξ, υγγος, ὁ, (ΛΑΩ) caput asperae arteriae, guttur. (ᾰ)

λᾰρυγγοτομέω, (τέμνω) guttur incido, τινά.

λᾰρυγγοτομία, ἡ, incisio gutturis.

λᾰρυγγόφωνος, ον, (φωνή) gutture vocem fundens.

λᾶς, ὁ, lapis, Attice contractum p. λᾶας, q. v.

λάσανον, ου, τό, lasanum, foculus, olla. 2) cloaca, sella familiaris, matula. (ᾰ)

λᾰσανοφόρος, ον, (φέρω) qui lasanum fert.

λάσδεο, imperat. Dor. p. λάζου a λάζομαι.

λᾰσεῦμαι, fut. med. Dor. a λανθάνω.

λασθαίνω, illudo, maledico. A seq.

λάσθη, ης, ἡ, illusio, contumelia, Hdt. 6. 67.

λᾰσθῆμεν, inf. aor. pass. Dor. p. λησθῆναι a λανθάνω, Theocr.

λᾰσιαύχην, ενος, ὁ, ἡ, (λάσιος, αὐχήν) hirtam cervicem habens.

λάσιοθριξ, τρῐχος, (θρίξ) hirtus, hirsutus, villosus.

λᾰσιόκνημος, ον, (κνήμη) hirta habens crura.

μίγνυμι, f. μίξω, aor. 1. pass. ἐμίχθην, aor. 2. ἐμίγην, pf. pass. μέμιγμαι, fut. Ep. μιγήσομαι, misceo, permisceo. pass. μίγνυσθαι, misceri, prope accedere, consuescere, de concubitu, et de aliis quibusque modis consortii et congressus inter

homines.

μιγνύω, i. q. μίγνυμι, Pind.

Μίδας, ου, ὁ, Midas, nomen regis Phrygiae. 2) nomen jactus tesserarii seu aleatorii admodum felicis. 3) bestiola fabas exedens.

μιερός, ά, όν, Ion. p. μιαρός, improbatur a Phrynicho p. 309.

μιηφόνος, ον, i. q. μιαιφόνος, valde dub.

Μίθρας, ου, ὁ, Sol, apud Persas, ut Deus.

Μιθριακός, ή, όν, ad Mithram pertinens.

μίκη, ης, ἡ, capra.

μικιζόμενοι, οἱ, apud Lacedaemonios vocabantur pueri inde ab anno aetatis tertio.

μικκός, ή, όν, parvus, exiguus. Hinc μικκόν, adv. parum, paullisper. Dor. pro μικρός.

μικκότρωγος, ον, (τρώγω) qui pauca comedit, nomen parasitae ap. Plautum.

μικκύλος, η, ον, Dimin. a μικρός.

μικραδικητικός, ή, όν, in parvis injuriosus. v. μεγαλαδικητικός, et μεγαλάδικος.

μικραίτιος, ον, (αἰτία) ob parvas res expostulans, querens.

μίκρασπις, ιδος, (ἀσπίς) parvum scutum habens.

μικραῦλαξ, ακος, ὁ, ἡ, paucos, vel etiam parvos sulcos, agrum parvum habens.

μικροβασιλεία, ἡ, regnum parvum.

μικροβασίλειος, ον, regnum parvum habens.

μικροβασιλεύς, έως, ὁ, rex parvus, regulus.

μικρόβιος, ον, (βίος) breve tempus vivens, brevis aevi.

μικρόβωλος, ον, (βῶλος) parvas habens glebas.

μικρογένειος, ον, (γένειον) parvum mentum habens.

μικρόγενυς, υ, (γένυς) parvas maxillas habens.

μικρογλάφυρος, ον, parvos et aptos articulos habens.

μικρογνωμοσύνη, ης, ἡ, (γνώμη) i. q. μικροψυχία.

μικρογραφέω, (γράφω) vocali brevi scribo, v. c. ο non ω. Vox Grammat.

μικροδοσία, ας, ἡ, (δόσις) donatio exigua, parvum munus.

μικρόδουλος, ον, (δοῦλος) servus parvus. Opp. μεγαλόδουλος.

μικροθαύμαστος, ον, (θαυμάζω) res parvas admirans.

μικροθυμέω, f. ήσω, (μικρόθυμος) animo pusillo sum, animo destituor.

μικροθυμία, ας, ἡ, pusillanimitas. Ab eod.

μικρόθυμος, ον, (θυμός) qui animo pusillo est.

μικροκαμπής, ές, (κάμπτω) paullulum inflexus.

μικροκαρπία, ας, ἡ, parvi fructus editio, fructus exiguitas.

μικρόκαρπος, ον, (καρπός) fructus exiguos edens.

μικροκέφαλος, ον, (κεφαλή) exiguum habens caput.

μικροκίνδυνος, ον, parva suscipiens pericula.

μικροκλέπτης, ου, ὁ, fur rerum minutarum.

μικροκοίλιος, ον, (κοιλία) exilem habens ventrem.

μικρόκομψος, ον, (κομψός) parum concinnus, s. nimis concinnus, bellulus, affectatam in minutiis ac puerilem concinnitatem et venustatem habens.

μικρόκοσμος, ου, ὁ, mundus parvus, homo.

μικροληψία, ας, ἡ, (λῆψις) paucorum acceptio.

μικρολογέομαι, (μικρολόγος) rarius act. μικρολογέω, disputo de rebus exiguis et nullius momenti. 2) rei parvae rationem habeo, nimis diligens sum. 3) scrupulose circa vilia et spernenda occupor. 4) sordide et parce facio.

μικρολογητέον, adj. verb. a praec. sordide ac parce agendum erit.

μικρολογία, ας, ἡ, oratio tenuis omnique sententiarum dignitate destituta. 2) cura, quae impenditur rebus parvis, frivolis ac vilibus, tanquam magnis. 3) sordes, avaritia, parsimonia sordida. Ab eod.

μικρολόγος, ον, qui rerum exiguarum ac vilium rationem habet, in minima quaeque inquirit, scrupulosus. 2) sordidus, tenax, praeparcus.

μικρολόγως, adv. res parvas magni aestimando. 2) sordide, praeparce.

μικρόλυπος, ον, (λύπη) cui res minimae animi molestiam adferunt.

μικρομελής, ές, (μέλος) parva habens membra.

μικρομέρεια, ας, ἡ, tenuitas partium. A seq.

μικρομερής, ές, (μέρος) parvis partibus constans.

μικρόμματος, ον, (ὄμμα) parvos oculos habens.

μικρόμυρτος, ον, (μύρτον) epith. myrti parvas baccas ferentis.

μικρόπεπλος, ον, parvum peplum gestans.

μικροποιέω, f. ήσω, minutum reddo. A seq.

μικροποιός, όν, minutum, humile reddens.

μικροπολιτεία, ἡ, origo ex parva urbe.

μικροπολίτης, ου, ὁ, parvae urbis civis. (ῑ) Fem. μικροπολῖτις.

μικροπολιτικός, ή, όν, civi parvae civitatis conveniens, s. usitatus etc. Hinc τὸ μικροπολιτικόν, οῦ, multitudo parvi oppidi. item mores moribus parvi oppidi similes. A pr.

μικροπόνηρος, ον, in parva re improbus.

μικρόπος, ον, poet. p. μικρόπους.

μικρόπους, ποδος, (πούς) parvos pedes habens.

μικροπρέπεια, ας, ἡ, (μικροπρεπής) illiberalitas, sordes, indecora parsimonia, parvus atque angustus animus.

μικροπρεπεύομαι, f. εύσομαι, indecore parcus sum, sum vilis abjectique animi. Ab eod.

μικροπρεπής, ές, (πρέπω) viles abjectosque decens. 2) sordidus, illiberalis.

μικροπρεπῶς, adv. sordide, illiberaliter. A pr.

μικροπρόσωπος, ον, (πρόσωπον) faciem parvam habens.

μικροπτέρυξ, γος, parvas alas habens.

μικροπύρηνος, ον, (πυρήν) parvos habens nucleos. (ῡ)

μικρόρραξ, αγος, ὁ, ἡ, (ῥάξ) qui parvos habet acinos.

μικρόρριν, vel μικρόρρις, ὁ, ἡ, (ῥίν) parvum nasum habens.

μικρόρρωξ, ωγος, ὁ, ἡ, idem quod μικρόρραξ.

μικρορροπύγιος, ον, (ὀρροπύγιον) parvum habens oropygium.

μικρός, ρά, ρόν, parvus, exiguus. 2) qui parvi pretii aut momenti est. 3) humilis, imbecillis. 4) paucus. μικρόν, adv. paullulum, parvum. μικροῦ, prope, fere, propemodum. μικροῦ δεῖν, propemodum, paene. μικρῷ πρότερον, paullo ante. μικρῷ ὕστερον. Compar. μικρότερος. Sup. μικρότατος, item irreg. ἐλάσσων, ἐλάχιστος, μείων, μεῖστος, μειότερος, μειότατος. Ion. σμικρός. Dor. μικκός. (ι natura longum: a serioribus tantum deterioribusque poetis interdum corripitur.)

μικροσιτία, ἡ, (σῖτος) victus paucis contentus.

μικροσκελής, ές, (σκέλος) parva habens crura.

μικρόσοφος, ον, sciolus.

μικροσπέρματος, ον, (σπέρμα) parvum semen habens.

μικρόσπερμος, ον, idem.

μικρόσταχυς, υ, parvas spicas habens.

μικρόστομος, ον, (στόμα) os parvum habens.

μικρόσφαιρος, ον, (σφαῖρα) Epith. malobathri, folia perparva habentis.

μικρόσφυκτος, ον, (σφύζω) cui parvus et debilis est pulsus arteriarum.

μικροσφυξία, ας, ἡ, exilitas pulsus arteriarum. Ex eod.

μικρόσχημος, ον, (σχῆμα) parvum habitum gerens.

μικροτέχνης, ου, ὁ, (τέχνη) vilis et abjectus artifex.

μικρότης, ητος, ἡ, (μικρός) parvitas, exiguitas, pusillitas.

μικροτράπεζος, ον, (τράπεζα) qui tenuem habet mensam.

μικρότριχος, ον, (θρίξ) breves habens pilos.

μικροφάγος, ον, tenuissimo victu utens.

μικροφιλοτιμία, ας, ἡ, inepta et sordida gloriae cupido, gloriae captatio e rebus frivolis. A seq.

μικροφιλότιμος, ον, e rebus tenuibus gloriam captans. Theophr.

μικροφρόνως, adv. (μικρόφρων) illiberaliter, sordide.

μικροφροσύνη, ης, ἡ, pusillanimitas. Ab eod.

μικρόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) pusillanimis.

μικροφυής, ές, (φυή) pusillus.

μικροφυΐα, ας, ἡ, parvitas a natura. A praec.

μικρόφυλλος, ον, (φύλλον) parva habens folia.

μικροφωνία, ας, ἡ, exilitas vocis. A seq.

μικρόφωνος, ον, (φωνή) gracilem et exilem vocem habens.

μικροχαρής, ές, (χαίρω) rebus parvis, nihili, frivolis gaudens; minutiis deditus.

μικρόχωρος, ον, exiguum solum habens.

μικροψυχέω, f. ήσω, (μικρόψυχος) pusillo animo sum, exponitur et, animo deficio.

μικροψυχία, ας, ἡ, pusillanimitas, animus demissus et abjectus. Ab eod.

μικρόψυχος, ον, (ψυχή) qui animo demisso et abjecto est, pusillanimis, humilis, nihil magnum aut sublime cogitans.

μικρύνω, (μικρός) parvum reddo, imminuo.

μικρῶς, adv. parvum, leviter.

μικτέον, adj. verb. a μίγνυμι, miscendum est.

μικτός, ή, όν, (μίγνυμι) mixtus. 2) qui misceri potest.

μίλαξ, ακος, ἡ, taxus. 2) hederae species. v. σμῖλαξ.

Μιλησιουργής, Milesio opere factum, sicut celebrantur Μιλήσια στρώματα, Milesia stragula, et Μιλήσια ἔρια, Milesiae lanae. Ex ἔργον et Μίλητος, Miletus, quae est urbs Asiatica. (--◡)

μιλιάζω, (μίλιον) miliaria numero, miliaria dimetior. Hinc μεμιλιάσθαι, per miliaria dimensum esse, ap. Strab.

μιλιάριον, ου, τό, miliarium, columna Romae, unde miliaria numerari coepta. 2) vas ad parandam aquam calidam, caldarium: quod esset forma miliari simile. Athenaeus Lib. III. Anthol. Gr. (◡◡-◡◡)

μιλιασμός, οῦ, ὁ, (μιλιάζω) dimensio per miliaria.

μιλιάω, i. q. μιλιάζω.

μίλιον, ου, τό, miliare, spatium mille passuum.

μιλλός, οῦ, ὁ, tardus, s. hebes. Hinc μιλλότης, i. q. βραδύτης.

μίλος, ἡ, i. q. σμῖλος.

μιλτεῖον, τό, (μίλτος) vas minio plenum.

μίλτειος, ον, (μίλτος) qui e minio, aut minio tinctus est.

μιλταλιφής, ές, (μίλτος, ἀλείφω) minio illitus, miniatus, minio tinctus, Hdt. 3, 58.

μίλτινος, ίνη, ινον, (μίλτος) miniaceus.

μιλτίτης, ου, ὁ, ut μιλτίτης λίθος, lapis minii colorem referens.

μιλτοκάρηνος, ον, (κάρηνον) caput minio illitum habens.

μιλτοπάρῃος, ον, (παρειά) genas minio infectas habens, Epith. navis rubro pictae.

μιλτοπρεπής, ές, s. μιλτόπρεπτος, ον, (πρέπω) minio pulcre pictus, decorus.

μίλτος, ου, ἡ, rubrica. 2) minium, τὸ μίλτιον. 3) i. q. ἐρυσίβη, robigo segetum.

μιλτοφυρής, ές, (φύρω) minio infectus, Phil. Thess. 15, 5. si lectio vera.

μιλτόω, f. ώσω, (μίλτος) minio inficio, rubrica tingo, minio.

Μιλτώ, οῦς, ἡ, minio fucata, cognomen Aspasiae minoris, Ael. v. h. 12, 1.

μιλτώδης, ες, (μίλτος, μιλτόω) miniaceus, minio similis. 2) minii plenus.

μιλτωρυχία, ας, ἡ, minii effossio. 2) metallum minii. A seq.

μιλτωρύχος, ου, ὁ, (μίλτος, ὀρύσσω) minii seu rubricae effossor.

μιλτωτός, ή, όν, (μιλτόω) miniatus, rubricatus.

μίλφαι, ων, αἱ, defluvium pilorum in palpebris.

μίλφωσις, εως, ἡ, idem. A pr.

μιμαίκυλον, ου, τό, fragum: fructus arbuti. Scribunt et μιμάκυλον, μαιμάκυλον, etc. male.

Μιμαλλόνες, et Μιμαλόνες, ων, αἱ, Mimallones, Bacchae, seu sacerdotes Bacchi. (A μιμέομαι, διὰ τὴν μίμησιν τῶν ἀνδρῶν.)

μίμαρκυς, εως, ἡ, sive μίμαρκυς, υος, ἡ, farciminis genus ex intestinis leporis.

μιμαυλέω, histrioni mimo accino tibia. Hesych. interpr. ὑποκρίνεσθαι. A seq.

μίμαυλος, ον, (μῖμος, αὐλός) qui mimos tibia exprimit. (ῑ)

μιμέομαι, f. ήσομαι, imitor, imitatione exprimo, c. acc.

μιμέρα, ας, ἡ, ars imitandi, imitatio, Hesych. dub.

μιμηλάζω, idem quod μιμέομαι. Hesych. A seq.

μιμηλός, ή, όν, (μιμέομαι) imitando expressus, a docto imitatore factus. Dor. μιμηλά, imitando expressa imago. μιμηλός, active, imitandi sollertia praeditus, imitator, ut μιμηλὴ τέχνη, imitatrix ars. μιμηλότατοι, Superl. imitandi dexteritate praestantissimi.

μιμηλότης, ητος, ἡ, imitandi dexteritas Suid. sine expositione. A praec.

μιμηλῶς, idem quod μιμητικῶς. Ab eod.

μίμημα, ατος, τό, (μιμέομαι) imitamentum, imago. (--◡)

μίμησις, εως, ἡ, imitatio. (ῑ) Ab eodem.

μιμητέον, adj. verb. a μιμέομαι, imitari decet.

μιμητής, οῦ, ὁ, imitator, de poetis quoque et histrionibus, quod illi verbis et oratione, hi gestu imitentur mores hominum. Ab eodem.

μιμητικός, ή, όν, imitandi sollertia praeditus, peritus imitator.

μιμητικῶς, adv. imitando, more imitatorum.

μιμητός, ή, όν, imitabilis, qui imitando exprimi potest.

μιμήτωρ, ορος, ὁ, poet. p. μιμητής.

μιμία, ας, ἡ, imitatio, valde dub.

μιμίαμβοι, οἱ, (ἴαμβος) mimi iambicis versibus scripti, dub.

μιμίζω, hinnio. (?)

μιμικός, ή, όν, (μῖμος) mimicus, i. e. ad mimos pertinens, aut mimos decens.

μιμιγμός, οῦ, ὁ, hinnitus. Hesych. (?)

μιμνάζω, i. q. μίμνω, μένω, intr. maneo. 2) trans. praestolor, exspecto, c. acc. h. Hom. 8, 6.

μιμνήσκω, f. μνήσω, et μνήσομαι aor. ἔμνησα, in memoriam revoco, τινά τινος, alicui aliquid: commonefacio, admoneo. Pass. μιμνήσκομαι, f. μνησθήσομαι, aor. ἐμνήσθην, recordor, memini, c. gen. Vide μνάομαι.

μίμνω, poet. p. μένω.

μιμόβιος, ον, (μῖμος, βίος) imitatione vivens, arte mimica victum quaerens.

μιμογράφος, ου, ὁ, (μῖμος, γράφω) qui mimos scribit.

μιμολογέω, f. ήσω, mimos recito, mimice recito. pass. μιμολογεῖσθαι, mimice recitari. A seq.

μιμολόγος, ον, qui mimos recitat. In Epigr. echo dicitur μιμολόγος, imitans vocem humanam.

μῖμος, ου, ὁ, mimus, imitator, histrio. 2) mimus, imitatio, ipse actus mimicus, plerumque obscenior, et mimi ejusmodi versus. 3) vana rerum ementitarum repraesentatio, adumbratio, offuciae.

μιμώ, όος, contr. οῦς, ἡ, (μῖμος) simia, humanarum actionum imitatrix, Tzetzes.

μιμῳδός, οῦ, ὁ, mimi cantor, i. e. qui verba mimi recitat, mimus, Plut.

μίν, Ion. pro αὐτόν, αὐτήν, αὐτό, Hom. μὶν αὐτόν, eum ipsum. αὐτόν μιν, i. q. ἑαυτόν, se ipsum. Rarius usurpatur pro plurali αὐτούς, αὐτάς, αὐτά, Il. 12, 285. 19, 399. Od. 17, 268. quibus tamen in locis etiam pro sing. haberi potest. Extra dubitationem positus est usus hic in poetis Alexandrinis. Dorice et Attice νίν.

μίνδαξ, ακος, ἡ, suffimentum quoddam, suffitus, Athen.

μίνθα vel μίνθη, ης, ἡ, mentha, herba suave olens.

μίνθος, ου, ὁ, stercus, merda.

μίνθος, ου, ἡ, i. q. μίνθα.

μινθόω, f. ώσω, (μίνθος, ὁ) stercore inquino.

Μινύαι, οἱ, (Μινύας) Minyae, gens nobilis Orchomeni, Hdt. Unde

Μινυαμάχος, ον, (μάχομαι) contra Minyas pugnans, Minyarum domitor. (◡◡-◡◡)

Μινύας, ου, ὁ, Minyas, antiquus Orchomeni rex. (◡◡-)

μινυανθής, ές, (μινύθω, ἄνθος) per breve tempus florens.

μινυθέω, (μινύθω) minor fio, imminuor, Hippocr. 2) trans. i. q. μινυθίζω, minuo, imminuo, dub.

μινύθημα, ατος, τό, imminutum, extenuata pars corporis. A praec.

μινύθησις, εως, ἡ, imminutio. Hippocr. Ab eod.

μινυθίζω, imminuo.

μινυθικός, ή, όν, imminuendi vim habens.

μινύθω, (μινύς) minuo, imminuo. 2) minor fio, decresco, deficio, marcesco, contabesco.

μινυθώδης, ες, debilis, exilis.

μίνυνθα, adv. (μινύς) parumper, paullisper, paullulum, ad parvum temporis spatium.

μινυνθάδιος, ία, ιον, (μίνυνθα) brevi tempore durans.

μινυνθώδης, ες, brevis.

μινυός, ά, όν, parvus, exilis.

μινύρισμα, ατος, querulum et exile murmur. A seq.

μινυρίζω, (μινυρός) exili voce lamentor, exili et flebili voce cantillo, minurio. cf. μιτιτρίζω.

μινύρισμα, ατος, τό, minuritio, cantus minorum avium. A praec.

μινυρισμός, οῦ, ὁ, murmuratio, susurratio. Ab eod.

μινύρομαι, (μινυρός) querula et lamentabili voce loquor, vel cantillo (◡-◡-)

μινυρός, ά, όν, (μινύς) querulus, gracili voce cantillans. μινυροί, pipiones, et fetus avium reliquarum.

μινύς, ύ, exiguus, parvus, exilis, omnino i. q. μικρός. Vox ficta a Grammaticis, ut haberent, unde derivarent μινύθω, μίνυνθα, μινυρός, μινυρίζω, minus, minuo, minurio.

μινυώριος, ον, (μινυός, ὥρα) brevi tempore durans, fluxus, caducus.

μινύωρον, adv. paullulum.

Μίνως, ωος, ὁ, acc. Μίνω, gen. Att. Μίνω, Minos. (--)

μίξ, adv. (μίγνυμι) mistim, promiscue. ap. Nicand.

μιξαιθρία, ας, ἡ, (μίξις, αἰθρία) serenitas pluviis hiemalibus permixta.

μιξαίθριον, ου, τό, idem et ex iisd.

μιξάνθρωπος, ον, semihomo.

μιξαρχηγέτης, ου, ὁ, Dor. -αγέτας, (ἀρχηγέτης) ita dicebatur Castor ab Argivis, i. e. semiheros s. qui heroicam dignitatem cum Polluce fratre partitus est; nam heroes iisdem nominabantur ἀρχαγέται. Plut.

μιξέλληνες, οἱ, (μίξις, Ἕλλην) altero tantum parente Graeci, ut hibridae apud Romanos.

μιξίαμβος, ον, poeta, qui carminibus iambos admiscet; conviciator, Hesych. E μίξις et ἴαμβος, Iambus, quod olim conviciis in primis adhibebantur iambi.

μιξίας, ου, ὁ, (μίγνυμι) qui miscet, Hesych.

μίξις, εως, ἡ, (μίγνυμι) mixtio, mixtura, permistio, temperatura. 2) concubitus, coitus.

μιξοβάρβαρος, ον, semibarbarus.
μιξοβόας, ου, ὁ, (βοάω) promiscue clamans.
μιξοδία, ας, ἡ, (ὁδός) mixtio viarum, trivium. Apud Apoll. Rh. 4, 921. μιξοδίη, locus inter Scyllam et Charybdin. Schol. Apoll. Rhod. v. μισγοδία.
μίξοδος, ου, ἡ, idem et ex eod.
μιξοθάλασσος, ον, (θάλασσα) qui in mari versatur, ut nauta, piscator, pirata.
μιξόθηλυς, υ, (θῆλυς) τὴν φωνήν, vocem habens, cui feminei aliquid admixtum est, Philostr.
μιξόθηρ, ηρος, ὁ, ἡ, (θήρ) semifer, ferae quasi permixtus, homo et brutum simul.
μιξόθηρος, ον, idem. 2) qui belluinis est moribus. Ex eod.
μιξόθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, (θρίξ) semicanus.
μιξόθροος, ον, e variis clamoribus mixtus.
μιξοιφία, ας, ἡ, (οἰφέω, οἰφάω) coitus. Hesych.
μιξόλευκος, ον, albo distinctus.
μιξολύδιος, ον, semi-Lydius. (ῡ)
μιξολυδιστί, adv. semi-Lydio more, mixta Lydia harmonia.
μίξομαι, fut. med. a μίγνυμι, Od.
μιξόμβροτος, ον, (βροτός) semihomo, ut centaurus.
μιξονόμος, ον, (νέμω) Epith. hircorum, quia inter oves pascuntur, apud Athen. vid. μισγονόμος.
μιξοπάρθενος, ον, (παρθένος) semivirgo, ut Harpyia.
μιξοπόλιος, ον, cujus capillis cani incipiunt misceri, Gl. Vet. canaster.
μιξόπυος, ον, (πύον) pure permixtus.
μιξοφρύγιος, ον, (Φρύγιος) semi-Phrygius.
μιξόφρυς, υ, (ὀφρύς) supercilia coeuntia habens.
μιξοφυής, ές, (φύω) mixtae naturae.
μιξόχλωρος, ον, subviridis.
μίρκα, ας, ἡ, florida vel floribus variegata, Hesych.
μίρρινον, ου, τό, gula, dub.
μίρυλον, ου, τό, odium, piaculum, immundities, Hesych.
μισαγαθία, ας, ἡ, odium bonorum s. bonarum rerum. A seq.
μισάγαθος, ον, (μισέω, ἀγαθός) qui bonos vel res bonas odit.
μισαδελφία, ας, ἡ, fratris odium. A seq.
μισάδελφος, ον, (ἀδελφός) qui fratrem odit.
μισαθήναιος, ον, (Ἀθηναῖος) qui Athenienses odit.
μισαλάζων, ον, (ἀλαζών) osor arrogantiae.
μισαλέξανδρος, ον, qui Alexandrum odit.
μισαλληλία, ας, ἡ, odium mutuum. A seq.
μισάλληλοι, ων, οἱ, αἱ, (ἀλλήλων) qui se mutuo odio prosequuntur.
μισανθρωπέω, f. ήσω, (μισάνθρωπος) homines odi, hominum consuetudinem fugio.
μισανθρωπία, ας, ἡ, odium hominum, inhumanitas. Ab eod.
μισάνθρωπος, ον, (μισέω, ἄνθρωπος) osor hominum, inhumanus.
μισαπόδημος, ον, (ἀπόδημος) abhorrens peregrinationum.
μισαργυρία, ας, ἡ, (ἄργυρος) contemtus pecuniae.
μίσγα, adv. (μίσγω) i. q. μίγα.
μισγάγκεια, ας, ἡ, (μίσγω, ἄγκος) locus in valle, in quo fit mistio aquarum, in quem e montibus aquae confluentes miscentur. 2) ipse aquarum gurges illinc collectus.

μισγοδία, ας, ἡ, (ὁδός) bivium, trivium. v. μιξοδία.
μισγόλας, ου, ὁ, tumultus ex confluxu et mistione multitudinis. Hesych.
μισγονόμος γῆ, (νέμω) terra, ubi promiscue pascunt. Hesych.
μίσγω, misceo, permisceo. μίσγομαι, misceor, coeo, concumbo, congredior, colloquor, conversor, poet. p. μίγνυμι, μίγνυμαι.
μισέλλην, ηνος, ὁ, ἡ, (μισέω et Ἕλλην) Graecorum osor.
μισεργος, ον, (ἔργον) laborum osor, Pollux. (ῑ)
μισεταιρία, ας, ἡ, sociorum odium, Pollux. A seq.
μισέταιρος, ου, ὁ, (ἑταῖρος) sociorum osor, Pollux.
μισέω, f. ήσω, odi, odio prosequor. 2) minus diligo, minus curo, posthabeo, postpono. Pass. μισέομαι, odio sum. Med. odiosum me reddo.
μίσηθρον, τό, artificium odii contra quem excitandi, oppon. φίλτρον, Lucian. A praec. vid. μίσητρον, quae melior est lectio. (ῑ)
μισήλιος, ον, (μισέω, ἥλιος) solifuga.
μίσημα, ατος, τό, (μισέω) odium. (ῑ)
μισήτη, ης, ἡ, libidinosa, prostituens se cuique femina, χαμαιτυπίς. Ammon. Suid. quasi pro μισγήτη, a μίσγομαι.
μισητία, ας, ἡ, insatiata libido, proclivitas in Venerem; scribitur et μισγητία. A praec.
μισητής, ου, ὁ, (μισέω) osor.
μισητίζω, odi, odio prosequor, Hesych. Ab eodem.
μισητικός, ή, όν, qui odio prosequitur, propensus ad odia. Ab eod.
μισητικῶς, adv. odio prosequendo, per odium.
μισητός, ή, όν, (μισέω) odiosus, invisus, qui odio habetur.
μίσητρον, ου, τό, i. q. μίσηθρον.
μισθαποδοσία, ας, ἡ, (μισθός, ἀπόδοσις) mercedis seu premii solutio. 2) praemium, retributio, merces, etiam poena.
μισθαποδότης, ου, ὁ, (ἀποδίδωμι) qui persolvit mercedem, proemium solvit, poenam sumit.
μισθάριον, ου, τό, parva merces, mercedula. Dim. a μισθός.
μισθαρνευτικός, ή, όν, ad eos pertinens, qui mercede operam suam locant. A seq.
μισθαρνεύω, f. εύσω, idem quod seq.
μισθαρνέω, f. ήσω, mercede operam meam loco, mercedem capio, stipendium facio, etiam de meretricio quaestu. A seq.
μισθάρνης, ου, ὁ, (μισθός, ἄρνυμαι) mercenarius, qui mercede aliquid facit.
μισθαρνητικός, ή, όν, (μισθαρνέω) mercenarius, pertinens ad mercenarios.
μισθαρνία, ας, ἡ, (μισθαρνής) mercedis acceptio, opera mercenaria, quae pro mercede praestatur. 2) quaestus meretricius.
μισθαρνικός, ή, όν, idem quod μισθαρνητικός. A praec.
μισθάρνισσα, ἡ, fem. a μισθάρνης.
μίσθαρνος, ὁ, i. q. μισθάρνης.
μισθαρχίδης, ου, ὁ, (μισθός, ἀρχή) qui mercede magistratum gerit, magistratus mercenarius. Vocab. Aristoph. forma patronymici, quasi a μισθάρχης, vel μίσθαρχος.
μίσθιος, ία, ιον, vel μίσθιος, ον, (μισθός) mercenarius, meritorius.

μισθοδοσία, ας, ἡ, (δόσις) mercedis seu stipendii solutio.
μισθοδοτέω, f. ήσω, mercedem sive stipendium do, seu persolvo. Med. μισθοδοτοῦμαι, mereo, mercedem fero. A seq.
μισθοδότης, ου, ὁ, qui mercedem persolvit.
μισθόδωρος, ον, (δωρέω) idem.
μισθός, οῦ, ὁ, merces, praemium laborum; etiam poena. 2) salarium, stipendium militum. 3) pretium habitationis. 4) utilitas, commodum.
μισθοφορά, ᾶς, ἡ, (μισθός, φέρω) stipendium, id ipsum, quod mercedis loco fertur, h. e. accipitur, salarium. Vertitur et vectigalia.
μισθοφορέω, f. ήσω, operam meam pro mercede eloco, mercedem capio, quaestum facio. 2) aera mero, stipendia facio.
μισθοφορία, ας, ἡ, ipsa actio stipendia merendi.
μισθοφορικός, ή, όν, qui mercenariorum, vel militum aera merentium est. 2) Subst. ὁ, sc. στρατιώτης, qui stipendia facere solet; τὸ μισθοφορικόν, sc. ἀργύριον stipendiale, Gl. Vet. 3) sc. στράτευμα, miles conductitius aut mercenarius.
μισθοφόρος, ον, (μισθός, φέρω) mercede operam locans, mercenarius, qui mercede aliquid facit.
μισθόω, f. ώσω, (μισθός) mercede loco, faciendum utendumve mercede certa loco. Med. μισθόομαι, mercede conduco, redimo. Pass. mercede conducor: μεμισθωμένος, mercede conductus.
μίσθωμα, ατος, τό, merces, qua aliquid utendum locatur vel conducitur, vel qua quis operam locat. 2) illud ipsum quod conducitur, velut habitatio, hospitium. 3) merces meretricia, quaestus meritorius. A praec.
μισθωμάτιον, ου, τό, *Dimin.* a praec.
μισθωσιμαῖος, αία, αῖον, conductitius. A seq.
μισθώσιμος, ον, qui mercede locatur, vel conducitur. 2) qui mercede conduci debet. 3) qui mercede locari aut conduci potest. Gl. Vet. locatitius. A seq.
μίσθωσις, εως, ἡ, (μισθόω) locatio, aut conductio.
μισθωτής, οῦ, ὁ, conductor. Ab eod.
μισθωτικός, ή, όν, mercenarius. Ab eod.
μισθωτός, ή, όν, mercenarius, mercede conductus, conductitius. Ab eod.
μισθώτριαι, fem. a μισθωτής: μισθώτριαι γυναῖκες, apud Poll. mulieres mercenariae, bajulae.
μίσιππος, ου, (μισέω, ἵππος) ab equis alendis etc. abhorrens. (‒ ‒ ⏑)
μίσκιλλος, ου, ὁ, vile et nigrum vinum, Hesych. Vocab. Latin.
μίσκελος, sordidus et praeparcus, qui frusta etiam rejecta colligit. dub. A seq.
μίσκοι, ων, οἱ, frusta et rejectamenta, quae sub mensam cadunt. Pollux. v. μίσχος.
μισοβάρβαρος, ον, (μισέω, βάρβαρος) osor barbarorum.
μισοβασιλεύς, έως, ὁ, regis vel regum osor.
μισόγαμος, ον, a nuptiis abhorrens.
μισογόης, ὁ, osor praestigiarum, et imposturarum, it. impostorum.
μισογύναιος, ον, (γυνή) osor mulierum.

μῑσογυνεία, ας, ἡ, (*μισογύνης*) odium erga mulieres.

μῑσογυνέω, odi mulieres. A seq.

μῑσογύνης, ου, ὁ, (*γυνή*) osor mulierum.

μῑσόδημος, ον, (*δῆμος*) osor populi, s. suae civitatis, vel constitutionis civilis, libertatis.

μῑσοδημότης, ου, ὁ, idem.

μῑσοδικαστής, οῦ, ὁ, idem quod sequens.

μῑσόδικος, ον, (*δίκη*) qui jure agere horret, litium osor.

μῑσόθεος, ον, deum vel deos exosus.

μῑσόθηρος, ον, (*θήρα*) a venatione alienus. τὸ *μισόθηρον*, Subst., taedium venationis.

μῑσοΐδιος, ον, (*ἴδιος*) qui suos odit.

μῑσοινία, ἡ, odium vini, abstinentia a vino.

μίσοινος, ον, (*οἶνος*) a vino alienus.

μῑσοκαίσαρ, αρος, Caesari infestus.

μῑσοκακῶ, (*κακός*) mala vel malos odi.

μῑσόκαλος, ον, osor honesti.

μῑσοκερδής, ές, lucrifuga.

μῑσολάκων, ωνος, ὁ, ἡ, Lacedaemoniis inimicus.

μῑσολάμαχος, ον, qui Lamachum odit, Ar. (⏑⏑⏑⏑)

μῑσόλεκτρος, ον, (*λέκτρον*) matrimonii osor.

μῑσολογέω, (*μισολόγος*) bonas literas odi. 2) imperitus sum doctrinarum.

μῑσολογία, ας, ἡ, odium bonarum literarum, disputationum etc. Ab eod.

μῑσολόγος, ον, qui colloquia, congressus hominum, disputationes et ratiocinationes odit, osor bonarum literarum, indoctus.

μῑσόνοθος, ον, qui spurios odit.

μῑσόνυμφος, ον, (*νύμφη*) qui nuptias et conjugium odit, nuptiis inimicus.

μῑσοξενία, ας, ἡ, odium peregrinorum, odium hospitum, inhospitalitas. A seq.

μῑσόξενος, ον, osor peregrinorum, hospitum, inhospitalis.

μῑσόπαις, αιδος, ὁ, ἡ, (*παῖς*) osor liberorum, liberos exosus.

μῑσοπάρθενος, ον, (*παρθένος*) virginibus infestus.

μῑσοπάτωρ, ορος, ὁ, ἡ, patri inimicus.

μῑσοπέρσης, ου, ὁ, Persis infestus.

μῑσοποιέω, inimica seu hostilia facio. 2) quae alius odit facio: Aquila Ps. 80, 13. Hinc

μῑσοποιός, οῦ, ὁ, inimicus, infestus, hostilia faciens, Aquila Ps. 80, 13.

μῑσοπόλεμος, ον, (*πόλεμος*) alienus a bello.

μῑσόπολις, ιος, ὁ, ἡ, (*πόλις*) urbi inimicus, osor civitatis.

μῑσοπονέω, (*μισόπονος*) odi et defugio labores. 2) non contendo, non studeo.

μῑσοπονηρέω, f. ήσω, (*μισοπόνηρος*) odi improbos, improbitatem aversor.

μῑσοπονηρία, ας, ἡ, odium improbitatis. A seq.

μῑσοπόνηρος, ον, (*πονηρός*) qui improbos vel improbitatem aversatur, severus. Subst. τὸ *μισοπόνηρον*, ου, sc. ἦθος, odium improbitatis.

μῑσοπονήρως, adv. cum odio improborum.

μῑσοπονία, ἡ, odium laboris. A seq.

μῑσόπονος, ον, (*πόνος*) osor laboris, laborem refugiens.

μῑσοπορπακιστάτη, ἡ, (*πόρπαξ*) bello maxime inimica, pacis amantissima, Aristoph.

μῑσοπράγμων, ον, (*πρᾶγμα*) a negotiis abhorrens, qui vitam quietam et negotiis vacuam agit.

μῑσοπρόβατος, ον, ovium osor, Archytas.

μῑσοπροσήγορος, ον, difficilis aditu.

μισόπτωχος, ον, odio habens, fugiens pauperes.

μισοπώγων, ωνος, ὁ, ἡ, osor barbae, titulus libelli a Juliano Aug. conscripti.

μισορωμαῖος, ον, Romanis infestus.

μῖσος, εος, τό, odium. 2) id quod odio habetur.

μισόσοφος, ον, osor sapientiae, sapientiae studium, Philosophiam exosus.

μισοστρατιώτης, ου, ὁ, rem militarem fugiens.

μισοσύλλας, ου, ὁ, (*Σύλλας*) inimicus Syllae, Plut. Sertor.

μισοσώματος, ον, (*σῶμα*) corporis nullam vel exiguam curam gerens, Procl.

μισοτεκνία, ας, ἡ, odium liberorum. A seq.

μισότεκνος, ον, liberorum osor, prolem habere nolens.

μισοτύραννος, ον, osor tyrannorum, tyrannidis.

μισότυφος, ον, (*τῦφος*) qui ostentationem odit.

μισοφανής, ές, (*φάος*) luci inimicus.

μισοφίλιππος, ον, inimicus Philippi.

μισοφιλολόγος, ον, abhorrens a studiis literarum, infestus hominibus doctis.

μισόφιλος, ον, (*φίλος*) qui amicos aversatur: amicitias fugiens.

μισόφροντις, ιδος, ὁ, ἡ, fugiens curas.

μισόχρηστος, ον, bonorum osor.

μισόχριστος, ον, qui Christum odit.

μισοψευδής, ές, qui mendacium odit.

μιστυλάομαι, pane in cochlear excavato jus vel pulmentum haurio. A seq.

μιστύλη, s. *μυστίλη*, ης, ἡ, panis in cochlear cavatus. v. *μυστίλη*. (ῡ)

μιστύλλω, in parvas partes seu frusta exigua concido, in parva frusta disseco.

μίσυ, υος et εως, τό, misy, succus in metallis concretus in formam glebae vel pollinis: unde inter metallica numeratur.

μίσυβρις, ιος, ὁ, ἡ, (*μισέω*, *ὕβρις*) alienus ab insolentia. (–⏑⏑)

μισυοί, οἱ, qui dimidiato corpore nigri, dimidiato vero albi sunt, Hesych.

μίσχη, ης, ἡ, redimiculum, vitta. 2) pileus. 3) lanarum glomus, Hesych.

μίσχος, ου, ὁ, it. *μίσκος*, pediculus, per quem folia fructusque arboribus adhaerent. 2) granum folio adhaerens. 3) instrumentum rusticum vertendae terrae.

μῑσώδης, ες, (*μῖσος*) odiosus, odio dignus, dub.

μιτιγρίζω, f. ίσω, ejulo, strideo, idem quod *μινυρίζω*, Hesych.

μιτοεργός, ον, (*μίτος*, *ἔργον*) filum faciens, epith. coli.

μιτοῤῥαφής, ές, (*ῥάπτω*) filo sutus.

μίτος, ου, ὁ, filum, quod stamini implicatur, licium. 2) fides citharae, chorda. (⏑⏑)

μιτόω, f. ώσω, licia tendo. 2) fidibus cano. A pr.

μίτρα, ας, ἡ, Ion. et Ep. *μίτρη*, ης, ἡ, cingulum, balteus, cinctus, zona. 2) fascia, qua caput obligatur, mitra, diadema. (ι natura breve.)

μιτράγχουσα, ἡ, squama aurea, quae in fronte gestatur, Hesych.

μίτρα, ης, ἡ, operculum sive involucrum, quod alio nomine *ἐπιδιδυμίς*. Galeni Lex. Hipp. p. 5?6.

μιτρηφόρος, ον, (*μίτρα*, *φέρω*) mitram gestans, mitratus.

μιτρίον, ου, τό, mitella, *Dim.* a *μίτρα*.

μιτροφορέω, mitram gesto. A seq.

μιτροφόρος, ον, i. q. *μιτρηφόρος*.

μιτροχίτων, ωνος, ὁ, ἡ, (*χιτών*) tunicam fascia cingens.

μιτρόω, f. ώσω, (*μίτρα*) mitra seu fascia cingo.

μιτρώδης, ες, (*μίτρα*) βρόχος, laqueus ex cingulo factus, Soph. Ant. 1222. ubi alii legunt *μιτώδης*, filis constans.

μίτυλος, ύλη, Dor. ύλα, υλον, mutilus, cornibus carens.

μίτυς, υος, ἡ, ostiis alvearium circumlitum quasi purgamentum cerae, subatrum, graveolens, vulneribus et ulceribus medens.

μιτώδης, ες, v. *μιτρώδης*.

μιχθαλόεις, εσσα, εν, (*μίχω*) i. q. *ὁμιχλώδης*, Coluth. dub.

μιχθείς, particip. *μιχθῆναι*, inf. aor. 1. pass. a *μίγνυμι*, Il.

μνᾶ, ἡ, gen. *μνᾶς*, Ion. *μνέα*, mina, pondus centum drachmarum. 2) nummus centum drachmas aequans, quorum LX. efficiunt talentum.

μναῖος, *μναιαῖος*, et *μναῖος*, αία, αῖον, minae pondus, pretium habens. A pr.

I. *μνάομαι*, contr. *μνῶμαι*, particip. *μνωόμενος*, Hom. impf. *ἐμνωόμην*, *ἐμνώμην*, 3. pl. *ἐμνώοντο*, Hom. Perfectum vi praesentis *μέμνημαι*, (quod unice usitatum est Atticis) opt. *μεμνῄμην*, Il. 24, 745. *μεμνοίμην* vel *μεμνῴμην*, Attice; hoc contractum est ex Ionico *μεμνεώμην*, unde *μεμνέωτο*, Il. 23, 361. *μέμνῃ*, 2 sing. perf. ind. pass. Homerice pro *μέμνησαι*. *μέμνεο*, imperat. Ion. p. *μέμνησο*. Fut. *μνήσομαι*, aor. *ἐμνησάμην*, - significat idem quod *μιμνήσκομαι*, memor sum, recordor, memini, c. gen. ut *χάρμης*, *δαιτός*, *σίτου μνήσασθαι*, pugnae, epuli, cibi meminisse i. e. pugnaturum, epulaturum, cibum sumturum esse, Hom. *ἀλκῆς μνήσασθαι*, roboris meminisse, i. e. robustum et fortem se praestare, Hom. Talibus in locis potest etiam reddi: curo, operam do. Rarius construitur c. accusativo loco genitivi, ut Il. 6, 222. 9, 527. Od. 14, 168. 24, 122. item *ἀμφί τινος*, Od. 4, 151. Hom. h. 6, 1. *περί τινος*, Od. 7, 192. et *ὑπέρ τινος*, Dem. cum inf. fut. Il. 17, 364. *φύγαδε μνώοντο*, meminerunt fugae, i. e. fugere constituerunt, Il. 16, 697. Attici etiam c. part. jungunt, ut *μέμνημαι ποιήσας*, fecisse memini.-Fut. med. *μεμνήσομαι*, memor ero, Hom. 2) memoro, commemoro, mentionem facio, dico, c. gen. Od. 4, 331. Ita etiam in aor. pass. *ἐμνήσθην*, Hom. et in fut. pass. *μνησθήσομαι*. 3) observo, c. gen. *ὡς μεμνέωτο δρόμου*, Il. 23, 361.

II. *μνάομαι*, contr. *μνῶμαι*, ambio, affecto, uxorem peto, *γυναῖκα*, Hom. *ἀρχήν*, imperium affectare, Hdt. 1, 96.

μνᾱσιδωρέω, Dor. p. *μνησιδωρέω*.

μνάσιον, ου, τό, it. *μνασίς*, ἡ, mensura duorum medimnorum, Hesych.

μνάσιον, ου, τό, in Aegypto, herba, dulcem saporem cibis adferens. Theophr.

μναστήρ, ὁ, *μνάστειρα*, ἡ, Dor. p. *μνη-*

στήρ, μνήστειρα.

*μνάω, Thema obsoletum unde fut. μνήσω et aor. ἔμνησα ad μιμνήσκω, q. v.

μνέα, Ion. pro μνᾶ.

μνεία, ἡ, (μιμνήσκω, μνάομαι) mentio, memoria, recordatio.

μνῆμα, ατος, τὸ, (μιμνήσκω, μνάομαι) id, quo nobis res aliqua in memoriam revocatur, monumentum. 2) sepulcrum. 3) memoria, recordatio, c. gen.

μνημάτιον, τό, parvum monumentum. Dimin. a praec.

μνηματίτης, ου, ὁ, ut μνηματίτης λόγος, oratio funebris. (ī) A praec.

μνημεῖον, ου, τό, monumentum, quicquid memoriae caussa struitur, datur. 2) sepulcrum. 3) locus secretior domus, in quo pretiosissima quaeque adservantur, inpr. μνημεῖα, ab amicis, parentibus, sponsis, etc. accepta. A seq.

μνήμη, ης, ἡ, memoria. 2) mentio, commemoratio. Ab eod.

μνημήϊον, ου, τό, Ion. pro μνημεῖον.

μνημόνειος, ον, (μνήμων) ad memoriam pertinens.

μνημόνευμα, ατος, τό, (μνημονεύω) quod memoriae mandatur, seu memoria tenetur.

μνημονευτικός, ή, όν, memoria valens, memorandi facultate praeditus. τὸ μνημονευτικόν, quod in eum usum institutum est, ut sit praeteritae alicujus rei monumentum. Ab eod.

μνημονευτός, ή, όν, qui memoria tenetur. Ab eod.

μνημονεύω, f. εύσω, (μνήμων) memoro, memoriae prodo, mentionem facio. 2) memor sum, memoria teneo, memini. Constr. c. gen., rarius c. acc. μνημονεύομαι, memoror, celebror.

μνημονικός, ή, όν, memoriosus, memoria valens, memor. 2) ad memoriam pertinens, memorabilis. Subst. τὸ μνημονικόν, ars memoriae, memoriae vis et dexteritas. Ab eod.

μνημοσύνη, ης, ἡ, memoria. 2) revocatio rei in memoriam. 3) Μνημ., nom. propr., Mnemosyne, mater Musarum. Ab eod.

μνημόσυνον, ου, τό, monumentum, quod rem in memoriam revocat, s. memoriam servat, memoriale. 2) memoria, recordatio. Ab eod.

μνήμων, ον, (μνάομαι) memor, qui recordatur. 2) bona memoria praeditus, memoria valens, memoriosus. 3) idem fere quod consiliarius, inspector.

μνῆσαι, inf. aor. a μιμνήσκω, Hom.

μνησαίατο, Ion. p. μνήσαιντο, 3. pl. opt. aor. med. a μιμνήσκω, Hom.

μνησάρετος, ον, (ἀρετή) virtutis memor.

μνησάσκετο, Ion. p. ἐμνήσατο, 3 sing. aor. med. a μιμνήσκω, Il.

μνησιδωρέω, (δῶρον) gratum me pro beneficiis praesto.

μνησίθεος, ον, (θεός) pius, dei memor. Diosc. dicit juniperum majorem a quibusdam sic vocari.

μνησικακέω, f. ήσω, (μνησίκακος) mali vel injuriae acceptae memor sum, succenseo. Constr. c. dat. pers. et gen. rei; item c. acc. rei.

μνησικακητικός, ή, όν, i. q. μνησίκακος.

μνησικακία, ας, ἡ, injuriarum memoria. A seq.

μνησίκακος, ον, injuriae acceptae memor, qui injuriae oblivisci nequit.

μνησικάκως, adv. animo injuriarum memori; cum simultate ob veteres injurias.

μνησιμάχος, ον, (μάχη) pugnae memor, bellicosus.

μνησίνοος, ον, contr. μνησίνους, (νόος) rationis memor, ratione utens.

μνησιπήμων, ον, (πῆμα) recordatu tristis, cladis memoriam revocans, Aesch.

μνῆσις, εως, ἡ, (μνάομαι) recordatio.

μνησίτοκος, ον, (τίκτω) partus memor, non sterilis.

μνήσκομαι, i. q. μιμνήσκομαι, Anacr. ep. 84, 4.

μνήσομαι, fut. med. a μιμνήσκω.

μνηστεία, ας, ἡ, (μνηστεύω) petitio uxoris. 2) petitio, v. c. honorum, beneficii.

μνήστειρα, ἡ, fem. a μνηστήρ, pronuba: quae in matrimonium expetitur, sponsa. 2) quae alicujus rei mentionem facit, Pind. Isthm. 2, 7.

μνήστευμα, τό, (μνηστεύω) petitio uxoris.

μνήστευσις, ἡ, (μνηστεύω) petitio uxoris, sponsio.

μνηστευτικός, ή, όν, sponsalis.

μνηστεύω, f. εύσω, (μνάομαι) nuptias ambio, sum procus. 2) nuptias concilio, de proxenetis. 3) affecto, etiam in partem deteriorem, concilio, comparo. 4) arrham do, apud Graecos recentiores. Pass. μνηστεύεσθαι, peti in matrimonium, desponderi. μνηστευθεῖσα, desponsata. Reperitur tamen et de viro ambiente.

μνηστέω, i. q. μνηστεύω, dub.

μνηστή, ῆς, ἡ, desponsata, sponsa, nupta. Ab eod.

μνηστήρ, ῆρος, ὁ, qui nuptias alicujus ambit, procus, alicubi et memor. 2) candidatus, qui aliquid ambit. 3) dicitur etiam tropice, ut μνηστεύειν. Ab eod.

μνηστήριος, ον, ad procum pertinens, a proco proficiscens. A praec.

μνηστηριώδης, ες, procis conveniens. Ab eod.

μνηστηροκτόνος, ον, (κτείνω) procos occidens.

μνηστηροκτονία, ἡ, idem quod sequens. A praec.

μνηστηροφονία, ας, ἡ, (μνηστήρ, φόνος) procorum occisio seu caedes. Locus Homericus.

μνηστής, οῦ, ὁ, idem quod μνηστήρ.

μνῆστις, ιος, ἡ, (μνάομαι) memoria, recordatio, mentio.

μνηστός, ή, όν, (μνάομαι) nuptus, desponsatus, in matrimonium ductus.

μνήστρια, ας, ἡ, pronuba, nuptiarum conciliatrix. Femin. a μνηστήρ.

μνῆστρον, ου, τό, arrhabo. τὰ μνῆστρα, sponsalia. Ab eod.

μνηστύς, ύος, ἡ, (μνάομαι) conciliatio, s. petitio uxoris.

μνήστωρ, ορος, ὁ, (μνῆστις, μνάομαι) peritus, sciens. 2) qui nuptiarum arrhabonem dedit, Hesych.

μνήσω, fut. a μιμνήσκω.

μνιαρός, ρά, ρόν, (μνίον) muscosus.

μνιόεις, όεσσα, όεν, idem et ab eod.

μνίον, ου, τό, muscus, alga. (⏑ ⏑ sed invenitur et μνῖον, Nic. Al. 396.)

μνιώδης, ες, muscosus. A praec.

μνοία, ἡ, i. e. ἡ κοινὴ δουλεία, servi publici apud Cretenses, v. Sosicrates Athenaei 6. p. 263. F. cf. p. 267. C.

μνοίτης, ου, ὁ, item μνωίτης, μνώτης et μνώτης, ὁ, servus.

μνόος, ὁ, contr. μνοῦς, prima lanugo, pilus tener, lana mollior, pluma.

μνούδιον, τό, Dim. a μνόος.

μνωία, ἡ, contr. μνῴα, it. μνώα, i. q. μνοία. Hinc

μνωίτης, ου, ὁ, contr. μνῴτης, item μνώτης, i. q. μνοίτης.

μνώμενος, part. a μνάομαι, mulieris nuptias ambio, Od.

μνῶνται, 3 pl. praes. a μνάομαι, Od.

μνωόμενος, part. a μνάομαι, poet. p. μνώμενος, recordans, Od.

μνώοντο, 3 pl. impf. a μνάομαι I. et II.

μογγός, όν, qui voce est obtusa.

μογέω, i. q. μογέω, Hesych.

μογερός, ρά, ρόν, laboriosus, aerumnosus.

μογερῶς, adv. laboriose, aerumnose, difficulter. A pr.

μογέω, f. ήσω, (μόγος) laboro, labores tolero, aerumnas patior et perfero, cum molestiis conflictor, labore fessus sum. 2) doleo.

μογιάω, Lacon. p. μογέω, Lobeck. Phryn. p. 82.

μογιλαλία, ας, ἡ, difficultas loquendi. A seq.

μογιλάλος, ον, (μόγις, λαλέω) qui aegre et difficulter loquitur, cui impedita est lingua. 2) LXX. et N. T. mutus.

μόγις, adv. (μόγος) aegre, vix, difficulter.

μογισαψίδαφος, ον, (ἅπτω, ἔδαφος) vix humum tangens; Lucianus ludens de podagra.

μόγος, ου, ὁ, labor, aerumna, molestia.

μογοστοκέω, (μογοστόκος) in partu laboro, active, et passive.

μογοστοκία, ἡ, difficilis partus.

μογοστόκος, ον, (μόγος, τίκτω) in partu laborans. 2) parientibus opitulans. Epith. Lucinae. 3) difficilem partum reddens.

μόδιος, ου, ὁ, modius, mensura sedecim sextariorum. Vox Latina.

μοδισμός, ὁ, dimensio secundum modios.

μόθαξ, ὁ, v. μόθων.

μόθος, ὁ, pugna, bellum, tumultus bellicus.

μόθουρα, ἡ, capulus et manubrium remorum, Hesych.

μόθων, ωνος, ὁ, et μόθαξ, ακος, ὁ. Lacedaemoniis dicebantur μόθωνες et μόθακες homines liberi, filii civium municipiorum Laconicorum, qui Spartanorum filiis jungebantur, perpetui eorum comites et sodales. 2) i. q. οἰκογενής, verna, servus arrogans et superbus, Ar. Plut. 228. 3) arrogantia, fastus, insolentia.

μοθωνία, ας, ἡ, vernilitas, superbia, insolentia, arrogantia, jactantia. Hesych. Etym. A praec.

μοθωνικός, ή, όν, insolens, superbus. Plut.

μοί, dat. sing. enclit. ab ἐγώ.

μοιμυάω, i. q. μυάω, q. v.

μοιμύλλω, i. q. μύλλω, q. v.

μοῖρα, ἡ, pars, portio. 2) sors, conditio, fortuna, fatum, secundum aeque ac adversum: inpr. fatalis necessitas, fatum, letum. 3) pars terrae, regio, tractus. 4) certa multitudo militum, velut decuria, cohors, manipulus. 5) officium, munus, quod convenit alicui, dignum eo est. κατὰ μοῖραν, ita ut decet. μοῖραν νέμειν τινί, debitum alicui tribuere. 6) honor, aestimatio, ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἄγειν τινά, nullo magno loco habere, neutiquam magni

aestimare aliquem, Hdt. 2, 172. ἐν μοίρᾳ εἶναι, honoratum esse, Plat. Crit. p. 51. B. οὐδαμῶς ποιεῖσθαί τινα μοῖραν, nullius pretii aliquem aestimare, i. q. ἐν οὐδεμιᾷ μοίρᾳ ποιεῖσθαι τινα, Soph. O. C. 277. 7) gradus seu pars circuli in coelo. 8) oraculum, aut alius monitus divinus, μοῖρα θεοῦ. Od. 11, 292. μοῖρα θεῶν, Od. 3, 269. θείᾳ μοίρᾳ, divinitus. - II) Μοῖρα, Parca, dea fatalis suum cuique tribuens. Homerus unam tantum novit Parcam; pluralis legitur unico loco Il. 24, 49. Hesiodus autem Theog. 218. tres commemorat.

μοιρηγέτης, ου, ὁ, (μοῖρα, ἡγέομαι) rector fati.

μοιράζω, f. άσω, i. q. μοιράω.

μοιραῖος, αία, αῖον, (μοῖρα) fatalis.

μοιράς, άδος, ἡ, i. q. μοιρίς.

μοιράω, f. άσω, (––) Ion. ήσω, (μοῖρα) divido, partior, discerpo, lacero, χαίτας ἐμοιρήσαντο., Ap. Rh. 2) Med. μοιράομαι, perf. μεμοίραμαι, sortior, adipiscor, sortito capio, c. acc. vel c. inf., raro c. gen.

μοιρηγενής, ές, (μοῖρα, γίνομαι) bono, felici fato natus, felicibus natalibus gaudens.

μοιρίδιος, ία, ιον, vel -ος, ον, (μοῖρα) fatalis, fato eveniens.

μοιριδίως, fataliter. A praec.

μοιρίς, ίδος, ἡ, dividua, particularis. Nicand. 2) Nomen proprium viri. Ab eod.

μοιρογνωμόνιον, τό, sc. ὄργανον, instrumentum ad metiendos gradus coeli, v. μοῖρα.

μοιρογραφία, ἡ, (γράφω) partium descriptio.

μοιροδοκέω, f. ήσω, (δέχομαι) partem capio, particeps fio, dub.

μοιρόκραντος, ον, (κραίνω) a Parcis seu a fato effectus, vel perfectus.

μοιρολαχέω, f. ήσω, (λαγχάνω, λάχος) sorte dispertior, divido. 2) particeps sum vel fio.

μοιρολογέω et μοιρολογέομαι, fatum alicui praedico, c. acc. pers.

μοιρολόγος, ον, (λέγω) fatidicus.

μοιρολογχέω, i. q. μοιρολαχέω, 2. consors sum. A seq.

μοιρολόγχος, ον, (λόγχη) consors.

μοιρονόμος, ον, (νέμω) sortes distribuens.

μοιροφόρητος, ον, (φορέω) a sorte allatus.

μοῖσα, Aeolice pro μοῦσα, Eustath.

μοῖτον, ου, τό, gratia, χάρις. Vox Sicula. Hesych.

μοιχάγρια, ων, τά, (μοιχός, ἄγρα) sc. ἄποινα, multa quam solvit moechus deprehensus.

μοιχάζω, i. q. μοιχάω, trans. et intr.

μοιχαινα, ἡ, i. q. μοιχάς, ap. seriores.

μοιχαλία, ας, ἡ, adulterium, v. seq.

μοιχαλίς, ίδος, ἡ, (μοιχός) moecha, adultera. 2) adulterium, in N. T.

μοιχάς, άδος, ἡ, adultera.

μοιχάτης, ου, ὁ, poet. p. μοιχός, Maneth.

μοιχάω, (μοιχός) ad adulterium lacesso, adultero, c. acc. b) virginem stupro. c) per fraudem aut vim, injuste occupo, subigo vel affecto aliquid, quod alter jure tenet, Xenoph. hist. gr. 1, 16, 15. 2) intr. moechor, adulter vel adultera sum, adulterium committo. Eadem significatione in N. T. legitur medium.

μοιχεία, ας, ἡ, (μοιχεύω) adulterium. 2) defectio ad falsam religionem, per hebraism.

μοιχευτήρ, ῆρος, vel μοιχευτής, οῦ, ὁ, i. q. μοιχός, adulter.

μοιχευτός, ή, όν, adulterinus.

μοιχεύτρια, ας, ἡ, adultera, moecha. Femin. a μοιχευτήρ.

μοιχεύω, f. εύσω, (μοιχός) moechor, adulter sum. 2) adultero, stupro, adulterio vitio.

μοιχή, ἡ, i. q. μοιχάς, vox rara.

μοιχίδιος, ία, ιον, (μοιχός) ex adulterio procreatus, adulterinus, spurius.

μοιχικός, ή, όν, adulterinus, in adulteria pronus.

μοιχικῶς, adv. adulterorum more.

μοίχιος, ία, ιον, (μοιχός) adulterinus.

μοιχίς, ίδος, ἡ, i. q. μοιχάς, vox rara.

μοιχογέννητος, ον, (γεννάω) ex adulterio natus.

μοιχοληπτία, ἡ, Attice p. μοιχοληψία, (λαμβάνω) deprehensio in adulterio.

μοιχός, οῦ, ὁ, adulter, moechus. 3) species tonsurae indecora ac cinaedica, Suid. (Derivatur ab μίχω, ὀμιχέω, mejo, mingo: vel rectius a μυχός, μύχιος, quia moechus sceleri perpetrando latebras quaerit.)

μοιχοσύνη, ἡ, poet. p. μοιχεία.

μοιχότροπος, ον, adulterinis moribus praeditus.

μοιχοτύπη, ης, ὁ, (τύπτω) Hesych. ἡ ὑπὸ μοιχῶν τυπτομένη, cum moechis rem habens, ut χαμαιτύπη.

μόλγινος, coriaceus, e corio confectus. ut μόλγινοι φυσητῆρες, folles coriacei. A seq.

μολγός, οῦ, ὁ, (ἀμέλγω) bulga, saccus coriaceus, culeus. 2) depeculator, quasi pecuniam publicam emulgens.

μολεῖν, inf. aoristi ἔμολον a presenti βλώσκω, eo, venio, Hom. et Attice sed raro tantum in prosa oratione usurpatur. Huc pertinent perf. μέμβλωκα, i. q. ἥκω, veni, adsum, Od. 17. 190. fut. μολοῦμαι, Aesch, Prom. 694. Soph. O. C. 1742. De activa futuri forma μολῶ, dubitatur. 2) μολεῖν, c. acc. loci, tendere aliquo. 3) μολεῖν, redire ut ἔρχεσθαι et ἰέναι. - Praesens μολέω non extat nisi apud deteriores poetas, v. Jacobs ad Anth. Pal. p. 27. 609.

μολεύω, (μολεῖν) stolones s. αὐτομόλους amputo. Reperitur μολοεύω, et μωλύω.

μολέω, v. μολεῖν, versus finem.

μολιβαχθής, ές. (μόλιβος, ἄχθος) gravis ut plumbum, plumbeus.

μολιβδαινα, ης, ἡ, (μόλιβδος) pila seu massa plumbea, inprimis quae in fundo retis illigatur, ut descendat in aquam. 2) plumbago. Gl. Vet. metallicum quid: item, idem quod μολίβδιον. 3) herbae nomen.

μολίβδεος, έα, εον, contr. μολιβδοῦς, ῆ, οῦν, plumbeus. Ab eod.

μολιβδικός, ή, όν, plumbarius. Ab eod.

μολίβδινος, ίνη, ινον, idem et ab eod.

μολίβδιον, ου, τό, fistula plumbea, qua utuntur medici. ap. Hippocr. Ab eod.

μολιβδίς, ίδος, ὁ, globus, glans, pila, lamina plumbea. Ab eod.

μολιβδοειδής, ές, (εἶδος) plumbo similis, plumbum colore referens.

μόλιβδος, ου, ὁ, (μόλιβος) plumbum.

μολιβδουργός, οῦ, ὁ, (ἔργον) plumbarius.

μολιβδοφανής, ές, (φαίνω) plumbo similis.

μολιβδοχοέω, f. ήσω, (χέω) plumbum fundo, conflo.

μολιβδόχροος, ον, contr. μολιβδόχρους, ουν, plumbi colorem habens.

μολιβδοχρώς, ῶτος, ὁ, ἡ, (χρώς) cujus corpus plumbeo colore est, lividus.

μολιβδόω, i. q. μολυβδόω.

μολιβδώδης, ες, (μόλιβδος) plumbi naturam referens.

μολίβδωμα, ατος, τό, (μολιβδόω) opus e plumbo.

μόλιβος, ου, ὁ, plumbum, poet. p. μόλυβδος.

μολιβοσφιγγής, ές, (σφίγγω) plumbo praefixus, plumbo illigatus, clausus.

μολιβουργός, όν, i. q. μολιβδουργός.

μόλις, adv. i. q. μόγις. Formam μόγις, non solum Homerus unice usurpat, sed Attici etiam praeferunt, v. Porson. ad Eur. Phoen. 319. Interpretes ad Thom. Mag. p. 619. Blomfield. Ad Aesch. Pers. 515.

μολίσκω, i. q. βλώσκω, vox ficta a Grammaticis propter aor. ἔμολον.

μολίων, ωνος, ὁ, (μῶλος) pugnator, grassator, latro. (ῑ) Ab aliis rectius pro nomine proprio habetur.

μολόβρια, τά, proles aprugna. Aelian.

μολοβρίς, ίδος, ἡ, mendica. A seq.

μολοβρός, οῦ, ὁ, i. e. ὁ μολὼν ἐπὶ βοράν, gulosus, vorax, mendicus, Il. 17, 219. 18, 26.

μολόθουρος, vel μολοθοῦρος, ου, ὁ, molothurus, herba, Nicand.

μολοθρός, ά, όν, qui non vocatus alienas aedes intrat, dub. Suidas vocem habet sine explicatione.

μόλος, ου, ὁ, vide μῶλος.

Μολοσσία, ἡ, Att. Μολοττία, (Μολοσσός) Molossia, regio Epiri.

Μολοσσικός, ή, όν, Att. -ττικός, Molossicus. 2) Molosso pede constans.

Μολοσσίς, ίδος, ἡ, Attice -ττίς, fem. a Μολοσσός. Plerumque i. q. Μολοσσία, Molossia, regio Molossorum.

Μολοσσός, όν, Att. Μολοττός, Molossicus, Molossus. ὁ Μ., incola Molossiae, regionis Epiri. 2) κύων Μολοσσός, canis Molossus, i. e. pastoralis et magnus seu praegrandis et generosus, quales dabat Molossia. 3) Molossus, pes metricus, tribus syllabis longis constans.

μολοῦμαι, fut. a μολεῖν, Trag.

μολουρίς, ίδος, ἡ, (μολεῖν, οὐρά) it. μολουρίς, vel μολυρίς, animal locustae simile ap. Nicandrum, Ther. 416. 2) species ranae. Apud Hesychium est μολουρίς, αἰδοῖον, κολοβὴ λόγχη, ἢ μόλις οὐρῶν.

μόλουροι, οἱ, serpentes quidam innoxii apud Nicand. Ther. 491. (E μολεῖν et οὐρά, quod cauda ingrediantur.)

μολούριον, ου, τό, armilla, ornamentum muliebre, dub.

μολοεύω, v. μολεύω.

μολόχη, ης, ἡ, malva, Gl. Vet. pro μαλάχη.

μολόχια, τά, malvae, Gl. Vet. A praec.

μολπάζω, (μολπή) canto, decanto, celebro.

μολπαῖος, αία, αῖον, (μολπή) ad cantum pertinens, canorus.

μολπαστής, οῦ, ὁ, cantor. 2) collusor. A praec.

μολπάστρια, ας, ἡ, cantrix. 2) quae colludit. Femin. a pr.

μολπή, ῆς, ἡ, (μέλπω) cantio, carmen. 2) chori cum cantu; omnino ludus et oblectatio, Od. 6, 101.

μολπηδόν, adv. cum cantu. A praec.

μολπηστής, οῦ, ὁ, i. q. μολπαστής.

μολπῆτις, Dor. μολπᾶτις, ιδος, ἡ, quae canit, quae saltat, Leonid. epigr. 8.

μολπητὴρ, ῆρος, ὁ, i. q. μολπαστής.

μολύβδαινα, ἡ, i. q. μολίβδαινα.

μολυβδέος, έα, έον, contr. -βδοῦς, ῆ, οῦν, plumbeus.

μολυβδέω, plumbo, Gl. Vet. potius μολυβδόω.

μολύβδινος, idem quod μολίβδινος.

μολύβδιον, vid. μολίβδιον.

μολύβδιος, ον, (μόλυβδος) plumbeus.

μολυβδὶς, idem quod μολιβδίς.

μολυβδίτης, ου, ὁ, (μόλυβδος) plumbosus.

μολυβδῖτις, ἡ, plumbea, plumbi ferax. A praec.

μολυβδοειδής, idem quod μολιβδοειδής.

μόλυβδος, ου, ὁ, plumbum.

μολυβδουργός, οῦ, ὁ, ἡ, (μόλυβδος, ἔργον) qui plumbum tractat, plumbarius.

μολυβδοφανὴς, ές, v. μολιβδοφανής.

μολυβδοχοέω, v. v. μολιβδοχοέω.

μολυβδόχροος, v. μολιβδόχροος.

μολυβδοχοεὺς, v. μολιβδοχοεύς.

μολυβδόω, (μόλυβδος) plumbo. Med. liquefio veluti plumbum.

μολυβδώδης, v. μολιβδώδης.

μολύβδωσις, εως, ἡ, (μολυβδόω) plumbatura, Gl. Vet. ferruminatio, et quaecumque junctura, quae plumbo fit.

μολυβδωτός, ή, όν, (μολυβδόω) plumbatus, plumbo obductus.

μολυβὶς, ίδος, ἡ, i. q. μολιβδίς, dub.

μόλυβος, ου, ὁ, v. μόλιβος.

μολυβοῦς, ῆ, οῦν, plumbeus.

μόλυμμα, ατος, τό, Gl. Vet. inquinabulum, sordes, macula.

μολύνη, ης, ἡ, (μολύνω) podex, quia excrementis polluitur, Hesych.

μολυνοπραγμονέω, (μολύνω, πρᾶγμα) res foedas facio.

μόλυνσις, εως, ἡ, inquinatio, contaminatio, inquinamentum. 2) lenis concoctio, parum a cruditate differens. A seq.

μολύνω, υνῶ, polluo, inquino, foedo, contamino: dicitur et de coloribus, tingo, inficio. 2) vitio, stupro, incesto. 3) trop. contamino, dedecore afficio. Med. μολύνεσθαι, turpiter vivere, ἐν ἀμαθίᾳ, Plat.

μολουρὶς, ίδος, ἡ, locusta. Suid.

μολυρός, ά, όν, tardus, segnis. 2) ingratus, injucundus, molestus Hesych.

μόλυσμα, ατος, τό, (μολύνω) macula, labes, μολύσματα, piacula, Philox.

μολυσμός, οῦ, ὁ, inquinatio, contaminatio, contagium. Ab eod.

μολὼν, οῦσα, όν, part. ab aor. μολεῖν, q. v.

μομφή, ῆς, ἡ, (μέμφομαι, querela, querimonia.

μονάγκων, ωνος, (μόνος, ἀγκὼν) onager, machina quaedam ad lapides jaciendos, Mathem. vett. p. 91.

μοναγρία, ἡ, μονάγριον, τό, it. μόναγρος, ὁ, (ἀγρός) ager desolatus, desertum.

μονάδην, adv. (μονάζω) singulatim, solummodo, solum.

μοναδικός, ή, όν, (μονάς) singularis. 2) solitarius.

μοναδικῶς, adv. in unitate. 2) in solitudine.

μοναδὸν, adv. i. q. μονάδην, Ion. μουναδόν.

μοναθλία, ἡ, (ἆθλος) i. q. μονομαχία.

μονάζω, f. άσω, (μόνος) solitariam vitam ago, solus dego. 2) solus pasco. Aquila.

μονάκανθος, ον, (ἄκανθα) unam tantum spinam habens.

μοναλκής, ές, excellens, robustus, ita ut solus esse videatur robustus. Hesych.

μονάλυσις, εως, ἡ, simplex catena, torques, Pollux.

μονάμπυκες πῶλοι, Euripidi οἱ κέλητες, ab uno freno: infra μονάμπυξ. Idem habet et μονάμπυκος, in nominat. unde Pind. Ol. 5, 15. μοναμπυκία, ἡ, ars desultoris, s. agitatio equorum, quae fit uno freno.

μονανδρέω, (ἀνὴρ) uni nupta sum, unum maritum habeo, uno contenta sum.

μόνανδρος, ου, ἡ, (ἀνὴρ) univira. Gl. Vet.

μονὰξ, adv. v. μουνάξ.

μόναπος, ὁ, Paeonibus monapus, bestia, bovis feri species, quae alio nomine appellatur βόνασος, it. μόνωψ. (?)

μοναρχέω, f. ήσω, solus impero, solus dominor. Pass. μοναρχεῖσθαι dicitur regio, quae unius imperio subest. A seq.

μονάρχης, ου, ὁ, (μόνος, ἀρχὴ) monarcha, qui solus imperat.

μοναρχία, ας, ἡ, monarchia, unius dominatus seu imperium. A praec.

μοναρχικός, ή, όν, ad monarchiam seu monarchiam pertinens. 2) monarchiae favens. 3) monarchiam affectans. Ab eod.

μόναρχος, ον, (ἄρχω) monarchicus, solus imperans, Pind. Ion. μούναρχος.

μονὰς, άδος, ὁ, ἡ, solus, solitarius, Aesch. Pers. 740. ed. Blomf. Eur. Andr. 854. Bacch. 609.

μονὰς, άδος, ἡ, (μόνος) unitas, unio. 2) unum punctum in tesseris. 3) atomus.

μονασμός, οῦ, ὁ, (μονάζω) solitudo, vita solitaria.

μοναστὴρ, ῆρος, ὁ, i. q. μοναστής.

μοναστήριον, ου, τό, monasterium, locus, ubi vita solitaria agitur. A pr.

μοναστής, οῦ, ὁ, (μονάζω) qui solus degit, solitarius.

μοναστικός, ή, όν, ad homines solitarios pertinens. 2) solitarius. A pr.

μονάστρια, ας, ἡ, fem. a μοναστὴρ, mulier solitaria, quae vitam solitariam agit, monialis.

μονάστωρ ἵππος, equus desultorius, singulator, Schol. Aristoph.

μοναυλέω, f. ήσω, (μόναυλος) tibia una cano.

μοναυλία, ας, ἡ, (μόναυλος, αὐλὴ) vita solitaria, caelibatus.

μοναυλία, ἡ, (μόναυλος, αὐλός) cantus unius tibiae.

μοναύλιον, ου, τό, organum quoddam tibiale unius cantus.

μόναυλος, ον, (μόνος, αὐλὴ) qui solus stabulatur, seu habitat.

μόναυλος, ον, tibia simplicem sonum edens. 2) ejusmodi organo utens. τὸ μόναυλον, sc. μέλος, unius tibiae modulatio.

μοναχῇ, adv. (μοναχός) unice, uno tantum modo, singulariter.

μοναχὴ, ἡ, pannus quidam Indicus, Arr.

μοναχικός, ή, όν, ad solitarios pertinens, monasticus.

μοναχόθεν, adv. ex una tantum parte.

μοναχός, ή, όν, (μόνος) unus. 2) solitariam degens vitam, homo solitarius, monachus. μοναχὴ ὁδὸς, ap. Xenoph. est via, per quam propter angustias singuli tantum homines possunt incedere. Sed lectio variat.

μοναχοῦ, adv. (μοναχός) solummodo.

μοναχῶς, adv. unice, uno modo, singulariter.

οἰωνομαντεία, ας, ἡ, vaticinatio seu vaticinium ex auspiciis, augurium.

οἰωνομαντικός, ή, όν, ad auguria pertinens. ἡ οἰωνομαντική, ῆς, sc. ἐπιστήμη, ars, scientia augurandi.

οἰωνόμαντις, εως, ὁ, vel ἡ, augur.

οἰωνόμικτος, ον, (μίγνυμι) aliquid ex avium natura habens, h. e. alatus, ut Pegasus.

οἰωνοπόλησις, εως, ἡ, auspicium.

οἰωνοπολία, ας, ἡ, oscinium, auspicium. A seq.

οἰωνοπόλος, ου, ὁ, (πολέω) qui circa aves versatur, augur, auspex.

οἰωνός, οῦ, ὁ, (οἶος) avis solitaria, solivaga, ut aquila, vultur: omnino avis rapax. 2) volucris, ales, avis, ex cujus volatu augurium capitur: non igitur quamvis avem denotat et differt ideo ab ὄρνις, Od. 15, 532. 3) augurium, auspicium, Hom. οἰωνὸν δέχομαι, accipio omen.

οἰωνοσκοπεῖον, ου, τό, auguraculum, locus, ubi augures auguria capiunt. A seq.

οἰωνοσκοπέω, vel — οῦμαι, (οἰωνοσκόπος) auguror, auspicor.

οἰωνοσκόπημα, ατος, τό, auspicium, augurium. A pr.

οἰωνοσκοπητικός, ή, όν, auguralis. Ab eodem.

οἰωνοσκοπία, ας, ἡ, auspicium, augurium.

οἰωνοσκοπικός, ή, όν, auguralis, auspicalis.

οἰωνοσκόπιον, ου, τό, auspicium.

οἰωνοσκόπος, ον, auspex, augur, qui ex avium volatu et pastu vaticinatur.

οἴως, adv. (οἶος) quemadmodum, quomodo.

ὄκα, poet. ὄκκα, Dor. p. ὅτε. cf. πόκα, τόκα.

ὀκέλλω, aor. ὤκειλα, inf. ὀκεῖλαι, (κέλλω) appello, applico navem. 2) in brevia impingor.

ὄκκα, v. ὄκα.

ὀκλαδία, ας, ἡ, (ὀκλάζω) genuum flexio. Suid.

ὀκλαδίας, ου, ὁ, (ὀκλάζω) qui genua flectit, et ea vel se incurvans subsidit. 2) sella plicatilis.

ὀκλαδιάω, (ὀκλάζω) genibus flexis subsido.

ὀκλαδόν, adv. genu flexo. A seq.

ὀκλάζω, f. άσω, in genua procumbo, genibus flexis subsido, metaph. labasco, succumbo, deficio: hinc

ὀκλάξ, adv. flexo genu, curvatis genibus.

ὄκλασις, εως, ἡ, (ὀκλάζω) genuum flexio.

ὄκλασμα, ατος, τό, idem. 2) saltationis

genua.

ὀκλαστί, adv. genibus flexis, Suid.

ὀκναλέος, έα, έον, (ὄκνος) piger.

ὀκναλέως, adv. segniter, pigre, timide, verecunde, cunctanter. A praec.

ὀκνείω, poet. p. ὀκνέω, Il. 5, 255.

ὀκνέω, f. ήσω, (ὄκνος) piget me, piger sum. 2) vereor, non audeo, dubito, timeo, metuo; s. gravor.

ὀκνηρία, ας, ἡ, pigritia. A seq.

ὀκνηρός, ρά, ρόν, (ὄκνος, ὀκνέω) piger, segnis, ignavus. 2) timidus, meticulosus, cunctabundus. 3) cujus aliquem piget. Neut. molestum, taediosum.

ὀκνηρῶς, adv. pigre, segniter.

ὀκνητέον, Gerund. ab ὀκνέω, cunctandum, reformidandum.

ὀκνία, ας, ἡ, pigritia, Pollux. A seq.

ὄκνος, ου, ὁ, pigritia, ignavia, segnities. 2) metus adeundi laboris. 3) metus, timor. 4) species ardeae admodum pigrae.

ὀκνός, ή, όν, piger, socors, dub.

ὀκνόφιλος, ον, pigritiam amans.

ὀκνώδης, ες, (ὄκνος) piger, segnis. 2) timidus.

ὀκόθεν, *Ion.* pro ὁπόθεν, unde

ὁκοῖος, η, ον, Ion. pro ὁποῖος, qualis.

ὁκόσος, η, ον, Ion. pro ὁπόσος, quantus.

ὁκότε, *Ion.* pro ὁπότε, quando.

ὅκου, Ion. pro ὅπου, ubi.

ὀκριάομαι, (ὄκρις) exasperor. ὀκριόωντο, 3. pl. imperf. exasperabantur, Od. 18, 33.

ὀκρίβας, αντος, ὁ, (ὄκρις, βαίνω) pulpitum, instrumentum pictorum, in quo tabula pingenda suspenditur. 2) suggestus, e quo oratores verba faciunt 3) pegma, in quo fictores imagines formant. 4) fulcrum lignei theatri, pulpitum. 5) asinus. 6) aries silvester. 7) scala, qua conscendimus loca praerupta. 7) cothurnus. (⏑⏑-)

ὀκριοειδής, ές, (εἶδος) prominentias longiores habens.

ὀκριόεις, όεσσα, όεν, idem. 2) asper. A seq.

ὄκρις, ιος, ἡ, summum cacumen.

ὀκρίς, ίδος, ὁ, ἡ, asper, Aesch. Pr. 1024.

ὀκρυόεις, εσσα, εν, (κρύος) i. q. κρυόεις, κρυερός, frigidus, frigus efficiens, horrorem s. terrorem injiciens, terribilis, *horribilis* πόλεμος, Il. 9, 64.

ὀκτάβλωμος, ον, (ὀκτώ, βλωμός) qui octo buccellarum est.

ὀκταδάκτυλος, ον, octo digitorum.

ὀκτάδιον, ου, τό, parvus calathus in aviariis; Hesych.

ὀκτάδραχμος, ον, (δραχμή) octo drachmarum.

ὀκτάεδρος, ον, (ὀκτώ, ἕδρα) Epith. corporis geometrici octo latera habentis.

ὀκταετηρίς, ίδος, ἡ, (ἔτος) octennis.

ὀκταέτης, ες, (ἔτος) octennis.

ὀκταετία, ἡ, i. q. ὀκταετηρίς.

ὀκταέτις, ιδος, ἡ, fem. ab ὀκταέτης.

ὀκταήμερος, ον, (ὀκτώ, ἡμέρα) qui octo dierum est. 2) qui octavae diei est.

ὀκτάκις, adv. (ὀκτώ) octies.

ὀκτακισμύριοι, οἱ, octoginta millia. (ῡ)

ὀκτακισχιλίη ἀσπίς, Herodot. pro ὀκτακισχίλιοι ἀσπιδοφόροι, octo millia scutatorum.

ὀκτακισχίλιοι, ιαι, ια, octies mille. (-⏑--⏑-)

ὀκτάκνημος, ον, (ὀκτώ, κνήμη) octo radios habens, Epith. rotae.

ὀκτακόσιοι, ιαι, ια, (ὀκτώ) octingenti.

ὀκτακότυλος, ον, (κοτύλη) octo cotylas habens, capiens.

ὀκτάκωλος, ον, (κῶλον) octo cola habens. Vox Gramm.

ὀκτάμετρος, ον, (μέτρον) octo versibus constans.

ὀκταμηνιαῖος, αία, αῖον, (μήν) octavum mensem agens, octavo mense natus.

ὀκτάμηνος, ον, (μήν) qui octo mensium est.

ὀκτάπεδος, ον, Dor. p. ὀκτάπους.

ὀκτάπηχυς, υ, (πῆχυς) qui octo cubitorum est.

ὀκταπλάσιος, ία, ιον, octuplus, octuplicatus.

ὀκταπλασίων, ον, gen. ονος, idem.

ὀκτάπλεθρος, ον, (πλέθρον) octo jugera habens.

ὀκταπλόος, ον, contr. ὀκταπλοῦς, οῦν, octuplus.

ὀκταπόδης, ου, ὁ, octo pedes longus. Hes. op. 423.

ὀκτάπους, οδος, (πούς) octo pedes habens, polypus. ὀκτάποδες apud Scythas dicti sunt, qui duos boves et unum currum possiderent; Lucian. 2) octo pedes longus.

ὀκτάῤῥιζος, ον, (ῥίζα) octo radices habens.

ὀκτάῤῥυμος, ον, (ῥυμός) octojugis, octo temones habens.

ὀκτάς, άδος, ἡ, (ὀκτώ) numerus octonarius.

ὀκτάσημος, ον, (σῆμα) octo tempora habens, ὀκτάχρονος, de numeris et pedibus in prosodia. Unde adv. ὀκτασήμως. vide τρίσημος, τετράσημος.

ὀκταστάδιος, ον, (στάδιον) octo stadia, i. e. milliare continens.

ὀκτάστυλος, ον, octo columnas habens.

ὀκτάτονος, ον, (τείνω) octuplex, epithet. cirrorum. Anthol.

ὀκταχῶς, adv. octuplici ratione.

ὀκτήρης, ες, (ἄρω) octo remorum ordines habens.

ὀκτώ, οἱ, αἱ, τά, octo. ὁ ὀκτὼ ἀριθμός, numerus octonarius.

ὀκτωδάκτυλος, ον, octo digitos habens.

ὀκτωκαίδεκα, οἱ, αἱ, τά, duodeviginti.

ὀκτωκαιδεκάδραχμος, ον, (δραχμή) duodeviginti drachmas valens.

ὀκτωκαιδεκαέτης, ές, octodecim annos natus.

ὀκτωκαιδεκάπηχυς, υ, (πῆχυς) octodecim cubitorum.

ὀκτωκαιδεκαπλασίων, ον, gen. ονος, duodevigintiplex.

ὀκτωκαιδεκαταῖος, α, ον, qui duodevicesimo die venit, moritur etc.

ὀκτωκαιδεκάσημος, ον, (σῆμα) duodeviginti tempora vel moras habens, Aristid. Quint. p. 35.

ὀκτωκαιδέκατος, άτη, ατον, duodevicesimus.

ὀκτωκαιδεκετής, ές, (ἔτος) duodeviginti annos natus. Item ὀκτωκαιδεκέτης, ου, ὁ, Dem. p. 1009. R.

ὀκτωκαιδεκέτις, ιδος, ἡ, fem. a praec.

ὀκτωμηνιαῖος, αία, αῖον, i. q. ὀκταμηνιαῖος.

ὀκτώμηνος, ον, (μήν) qui octo mensium est.

ὀκτώπηχυς, υ, (πῆχυς) qui octo cubitorum est.

ὀκτώπους, οδος, (πούς) octipes.

ὀκτώραβδος, ον, octo virgas habens.

ὀκτωστάδιος, ον, (στάδιον) octo stadia aequans.

ὀκτώφορος, ον, (φέρω) ab octo hominibus gestatus, epith. lecticae: it. subst. ὁ vel ἡ, nec non τὸ ὀκτώφορον.

ὀκχέω, Dor. p. ὀχέω, sustineo.

ὀκχή, ῆς, ἡ, Dor. p. ὀχή, fulcrum, sustentaculum. 2) baculus, cui innitimur, Hesych. Suid.

ὄκχος, ου, ὁ, Dor. p. ὄχος, vehiculum, currus.

ὄκως, Ion. p. ὅπως.

ὄκωχα, perf. ab ἔχω, occurrit in composito συνοχωκότε, Il. 2, 218.

ὀκωχεύω, (κωχεύω, ὀχεύω, ὀχέω, ἔχω) sustineo, Hesych.

ὀκωχή, ἡ, sustentaculum.

ὀλαί, αἱ, pro οὐλαί, Lucian. Hesych.

ὀλάργυρος, ον, (ὅλος, ἄργυρος) totus argenteus, e solido argento.

ὀλβακχίον, τό, vel ὀλβάχνιον, ὀλβάχιον, ὀλβάχνιον, ὄλεχον, item ὀλάχνιον, ὀλάχνιον, i. q. οὐλοχύτιον, canistrum in quo molae salsae reponebantur.

ὀλβήεις, εσσα, εν, ap. seriores poetas i. q. ὄλβιος.

ὀλβία, ἡ, (ὄλβος) beatitudo, felicitas.

ὀλβιάζω, i. q. ὀλβίζω, dub.

ὀλβίζω, f. ίσω, (ὄλβος) beo, beatum praedico, judico.

ὀλβιογάστωρ, ορος, ὁ, ἡ, (ὄλβιος, γαστήρ) ventre beatus, qui bene curato ventre se beatum putat.

ὀλβιοδαίμων, ονος, ὁ, ἡ, (δαίμων) fortunatus, felix.

ὀλβιόδωρος, ον, (δῶρον) felicitatem adferens, beatum reddens.

ὀλβιοδώτης, et ὀλβιοδότης, ου, ὁ, (δίδωμι) felicitatis dator, auctor, qui dat τὰ ὄλβια. v. ὀλβοδότης.

ὀλβιοδῶτις, ιδος, ἡ, fem. a praeced.

ὀλβιοεργός, όν, (ἔργον) beatum et felicem efficiens.

ὀλβιόθυμος, ον, (θυμός) felix, beatus animi.

ὀλβιόκοσμος, ον, mundum beatum efficiens.

ὀλβιόμοιρος, ον, (μοῖρα) cui beata portio est. Epith. terrae.

ὀλβιόπλουτος, ον, (πλοῦτος) divitiis fortunatus.

ὄλβιος, ία, ιον, (ὄλβος) beatus, felix, fortunatus, dives, locuples. (Est etiam duarum terminationum.)

ὀλβιότυφος, ον, (τῦφος) superbia felix.

ὀλβιόφρουρος, ον, bona servans et custodiens.

ὀλβιόφρων, ονος, (φρήν) cujus mens divitiis vel divitibus est intensa.

ὀλβιόχειρος, ον, (χείρ) felices, salutares manus habens, i. e. felicem reddens, felix.

ὄλβιστος, *ίστη*, ιστον, superl. irreg. ab ὄλβιος.

ὀλβίως, adv. ab ὄλβιος, Soph.

ὀλβοδότειρα, ας, ἡ, divitiarum donatrix, effectrix beatae vitae. Fem. a seq.

ὀλβοδοτήρ, ῆρος, ὁ, i. q. ὀλβοδότης.

ὀλβοδότης, ου, ὁ, (δίδωμι) divitiarum dator.

ὀλβοδότις, ιδος, ἡ, fem. a praeced.

ὀλβομέλαθρος, ον, (μέλαθρον) e fortunata domo oriundus.

ὀλβονομέω, (νέμω) βίον, vitam felicem dego.

ὄλβος, ου, ὁ, beatitudo, felicitas. 2) fortunae, opes, divitiae, opulentia.

ὀλβοφόρος, ον, (φέρω) divitias seu beatitudinem adferens.

ὀλέεσθαι, inf. fut. med. ab ὄλλυμι, Ion. p. ὀλεῖσθαι, Il.

ὀλέεσκε, impf. Ion. ab ὄλλυμι, Il. 19, 135.

ὀλέθριος, ον, it. ὀλεθρία, (ὄλεθρος) exitialis, letalis, perniciosus.

ὀλεθρίως, adv. perniciose, cum pernicie. A pr.

ὀλεθροποιός, όν, (ποιέω) perniciem adferens, exitiosus, perniciosus.

ὄλεθρος, ου, ὁ, (ὄλλυμι) pernicies, exitium, strages, mors. 2) homo perniciosus et exitialis, nullius frugis.

ὀλεῖ, 2 fut. med. ab ὄλλυμι, Theogn.

ὀλεῖται, 3 fut. med. ab ὄλλυμι, Hom.

ὀλέκρανον, ου, τό, (ὠλένη, κρανίον) caput cubiti, i. e. eminens et protuberans cubiti pars: alias ὠλέκρανον.

ὀλέκω, i. q. ὄλλυμι, (ὀλώλεκα) perdo, exitium adfero, perimo. Med. i. q. ὄλλυμαι, intereo, morior. In usu tantum sunt praes. et impf.

ὀλερός, ά, όν, (ὀλός) Attice p. θολερός, impurus, niger.

ὀλέσαι, inf. aor. act. ab ὄλλυμι.

ὀλέσας, ασα, αν, part. aor. act. ab ὄλλυμι.

ὀλεσήνωρ, ορος, ὁ, ἡ, (ὄλλυμι, ἀνήρ) hominibus perniciem adferens.

ὀλεσίβωλος, ον, (βῶλος) agris nocens.

ὀλεσίθηρ, ηρος, i. q. seq.

ὀλεσίθηρος, ον, (θήρ) feris perniciem adferens, perimens feras.

ὀλεσίμβροτος, ον, (βροτός) hominibus noxius.

ὀλεσίοικος, ον, (οἶκος) domum s. familiam perimens.

ὀλεσίπτολις, ὁ, ἡ, (πόλις) urbes perimens.

ὀλεσιτύραννος, ον, poet. ὀλεσσιτ. (τύραννος) tyrannis perniciem afferens, tyrannos occidens.

ὀλέσσαι, Epice p. ὀλέσαι.

ὀλέσσας, Epice p. ὀλέσας.

ὀλέσσει, 3 fut. act. Epice p. ὀλέσει, ab ὄλλυμι.

ὄλεσσε, 3 aor. act. Epice p. ὤλεσε ab ὄλλυμι.

ὀλέσω, fut. act. ab ὄλλυμι.

ὀλέτειρα, ας, ἡ, perditrix, interfectrix. Fem. a seq.

ὀλετήρ, ῆρος, ὁ, (ὄλλυμι) interfector, qui perdit.

ὄληαι, ὄληται, conj. aor. med. ab ὄλλυμι.

ὀλιβράζω, f. ξω, i. q. ὀλισθαίνω, Dor. a seq.

ὀλιβρός, ά, όν, Dor. p. ὀλισθηρός, Gramm.

ὀλιγαιμία, ας, ἡ, sanguinis paucitas, defectus, inopia. A seq.

ὀλίγαιμος, ον, (ὀλίγος, αἷμα) sanguinis inopia laborans, cui parum est sanguinis.

ὀλιγάκις, adv. (ὀλίγος) raro.

ὀλιγάμπελος, ον, paucas vites habens.

ὀλιγανδρέω, (ὀλίγος, ἀνήρ) virorum paucitate laboro.

ὀλιγανδρία, ας, ἡ, virorum paucitas et penuria. A pr.

ὀλίγανδρος, ον, (ἀνήρ) inops virorum.

ὀλιγανθρωπία, ας, ἡ, raritas, penuria hominum. A pr.

ὀλιγανθρωπέω, (ὀλιγάνθρωπος) i. q. ὀλιγανδρέω: etiam in medio.

ὀλιγάνθρωπος, ον, (ἄνθρωπος) non frequens hominibus, ubi paucitas est incolarum.

ὀλιγαριστία, ας, ἡ, (ὀλίγος, ἄριστον) prandium perparcum et paucis cibis constans.

ὀλιγάρκεια, ας, ἡ, (ὀλιγαρκής) animus paucis contentus.

ὀλιγαρκέομαι, paucis contentus sum.

ὀλιγαρκής, ές, (ἀρκέομαι) paucis necessitatibus par, sufficiens. 2) paucis contentus, frugalis. Subst. τὸ ὀλιγαρκές, frugalitas.

ὀλιγαρκία, ας, ἡ, idem quod ὀλιγάρκεια.

ὀλιγαρτία, ας, ἡ, (ἄρτος) penuria panis.

ὀλιγαρχέομαι, (ἄρχω) dominatu paucorum regor, in paucorum potestate sum. Ab activo reperitur tantum part. οἱ ὀλιγαρχοῦντες, pauci dominatum obtinentes.

ὀλιγάρχης, ου, ὁ, qui cum paucis imperium obtinet. A pr.

ὀλιγαρχία, ας, ἡ, paucorum dominatus, paucorum principatus, it. studium, affectatio oligarchiae. A pr.

ὀλιγαρχικός, ή, όν, ad paucorum dominatum pertinens. 2) paucorum dominatui sive oligarchiae favens. A pr.

ὀλιγαρχικῶς, adv. more civitatis, in qua est ὀλιγαρχία.

ὀλιγαύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, (αὖλαξ) paucos habens sulcos, paucos agros, Suid.

ὀλιγαχόθεν, adv. (ὀλίγος) e paucis locis.

ὀλιγαχοῦ, adv. paucis in locis.

ὀλιγεκτέω, (ἔχω) pauca habeo.

ὀλιγεξία, ἡ, possessionum paucitas. A praec.

ὀλιγήμερος, ον, (ἡμέρα) qui est paucorum dierum.

ὀλιγηπελέων, έουσα, ον, quasi part. ab ὀλιγηπελέω, a πέλομαι parum valens, infirmus, a viribus defectus, Il. 15, 24. 245. Od. 5, 457. 19, 356.

ὀλιγηπελής, ές, (ὀλίγος, πέλομαι) animo deficiens, a viribus destitutus, infirmus, debilis.

ὀλιγηπελίη, ης, ἡ, poet. et Ion. pro ὀλιγηπελία, ας, ἡ, virium defectus, imbecillitas, languor. A pr.

ὀλιγήρης, ες, (ἄρω) i. q. ὀλίγος, Nic. Unde

ὀλιγήριος, ον, idem.

ὀλιγηροσίη, ης, ἡ, (ἄροσις) Ion. pro ὀλιγηροσία, tenue arvum. Diod. Zon. ep. 2.

ὀλιγησίπυος, ον, (σιπύα) parvum panarium habens.

ὀλίγινθα, adv. i. q. μίνυνθα, Hesych.

ὀλιγίστατος, άτη, ατον, superl. irreg. ab ὀλίγος.

ὀλίγιστος, ίστη, ιστον, superl. irreg. ab ὀλίγος.

ὀλιγίστως, adv. minimo numero, perparum. v. ὀλίγιστος.

ὀλιγόαιμος, ον, (αἷμα) qui sanguine est pauco.

ὀλιγόβιος, ον, (βίος) non diu vivens.

ὀλιγόβουλος, ον, (βουλή) qui parum consilio pollet, non admodum prudens.

ὀλιγογνώμων, ονος, ὁ, ἡ, (γνώμη) negligens, Hesych.

ὀλιγογόνατος, άτη, ατον, (γόνυ) paucis geniculis nodatus.

ὀλιγογονία, ἡ, sterilitas. A seq.

ὀλιγόγονος, ον, (γονή) paucos generans, infecundus.

ὀλιγοδάπανος, ον, (δαπάνη) qui exigui sumtus est, parcus et frugi, frugalis.

ὀλιγοδεής, ές, (δέομαι) qui paucis eget, paucis contentus.

ὀλιγοδεία, et ὀλιγοδεΐα, ας, ἡ, paucarum rerum indigentia, vel desiderium. Philox. A pr.

ὀλιγοδίαιτος, ον, (δίαιτα) modico victu contentus.

ὀλιγόδουλος, ον, (δοῦλος) paucos servos habens.

ὀλιγοδρανέω, langueo, nihil ago, spiritum vix traho. A seq.

ὀλιγοδρανής, ές, (δραίνω) infirmus, imbellis.

ὀλιγοδρανία, ας, ἡ, imbecillitas. A pr.

ὀλιγοδύναμος, ον, (δύναμις) infirmus, imbellis.

ὀλιγοελαιόω, (ἔλαιον) parum olei fero, parum olei fundo

ὀλιγοεξία, ἡ, i. q. ὀλιγεξία.

ὀλιγοεργής, ές, (ἔργον) imbecillus.

ὀλιγοέτης, ες, (ἔτος) paucos annos habens.

ὀλιγοετία, ας, ἡ, paucitas annorum, juventus. A pr.

ὀλιγόζος, ον, (ὄζος) paucos ramos habens.

ὀλιγοήμερος, ον, (ἡμέρα) i. q. ὀλιγήμερος.

ὀλιγόθερμος, ον, (θέρμη) cui modicus inest calor, parum caloris habens.

ὀλιγόθριξ, τριχος, (θρίξ) paucos capillos habens.

ὀλιγοθυμέω, animo parvo sum. A seq.

ὀλιγόθυμος, ον, timidus, dimissus animo.

ὀλιγόϊνος, ον, (ἴς) paucas habens fibras seu venas, paucos nervos. (ῑ)

ὀλιγόκαιρος, ον, (καιρός) brevem, parvam, ancipitem occasionem, s. opportunitatem habens.

ὀλιγοκάλαμος, ον, (κάλαμος) paucos habens calamos.

ὀλιγόκαρπος, ον, (καρπός) paucos fructus gignens.

ὀλιγόκαυλος, ον, (καυλός) paucos caules habens.

ὀλιγόκερως, ωτος, (κέρας) parva cornua habens.

ὀλιγόκλαδος, ον, (κλάδος) paucos ramos habens.

ὀλιγοκρατέομαι, a paucis regor. v. ὀλιγαρχία.

ὀλιγολαλέω, (λαλέω) pauca loquor.

ὀλιγόλογος, ον, (λόγος) pauci sermonis.

ὀλιγομαθής, ές, (μανθάνω) parum doctus.

ὀλιγομετρία, ας, ἡ, (μέτρον) est vitium versus quum paucioribus, v. c. quatuor verbis constat, Eustath. opponitur πολυμετρία.

ὀλιγόμισθος, ον, (μισθός) mercede exigua conductus.

ὀλιγομυθία, ας, ἡ, pauciloquium. A seq.

ὀλιγόμυθος, ον, (μῦθος) pauciloquus.

ὀλιγόνειρος, ον, (ὄνειρος) pauca somnians.

ὀλιγόξυλος, ον, (ξύλον) pauca ligna habens.

ὀλιγοπαιδία, ας, ἡ, paucitas liberorum. A seq.

ὀλιγόπαις, αιδος, ὁ καὶ ἡ, (παῖς) paucos habens liberos.

ὀλιγοπελέω, ὀλιγοπελής, ές, et ὀλιγοπελία, ἡ, vulgares formae p. ὀλιγηπ. Gramm.

ὀλιγόπιστος, ον, (πίστις) exigua fide praeditus, parum fidens seu credens, parum fiduciae habens. it. cui parum fidendum. 2) incredulus.

ὀλιγοποιέω, f. ήσω, ad paucitatem redigo, minuo. aor. 1. ὠλιγοποίησα.

ὀλιγοπόλιος, ον, (πολιός) parum canus: i. e. paucos canos crines habens.

ὀλιγοπονία, ἡ, laboris fuga.
ὀλιγόπονος, ον, laborem fugiens, iners.
ὀλιγοποσία, ας, ἡ, (πόσις) parcus potus.
ὀλιγοποτέω, f. ήσω, parum bibo. A seq.
ὀλιγόποτος, ον, (ποτόν) pauco potu contentus. it. ὀλιγοπότης, ου, ὁ.
ὀλιγοπραγμοσύνη, ης, ἡ, paucarum rerum tractatio. A seq.
ὀλιγοπράγμων, ον, gen. ονος, (πρᾶγμα) pauca habens negotia.
ὀλιγόπτερος, ον, (πτερόν) paucas pennas habens.
ὀλιγόπυρος, ον, (πυρός) parum tritici ferens.
ὀλιγόῤῥιζος, ον, (ῥίζα) paucas radices habens.
ὀλίγος, ίγη, ίγον, paucus. 2) parvus, exilis, tenuis. Hinc Subst. οἱ ὀλίγοι, ων, optimates, pauci illi, penes quos imperium est. ὀλίγον, paullum, parum, modicum. ὀλίγον χρόνον, paullisper. ὀλίγου δεῖν, paene, propemodum, ferme. δι' ὀλίγου, ἐξ ὀλίγου, brevi tempore, subito, e propinquo. δι' ὀλίγων, paucis, sc. verbis. κατ' ὀλίγον, παρ' ὀλίγον, sensim, paullatim, item propemodum. ἐν ὀλίγῳ, leviter, viliter. it. propemodum, parum; abest, quin. Comp. μείων, ον, ὀλίζων, ον, ap. Alexandrinos. ὀλιζότερος, Nic. Superl. ὀλίγιστος, ίστη, ιστον, ὀλιγίστατος, άτη, ατον.
ὀλιγόσαρκος, ον, (σάρξ) macilentus.
ὀλιγοσθενής, ές, (σθένος) exiguis viribus praeditus.
ὀλιγοσιτέω, f. ήσω, (ὀλιγόσιτος) pauco cibo utor.
ὀλιγοσιτία, ας, ἡ, cibus modicus, frugalitas. A pr.
ὀλιγόσιτος, ον, (σῖτος) modico cibo utens.
ὀλιγόσπερμος, ον, (σπέρμα) parum seminis ferens. 2) parum seminis emittens.
ὀλιγόστιχος, ον, (στίχος) paucos ordines s. versus continens. Hinc Subst. ὀλιγοστιχία, ἡ.
ὀλιγοστός, ἡ, όν, (ὀλίγος) unus e paucis, paucis comitatus, cum paucis. item, minimus, brevissimus.
ὀλιγοσυλλαβία, ἡ, paucitas syllabarum. A seq.
ὀλιγοσύλλαβος, ον, (συλλαβή) paucis syllabis constans.
ὀλιγοσύνδεσμος, ον, Epith. orationis, paucis conjunctionibus utentis.
ὀλιγοσώματος, ον, (σῶμα) parvi corporis.
ὀλιγοτεκνία, ἡ, liberorum paucitas, a seq.
ὀλιγότεκνος, ον, (τέκνον) paucos liberos habens.
ὀλιγότης, ητος, ἡ, (ὀλίγος) paucitas. 2) parvitas.
ὀλιγοτιμία, ας, ἡ, (τιμή) contemtus. 2) dedecus.
ὀλιγοτοκέω, f. ήσω, (ὀλιγοτόκος) paucos pario. 2) raro pario.
ὀλιγοτοκία, ας, ἡ, paucus seu rarus partus. A pr.
ὀλιγοτόκος, ον, (τίκτω) raro et paucos pariens.
ὀλιγότριχος, ον, (θρίξ, τριχός) raros habens pilos.
ὀλιγοτροφέω, (ὀλιγότροφος) parum nutrimenti praebeo.
ὀλιγοτροφία, ἡ, cibi penuria, a pr.
ὀλιγότροφος, ον, (τροφή) pauco cibo contentus. 2) parum nutrimenti in cibo praebens.
ὀλιγόϋδρος, ον, (ὕδωρ) parum aquae habens, parum aquosus. 2) pauca aqua contentus. Superl. ὀλιγοϋδρότατος, cui paucissima aqua sufficit.
ὀλιγόϋλος, ον, (ὕλη) parum materiae habens. (υ)
ὀλιγοϋπνία, ἡ, paucus somnus. A seq.
ὀλιγόϋπνος, ον, (ὕπνος) qui exigui somni est.
ὀλιγοφάγος, ον, (φαγεῖν) parcus cibi, inedax.
ὀλιγοφιλία, ας, ἡ, amicorum paucitas.
ὀλιγοφόρος, ον, (φέρω) ut ὀλιγοφόρος οἶνος, vinum, quod paucam aquam fert, aqueum, tenue, dilutum, imbelle.
ὀλιγόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) pusillanimis.
ὀλιγόφυλλος, ον, (φύλλον) pauca habens folia.
ὀλιγοχοέω, parum refundo, exiguo cum foenore refundo. A seq.
ὀλιγόχοος, ον, contr. ὀλιγόχους, ουν, (χέω) parum refundens, parum fructificans. Comp. ὀλιγοχούστερος, minus fundens, minus ferax.
ὀλιγοχορδία, ας, ἡ, (χορδή) paucitas fidium seu chordarum.
ὀλιγοχρηματία, ας, ἡ, (χρήματα) paucitas pecuniae, paupertas.
ὀλιγοχρονία, ἡ, temporis brevitas, a seq.
ὀλιγοχρόνιος, ον, it. ιος, ία, ιον, (χρόνος) exiguo temporis spatio durans.
ὀλιγοχρονιότης, ητος, ἡ, temporis brevitas, a pr.
ὀλιγόχρονος, ον, idem quod ὀλιγοχρόνιος.
ὀλιγόχυλος, ον, (χυλός) parum succi habens.
ὀλιγόχυμος, ον, (χυμός) parum succi habens, ut ὀλιγόχυλος.
ὀλιγοψυχέω, f. ήσω, (ὀλιγόψυχος) sum animo pusillo.
ὀλιγοψυχία, ας, ἡ, pusillanimitas.
ὀλιγόψυχος, ον, (ψυχή) pusillanimis.
ὀλιγόω, (ὀλίγος) ad paucos redigo, imminuo. Pass. ὀλιγόομαι, ad paucos redigor imminuor. aor. ὠλιγώθην.
ὀλιγῶλαξ, ακος, (ὦλαξ) Dor. p. ὀλιγαύλαξ.
ὀλιγωρέω, f. ήσω, (ὀλίγωρος) parvam curam habeo, negligo, contemno, supersedeo. Unde ὀλιγωρητέος, α, ον, adj. verb. spernendus.
ὀλιγώρησις, εως, ἡ, negligentia, incuria, neglectus, contemtus. A pr.
ὀλιγωρία, ας, ἡ, idem. A seq.
ὀλίγωρος, ον, (ὥρα) aliquid parum curans, negligens, incuriosus.
ὀλιγώρως, adv. negligenter, contemtim.
ὀλιγωφελής, ές, (ὀφέλλω) parum utilitatis afferens.
ὀλιζότερος, α, ον, i. q. ὀλίζων, Nic.
ὀλιζόω, minorem reddo, minuo. A seq.
ὀλίζων, ον, gen. ονος, compar. poet. ab ὀλίγος.
ὁλικός, ἡ, όν, (ὅλος) totus, universalis.
ὁλικῶς, adv. plane, universe, omnino.
ὄλισβος, ου, ὁ, penis coriaceus.
ὀλισθάζω, i. q. ὀλισθαίνω, poet.
ὀλισθάνω vel ὀλισθαίνω, (ὄλισθος) fut. ὀλισθήσω, aor. 1. ὠλίσθησα, pf. ὠλίσθηκα, aor. 2. ὤλισθον, labor, lapso vestigio fallor.
ὀλισθήεις, ήεσσα, ῆεν, lubricus.
ὀλίσθημα, ατος, τό, (ὀλισθαίνω) lapsus, casus, ruina.
ὀλισθηρός, ρά, ρόν, (ὄλισθος) ad labendum proclivis. 2) lubricus. 3) proclivis ad aliquid. 4) inconstans.
ὀλισθηρῶς, adv. lubrice.
ὀλίσθησις, εως, ἡ, i. q. ὀλίσθημα, et ab eodem.
ὀλισθητικός, ἡ, όν, (ὀλισθαίνω) lubricandi vim habens, lubricans.
ὀλισθογνωμονέω, (ὄλισθος, γνώμη) mentis compos non sum.
ὀλισθοποιῶ, (ποιέω) labere facio, labefacio.
ὄλισθος, ου, ὁ, lapsus in lubrico, casus. 2) locus lubricus.
ὀλισθράζω, i. q. ὀλισθαίνω, Hipp.
ὁλκαδικός, ἡ, όν, (ὁλκάς) ad onerariam navem pertinens.
ὁλκάδιον, ου, τό, navicula oneraria. Dimin. ab ὁλκάς.
ὁλκαδοχρίστης, ου, ὁ, (χρίω) qui naves onerarias colore inducit.
ὁλκάζω, i. q. ὁλκέω.
ὁλκαία, ας, ἡ, cauda apud Nicandrum, ab ἕλκω, quasi quae trahatur a toto corpore. Schol. Nicandri.
ὁλκαῖον, ου, τό, vas, in quo pocula abluuntur. Pollux.
ὁλκαῖος, αία, Ion. αίη, αῖον, (ἕλκω, ὁλκή) qui trahitur, attractus, contractus.
ὁλκάς, άδος, ἡ, (ἕλκω) proprie navis oneraria. Sed interdum et de aliis dicitur.
ὁλκεῖον, ου, τό, vid. ὁλκήϊον.
ὁλκεύς, έως, ὁ, (ἕλκω) qui retia trahit.
ὁλκέω, (ὁλκός) navem traho, traduco, remulco.
ὁλκή, ῆς, ἡ, (ἕλκω) tractus, attractio. 2) inclinatio, ut staterae in alteram partem. 3) pondus, item drachma.
ὁλκήεις, ήεσσα, ῆεν, ponderosus. A pr.
ὁλκήϊον, ου, τό, (ὁλκή) Ion. pro ὁλκεῖον, lignum in infima navis parte, quo navis trahitur, ut exponitur a Schol. Apollonii.
ὁλκήρης, ες, (ὁλκή) caudatus, sive tractu se colligens, ut serpens, qui longo volumine caudam trahit. Nicand.
ὁλκιμος, ον, (ὁλκή) glutinosus, lentus, qui, dum extenditur, trahi, non rumpi solet.
ὁλκίον, ου, τό, gubernaculum seu clavus navis.
ὁλκίον, ου, τό, vas cum liquidis, tum aridis recipiendis aptum, aeneum plerumque. Pollux. 2) labrum amplum, magnus crater.
ὁλκός, οῦ, ὁ, tractus. 2) sulcus, proprie et tropice. 3) remulcus, quo naves ex uno mari in alterum per continentem, velut per Isthmum, traducuntur. 4) fluctus, omninoque, aqua maris. 5) aquaeductus. 6) moles, pondus. 7) syrma serpentum, vestium etc. 8) totumque adeo cujusvis animalis hominisque corpus. 9) est etiam nomen insecti cujusdam et herbae.
ὁλκός, ἡ, όν, attractorius, Plat. 2) lentus.
ὄλλιξ, ικος, ὁ, poculi lignei genus.
ὄλλυμι, f. ὀλῶ, aor. ὤλεσα, pf. ὀλώλεκα. Med. ὄλλυμαι, f. ὀλοῦμαι, aor. ὠλόμην, pf. 2. ὄλωλα, significat I) Act. 1) perdo, perimo interimo, interficio. 2) perdo, amitto, ut θυμόν, μένος, Hom. II) Med. 1) intereo, pereo. 2) perdor, amittor. 3) pf. 2. ὄλωλα, perii. οἱ ὀλωλότες, mortui.
ὁλμειός, οῦ, ὁ, (ὅλμος) mortarium.
ὁλμίσκος, ου, ὁ, mortariolum. οἱ ὁλμίσκοι, concavitates dentium molarium, veluti mortariola. Dim. ab ὅλμος.
ὁλμοκοπέω, (κόπτω) in mortario contero.
ὁλμοποιός, οῦ, ὁ, ἡ, (ποιέω) mortariorum

artifex.

ὅλμος, ου, ὁ, mortarium, pilum. 2) pars tibiae, ligula. 3) truncus corporis a cervice usque ad coxendicem. it. poculi genus. metaph. stupidus.

ὁλογράμματος, ον, (ὅλος, γράμμα) plene scriptus, non per siglorum captiones aut compendiosa aenigmata, nec per notas numerales.

ὁλογραφέω, f. ήσω, (γράφω) integrum scribo.

ὁλόγραφος, ον, (γράφω) totus propria manu exaratus.

ὁλοδάκτυλος, ον, meris dactylis constans. Epith. versus.

ὀλόεις, όεσσα, όεν, (ὄλλυμι) exitialis.

ὁλοεργής, ές, i. q. ὁλοεργός.

ὁλοεργός, όν, (ἔργον) maleficus. 2) mortem seu interitum adferens.

ὁλοήμερος, ον, (ὅλος, ἡμέρα) per totum diem durans.

ὁλοθανής, ές, (ὅλος, θνήσκειν) prorsus mortuus.

ὁλοθούριον, ου, τό, genus tuberis spongiosi, et marini. Aristot.

ὀλόθρευσις, εως, ἡ, (ὀλοθρεύω) perniciei illatio, delatio, occisio.

ὀλοθρευτής, οῦ, ὁ, (ὀλοθρεύω) exterminator, qui perniciem adfert, exitiosus, occisor, interfector.

ὀλοθρευτικός, ή, όν, perimens, perdens. A praec.

ὀλοθρεύω, f. εύσω, (ὄλεθρος) perdo, everto, exitium adfero, vasto.

ὀλοίιος, ον, poet. p. ὀλοιός, ὀλοός. cf. ὁμοίιος.

ὀλοιός, όν, poet. p. ὀλοός, perniciosus, exitialis, Hom. h. Ven. 225.

ὁλοίτροχος, ὁ, vel ὀλοίτροχος, ὁ, it. ὁλότροχος, lapis omni ex parte rotundus, saxum, quale ab defensoribus urbis oppugnatae in hostes conjici solebat, Hdt. 8, 52. item adj. ὀλοίτροχοι λίθοι, Xen. πέτροι ὀλ. Theocr.

ὁλοκαρπέω, f. ώσω, totum adoleo, in holocaustum offero. ὁλοκαρπούμενον, quod totum offertur. Fut. 1. pass. ind. 3. pl. ὁλοκαρπωθήσονται, consumabuntur, consumentur, LXX.

ὁλοκάρπωμα, ατος, τό, holocaustum. A praec.

ὁλοκάρπωσις, εως, ἡ, idem et ab eod.

ὁλόκαυστον, ου, τό, (ὅλος, καίω) holocaustum, quod totum cremari solebat.

ὁλοκαυτέω, f. ήσω, (ὁλόκαυτος) totum comburo, totam victimam cremo.

ὁλοκαυτίζω, f. ίσω, idem et ab eod.

ὁλόκαυτος, ον, (καίω) totus crematus, totus combustus.

ὁλοκαυτόω, f. ώσω, i. q. ὁλοκαυτέω. aor. 1. ὡλοκαύτωσα, ex eod.

ὁλοκαύτωμα, ατος, τό, victima s. hostia, quae integra comburitur. A pr.

ὁλοκαύτωσις, εως, ἡ, sacrificium, in quo victima tota crematur. Ab eod.

ὁλοκληρία, ας, ἡ, integritas omnium partium alicujus rei. A seq.

ὁλόκληρος, ον, (ὅλος, κλῆρος) integer, totus, universus. 2) nullo vitio laborans, non vitiosus. Proprie qui omnia possidet, quae sorte ei obtigerunt. κληρονομία ἐξ ὁλοκλήρου, hereditas ex asse, seu in solidum.

ὁλοκλήρως, adv. integre.

ὁλόκνημος, ον, (κνήμη) integras tibias habens et nulla ex parte mutilas.

ὁλοκόλαξ, ακος, ὁ, (κόλαξ) penitus adulator, atque imperans sibi omnia assentari, dub.

ὁλόκοπος, ον, (κόπτω) totus concisus.

ὁλόκυκλος, ον, (κύκλος) Epith. lunae plenae.

ὁλοκυκλόω, lunam facio plenam, a pr.

ὁλοκυνῖτις, ιδος, ἡ, olus quoddam silvestre.

ὁλολαμπής, ές, (λάμπω) totus lucidus.

ὁλόλιθος, ον, totus lapideus, totus e lapidibus factus.

ὀλολυγή, ῆς, ἡ, (ὀλολύζω) clamor mulierum sacrificantium, jubilatio. 2) ululatus, ejulatus.

ὀλόλυγμα, τό, idem. Ab eod.

ὀλολυγμός, οῦ, ὁ, ululatus, ejulatus. ὀλολυγμὸς ἀγροίκων, rusticorum jubilatus.

ὀλολυγών, όνος, ὁ, clamor ranarum marium. 2) ejulatus. 3) avis quaedam solitaria, acredula, vel ulula. A seq.

ὀλολύζω, f. ξω, (λύζω) ululo, ejulo, ploro. 2) cum clamore deus precor, de mulieribus, jubilo, exsulto. usurpatur de clamore laeto mulierum, numen, cujus ludi identidem celebrarentur, ad veniendum invitantium, aut adventum ejus, quem sibi comminiscerentur, annunciantium.

ὀλολύττω, i. q. ὀλολύζω, Men.

ὁλομελής, ές, (μέλος) qui membris est integris, omnibus membris constans, integer.

ὁλομέλεια, ας, ἡ, integra natura et constitutio alicujus rei, qua nihil ipsi deest. A praec.

ὁλομερής, ές, (μέρος) integer, totus, nulla parte resecta.

ὀλόμην, Epice p. ὠλόμην, aor. med. ab ὄλλυμι, 3 pl. ὄλοντο, p. ὤλοντο, Hom.

ὅλον, v. ὅλος.

ὁλόνθος, ον, (ὅλος, ὄνθος) fimo scatens.

ὁλονυκτίως, adv. (νύξ) per totam noctem.

ὀλοοίτροχος, ὁ, longior forma poet. pro ὁλοίτροχος, q. v.

ὀλοός, ή, όν, (ὄλλυμι) perniciosus, exitiosus. 2) perditus.

ὀλοόφρων, ον, (ὀλοός, φρήν) perniciosa consilia agitans, perniciosus, ὕδρος, λέων, σῦς, Il. 2, 723. 15, 630. 17, 21. 2) prudens, callidus, qui nocere potest quibuscunque vult, Od. 1, 52. 10, 137. 11, 322. (In hac significatione derivatur ab ὅλος, ut sit quasi: qui animo universa agitat, qui omnium curam gerit, vel ab οὖλος, qui integra mente est. Sed his derivationibus non est opus.)

ὁλοπόρφυρος, ον, (πορφύρα) totus purpureus, totus e purpura.

ὁλόπτερος, ον, (πτερόν) cujus universum corpus pennis tectum est. 2) cujus alae non sunt scissae, alas continuas habens.

ὀλόπτω, f. ψω, vello, evello.

ὁλόπυρος, ου, ὁ, (πυρός) triticum integrum, seu quod integrum coctum est.

ὁλορριζί, adv. radicitus. A seq.

ὁλόρριζος, ον, (ῥίζα) qui cum tota radice est, v. c. erutus.

ὅλος, ὁ, vel ὁλός, item ὁλόν, i. q. θολός, atramentum sepiae.

ὅλος, ὅλη, ὅλον, totus, integer. 2) solidus. 3) universus, omnis. *est aetatis posterioris.* Hinc Subst. τὸ ὅλον, ου, universum, rerum universitas, summa rei; at ὅλον, adv. omnino. (Hinc Lat. solus et solidus.)

ὁλοσηρικός, ή, όν, totus ex serico, holosericus.

ὁλοσίδηρος, ον, totus ferreus.

ὁλόσκιος, ον, (σκιά) totus umbrosus.

ὁλοσπαδής, ές, (σπάω) totus detractus, Hesych.

ὁλοσπάς, άδος, (σπάω) i. q. ὁλοσπαδής.

ὁλοσπόνδειος, ον, (σπονδεῖος) Epith. versus, qui totus e spondeis constat, ut Iliad. λ'. 130.

ὀλόστεον, ου, τό, herba, quasi tota ossea, per antiphrasin, quum tota mollis sit. A seq.

ὀλόστεος, ον, (ὀστέον) totus osseus, ex osse solido constans.

ὁλοστήμων, ον, (στῆμα) totus e staminibus constans.

ὁλόσφαλτος, ον, (σφάλλω) omnino vitiosus.

ὁλοσφύρατος, ον, Dor. p. ὁλοσφύρητος. (ῡ)

ὁλοσφυρήλατος, ον, i. q. ὁλοσφύρητος.

ὁλοσφύρητος, ον, (σφῦρα) malleo ductus s. fabricatus, solidus. (ῡ)

ὁλοσφύριον, ου, τό, massa solidi v. c. ferri. (ῡ)

ὁλοσφύριστος, ον, i. q. ὁλοσφύρητος.

ὁλόσφυρος, ον, (σφῦρα) i. q. ὁλοσφύρητος.

ὁλοσχέρεια, ας, ἡ, integritas, consumatio. 2) crassa et confusa descriptio. A seq.

ὁλοσχερής, ές, (ὅλος, σχερός) integer, plenus, universus, consummatus, qui fit summa vi, omnibus copiis, ut praelium. 2) extremus, summus.

ὁλοσχερῶς, adv. omnino, penitus, prorsus, plane. 2) confuse, generatim, leviter modo. ὁλοσχερέστερον, adv. Compar. majori apparatu, majoribus copiis. A pr.

ὁλόσχιστος, ον, simplex, non e variis partibus vel segmentis consutus, Plato.

ὁλόσχοινος, ὁ, (σχοῖνος) mariscus, juncus omnium maximus et crassissimus.

ὄλοσχος, ου, ὁ, pediculus pomi, Nicand.

ὁλοσώματος, ον, (σῶμα) ad totum corpus pertinens.

ὁλοτελής, ές, (τέλος) plane absolutus, prorsus finitus, perfectus, integer, totus.

ὁλότης, ητος, ἡ, (ὅλος) integritas, totum.

ὁλότροπος, ον, totius modi, totus.

ὁλοτρόπως, adv. omnino.

ὁλότροχος, ον, (τρέχω) rotundus v. c. lapis. περιφερής, Hesych. στρογγύλος, Suid. v. ὀλοοίτροχος.

ὁλοφλυκτίς, ίδος, ἡ, (φλυκτίς) pustula.

ὀλοφυγδών, όνος, ἡ, i. q. ὁλοφυκτίς.

ὀλοφυδνός, ή, όν, (ὀλοφύρομαι) lugubris, luctuosus, tristis.

ὀλοφύζω, f. ξω, lugeo, lamentor, pro ὀλοφύρομαι, ap. seriores.

ὁλοφυής, ές, (ὅλος, φυή) totus absolutus in natura sua, omnibus partibus plenus. 2) rotundus, orbiculatus, Aristot.

ὁλοφυκτίς, ίδος, ἡ, pustula, quasi ὁλοφλυκτίς.

ὁλόφυλος, ον, integer, idem quod ὁλόκληρος.

ὀλοφυρμός, οῦ, ὁ, ejulatus, ploratus, lamentatio. A seq.

ὀλοφύρομαι, (a λοπός, ὀλόπτω, ut sit proprie: crines mihi prae luctu evello.) lamento, ejulo, ploro. 2) deploro, misereor.

ὀλόφυρσις, εως, ἡ, ploratus, luctus, ejulatus. 2) lamentatio. 3) lugubris oratio,

ὀλοφυρτικός, ή, όν, ad lamenta seu la-

mentandum proclivis. Ab eod.

ὀλοφυρτικῶς, adv. lamentabiliter.

ὀλοφώϊος, ον, (ὄλλυμι) exitialis. 2) versutus, improbus. ὀλοφώϊα, vaframenta, versutiae, artificia callida.

ὀλόφωνος, ον, (φωνή) plena voce canens.

ὁλόχαλκος, ον, totus ex aere.

ὁλόχροος, ον, contr. ὁλόχρους, ουν, (χρόα) toto corpore unum colorem habens.

ὁλόχρυσος, ον, (χρυσός) totus ex auro factus, ex auro solido factus. 2) totus auro inductus. ap. Joseph.

ὁλόψυχος, ον, (ψυχή) sincerus, candidus, integer animo.

ὁλοψύχως, adv. toto, integro animo, bona fide.

ὄλπη, ης, ἡ, lecythus, ampulla olearia, vas olearium, et alicubi vinarium.

ὄλπις, εως et ιδος, ἡ, i. q. ὄλπη.

Ὀλυμπία, ας, ἡ, sc. χώρα, (Ὄλυμπος) Olympia, locus Elidis, in quo Jupiter Olympius colebatur, et certamina Olympica celebrabantur. Ὀλυμπίαζε, ad Olympiam. Ὀλυμπίαθεν, ab Olympia. Ὀλυμπίασι, apud Olympiam.

Ὀλύμπια, ων, τά, sc. ἀγωνίσματα, ludi Olympici.

Ὀλυμπίας, ου, ὁ, (Ὄλυμπος) Olympias, venti nomen, qui et ἀργέστης, i.e. Corus.

Ὀλυμπιάς, άδος, ἡ, sc. νίκη, victoria s. palma certaminis Olympici. 2) certamen Olympicum. 3) Olympias, sive tempus binis quibusque interjectum ludis Olympicis, quatuor annorum integrorum cum quindecim diebus.

Ὀλυμπιεῖον vel Ὀλυμπίειον, τό, templum Jovis Olympii.

Ὀλυμπικός, ή, όν, (Ὀλυμπία) Olympicus.

Ὀλυμπιονίκης, ου, ὁ, (Ὀλύμπια, νικάω) victor in Olympiis.

Ὀλυμπιονῖκος, ον, (νικάω) in Olympiis vincens.

Ὀλύμπιος, ον, Olympum incolens. 2) coelestis. A seq.

Ὄλυμπος, ου, ὁ, Olympus, mons Macedoniae altissimus. 2) coelum. Ὀλυμπόνδε, in coelum.

ὀλυνθάζω, f. άσω, caprifico. A seq.

ὄλυνθος, ου, ὁ, grossus, ficus immatura. 2) ἡ Ὄλ., nomen urbis in Thessalia.

ὀλυνθοφορέω, grossos s. abortus fero. A seq.

ὀλυνθοφόρος, ον, (ὄλυνθος, φέρω) grossos ferens.

ὀλύρα, ας, ἡ, semen medium inter frumentum et hordeum, olyra, spelta, far, ador, siligo.

ὀλυρίτης, ου, ὁ, ut ὀλυρίτης ἐγκρυφίας, subcinericius panis siligineus. A praec.

ὀλώδης, ες, (ὀλός pro θολός) ater vel turbidus.

ὀλώϊος, ΐα, ϊον, forma rarior poet. p. ὀλοός, ὀλοιός, Hes. Th. 591.

ὄλωλα, perf. 2 ab ὄλλυμι.

ὅλως, adv. (ὅλος) prorsus, omnino, totaliter, integre. 2) in summa, in universum. 3) sane.

ὄλωσις, εως, ἡ, (quasi ab ὁλόω) integratio.

ὁμαδεύω, (ὁμάς) in unum cogo, congrego.

ὁμαδέω, f. ήσω, (ὅμαδος) tumultuor, clamo, fremo. 3 pl. aor. 1. ὁμάδησαν, strepitum excitarunt, Od.

ὁμαδόν, adv. (ὁμάς) summatim.

ὅμαδος, ου, ὁ, (ὁμάς) multitudo. 2) tumultus, strepitus, quem multitudo excitat.

ὁμάζω, rugio, mugio, de leonibus.

ὅμαιμις, ιδος, ἡ, (ὁμοῦ, αἷμα) soror.

ὁμαίμιος, ον, (ὅμαιμος) consanguineus, Pind.

ὅμαιμος, ον, (ὁμοῦ, αἷμα) consanguineus. 2) *Subst.* ὁ, ἡ, frater vel soror.

ὁμαιμοσύνη, ης, ἡ, (ὁμαίμων) consanguinitas. 2) fraternitas.

ὁμαιμότης, ητος, ἡ, (ὅμαιμος) idem.

ὁμαίμων, ον, (ὁμοῦ, αἷμα) consanguineus. Ὁμαιμονέστερος, έρα, ερον, Comp. propinquior sanguine.

ὁμαΐον, τό, (ἀΐω) i. q. ὁμακοεῖον.

ὁμαιχμέω, f. ήσω, (ὅμαιχμος) simul milito, simul bellum ineo, simul jaculor.

ὁμαιχμία, ας, ἡ, et Ion. ὁμαιχμίη, ης, ἡ, societas belli, confoederatio. A seq.

ὅμαιχμος, ον, (ὁμοῦ, αἰχμή) arma consocians, foederatus, explicatur etiam commilito.

ὁμακοεῖον, et ὁμακόϊον, ου, τό, auditorium commune. Vox Pythag. A seq.

ὁμάκοοι, οἱ, (ὁμοῦ, ἀκούω) qui simul audiunt, auditores, discipuli, vox Pythagorica.

ὁμαλῆ, adv. una, simul. Hesych.

ὁμαλής, ές, (ὁμαλός) aequalis, planus, aequabilis.

ὁμαλία, ας, ἡ, planities. Ab eod.

ὁμαλίζω, f. ίσω, (ὁμαλός) planum reddo, complano, laevigo. 2) ad aequabilitatem redigo. 3) demulceo. 4) adaequo, aequalis sum.

ὁμαλισμός, οῦ, ὁ, complanatio, laevigatio, aequatio. 2) aequabilis pronunciatio. A praec.

ὁμαλιστήρ, ῆρος, ὁ, ὁμαλιστῆρες, paniculae, Philox.

ὁμαλίστρα, ας, ἡ, hostorium.

ὁμαλιστρον, τό, idem.

ὁμαλόδερμος, ον, (δέρμα) glaber, laevis.

ὁμαλός, ή, όν, (ὁμοῦ) planus. 2) aequalis, aequabilis.

ὁμαλότης, ητος, ἡ, aequalitas, aequabilitas, planities. A praec.

ὁμαλύνω, i. q. ὁμαλίζω, ὁμαλῦναι, aor. 1. inf.

ὁμαλόω, idem.

ὁμαλῶς, adv. (ὁμαλός) aequaliter, aequabiliter, constanter. 2) pariter, sine discrimine, nullo excepto. 3) sedate.

ὁμαρής, ές, (ὁμοῦ, ἄρω) conjunctus, compactus, consonus. Adv. ὁμαρῶς, una, simul.

ὁμαρτέω, f. ήσω, (ὁμός, ὁμοῦ, ἀρτάω) concurro, Il. 13, 584. 2) simul assequor, τινά, Il. 12, 400. 3) eo una, comitor, ut βῆσαν ὁμαρτήσαντες, Od. 21, 188. τινί, Hes. 4) concino, conspiro. Cf. ὁμάρτω.

ὁμαρτῆ vel ὁμαρτῇ, adv. simul, una, una serie. Ita legebat Herodianus in Homero; ubi nunc ex Aristarchi sententia scribitur ἁμαρτῆ.

ὁμαρτήδην, adv. i. q. ὁμαρτῆ.

* ὁμάρτω. Hinc aor. ὅμαρτεν ἐν εἰλαπίνῃσιν, epulis prosequebantur, Orph. Arg. 513.

ὁμάς, άδος, ἡ, (ὁμοῦ) multitudo tota, omnes simul, summa, universitas.

ὅμασπις, ιδος, ὁ καί ἡ, (ἀσπίς) una cum alio clypeum gestans, commilito.

ὁμαυλία, ας, ἡ, cohabitatio, concubitus. A seq.

ὅμαυλος, ον, (ὁμοῦ, αὐλή) una habitans, una pernoctans.

ὅμαυλος, ον, (αὐλός) consonans, concinens.

ὀμβρέω, f. ήσω, (ὄμβρος) pluo, Ζεὺς ὀμβρεῖ, i. q. Ζεὺς ὕει. 2) trans. humecto, irrigo, ut ὀμβρίζω.

ὀμβρηγενής, ές, (γένος) ex imbribus ortus.

ὄμβρημα, ατος, τό, (ὀμβρέω) pluvia.

ὀμβρηρός, ή, όν, Hes. op. 453: dub. lect. p. ὀμβρηρός.

ὀμβρήρης, ες, i. q. ὀμβρηρός, Nic.

ὀμβρηρός, ά, όν, i. q. ὄμβριος, pluviosus, Hes. op. 453.

ὀμβρία, ας, ἡ, pluvia nimbosa, nimbus, dub.

ὀμβρίζω, f. ίσω, imbre rigo. 2) humecto, madefacio.

ὀμβρίκια et ὀμβρίαι, vocari omnium animalium fetus a poetis, scribit Pollux.

ὀμβριμοεργός, όν, (ὄβριμος, ἔργον) magna et ardua facinora patrans. v. ὀβριμοεργός.

ὀμβριμόθυμος, ου, ὁ, ἡ, animo magno et forti praeditus, magnanimus.

ὀμβριμόπατρος, ὀμβριμοπάτρη, vid. ὀβριμόπατρος.

ὄμβριμος, ον, p. ὄβριμος, impetuosus, vehemens, ut imber, validus, fortis, robustus. An Homerus hac forma pleniori usus sit, dubitetur: certo usus est Pind. P. 9, 46. Ol. 4, 12. cf. Hermann. de em. rat. gramm. gr. p. 21.

ὄμβριος, ον, vel ιος, ία, ιον, (ὄμβρος) pluvius, pluvialis. 2) aquosus.

ὀμβροβλυστέω et ὀμβροβλυτέω, (βλύω) pluviam fundo.

ὀμβροδόκος, ον, (δέχομαι) pluviam excipiens s. capiens.

ὀμβροκτύπος, ον, (κτυπέω) imbribus furiens, Aesch.

ὀμβροποιός, όν, (ποιέω) imbres excitans.

ὄμβρος, ου, ὁ, imber, pluvia. (Inde Lat. humor et imber, quasi pro ὅμερος, humidus. vid. ὄμιχμα et ὀμίχω.)

ὀμβροτοκία, ας, ἡ, pluviae generatio. A seq.

ὀμβροτόκος, ον, (ὄμβρος, τίκτω) pluviam generans, imbrifer.

ὀμβροφόρος, ον, (φέρω) imbrifer, imbrem ferens.

ὀμβροχαρής, ές, (χαίρω) imbribus gaudens, h. e. fecunditatem, incrementa nanciscens. Epith. terrae, plantarum.

ὀμβρώδης, ες, (ὄμβρος) imbre dilutus.

ὁμέθνιος, ον, (ὁμοῦ, ἔθνος) ejusdem gentis s. nationis, Suid.

ὀμεῖται, 3 fut. ab ὄμνυμι.

ὁμέστιος, ον, (ἑστία), eundem larem habens, contubernalis.

ὁμευναῖος, αία, αῖον, i. q. ὅμευνος.

ὁμευνέτέω, una cubo. A seq.

ὁμευνέτης, ου, ὁ, (εὐνή) qui eodem cubili utitur, maritus.

ὁμευνέτις, ιδος, ἡ, uxor. Fem. a praec.

ὁμευνίς, ίδος, ἡ, i. q. ὁμευνέτις.

ὅμευνος, ον, (εὐνή) qui eodem cubili

utitur, conjux; maritus, uxor.

ὁμέψιος, ον, (ἐψία) sodalis.

ὁμῆ, adv. (ὁμός) i. q. ὁμοῦ, poet.

ὁμηγερής, ές, (ὁμός, ἀγείρω) congregatus. Hinc pl. ὁμηγερέες, congregati, apud Hom.

ὁμηγυρής, ές, (ἄγυρις) i. q. ὁμηγερής, Pind.

ὁμηγυρίζομαι, f. ίσομαι, convoco, congrego, Ἀχαιοὺς εἰς ἀγορήν, Od. 16, 376. Seriores utuntur Activo, unde ap. eosdem. Med. congregor, convenio. A seq.

ὁμήγυρις, εως, ἡ, (ὁμοῦ, ἄγυρις) coetus, concilium, societas.

ὁμήθεια, ἡ, (ὁμήθης) habitatio in uno loco, domiciliorum communio.

ὁμήθειος, εία, ειον, i. q. ὁμήθης.

ὁμήθης, ες, (ἦθος) una habitans, uno in loco degens. 2) qui eorundem morum est. cf. ὁμοήθης.

ὁμηλικία, ας, ἡ, Ionice ὁμηλικίη, ης, ἡ, aetatis aequalitas, eadem aetas. A seq.

ὁμῆλιξ, ικος, ὁ, (ὁμοῦ, ἧλιξ) qui ejusdem aetatis est, aequalis. 2) ejusdem staturae.

ὅμηλυς, υδος, ὁ, ἡ, (ἔρχομαι, ἤλυσις) veniens simul, comes viae, Nonn.

ὁμηλυσία, ας, ἡ, Ion. ὁμηλυσίη, ης, ἡ, quando plures simul eunt. A praec.

ὁμηρεία, ας, ἡ, (ὁμηρεύω) datio obsidum. 2) obsides, pignus.

Ὁμήρειον, τό, templum in Homeri honorem.

Ὁμήρειος, ον, (Ὅμηρος) Homericus.

ὁμηρέτης, ου, ὁ, i. q. συνηρέτης.

ὁμήρευμα, ατος, τό, pignus. 2) obses. A seq.

ὁμηρεύω, f. εύσω, (ὅμηρος) proprie convenio, concino, φωνῇ ὁμηρεῦσαι, Hes. Th. 39. 2) plerumque, obses sum. 3) obsidis loco do vel trado. cf. ὁμηρέω.

ὁμηρέω, f. ήσω, (ὅμηρος) proprie convenio, una eo cum aliquo, τινί, Od. 16, 468. 2) metaph. concino, conspiro. 3) obses sum. cf. ὁμηρεύω.

ὁμήρης, ες, (ὁμός, ὁμοῦ, ἄρω) i. q. ὁμαρής, ὅμηρος, c. dat. Nic.

ὁμηρία, ας, ἡ, i. q. ὁμηρεία.

Ὁμηρίδης, ου, ὁ, Homeri imitator. 2) rhapsodus. 3) etiam posteri Homeri Ὁμηρίδαι dicti.

Ὁμηρίζω, (Ὅμηρος) Homerum imitor. 2) Homerica usurpo. 2) (ὁμός, μηρός) libidinosa venere utor. 3) scarifico, Artemid.

Ὁμηρικός, ή, όν, Homericus, ad Homerum pertinens, Homerum imitans. Comp. Ὁμηρικώτερος, Superl. Ὁμηρικώτατος.

Ὁμηρικῶς, adv. Homerico more.

Ὁμηριστής, οῦ, ὁ, (Ὁμηρίζω) Homerista, rhapsodus.

Ὁμηρόκεντρα, ων, τά, (Ὅμηρος, κέντρων) Homerocentones, carmen e variis carminum Homeri particulis consutum.

Ὁμηροκέντρωνες, ώνων, οἱ, idem.

Ὁμηρομάστιξ, ιγος, ὁ, flagellum Homeri. Epith. Zoili.

ὅμηρον, ου, τό, pignus, quod est loco obsidis. cf. ὅμηρος.

ὅμηρος, ον, caecus, Cumaeis, teste Herodoto in vita Hom. 13. Hinc explicatur fabula de caecitate Homeri.

ὅμηρος, ον, (ὁμός, ὁμοῦ, ἄρω) i. q. ὁμαρής, ὁμήρης, conjunctus, matrimonio junctus, conjux, Eur. 2) congruens, consentiens, concors. 3) Subst. ὁ, pignus, obses, Hdt.

ὁμιλαδόν, adv. (ὅμιλος) turmatim, catervatim, facto agmine.

ὁμιλέω, f. ήσω, (ὅμιλος) in coetu aliquorum versor. 2) in colloquium venio, colloquor, confabulor, etiam de oratione ad populum, loquor, sermocinor. 3) consuetudinem habeo, consuesco, etiam cum femina. 4) alicui rei valde deditus sum, ut studiis, vino etc. v. ὁμιλία.

ὁμιληδόν, adv. i. q. ὁμιλαδόν.

ὁμίλημα, ατος, τό, (ὁμιλέω) officium, congressus, congressus officiosus. (ῑ)

ὁμιλητής, οῦ, ὁ, (ὁμιλέω) qui versari cum aliquo solet, cui frequens est consuetudo cum aliquo, familiaris. 2) discipulus, auditor.

ὁμιλητικός, ή, όν, qui dextere versatur cum hominibus, politus, elegans, humanus, affabilis, comis.

ὁμιλητός, ή, όν, (ὁμιλέω) comis, lenis. οὐχ ὁμιλητός, immitis, asper, saevus.

ὁμιλία, ἡ, (ὅμιλος) consuetudo cum aliquo; colloquium, collocutio, sermo, disputatio; vitae quotidianae usus, Thuc. 1, 68. 2) coetus, concio, collegium, Hdt. 1, 182. 3) persuasio. 4) consuetudo, mos.

ὅμιλος, ου, ὁ, coetus, turba, multitudo. 2) turma, caterva, multitudo militum. 3) vulgus, plebs. 4) strepitus, tumultus.

ὀμιχέω, f. ήσω, (ὀμίχω) mingo, Hes. op. 729.

ὀμιχλαίνω, nebula obscuro, a seq.

ὀμίχλη, ἡ, Ion. ὀμίχλη, nebula, caligo.

ὀμιχλήεις, εσσα, εν, Ion. ὀμ. nebulosus.

ὀμιχλώδης, ες, nebulosus, caliginosus.

ὄμιχμα, ατος, τό, urinae excretio, mictus, Hesych. A seq.

ὀμίχω, f. ξω, mingo, aor. 1. ὤμιξα, Hipponax.

ὄμμα, ατος, τό, (*ὄπτω, ὄψομαι) visum, spectaculum, spectrum. 2) adspectus, facies. 3) oculus. Plur. ὄμματα, lumina.

ὀμμάτειος, ον, ocularis. ὀμμάτειος πόθος, amor oculis insinuatus, Hesych. A praec.

ὀμματίδιον, ου, τό, ocellus. *Dim.* a seq.

ὀμμάτιον, ου, τό, ocellus. *Dim.* ab ὄμμα.

ὀμματογράφος, ον, (γράφω) pingendis oculis inserviens, cf. στίμμις.

ὀμματολαμπής, ές, (λάμπω) oculos fulgentes habens, pulcer.

ὀμματοποιός, όν, (ποιέω) oculos faciens i. e. visum praebens.

ὀμματοστερής, ές, (στερέω) oculis privatus, caecus. 2) oculis privans.

ὀμματουργός, όν, (ἔργον) i. q. ὀμματοποιός.

ὀμματόω, (ὄμμα) oculis instruo, e. g. statuam, c. acc. 2) oculatum et vigilem reddo, τινά. 3) intelligentem facio, τινά. item λόγον, sermonem clariorem instituo.

ὄμνυμι, f. ὀμοῦμαι, aor. ὤμοσα, pf. ὀμώμοκα, perf. pass. ὀμώμοσμαι, 3) sing. ὀμώμοται, — juro, ὅρκον et ἐπίορκον, Hom. 2) jurejurando affirmo, confirmo, c. acc. vel c. inf. fut. s. aor. Deus, per quem juratur, ponitur in acc., ut ὀμόσαι Στυγὸς ὕδωρ, Ἐννοσίγαιον, Il. 14, 271. 23, 585. item κατὰ θεοῦ. Passive ὀμώμοσται Ζεύς, per Jovem juratum est, Rhes. 816.

ὀμνύω, i. q. ὄμνυμι, unde impf. ὤμνυε, Hom. cf. Pors. ad Eur. Med. 744.

ὁμοαύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, et per syncop. ὁμαύλαξ, qui eodem sulco comprehenditur, vicinus.

ὁμόβιος, ον, (ὁμός, βίος) cum aliquo vivens, τινί: inpr. socius, conjux, maritus, uxor. 2) eadem ratione vivens, eodem victu utens.

ὁμοβίοτος, ον, qui simili victu utitur.

ὁμοβλαστής, ές, (βλαστάνω) simul germinans.

ὁμοβουλέω, ejusdem sum consilii vel voluntatis. A seq.

ὁμόβουλος, ον, (βουλή) qui una consultat. 2) qui ejusdem est voluntatis.

ὁμοβώμιος, ον, (βωμός) cui ara cum alio communis est.

ὁμογάλακτες, ων, οἱ, αἱ, (γάλα) collactanei.

ὁμογάλακτος, ον, collactaneus, Philox.

ὁμόγαμβροι, ων, οἱ, generi unius ejusdemque soceri vel socrus.

ὁμόγαμος, ον, maritus, uxor.

ὁμογάστριος, ον, (γαστήρ) uterinus frater, uterina soror.

ὁμογάστωρ, ορος, ὁ, ἡ, i. q. ὁμογάστριος.

ὁμογένεια, ας, ἡ, (ὁμογενής) cognatio.

ὁμογενής, ές, (ὁμοῦ, γένος) ejusdem generis, cognatus, gentilis, consanguineus.

ὁμογενέτωρ, ορος, ὁ, frater uterinus, Eurip.

ὁμογενῶς, adv. eodem genere.

ὁμογέρων, οντος, ὁ, (γέρων) senectutis socius.

ὁμογλωσσέω, Att. -γλωττέω, eadem lingua utor, a seq.

ὁμόγλωσσος, ον, Att. -γλωττος (γλῶσσα) qui eadem lingua utitur, qui ejusdem linguae est.

ὁμόγνητος, ον, consanguineus, Nonn. quasi ὁμογένητος. *Subst.* ἡ ὁμογνήτη, soror uterina, Orph.

ὁμόγνιος, ον, cognatus, gentilis. ὁμόγνιος Ζεύς, Jupiter gentilitius, cognationes conglutinans. ὁμόγνιοι θεοί, penates, vel dii gentilitii, (quasi ὁμογένιος, per syncop. ex ὁμοῦ et γένος.)

ὁμογνωμονέω, f. ήσω, (ὁμογνώμων) ejusdem sum sententiae, consentio, adsentior, concordo.

ὁμογνωμόνως, adv. (ὁμογνώμων) aeque, eodem animo.

ὁμογνωμοσύνη, ης, ἡ, consensus. A seq.

ὁμογνώμων, ον, (ὁμοῦ, γνώμη) qui ejusdem est sententiae, consentiens, unanimis, concors.

ὁμόγονος, ον, (γονή) i. q. ὁμογενής, ejusdem generis, germanus, gentilis, Pind.

ὁμόγραμμος, ον, (γραμμή) iisdem lineis circumscriptus. 2) (γράμμα) iisdem litteris constans.

ὁμογραφέω, (γράφω) similiter pari modo, h. e. iisdem litteris scribo verbum aliquod. Vox Gramm. Eustath.

ὁμάδελφος, ου, ὁ, (δελφύς) frater.

ὁμοδέμνιος, ον, (δέμνιον) qui ejusdem lecti s. strati particeps est, conjux.

ὁμοδημέω, f. ήσω, (ὁμόδημος) aggrego et accomodo me civibus meis, civilem me gero.

ὁμοδημία, ἡ, vita popularis, populus ipse.

ὁμόδημος, ον, (δῆμος) qui ejusdem populi est, popularis, gentilis. 2) qui cum populo facit, qui ad populi mores se componit.

ὁμοδίαιτος, ον, (ὁμοῦ, δίαιτα) eodem victu utens, idem vitae genus sequens: contubernalis, convictor.

ὁμοδογματέω, (δόγμα) ejusdem sum sententiae, idem sentio, de philosophis.

ὁμοδοξέω, (ὁμόδοξος) idem censeo, sentio.

ὁμοδοξία, ας, ἡ, eadem opinio, consensus opinionum. 2) par gloria.

ὁμόδοξος, ον, (δόξα) qui ejusdem opinionis est. 2) pari gloria praeditus.

ὁμοδόξως, adv. aequali gloria.

ὁμοδόρπιος, ον, (δόρπον) coenae particeps seu socius.

ὁμόδουλος, ου, (δοῦλος) conservus, conserva.

ὁμοδρομέω, una curro. 2) concurro. vid. seq. et ὁμόδρομος.

ὁμοδρομία, Ion. ὁμοδρομίη, concursus, pugna. Ab eod.

ὁμόδρομος, ον, qui una currit, comes cursus.

ὁμοδύναμος, ον, (δύναμις) aeque potens.

ὁμοεθνέω, ejusdem gentis sum. A seq.

ὁμοεθνής, ές, (ἔθνος) ejusdem gentis s. nationis, popularis.

ὁμοεθνία, ας, ἡ, gentilitas, cognatio, partium corporis inter se consensio. A praec.

ὁμόεθνος, ον, ejusdem gentis, gentilis. Ab eod.

ὁμοειδής, ές, (εἶδος) qui ejusdem speciei est, ejusdem generis.

ὁμοείδεια, et ὁμοειδία, ας, ἡ, speciei similitudo, formae convenientia. A praec.

ὁμοειδῶς, adv. eadem, simili forma. Ab eod.

ὁμοερκής, ές, (ἕρκος) iisdem in aedibus habitans. Subst. τὸ ὁμοερκές, quod eodem septo coercetur.

ὁμοέστιος, ον, (ἑστία) qui eundem larem habet, contubernalis.

ὁμόζηλος, ον, qui unum idemque aemulatur, qui ejusdem studii est. 2) concors.

ὁμοζυγέω, f. ήσω, simul cum alio jugum duco.

ὁμοζυγής, ές, (ζυγόν) qui sub eodem jugo est, conjux, conjunctus.

ὁμοζυγία, ας, ἡ, conjunctio. A seq.

ὁμόζυγος, ον, i. q. ὁμοζυγής.

ὁμόζυξ, υγος, ὁ καὶ ἡ, idem.

ὁμοήθεια, ας, ἡ, morum similitudo, morum consensio, concordia. A seq.

ὁμοήθης, ες, (ἦθος) qui eorundem morum est, qui similibus est moribus, similis, consuetus, solitus.

ὁμοθάλαμος, ον, qui simul, et in eodem thalamo habitat, contubernalis.

ὁμοθαμνέω, (θάμνος) una fruticor.

ὁμόθεν, adv. (ὁμός) ex eodem loco. 2) e propinquo, cominus.

ὁμόθεος, ου, ὁ, ἡ, pariter deus, ejusdem divinitatis consors.

ὁμόθηλος, ον, (θηλή) collactaneus, cognatus.

ὁμόθριξ, χος, (θρίξ) similes pilos habens. Epith. equi. vid. ὄτριχες.

ὁμόθρονος, ον, throni, regni consors.

ὁμόθροος, ον, unum idemque loquens, concors, consentiens.

ὁμοθυμαδόν, adv. (ὁμόθυμος) uno animo, una mente, concordi voluntate, unanimiter. 2) universi, una, pariter, simul.

ὁμοθυμέω, (ὁμόθυμος) unanimis sum.

ὁμοθυμία, ας, ἡ, unanimitas, concordia.

ὁμόθυμος, ον, unanimis, concors.

ὁμοιάζω, (ὅμοιος) similis sum.

ὁμοίιος, ον, Epice p. ὅμοιος, ον, q. v. Hom. (ι producitur in iis casibus, qui ultimam longam habent.)

ὁμοιόαρκτος, (ἄρχομαι) similiter incipiens. Hermogen. Schol. Hom.

ὁμοιοβαρής, ές, (βάρος) aeque gravis.

ὁμοιόβιος, ον, simili victu utens.

ὁμοιοβίοτος, ον, idem.

ὁμοιογένεια, ας, ἡ, generis similitudo. A seq.

ὁμοιογενής, ές, (γίνομαι, γένος) qui similis vel prope ejusdem est generis.

ὁμοιογενῶς, adv. simili genere. A praec.

ὁμοιογονία, ἡ, (γονή) similium creatio.

ὁμοιογραφέω, (γράφω) similiter scribo.

ὁμοιοειδής, ές, (εἶδος) qui similis vel prope ejusdem est speciei.

ὁμοιόθριξ, ιχος, ὁ, ἡ, (θρίξ) similes pilos habens.

ὁμοιοκαρπέω, similes fructus gigno. A seq.

ὁμοιόκαρπος, ον, similes habens fructus.

ὁμοιοκαταληκτέω, similiter desino. A seq.

ὁμοιοκατάληκτος, ον, (καταλήγω) similiter desinens.

ὁμοιοκαταληξία, ἡ, similitudo clausulae. A praec.

ὁμοιόκριθος, ον, (κριθή) hordeo similis.

ὁμοιολεπτομερής, ές, (ὅμοιος, λεπτός, μέρος) in partes tenues similesque divisus, ap. Schol. Arist.

ὁμοιολογία, ας, ἡ, (λόγος) dictio similis, similia verba. 2) quum tota est unius coloris oratio, nulla varietate fastidium levans; ei contraria est ποικιλολογία.

ὁμοιομέρεια, ας, ἡ, similitudo partium, partes similes. Vox Anaxagorae, Lucret. homoeomeria. A seq.

ὁμοιομερής, ές, (μέρος) constans partibus similibus, partes habens similes.

ὁμοιομήτριος, ον, (μήτηρ) ejusdem matris, eadem matre natus.

ὁμοιομοούσιος, ον, (ὅμοιος, ὁμοῦ, οὐσία) similis, et ejusdem essentiae.

ὁμοιόμορφος, ον, (μορφή) similem formam habens.

ὁμοιοούσιος, ον, (οὐσία) similis essentiae, similem essentiam habens.

ὁμοιοπάθεια, ας, ἡ, (ὁμοιοπαθής) adfectuum similitudo, similis adfectus, quum plures similiter iisdem rebus adficiuntur, naturae similitudo.

ὁμοιοπαθέω, f. ήσω, similiter adficior, iidem mihi sunt adfectus, eadem natura sum. 2) eodem modo me gero, h. e. imitor alterum.

ὁμοιοπαθής, ές, (πάθος) cui similes sunt adfectus, iisdem adfectibus obnoxius, item, similis naturae.

ὁμοιοπαθῶς, adv. similibus adfectionibus.

ὁμοιοπάτριος, ον, (πατήρ) eodem patre natus.

ὁμοιόπιστος, ον, (πίστις) ejusdem fidei.

ὁμοιοπρεπής, ές, (πρέπω) similiter ornatus.

ὁμοιοπροσωπεῖν, ejusdem esse personae, Gramm.

ὁμοιοπρόσωπος, ον, (πρόσωπον) ejusdem personae. Gramm.

ὁμοιόπτερος, ον, (πτερόν) qui similes habet pennas. trop. ὁμοιόπτεροι, qui sunt aequalis dignitatis, Hesych.

ὁμοιόπτωτος, ον, (πίπτω) similiter cadens, similes casus habens.

ὀπιδνός, ή, όν, reverendus, cavendus, vel extimescendus. ὀπιδνοτάτη, summopere cavenda, maxime extimescenda. A seq.

ὀπίζομαι, f. σομαι, (ὄπις) rationem habeo, curo, revereor, veneror: it. timeo, caveo, vereor: c. acc. Hom. ὁ ὀπιζόμενος, pius, Pind. Reperitur etiam c. gen. Theogn. 732. 1144.

ὀπίζω, f. σω, (ὀπός) succum lacteum arboris alicujus colligo cortice inciso, vel caulem incido succi eliciendi gratia.

ὄπιθε vel ὄπιθεν, adv. poet. p. ὄπισθε, ὄπισθεν, Hom.

ὀπιθόμβροτος, ον, poet. p. ὀπισθόμβροτος, (ὄπιθε, βροτός) mortalem sequens, ὀπιθόμβροτον αὔχημα, gloria superstes, Pind. P. 1, 179.

ὄπιον, ου, τό, (ὀπός) opium, succus lacteus, qui papaveris scapo inciso emanat.

ὀπιπευτήρ, ῆρος, ὁ, speculator, qui circumspicit diligenter aliquid, spectator. A seq.

ὀπιπεύω, i. q. ὀπιπτεύω, ap. seriores.

ὀπίπης, ου, ὁ, speculator, spectator, usitatum in Compositis γυναικοπίπης, παρθενοπίπης, παιδοπίπης, πυῤῥοπίπης. (⏑ – –)

ὀπιπτευτήρ, ῆρος, ὁ, i. q. ὀπιπευτήρ.

ὀπιπτεύω, f. εύσω, inspicio, circumspicio, oculis lustro, speculor, c. acc.

ὄπις, ιδος, ἡ, acc. ὄπιν et ὄπιδα, (ὄψ, ὄψομαι, vel ἕπω) ratio habita, cura, consideratio, respectus, reverentia. 2) ultio, vindicta divina.

ὀπισαμβώ, οῦς, ἡ, itio retrograda. Eustath. e quodam Lex. qs. ex ὀπίσω et ἀμβαίνειν pro ἀναβαίνειν.

ὄπισθα, Aeol. et Dor. p. ὄπισθε.

ὀπισθάγκων, ωνος, ὁ, ἡ, (ἀγκών) Schol. Lycoph. brachia post tergum religata habens.

ὀπισθάμβων, ὁ, (ἄμβων) pulpitum, Chrysost.

ὄπισθε, ante vocalem ὄπισθεν, Epice ὄπιθε, ὄπιθεν, adv. a tergo, pone. 2) c. gen. post, ὄπισθε μάχης, Il. 3) posterius in posterum, postea. Comp. ὀπίστερος, α, ον. Superl. ὀπίστατος.

ὀπισθέναρ, αρος, τό, (ὀπίσω, θέναρ) posterior pars manus et quasi aversa.

ὀπισθίδιος, ία, ιον, posticus. A seq.

ὀπίσθιος, ία, ιον, (ὄπισθε) idem. Subst. τὰ ὀπίσθια, sc. μέρη vel κῶλα, posteriora.

ὀπισθίως, adv. pone, a tergo, retrorsum.

ὀπισθοβάμων, ον, gen. ονος, (ὄπισθε, βαίνω) qui retro cedit, retrogradus, ut cancer

ὀπισθοβαρής, ές, (βάρος, βαρύς) pone gravis.

ὀπισθοβάτης, ου, ὁ, (βαίνω) i. q. ὀπισθοβάμων.

ὀπισθοβατικός, ή, όν, retro insiliens.

ὀπισθόβολος, ον, (βάλλω) retro jactus.

ὀπισθοβριθής, ές, (βρίθω) pone gravatus.

ὀπισθόγραφος, ον, (γράφω) ab aversa parte inscriptus, de libro et charta.

ὀπισθοδάκτυλος, ον, ον, (δάκτυλος) digitos habens retro inversos.

ὀπισθόδετος, ον, (δέω) a tergo, s. retro ligatus.

ὀπισθοδίωξις, εως, ἡ, i. q. παλίωξις, opp. προδίωξις, Schol. Hesiod.

ὀπισθόδομος, ου, ὁ, (δόμος) postica pars templi, opp. πρόδομος. 2) pars arcis Athenis, ubi aerarium pone aedem Minervae erat.

ὀπισθοκάλυμμα, ατος, τό, ornatus muliebris, quo posterior sive capitis, sive totius corporis pars velatur.

ὀπισθόκαρπος, ον, (καρπός) fructum a tergo folii ferens.

ὀπισθοκέλευθος, ον, (κέλευθος) qui pone sequitur, adsectator.

ὀπισθόκεντρος, ον, (κέντρον) cui aculeus in posteriori parte corporis est, aculeum in cauda habens.

ὀπισθοκέφαλον, ου, τό, (κεφαλή) occiput.

ὀπισθοκόμης, ου, ὁ, i. q. ὀπισθόκομος.

ὀπισθόκομος, ον, (κόμη) a tergo comatus.

ὀπισθοκράνιον, ου, τό, occipitium.

ὀπισθοκρηπῖδες, ων, αἱ, calcei muliebris genus.

ὀπισθοκύφωσις, εως, ἡ, spinae pravitas, in posteriorem partem contorsio. (ῠ)

ὀπισθόμβροτος, ον, i. q. ὀπιθόμβροτος.

ὀπισθομήριον, τό, i. q. seq.

ὀπισθόμηρος, ὁ, (μηρός) posterior pars femoris.

ὀπισθονόμος, ον, (νέμω) qui retro ambulans pascitur; qui praepostere pascitur, ut ὀπισθονόμοι βόες.

ὀπισθονυγής, ές, (νύσσω) a tergo pungens.

ὀπισθοπόρος, ον, (πορεύομαι) retrogradus. 2) qui a tergo sequitur, assecla, comes.

ὀπισθόπους, οδος, ὁ, ἡ, (πούς) pone gradiens, pone sequens, epith. famulorum. 2) retrocedens.

ὀπισθορμάω, (ὁρμάω) retrocedo. Hesych.

ὀπισθόρμητος, ον, retrogradus. A praec.

ὀπισθοσφενδόνη, ης, ἡ, reticulum, muliebre ornamentum capitis, apud Comicos.

ὀπισθοτίλα, ης, ἡ, sepia, ita dicitur ab ὄπισθεν τίλᾶν, post se emittendo atramentum suum. (⏑ – ⏑ – –)

ὀπισθοτονία, ας, ἡ, (ὀπισθότονος) convulsio partium in posteriora, partium posteriorum distensio.

ὀπισθοτονικός, ή, όν, cui quodam rigore nervorum caput ad scapulas adductum est, cui cervix reflexa est in posteriorem partem.

ὀπισθοτονικῶς, adv. more eorum, quibus cervix reflexa est in posteriorem partem.

ὀπισθότονος, ον, (τείνω) in aversum tendens aut tentus. 2) Subst. idem quod ὀπισθοτονία. 3) persona illo morbo laborans. 4) vinculum, quo manus post tergum religantur.

ὀπισθοτονώδης, ες, i. q. praec. n: 3. et ab eod.

ὀπισθουρητικός, ή, όν, (οὐρέω) qui retrorsum urinam emittit.

ὀπισθοφάλακρος, ον, (φαλακρός) in occipite calvus.

ὀπισθοφανής, ές, (φαίνω) retrorsum attendens, s. mentem adhibens.

ὀπισθοφανῶς, adv. retrorsum, in adversum. A praec.

ὀπισθοφόρος, ον, (φέρω) in posteriori parte ferens.

ὀπισθοφυλακέω, f. ήσω, (ὀπισθοφύλαξ) a tergo agmen custodio. οἱ ὀπισθοφυλακοῦντες, extremum agmen.

ὀπισθοφυλακία, ας, ἡ, custodia militum a tergo.

ὀπισθοφύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, (φύλαξ) qui a tergo agmen tutatur.

ὀπισθοχειμών, ῶνος, ὁ, frigus circa extremam hiemem.

ὀπισθόχειρ, χειρος, ὁ, ἡ, (χείρ) cui manus post tergum religatae sunt.

ὄπισμα, ατος, τό, (ὀπίζω) succus lacteus e caule vel radice incisa exceptus; exponitur etiam liquor concretus.

ὀπισμός, οῦ, ὁ, (ὀπίζω) succi lactei collectio, qui ex inciso caule exit.

ὀπίσσω, adv. Epice pro ὀπίσω.

ὀπίστατος, άτη, ατον, (ὄπισθε) postremus, ultimus, Il. 8, 342. 11, 178.

ὀπίστερος, α, ον, posterior, a tergo sequens, Nonn.

ὀπίσω, adv. Epice ὀπίσσω, retrorsum, retro, a tergo, in aversum, pone, post, postea, in posterum. Hinc εἰς τὰ ὀπί-

σω, retrorsum, retro. εἰς τοὐπίσω, idem.

ὀπίων, ονος, ὁ, f. l. pr. ὀπτίων.

ὁπλάριον, τό, Dim. ab ὅπλον.

ὁπλενδυτέω, (ὅπλον, ἐνδύω) armis induo.

ὁπλέω, (ὅπλον) poet. p. ὁπλίζω, instruo, armo.

ὁπλή, ῆς, ἡ, (ὅπλον) ungula, unguis quadrupedum, equi, porci, asini, bovis, cet.

ὁπλήεις, εσσα, ῆεν, (ὅπλον) armatus.

ὁπλίζω, f. ίσω, (ὅπλον) instruo, paro, apparo, δόρπον, ἅμαξαν, ἵππους, Hom. νῆες ὁπλίζονται, naves instruuntur, Od. 17, 288. — Med. instruo me, accingo me ad negotium: armis me instruo, armo me.

ὅπλισις, εως, ἡ, apparatus, instructio: armatura; arma ipsa: exercitatio.

ὅπλισμα, ατος, τό, armatura. 2) apparatus bellicus.

ὁπλισμός, οῦ, ὁ, armatura.

ὁπλιστής, οῦ, ὁ, (ὁπλίζω) armator.

ὁπλιταγωγός, όν, (ὁπλίτης, ἄγω) milites armatos vehens, ut navis.

ὁπλιτεία, ἡ, (ὁπλίτης) armatura.

ὁπλιτεύω, f. εύσω, (ὁπλίτης) sum miles gravis armaturae. 2) armatis praesum, rem militarem exerceo.

ὁπλίτης, ου, ὁ, fem. ὁπλῖτις, ιδος, (ὅπλον) armatus, arma gestans, Pind. 2) Usitatius ὁ ὁπλίτης, miles gravis armaturae.

ὁπλιτικός, ή, όν, (ὁπλίτης) ad militem gravis armaturae pertinens. Subst. τὸ ὁπλιτικόν, gravis armaturae milites.

ὁπλῖτις ιδος, ἡ, armata. ὁπλίτιδες, sc. γυναῖκες, statuae mulierum armatae.

ὁπλιτοδρομέω, f. ήσω, stadium armatus decurro, armatus cursu contendo. A seq.

ὁπλιτοδρόμος, ον, armatus cursu contendens, armatus stadium decurrens.

ὁπλιτοπάλης, ου, ὁ, Dor. ὁπλιτοπάλας, (ὁπλίτης, πάλη) qui armatus luctatur.

ὁπλιτοποιός, όν, armatos efficiens, homines ad capienda arma impellens, Poll.

ὁπλοδιδάκτης, ου, ὁ, (διδάσκω) lanista, campidoctor, armidoctor.

ὁπλοδιδάσκαλος, ὁ, i. q. praec.

ὁπλοδοτέω, f. ήσω, (δίδωμι) arma do.

ὁπλοθήκη, ης, ἡ, armamentarium.

ὁπλοκαθαρμός, οῦ, ὁ, armilustrum, Philox.

ὁπλοκαθαρσία, ας, ἡ, idem, Gl Vet.

ὁπλοκαθάρσιον, ου, τό, idem. Philox.

ὁπλολογέω, (λέγω) arma colligo.

ὅπλομαι, poet. p. ὁπλίζομαι. δεῖπνον ὅπλεσθαι, sibi coenam apparare, Il. 19, 172. 23, 159.

ὁπλομανέω, f. ήσω, (μαίνομαι) insano armorum amore feror.

ὁπλομανής, ές, (μαίνομαι) insano armorum studio accensus.

ὁπλομανία, ας, ἡ, insanum studium armorum.

ὁπλομαχέω, f. ήσω, (ὁπλομάχος) armis pugno, vel certo.

ὁπλομάχης, ου, ὁ, i. q. ὁπλομάχος, Plat.

ὁπλομαχητής, οῦ, ὁ, i. q. ὁπλομάχος. Hinc

ὁπλομαχητικός, ή, όν, ad usum armorum pertinens. ἡ ὁπλομαχητική, sc. τέχνη, ars utendi armis.

ὁπλομαχία, ας, ἡ, pugna, qua armis pugnatur, exercitatio in armis, tractatio armorum.

ὁπλομαχικός, ή, όν, ad pugnam pertinens.

ὁπλομάχος, ον, (μάχομαι) qui armis decertat, bellator armatus. 2) qui armis pugnare sub magistro discit. 3) campidoctor, lanista.

ὅπλον, τό, instrumentum; ὅπλα, instrumentum nauticum, arma navis. 2) ὅπλα, arma. 3) scutum. 4) τὰ ὅπλα, i. q. οἱ ὁπλῖται, milites gravis armaturae. 5) ὅπλα, castra. 6) ὅπλα τίθεσθαι, arma capere, se armare. b) arma deponere. c) castra ponere, castra metari s. munire. 7) ὅπλον, penis.

ὁπλοποιέω, (ὁπλοποιός) arma fabricor.

ὁπλοποιητικός, ή, όν, ad artem arma fabricandi pertinens, aptus. A praec.

ὁπλοποιία, ας, ἡ, armorum fabricatio. A seq.

ὁπλοποιός, όν, (ποιέω) armorum faber.

ὁπλοσκοπία, ας, ἡ, (σκοπέω) armorum inspectio.

Ὁπλόσμιος, ὁ, epith. Jovis apud Cares.

Ὁπλοσμία, ἡ, epith. Junonis in Peloponneso: i. e. armatus, armiger, armata, armigera.

ὁπλότερος, έρα, ερον, et ὁπλότατος, άτη, ατον, comp. et superl. positivo carentes, poet. p. νεώτερος et νεώτατος, junior, natu minor, natu minimus, Hom. (Ab ὅπλον, ut sit proprie: armis ferendis aptior.)

ὁπλουργία, ἡ, (ἔργον) i. q. ὁπλοποιία.

ὁπλοφάγος, ον, (φαγεῖν) arma rodendo corrumpens.

ὁπλοφορέω, f. ήσω, arma fero, arma gesto. 2) armatus stipo alicuius latus. ὁπλοφορεῖσθαι, armatum stipari. v. δορυφορέω.

ὁπλοφόρος, ον, (φέρω) qui arma gestat, armiger. 2) satelles, stipator, scutigerulus.

ὁπλοφυλάκιον, ου, τό, armamentarium. A seq.

ὁπλοφύλαξ, ακος, ὁ, armorum custos.

ὁπλοχαρής, ές, (χαίρω) arma amans.

ὀποβάλσαμον, ου, τό, (ὀπός, βάλσαμον) opobalsamum, succus balsami, fruticis.

ὁποδαπός, ή, όν, (ποδαπός) cujas, ex qua regione.

ὀποειδής, ές, (ὀπός, εἶδος) succum referens. 2) succosus, serosus.

ὀπόεις, εσσα, εν, (ὀπός) succosus. 2) Ὀπόεις, εντος, ἡ, contr. Ὀποῦς, οῦντος, Opus, civitas Locrorum.

ὁπόθεν, Epice ὁππόθεν, adv. (πόθεν) unde, ὁπόθεν δήποτε, undecunque, undelibet. ὁποθενοῦν, undeunde.

ὁπόθι, Epice ὁππόθι, adv. (πόθι) poet. p. ὅπου, ubi.

ὅποι, adv. (ποῖ) quo, eo quo. ὅποι ποτέ, ὅποι δήποτε, quoquo, quocunque: qualitercunque, quacunque ratione. ὅποι προσωτάτω, quo longissime. 2) ubi. ὅποι γῆς, ubi terrarum. 3) pro ὅπως, quomodo.

ὁποῖος, ὁποία, ὁποῖον, Epice ὁπποῖος, οίη, οῖον, (ποῖος) qualis, in interrogatione indirecta et citra interrogationem. Respondet τοῖος, talis, ut Il. 20, 250. Od. 19, 77. 2) ὁποῖός τις, qualiscunque. ὁπποῖ᾽ ἄσσα i. e. ὁποῖά τινα. Od. 19, 218. 3) ὁποῖος οὖν, δή, δήποτε, δηποτοῦν, it. ὁποῖος οὖν δή, qualiscunque.

ὁποιότης, ητος, ἡ, similitudo, qualitas. A praec.

ὁποίως, adv. qualiter, quocunque modo, qualitercunque.

ὀποκάρπασον, ου, τό, succus carpasi, qui inter venena censetur. it. ὀποκάλπασον.

ὀποκινναμωμον, ου, τό, succus cinnamomi, e cinnamomo arbore incisa.

ὀποπάναξ, ακος, ὁ, succus panacis.

ὀπός, οῦ, ὁ, succus, humor vel liquor alicunde manans, lacrima arboris, quae scarificatione sive incisione vel terebratione elicitur. 2) succus laserpitii, laser, laserpitium. 3) succus lacteus caprifici, quo coaguli loco utebantur veteres ad lac spissandum.

ὀπός, gen. ab ὄψ.

ὁποσάκις, adv. (ὁπόσος) quoties ὁποσακισοῦν, quotiescunque, quoties libet.

ὁποσάμηνος, ον, (μήν) quot mensium.

ὁποσαπλάσιος, ία, ιον, quotuplex, quam multiplex, citra interrogationem. Unde, ὁποσαπλασιοσοῦν, quantumvis multiplex.

ὁποσαπλασίων, ονος, ὁ, ἡ, i. q. ὁποσαπλάσιος.

ὁποσάπους, οδος, ὁ, ἡ, (πούς) quot pedum.

ὁποσαχῆ, adv. (ὁπόσος) quot in locis. 2) quot modis.

ὁπόσε, Epice ὁππόσε, adv. (πόσε) poet. p. ὅποι, quo.

ὁπόσος, ὁπόση, ὁπόσον, Epice ὁππόσος, ὁπόσσος et ὁππόσσος, η, ον, (πόσος) quantus. ὁποσοσοῦν, ὁποσοσδήποτε, ὁποσοστισοῦν, quantusvis, quantuscunque.

ὁποσταῖος, αία, αῖον, quoto die.

ὁπόστος, η, ον, (πόστος) quotus. ὁποστοσοῦν, quotuscunque, quotuslibet.

ὁπόταν, Epice ὁππόταν, adv. (πότε) quando, quum, quum primum, c. conjunctivo. Rarius c. opt., ubi res ut cogitatio alicujus refertur.

ὁπότε, Epice ὁππότε, adv. (πότε) quando, quum. Construitur, quum de re vere facta sermo est, cum indicativo; quum de re saepius repetita, c. conjunctivo; quum de re saepius repetita praeterita c. optativo. 2) quoniam, quia, c. conj. et opt. 3) ὁποτεοῦν s. ὁποτοῦν, quandocunque.

ὁπότερος, έρα, ερον, Epice ὁππότερος, (πότερος) uter, utervis 2) ὁποτεροσοῦν, ὁπότερος δήποτε, utervis, uterlibet, utercunque. 3) ὁπότερον et ὁπότερα, i. q. ὁποτέρως, utro modo. ὁπότερον-ἤ, utrum-an. 4) ὁπότερος, alteruter, Dem.

ὁποτέρωθι, ὁποτέρωθεν, Epice ὁπποτέρωθεν, adv. utra ex parte, utralibet ex parte.

ὁποτέρωθι, adv. utrubi.

ὁποτέρως, adv. utro modo. 2) utrolibet modo. 3) alterutro modo.

ὁποτέρωσε, adv. utram in partem, utro.

ὅπου, adv. ubi, citra interrogationem. 2) quandoquidem, quum. 3) quo. 4) quousque, eo usque dum. 5) quod si. ὅπου ἄν, ubicunque, quocunque in loco; quemcunque in locum; ὁπουδή, ὁπουδήποτε, ὅπουπερ ἄν, ὅπου οὖν, ubicunque, ubilibet, ubivis; ὅπου μέν, ὅπου δέ, alicubi, alibi, interdum, quandoque; ἔσθ᾽ ὅπου, alicubi.

ὀπόφυλλον, ου, τό, (ὀπός, φύλλον) laserpitii semen.

ὀππᾶ, adv. poet. p. ὅπα, Dor. p. ὅπη.

ὅππη, adv. Epice p. ὅπη.

ὀππήμος, adv. Epice pro ὁπήμος, (ἦμος) i. q. ὁπότε, quum, quando.

ὀππόθεν, adv. Epice pro ὁπόθεν.

ὀππόθι, adv. Epice pro ὅποθι.

ὀπποῖος, οίη, οῖον, Epice pro ὁποῖος, Hom.

ὀππόσε, adv. Epice p. ὁπόσε.

ὀππόσος, η, ον, Epice p. ὁπόσος.

ὀππόσσος, η, ον, Epice idem.

ὀππόταν, ὀππότ' ἄν, adv. Epice p. ὁπότ' ἄν.

ὀππότε, adv. Epice p. ὁπότε.

ὀππότερος, έρα, ερον, Epice p. ὁπότερος.

ὀπποτέρωθεν, adv. Epice p. ὁποτέρωθεν.

ὅππως, adv. Epice p. ὅπως.

ὀπτάζω et ὀπταίνω, item ὀπτάνω, ὀπτάνομαι, nec non ὀπτεύω, i. q. ὁράω. Inveniuntur hae formae raro admodum et non nisi in praes.

ὀπταλέος, έα, έον, (ὀπτάω) assus, tostus.

ὀπτανεῖον et ὀπτάνιον, ου, τό, (ὀπτάω) locus, in quo assatur, culina. 2) ligna arida ad assandum.

ὀπτανεύς, έως, ὁ, assator.

ὀπτανία, ἡ, i. q. ὀπτανεῖον. 2) i. q. ὀπτασία.

ὀπτάνιον, τό, i. q. ὀπτανεῖον.

ὀπτανός, ή, όν, (ὀπτάω) assus, tostus. b) assandus.

ὀπταίνω, v. ὀπτάζω.

ὀπτασία, ας, ἡ, (ὀπτάζω) visio, apparitio. 2) visio in somnis. 3) visio spectri.

ὀπτάω, f. ήσω, (ejusdem radicis atque ἕψω) asso, torreo.

ὀπτέος, έα, έον, adj. verb. ab ὁράω, ὄψομαι, videndus.

ὀπτεύω, (* ὄπτω) i. q. ὁράω, video, Ar. cf. ὀπτάζω.

ὀπτήρ, ῆρος, ὁ, (* ὄπτω) qui videt, speculator, explorator. 2) inspector.

ὀπτήρια, ων, τά, sc. δῶρα, dona, quae sponsus sponsae dabat, quum eam primum videret, propterea, quod ea sui conspiciendi veniam sponso daret. 2) quae dantur ob rem aliquam spectatam, praesertim quum infantes primum offeruntur spectandi ergo.

ὀπτήριος, ία, ιον, (ὀπτήρ) vide ὀπτήρια.

ὀπτήσιμος, ον, (ὀπτάω) qui assari potest.

ὄπτησις, εως, ἡ, (ὀπτάω) ipsa actio torrendi vel assandi.

ὀπτητικός, ή, όν, (ὀπτάω) vim habens urendi seu torrendi.

ὀπτητός, ή, όν, (ὀπτάω) assatus.

ὀπτίζω, (* ὄπτω) i. q. ὁράω, Archyt. dub.

ὀπτίκια, τά, Lat. officia, munera aulica, Byzant.

ὀπτικός, ή, όν, (ὀπτάω) cujus vi cernimus, s. ad visum pertinens. Hinc ἡ ὀπτική, ῆς, sc. τέχνη, vel θεωρία, optica, disciplina mathematica, quae circa visum versatur.

ὀπτιλέτις Ἀθηνᾶ, (ὀπτίλος) Minerva, cui Lycurgus, memoriam excussi sibi oculi, statuam posuit.

ὀπτίλος, ὁ, (* ὄπτω) item ὀπτίλλος, oculus, Dor. Alii scribunt πτίλος, vel πτίλλος, v. Valcken. ad Hdt. 7, 5. (ὀπτίλος, – ◡ ◡)

ὀπτίων, ωνος, ὁ, optio, legatus, qui ducem exercitus adjuvat, Plut. Galba. 24.

ὀπτός, ή, όν, (ὀπτάω) assus, assatus, tostus; it. coctus. 2) (* ὄπτω) visus, qui videtur, in conspectu est.

* ὄπτω, thema obsol., unde tempora nonnulla ad ὁράω ducuntur. v. ὁράω.

ὀπυίω, Att. ὀπύω, f. ύσω, in matrimonium duco, uxorem habeo, c. acc. ὀπυίοντες, mariti. 2) coëo cum femina, ineo. 3) Med. et Pass. nubo, Pind. b) moechor, ap. seriores. (ὀπύω, ◡ – –, ύσω, – –)

ὀπώδης, ες, (ὀπός) multo succo abundans, succulentus.

ὄπωπα, vidi, perf. 2. Ion. et poet. ab ὁράω, Hom.

ὀπωπέω, (ὄπωπα) i. q. ὁράω, Orph.

ὀπωπή, ἡ, (ὄπωπα) poet. p. ὄψις, conspectus. 2) visus, oculus, vis videndi.

ὀπωπητήρ, ῆρος, ὁ, (ὄπωπα) speculator, qui videt.

ὀπώπιος, ον, (ὀπωπή) ocularis, ad oculum pertinens.

ὀπώρα, ας, ἡ, Ion. ὀπώρη, ης, ἡ, autumnus. 2) fructus arborei, poma, et omnino fructus. 3) maturior aetas.

ὀπωρινός, αία, αῖον, ad autumnum pertinens.

ὀπωρίζω, fructus autumnales decerpo et colligo. 2) pomis vescor. ὀπωριεῦντες, fructus collecturi s. decerpturi, nom. pl. fut. 1. part. Ion. pro ὀπωριοῦντες, pro ὀπωρίσοντες, Hdt. 4, 172. 182. ὀπωρίζεσθαι, itidem fructus colligere, sibi sumere.

ὀπωρικός, ή, όν, e fructibus autumnalibus s. pomis confectus. ut ὀπωρική, compositio medicata e pomis. 2) ad autumnum, vel collectionem fructuum pertinens.

ὀπώριμος, ον, pomifer, fructibus autumnalibus ferendis aptus.

ὀπωρινός, ή, όν, autumnalis. (Penultimam producit Homerus, si ultima longa.)

ὀπωρισμός, οῦ, ὁ, (ὀπωρίζω) fructuum autumnalium collectio.

ὀπωροβασιλίς, ίδος, ἡ, genus ficuum; quasi regina fructuum hortensium.

ὀπωροθήκη, ης, ἡ, locus, ubi fructus autumnales reponuntur.

ὀπωροκάπηλος, ὁ, (κάπηλος) pomorum venditor, pomarius.

ὀπωρολόγος, ον, (λέγω) fructus autumnales colligens, vel simpliciter fructus colligens.

ὀπωροπώλης, ου, ὁ, pomarius, qui poma vendit.

ὀπωροφορέω, poma fero. A seq.

ὀπωροφόρος, ον, (φέρω) pomifer.

ὀπωροφυλάκιον, ου, τό, locus, ubi fructus autumnales adservantur. 2) casa, in qua latet fructuum talium custos. A seq.

ὀπωροφύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, horti vel vineae custos.

ὀπωρώνης, ου, ὁ, (ὀπώρα, ὠνέομαι) qui fructus autumnales emit quo vendat, s. pomorum emtor vel venditor.

ὅπως, I. adv. quomodo, qualiter, quatenus. ὁπωσοῦν, ὁπωστιοῦν, ὁπωσδήποτε, ὁπωσδηποτοῦν, quomodocunque, quacunque ratione, utcunque. οὐκ ἔστ' ὅπως, fieri non potest, ut. οὐκ ἔστ' ὅπως οὐ, fieri non potest, quin; necessarium est, ut. 2) in exclamationibus quam. 3) in comparationibus ut, sicut. 4) de tempore ut, ubi, simulac. 5) quod, quia, quoniam. 6) jungitur etiam cum superl. augendi gratia, ὅπως τάχιστα, quam celerrime. II. Conj. ut, construitur c. conj., opt. et ind. fut. Saepe omittitur verbum, unde pendet ὅπως, ut ὅπως τοῦτό γε μὴ ποιήσῃς, pro ὅρα, ὅπως etc. cave, ne hoc facias. ὅπως ἄνδρες ἔσεσθε, pro σκοπεῖτε, ὅπως etc. curate, ut viri fortes sitis. – Elliptice dicitur οὐχ ὅπως, ἀλλά s. ἀλλὰ καί, non solum non, sed etiam; e.g. Dem. cor. 271, 1. οὐχ ὅπως χάριν αὐτοῖς ἔχεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τουτωνὶ πολιτεύει, non solum non grato in eos animo es, sed etiam in republica iis adversaris. Plene diceretur οὐ λέγω ὅπως, ne dicam – sed, tantum abest ut – ut potius. Plane ita οὐχ ὅπως, ἀλλ' οὐδέ, non solum non, sed ne quidem.

ὅραμα, ατος, τό, (ὁράω) visus, visio, visum, spectaculum.

ὅραμνος, ου, ὁ, frons, ramulus. v. ὀρόδαμνος.

ὅρασις, εως, ἡ, (ὁράω) visus. 2) adspectus.

ὁρατής, οῦ, ὁ, spectator, inspectator.

ὁρατικός, ή, όν, videndi facultate praeditus, perspicax.

ὁρατός, ή, όν, (ὁράω) visibilis, qui cerni potest, spectabilis.

ὁραυγέομαι, (ὁράω, αὐγή) contemplor, accurate considero.

ὁράω, impf. Attice ἑώρων, vulgo ὥρων, perf. ἑώρακα, pass. ἑώραμαι, Att. poet. ἑόρακα, trisyllabum; reliqua tempora sumuntur partim ab * ὄπτω, fut. ὄψομαι, fut. pass. ὀφθήσομαι, aor. pass. ὤφθην, inf. ὀφθῆναι, perf. 2. ὄπωπα, perf. pass. ὦμμαι, ὦψαι, ὦπται, inf. ὦφθαι, adj. verb. ὀπτός, ὀπτέος: partim ab * εἴδω, aor. act. εἶδον, inf. ἰδεῖν, aor. med. εἰδόμην, inf. ἰδέσθαι, perf. οἶδα, (cf. εἴδω, οἶδα.) – video, specto, εἰς, ἐπί, πρός τι. 2) video, caveo; ὅρα μή c. conj. vide ne. 3) ὁρᾷς; viden? v. Valck. ad Phoen. 726. 4) video, cerno, conspicio, animadverto, c. acc. φίλως ὁρῶ, εἰ –, laetor si. Construitur c. participio loco infinitivi, ut ὁρῶ ἐρχόμενον, video eum venire. Pass. i. q. φαίνομαι, videor, appareo. τὰ ὁρώμενα, spectacula. 5) metaph. video, intelligo, animadverto. 6) ὁρᾶν interdum etiam dicitur pro demonstrare, ostendere, ut θυμὸν ὁρᾶν, fortitudinem adspiciendam dare. πόλεμον ὁρᾶν, bellicosum esse adspectu. cf. βλέπω.

ὀρβίκατον vel ὀρβίκλατον, τό, malum orbiculatum, genus fici.

ὀργάζω, f. άσω, (ὀργάω) quamlibet materiam subigo, macero, mollio, contempero. 2) incito, instigo.

ὀργαίνω, f. ανῶ, (ὀργή) i. q. ὀργίζω, iracundum reddo, τινα, Soph. O. R. 335. 2) i. q. ὀργίζομαι, iracundus sum vel fio, Soph. Tr. 552.

ὀργανέω, i. q. ὀργανόω.

ὀργάνη, ἡ, (ἔργον, ὄργανον) i. q. ἐργάνη.

ὀργανικός, ή, όν, (ὄργανον) instrumentalis.

ὀργανικῶς, adv. organice, organorum seu instrumentorum more.

ὀργάνιον, τό, Dimin. a seq.

ὄργανον, ου, τό, (ἔργον) instrumentum: etiam pro ipso opere.

ὀργανοποιητική, ἡ, scil. τέχνη, instrumentorum effectrix.

ὀργανοπήκτωρ, ορος, ὁ, ἡ, (πήγνυμι) i.q. ὀργανοποιός.

ὀργανοποιία, ας, ἡ, instrumentorum fabrica. 2) machinatio per instrumenta. A seq.

ὀργανοποιός, όν, (ποιέω) organa s. instrumenta conficiens. Subst. ὁ ὀργ., instrumentorum faber.

ὀργανόω, f. ώσω, (ὄργανον) instrumenta fabricor. 2) struo, fabricor, accomodo ad edendos motus mechanicos.

ὀργάνωσις, ἡ, apta et idonea compositio.

ὀργάς, άδος, ἡ, (ὀργάω) sc. γῆ, terra pinguis, fertilis. 2) regio fertilis deo sacra, quam colere nefas, inpr. ἱερὰ ὀργάς, locus inter Megara et Athenas. 3) adj. fem. matura, ut θυγατέρες εἰς λέχος ὀργάδες, Nicet. annal. 17, 2.

ὀργασμός, οῦ, ὁ, (ὀργάζω) materiae subactio, maceratio. 2) irritatio, concitatio. 3) irruendi impetus, cupiditas.

ὀργαστήριον, τό, pro ὀργιαστήριον, locus ubi celebrantur ὄργια.

ὀργάω, succo vel humore turgeo. τὸ ὀργῶν, maturum, molle. 2) Venerea cupiditate flagro, prurio. 3) ardenter cupio.

ὀργεῶνες, οἱ, (ὄργια) qui orgia celebrant, sacerdotes, sacrifici, iisdem sacris initiati. Apud Athenienses, qui tributim certis diebus sacrificia quaedam faciebant.

ὀργεώνη, ἡ, sacerdos, sacrifica.

ὀργεωνικός, ή, όν, ut ὀργεωνικὰ δεῖπνα, apud Athenaeum, coenae orgia celebrantium, A praec.

ὀργή, ῆς, ἡ, (ὀρέγω, ὀργάω) ira, iracundia. 2) ingenium, quo quis praeditus, mores, studium, propensiones; indoles. 3) superbia, arrogantia. 4) saevitia. 5) poena. 6) acrior quisque et vehementior impetus et ardor erga rem quamcunque; de affectibus animi. v. εὔοργος, καταργιάζω, ὄργια.

ὄργημα, τό, i. q. ὀργή, ap. seriores.

ὀργητής, οῦ, ὁ, (ὀργή) iracundus, qui impetu fertur.

ὄργια, ων, τά, orgia, proprie omnia sacra, ut apud Latinos caerimoniae; in primis vero sacra Bacchi. 2) sacra aliorum deorum. 3) mysteria, sacra arcana, (quae cum aliqua ὀργῇ, ardore, et concitatione mentis, ultra modum solitum commotae fierent.) (Melior videtur sententia eorum, qui ἀπὸ τοῦ εἴργειν, ab arcendo vocem natam volunt: occultabantur enim caerimoniae arcebanturque ab illis curiosorum tum aures tum oculi. Sunt etiam, qui ab ἔργον, ἔρδειν, i. e. sacra facere, derivent.)

ὀργιάζω, f. άσω, sacra perago, orgia celebro. 2) sacris initio. ὀργιάζεσθαι, dicuntur etiam ipsa sacra, quum peraguntur. A praec.

ὀργιασμός, οῦ, ὁ, orgiorum peractio, orgia.

ὀργιαστής, οῦ, ὁ, (ὀργιάζω) qui orgia celebrat. 2) antistes sacrorum

ὀργιαστικός, ή, όν, ad celebranda orgia pertinens. A praec.

ὀργίζω, f. ίσω, (ὀργή) irrito, iram concito, ad iram provoco: Pass. ὀργίζομαι, irascor, infestus sum, succenseo, ringor.

ὀργίλος, ίλη, ίλον, (ὀργή) iracundus, infestus, stomachosus.

ὀργιλότης, ητος, ἡ, iracundia, propensio animi ad celeriter irascendum. A praec.

ὀργίλως, adv. iracunde.

ὄργιον, τό, v. ὄργια.

ὀργιοφάντης, ου, ὁ, (ὄργια, φαίνω) ut ἱεροφάντης: antistes mysteriorum.

ὀργυιά, ᾶς, ἡ, vel ὄργυια, spatium interjectum, vel inter pedes divaricantes, vel manus ambas expansas. 2) quum simpliciter, pro mensura ponitur, fere 6 pedes significat, h. e. expansionem utriusque manus, interdum tamen et passum, 5 pedes notat. (Ab ὀρέγω, quantum complectimur τῷ ὀρέγεσθαι, connixu ad extendendum, quantum possumus).

ὀργυιαῖος, αία, αῖον, aequans ὀργυιάν, quatuor cubitus. A praec.

ὀργυιόω, ulnas extendo. 2) suspendo. ὀργυιοῦσθαι, perf. part, ὀργυιωμένος, extensus, Suid. Ab eod.

ὀρεακόμος, ὁ, i. q. ὀρεοκόμος, q. v.

ὀρεᾶνες, vel ὀρειᾶνες, οἱ, viri, teste Plutarcho. (ᾱ)

ὀρέγδην, adv. (ὀρέγω) porrectis membris.

ὄρεγμα, ατος, τό, (ὀρέγω) quod porrigitur seu extenditur. 2) passus, interstitium pedum inter gradiendum.

ὀρέγνυμι, i. q. ὀρέγω. Partic. χεῖρας ὀρεγνύς, manus extendens, Il. 1, 351. 22, 37.

ὀρέγω, f. έξω, extendo, vel manus vel pedes. 2) porrigo et praebeo, tensa manu praebeo. 3) Med. ὀρέγομαι, appeto, cupio, porrectis manibus capto.

ὀρειᾶνες, οἱ, v. ὀρεᾶνες.

ὀρειάρχης, ου, ὁ, (ὄρος, ἄρχω) montium dominus.

ὀρειάς, άδος, ἡ, (ὄρος) montana, montosa. αἱ Ὀρειάδες, sc. Νύμφαι, Oreades, nymphae montium.

ὀρείαυλος, ον, (ὄρος, αὐλή) in montibus stabulans, monticola.

ὀρειβάς, άδος, (ὄρος, βαίνω) per montes incedens.

ὀρειβασία, ας, ἡ, (ὄρος, βαίνω) cursus per montes, qui fit vel venandi caussa, ut a Diana, aut sacrorum caussa, ut a bacchantibus.

ὀρειβάσια, ων, τά, festivitas, qua per montes vagantur. vid. praec. Ex iisd.

ὀρειβατέω, montes scando. A seq.

ὀρειβάτης, ου, ὁ, (βαίνω) montivagus, montes pererrans, ut pastor, venator. Epith. Panis.

ὀρειβατικός, ή, όν, ὀρειβατικαὶ τραχύτητες, montanae asperitates. A praec.

ὀρειβρεμέτης, ου, ὁ, (ὄρος, βρέμω) e monte vel per montes et rus tonans, fremens.

ὀρείγανον, ου, τό, et ὀρείγανος, ου, ἡ, origanum. v. ὀρίγανον.

ὀρειγενής, ές, (ὄρος, γένος) montigena.

ὀρειδρομία, ἡ, cursus per montes. A seq.

ὀρειδρόμος, ον, (δρόμος, δραμεῖν, τρέχω) qui montes percurrit, montivagus.

ὀρειθαλής, ές, (θάλλω) in montibus virens.

ὀρεικός, ή, όν, (ὀρεύς) mularis.

ὀρείκτιτος, ον, vel ὀρείκτιστος, ον, (κτίζω) in monte constructus, dub.

ὀρειλεχής, ές, (λέχος) in montibus cubilia habens.

ὀρειμάλιδες, ων, αἱ, (μᾶλον) poma montana, poma agrestia, quae in montibus nascuntur.

ὀρειμανής, ές, (μαίνομαι) montium amans. 2) montes pererrans.

ὀρεινομέω, in montibus pascor, seu dego. A seq.

ὀρεινόμος, ον, (νέμω) qui in montibus pascitur: montium incola.

ὀρεινός, ή, όν, (ὄρος) montanus, montosus. 2) in montibus nascens, agrestis.

ὀρειοβάτης, ου, ὁ, i. q. ὀρειβάτης.

ὀρειοικος, ον, (οἰκέω) in montibus habitans, monticola.

ὀρειομανής, ές, i. q. ὀρειμανής.

ὀρειονόμος, ον, i. q. ὀρεινόμος.

ὄρειος, εία, ειον, item ὄρειος, ον, (ὄρος) i. q. ὀρεινός. Ion. οὔρειος.

ὀρειοπλάγκτος, ον, in montibus errans, montivagus.

ὀρειοχαρής, ές, (χαίρω) montanis locis seu montibus gaudens.

ὀρειπελαργός, οῦ, ὁ, ciconia montana, genus aquilae.

ὀρειπλανής, ές, (πλανάομαι) in montibus errans, montivagus.

ὀρειπολέω, in montibus versor.

ὀρειπτελέα, ας, ἡ, ulmus montana.

ὀρείτης, ου, ὁ, (ὄρος) monticola.

ὀρειτρεφής, ές, (τρέφω) qui in monte alitur.

ὀρείτροφος, ον, idem et ex eod.

ὀρειτυπίη, ης, ἡ, Ion. labor montanus, quum montes a pulsu pedum instrumentorumve fabrilium resonant. A seq.

ὀρειτύπος, ον, (τύπτω) qui ligna in montibus caedit, et in urbes convehit, lignator.

ὀρείτωρ, ορος, ὁ, (ὄρος) monticola. Hesych. ὀρείτορες, οἱ ἄγριοι, feri.

ὀρειφοιτέω, montes peragro. A seq.

ὀρειφοίτης, ου, ὁ, (φοιτάω) montes pervagans.

ὀρειφοιτος, ον, idem et ex eod.

ὀρείχαλκος, ου, ὁ, aes montanum, orichalcum. 2) Adject. ὁ, ἡ, confectus ex orichalco.

ὀρέκτης, ου, ὁ, (ὀρέγω) cominus pugnans, Eustath.

ὀρεμώδης, ες, montibus similis.

ὀρεμώτης, ου, ὁ, (ὄρος) i. q. ὀρείτης.

ὀρεκτέω, i. q. ὀρέγομαι, Suid.

ὀρεκτιάω, appeto, cupio, ap. seriores.

ὀρεκτικός, ή, όν, (ὀρέγομαι) cui vis et facultas inest appetendi. 2) appetens. 3) appetitum movens. τὸ ὀρεκτικόν, appetitus.

ὀρεκτικῶς, adv. cupide, appetenter.

ὀρεκτός, ή, όν, (ὀρέγω) porrectus in longum. 2) qui appetitur seu appeti solet.

ὀρεμπόται, οἱ, (ὄρος, ἐμπίνω) fluvii dicebantur a Pythia, quoniam ex montibus oriuntur.

ὄρεξις, εως, ἡ, (ὀρέγω) appetentia, appetitus, desiderium, appetentia cibi.

ὀρεοζεύκτης, ου, ὁ, (ὀρεύς, ζεύγνυμι) mulio.

ὀρεοκομέω, (ὀρεοκόμος) mulas curo.

ὀρεοκομία, ἡ, mularum cura.

ὀρεοκόμος, ον, (ὀρεύς, κομέω) qui curat mulas.

ὀρέομαι, i. q. ὄρνυμαι, concitor, propero, Il.

ὀρεοπολέω, f. ήσω, in montibus versor, in montibus erro.

ὀρεοπόλος, ον, (ὄρος, πολέω) montivagus.

ὀρεοσέλινον, ου, τό, apium montanum.

ὀρεοτύπος, ον, i. q. ὀρειοτύπος, q. v.

ὀρεοφύλαξ, ακος, ὁ, saltuarius, qui saltus custodit.

ὀρέσβιος, et ὀρεσίβιος, ον, (ὄρος, βίος) qui in montibus degit.

ὀρεσιβάτης, ου, ὁ, poet. p. ὀρειβάτης.

ὀρεσιγενής, ές, poet. p. ὀρειγενής.

ὀρεσίγονος, ον, i. q. ὀρειγενής.

ὀρεσίδρομος, ον, i. q. ὀρειδρόμος.

ὀρεσικοίτης, ου, ὁ, i. q. seq.

ὀρεσίκοιτος, ον, (κοίτη) qui in montibus cubile habet.

ὀρεσινόμος, ον, i. q. ὀρεινόμος.

ὀρεσίοικος, ον, in montibus habitans.

ὀρεσίτροφος, ον, i. q. ὀρείτροφος.

ὀρεσίφοιτος, ον, i. q. ὀρειφοιτος.

ὀρεσίχυτος, ον, (χέω) e montibus effusus.

ὀρεσκῳέω, (ὄρος) in montibus dego.

ὀρέσκιος, ον, (σκιά) umbris montium gaudens.

ὀρέσκοιος, ον, i. q. ὀρεσκῷος, dub.

ὀρέσκοος, ον, i. q. ὀρεσκῷος, Eur.

ὀρεσκῷος, ον, (ὄρος, κίω, κείω, κεῖμαι) in montibus degens, in montibus cubile habens.

ὀρέσσαυλος, ον, i. q. ὀρείαυλος.

ὀρεσσιβάτης, ου, ὁ, i. q. ὀρεσιβάτης.

ὀρεσσίβιος, ον, i. q. ὀρεσίβιος.

ὀρεσσίβοτος, ον, (βόσκω) qui in montibus pascitur, in montibus pastus.

ὀρεσσιγενής, ές, i. q. ὀρεσιγενής.

ὀρεσσίγονος, ον, i. q. ὀρεσίγονος.

ὀρεσσιδρόμος, ον, i. q. ὀρεσιδρόμος.

ὀρεσσινόμος, ον, i. q. ὀρεσινόμος, ὀρεινόμος, Hes. sc. 407.

ὀρεσσιπάτος, ον, (πατέω) montes calcans, per montes incedens.

ὀρεσσίχυτος, ον, i. q. ὀρεσίχυτος.

ὀρέστερος, έρα, ερον, (ὄρος) poet. p. ὀρεινός, montanus, epith. draconis, Il. 22, 93. leonum, luporum, Od. 10, 212.

Ὀρέστης, ου, ὁ, Orestes, nomen proprium viri, Hom. 2) nomen appellativum, i. q. ὀρείτης, monticola, sine exemplo.

ὀρεστιάς, άδος, ἡ, (ὄρος) montana, monticola. Νύμφαι ὀρεστιάδες i. q. Ὀρειάδες, Il. 6, 420. Hom. h. 18, 19. 2) Ὀρεστιάς, ἡ, carmen de Oreste.

ὀρέστιον, ου, τό, herba quaedam, nectarium.

ὀρεστίς, ίδος, ἡ, i. q. ὀρεστιάς.

ὄρεσφι, ὄρεσφιν, gen. et dat. sing. et pl. Ep. ab ὄρος, Il.

ὀρεσχάς, άδος, ἡ, i. q. ὄσχη, impr. racemus uvis plenus. Scribitur et αὐρεσχάς, ὀρασχάς, et ὀρίσχη.

ὀρεύς, έως, ὁ, Ion. οὐρεύς, mulus. 2) poet. p. ὀρεινός, Lyc.

ὀρεύω, f. εύσω, custodio. (Radix οὖρος, ὄρος, ὀρεύω, ὁράω.)

ὀρεφοίτης, ου, ὁ, i. q. ὀρειφοίτης, Etym. M. p. 461, 27. nisi fortasse scribendum sit ὀρεσφοίτης.

ὀρεχθέω, f. ήσω, (ῥοχθέω) mugio, strepo, sono, fremo. 2) (ὀρέγω) cupio, desidero, c. inf. Nota. De priori significatione non immerito dubitasse videtur Passovius; qui enim loci pro ea afferuntur, Il. 23, 30. βόες ὀρέχθεον σφαζόμενοι, et Theocr. 11, 43. θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ὀρεχθεῖν, ita etiam explicari possunt, ut ὀρεχθεῖν, idem sit quod ὀρέγεσθαι, τείνεσθαι, τανύεσθαι, sterni.

ὀρέω, v. ὀρέομαι.

ὀρέω, Ion. p. ὁράω, Hdt. impf. ὤρεον pro ἑώρων.

ὀρεωζεύκτης, ου, ὁ, i. q. ὀρεοζεύκτης.

ὀρεωκομέω, i. q. ὀρεοκομέω. A seq.

ὀρεωκόμος, ον, i. q. ὀρεοκόμος.

ὀρεωπολέω, (ὀρεύς, πολέω) i. q. ὀρεοπολέω.

ὀρεωπώλης, ου, ὁ, (ὀρεύς, πωλέω) mulorum venditor. Nisi forte rectius ὀρεοπώλης.

ὅρη, Dor. p. ὅρα, vide, imperat. praes. act. ab ὅρημι pro ὁράω, Theocr. 7, 50. 15, 2. 12. v. Valck. Adon. p. 305. B.

ὅρηαι vel ὁρῆαι, 2 sing. praes. med. ab ὁράω, quasi ab ὅρημαι, Od. 14, 343.

ὀρήεις, εσσα, εν, (ὄρος) montanus, montosus, Gramm.

ὅρημι, Aeol. et Dor. p. ὁράω.

ὅρητο, vel ὁρῆτο, 3 sing. impf. med. ab ὁράω, quasi ab ὅρημαι: ita Zenodotus in quibusdam Homeri locis scribere volebat.

ὀρητός, ή, όν, Ion. p. ὁρατός.

ὀρθαγγελέω, (ὀρθός, ἀγγέλλω) recte vel vere nuncio.

ὀρθάγης, ου, ὁ, conviva, hospes, qui hospitio excipitur: ut interpretatur Schol. Lycophr. 2) idem quod ὀρθάνης, ap. eund. Schol.

ὀρθαγόρας, ὁ, nomen proprium. 2) pudendum virile, ap. Aristoph.

ὀρθαγορίσκος, ὁ, item ὀρθραγορίσκος, parvus porcellus, Laconice. Adj. ὀρθαγορισκικός.

ὀρθάγωνος, ον, i. q. ὀρθόγωνος, dub.

ὀρθάδιος, ον, poet. p. ὄρθιος.

ὄρθαι, inf. aor. med. ab ὄρνυμι, Il. 8, 474.

Ὀρθάνης, ου, ὁ, (ὀρθός) daemon quidam, ut Priapus.

ὄρθαπτον, τό, gausape.

ὀρθείω, (ὀρθός) i. q. ὀρθόω, Eur.

ὀρθηλός, ή, όν, i. q. ὀρθός, dub.

ὀρθήν, sc. ὁδόν, recta, cf. ὀρθός.

Ὀρθία, ἡ, Dianae cognomen apud Lacedaemonios et Arcades, in cujus sacrario juvenes virgis caedebantur.

ὄρθια, neutr. plur. ab ὄρθιος, adverb. elata voce.

ὀρθιάδε et ὀρθιάζε, adv. (ὄρθιος) in arduum, Xen. Lac. 2, 3.

ὀρθιάζω, (ὄρθιος) erigo, arrigo. 2) voce intenta loquor, lamentor etc. 3) recta in arduum procedo. 4) vaticinor.

ὀρθίαξ, ακος, ὁ, mali nautici pars inferior, inde recta in altum tendentis.

ὀρθίας, ου, ὁ, i. q. ὀρθίαξ, Hesych.

ὀρθίασμα, ατος, τό, (ὀρθιάζω) verbum intenta voce prolatum.

ὀρθιάω, i. q. ὀρθόω, ap. seriores. Hinc ὀρθίασις, ἡ, Ion. ὀρθίησις, erectio, dub.

ὀρθίησις, ἡ, vide ὀρθιάω.

ὀρθιόκωπος, ον, (κώπη) qui se erigit in ducendis remis, ut eos fortius impellat, Hesych.

ὄρθιον, neutr. sing. ab ὄρθιος, adverbialiter, recte vel arduo tramite: alta et intenta voce.

ὄρθιος, ία, ιον, Att. ὄρθιος, ον, (ὀρθός) recta in altum tendens, arduus, rectus, erectus, excelsus. 2) ὄρθιος νόμος, carmen, quod sublata voce cantatur, s. modus musicus talis.

ὀρθοάκανθος, ον, (ἄκανθα) arrectis spinis muricatus.

ὀρθοβατέω, f. ήσω, (βαίνω) erectus incedo.

ὀρθοβόας, ου, ὁ, (βοάω) elata voce canens; rectius ὀρθροβόας, q. v.

ὀρθόβολος, ον, (βάλλω) recta projectus.

ὀρθοβουλία, ἡ, rectum consilium. A seq.

ὀρθόβουλος, ον, (βουλή) recta consulens, prudens.

ὀρθογνώμων, ον, gen. ονος, (γνώμη) recta sentiens et judicans.

ὀρθογόη, ης, ἡ, sublata et intenta voce lamentans. Epith. hirundinis, rectius ὀρθρογόη, mane lamentans, q. v.

ὀρθογραφέω, f. ήσω, (γράφω) recte scribo.

ὀρθογραφία, ας, ἡ, recta scriptura, recte scribendi scientia. 2) recta frontis aedificii imago, frontispicium. A pr.

ὀρθογωνία, ἡ, rectus angulus. A seq.

ὀρθογώνιος, ον, et

ὀρθόγωνος, ον, (γῶνος, γωνία) rectangulus.

ὀρθοδαής, ές, (δαῆναι) recte intelligens.

ὀρθοδίκαιος, ον, (δίκαιος) rectus et justus.

ὀρθοδίκας, Dor. p. ὀρθοδίκης, ου, ὁ, (δικάζω) recte judicans, recta judicia dans.

ὀρθοδοξαστής, οῦ, ὁ, cujus recta est opinio.

ὀρθοδοξαστικῶς, adv. sine errore opinionis. A praec.

ὀρθοδοξέω, (ὀρθόδοξος) recte sentio.

ὀρθοδοξία, ας, ἡ, recta opinio. 2) recta sententia de religione. A seq.

ὀρθόδοξος, ον, (δόξα) cujus recta est sententia. 2) qui recte de religione christiana sentit.

ὀρθοδότειρα, ἡ, quae rectum in aliquo genere dat, ut rectam mentem. Orph.

ὀρθοδρομέω, f. ήσω, recto cursu contendo, seu eo. A seq.

ὀρθόδρομος, ον, (τρέχω) qui recto cursu pergit.

ὀρθόδωρον, ου, τό, palma porrecta. 2) spithama.

ὀρθοέθειρος, ον, (ἔθειρα) erectam, horrentem comam habens.

ὀρθοέπεια, ας, ἡ, recta et suavis vocum explanatio, proprie loquendi ratio. A seq.

ὀρθοεπέω, (ἔπος) recte et proprie loquor.

ὀρθόθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, (θρίξ) rectos habens capillos. 2) horrentes habens setas. 3) horrere s. stare comam faciens. Epith. terroris.

ὀρθοκάθεδρος, ον, (καθέδρα) rectam s. erectam sedem habens.

ὀρθοκάλαμος, ὁ, calamus rectus.

ὀρθοκάρηνος, ον, (κάρηνον) i. q. ὀρθοκέφαλος.

ὀρθόκαυλος, ον, (καυλός) rectum caulem habens.

ὀρθόκερως, ωτος, ὁ, ἡ, (κέρας) recta cornua habens.

ὀρθοκέφαλος, ον, (κεφαλή) arrectum caput habens. 2) i. q. ὀρθόθριξ.

ὀρθόκισσος, ὁ, (κισσός) hedera recta. Opp. χαμαίκισσος.

ὀρθόκυλος, ον, f. l. p. ὀρθόκωλος.

ὀρθοκόρυθος, ὁ, alauda genuina. Alciphr. 3, 48. lectio dubia, v. ibi Berglerum.

ὀρθοκραιρος, αιρα, αιρον, (κραῖρα) caput erectum habens. 2) cornua erecta habens. 3) antennas arrectas habens.

ὀρθόκρανος, ον, (κρανίον) erectum caput habens. 2) eminens.

ὀρθοκρισία, ας, ἡ, (κρίσις) rectum judicium.

ὀρθόκυλλος, ον, (κυλλός) contracta membra habens.

ὀρθόκωλον, ου, τό, vitium articuli, quum flecti ob rigorem nequit. A seq.

ὀρθόκωλος, ον, (κῶλον) recta i. e. inflexibilia membra habens.

ὀρθόλαλος, ον, elata et alta voce garriens. Hesych. Suid.

ὀρθολεκτέω, (λέγω) recte et proprie loquor.

ὀρθολογέω, (λόγος, λέγω) recte loquor. Hinc

ὀρθολογία, ἡ, sermo rectus, oratio recta, Plat.

ὀρθομαντεία, ας, ἡ, verum vaticinium.

ὀρθόμαντις, εως, ὁ, Ion. ιος, (μάντις) verus vates. Opp. ψευδόμαντις.

ὀρθομαρμάρωσις, ἡ, (μάρμαρος) rectorum parietum incrustatio.

ὀρθόμφαλος, ον, (ὀμφαλός) rectum s. erectum umbilicum habens.

ὀρθονόμος, ον, (νέμω) recte distribuens.

ὀρθόνοος, ον, contr. ὀρθόνους, (νόος) qui est rectae mentis, proba et recta cogitans.

ὀρθοπαγής, ές, (πήγνυμι) erectus.

ὀρθοπάλη, ης, ἡ, recta lucta.

ὀρθοπεριπατητικός, ή, όν, (περιπατέω) recte ambulans.

ὀρθοπλευγιάω, anteriores pedes attollo, de equo. A seq.

ὀρθοπλήξ, ῆγος, ὁ, ἡ, (πλήσσω) ut ἵππος, equus anteriores pedes attollens et calcibus feriens.

ὀρθοπλοέω, recta navigo, secundo vento utor. ὀρθοπλοεῖσθαι, bene succedere. A seq.

ὀρθόπλοος, ον, (πλέω, πλόος) recta navigans. ὀρθόπλοος βίος, vita prospera.

ὀρθόπνοια, ας, ἡ, (ὀρθόπνους) orthopnoea, morbus, quum quis nonnisi stans aut sedens spiritum ducere potest, hydrops pectoris.

ὀρθοπνοϊκός, ή, όν, orthopnoea laborans. A praec.

ὀρθόπνοος, ον, contr. ὀρθόπνους, (πνέω) i. q. praec.

ὀρθοποδέω, (ὀρθόπους) recto pede incedo, non claudico, recto cursu progredior, recte ingredior. 2) recte sentio, in N. T.

ὀρθόπολις, εως, ὁ, ἡ, (πόλις) erigens urbes, vel erectas conservans, rector urbis.

ὀρθόπους, οδος, ὁ, ἡ, (πούς) rectos pedes habens. 2) quem pedes recte ferunt, recte incedens.

ὀρθοπραγέω, (πρᾶγος) recte ago.

ὀρθοπρίων, ονος, ὁ, (πρίων) modiolus, aut terebra cava. (ῑ)

ὀρθοπρόσωπος, ον, (πρόσωπον) qui est erecto vultu.

ὀρθόπρυμνος, ον, (πρύμνα) arrectam puppim habens.

ὀρθόπτερος, ον, (πτερόν) cui rectae pinnae sunt, surrectas pinnas habens.

ὀρθοπυγιάω, (ὀρθόπυγος) esse clunibus erectis, erigere se, ut altior et procerior videatur, Hesych.

ὀρθοπύγιον, ου, τό, clunis, Philox. (ῡ) A seq.

ὀρθόπυγος, ον, (πυγή) qui clunibus erectis est. v. ὀῤῥοπύγιον.

ὀρθοῤῥημοσύνη, ης, ἡ, (ῥῆμα) recta verborum usurpandorum ratio.

ὀρθός, ή, όν, (ὄρνυμαι, ὄρθαι) rectus, erectus, arrectus: it. arrectus spe vel metu. 2) rectus, porrectus, in rectum tendens. 3) rectus, sincerus, aequus.

ὀρθοστάδην, adv. (ἵστημι) stando erecto corpore, more eorum, qui erecti stant.

ὀρθοσταδίας, ου, ὁ, ut ὀρθοσταδίας χιτών, tunica recta, quae et ἄῤῥαφος.

ὀρθοστάδιος, ου, ὁ, ut ὀρθοστάδιος χιτών, vid. praec. it. ὀρθοστάδιον, τό.

ὀρθοσταδόν, adv. i. q. ὀρθοστάδην, ad modum recta stantium.

ὀρθοστάς, άδος, ἡ, i. q. ὀρθοστάτης, 3. dub. lect.

ὀρθόστασις, εως, ἡ, rectus status corporis. V. L.

ὀρθοστατέω, rectus sto. A seq.

ὀρθοστάτης, ου, ὁ, (ἵστημι) qui stat erectus. 2) vocabulum est architectonicum, significans columnam, fulcimentum, pilam, tignum arrectarium. 3) ὀρθοστάτης ἄρτος, panis quidam sacer, Pollux.

ὀρθόστρωτος, ον, (στρώννυμι) τοῖχος paries rectus marmore incrustatus.

ὀρθοσύνη, ἡ, i. q. ὀρθότης.

ὀρθοτενής, ές, (τείνω) erectus, porrectus.

ὀρθότης, ητος, ἡ, (ὀρθός) rectitudo, status hominis erectus.

ὀρθοτίτθιος, ον, (τίτθη) rectas, non pensiles habens mammas.

ὀρθότιτθος, ον, i. q. praec.

ὀρθοτομέω, (ὀρθοτόμος) recte seco, divido, distribuo. 2) recte intelligo, recte sentio, recte explico, recte tracto.

ὀρθοτομία, ας, ἡ, in rectum sectio. 2) 2) eadem quae ὀρθοδοξία, ap. Clementem et Euseb. A praec.

ὀρθοτόμος, ον, (τέμνω) in rectum secans.

ὀρθότομος, ον, (τέμνω) in rectum sectus.

ὀρθοτονέω, (ὀρθότονος) rectum tonum seu accentum do. ὀρθοτονεῖσθαι dicuntur voces, quum in iis accentus rectus manet, nec inclinatur.

ὀρθοτόνησις, ἡ, rectus accentus.

ὀρθότονος, ον, (τόνος) rectum tonum s. accentum habens.

ὀρθοτριχέω, (ὀρθόθριξ) pilos erectos habeo, pilos subrigo, horripilo.

ὀρθοτριχία, ας, ἡ, pilorum horror. A praec.

ὀρθοτριχιάω, i. q. ὀρθοτριχέω, horripilo.

ὀρθόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (ὀρθός, φρήν) qui erecto est animo. Hesyc.

ὀρθοφυέομαι, in rectum cresco, in proceritatem excresco. A seq.

ὀρθοφυής, ές, (φύω) in rectum crescens, erectus, procerus.

ὀρθοφυΐα, ας, ἡ, quum quid crescit in rectum, rectitudo, proceritas. A praec.

ὀρθοχαίτης, ου, ὁ, (χαίτη) cui juba aut coma stat erecta.

ὀρθόω, f. ώσω, (ὀρθός) erigo, arrigo, et ὀρθόομαι, erigor, dirigor, bene rem gero, prospero successu utor. ὀρθωθείς, erectus.

ὀρθραγορίσκος, vid. ὀρθαγορίσκος.

ὀρθρεύω et ὀρθρεύομαι, (ὄρθρος) matutinus aliquid ago, mane surgo, mane vigilo, mane venio.

ὀρθρία, ας, ἡ, (ὄρθρος) matutinum tempus, matutinatio, esse aliquo in loco vel conditione vel actione rerum tempore matutino.

ὀρθρίδιος, ία, ιον, matutinus.

ὀρθρίζω, i. q. ὀρθρεύω, LXX.

ὀρθρινός, ή, όν, (ὄρθρος) matutinus, antelucanus. Subst. τὸ ὀρθρινόν, sc. διαίτημα, matutinum tempus.

ὀρθριοκόκκυξ, υγος, ὁ, qui matutinus cucurrit.

ὄρθριος, ία, ιον, it. ὄρθριος, ον, (ὄρθρος) matutinus, summo mane veniens.

ὀρθριοφοίτης, ου, ὁ, (φοιτάω) qui matutinus venit.

ὀρθροβόας, ου, ὁ, (βοάω) matutino tempore clamans, epith. galli.

ὀρθρογόη, ης, ἡ, (γοάω) mane gemens; Epith. hirundinis. v. ὀρθογόη.

ὀρθρολάλος, ον, (λαλέω) antelucano tempore sive mane garriens; de hirundine.

ὄρθρος, ου, ὁ, (ὄρνυμι, ὄρθαι, ὀρθός, orior, ortus) tempus antelucanum seu matutinum, diluculum. ὄρθρου, ante lucem. ὄρθρος βαθύς, summum mane.

ὀρθώνυμος, ον, (ὀρθός, ὄνομα) cui nomen recte datum, cui nomen suum convenit, homo sui nominis.

ὀρθῶς, adv. (ὀρθός) recte, rite.

ὀρθωσία, ας, ἡ, (ὀρθόω) erectio, directio, Suid.

Ὀρθωσία, ας, ἡ, Diana, quae et Ὀρθία, vid. seq.

Ὀρθώσιος, ου, ὁ, stator, epith. Jovis. Ab ὀρθόω, quia rectos stare jubet milites in acie et inclinari vetat.

ὄρθωσις, εως, ἡ, (ὀρθόω) erectio, directio.

ὀρθωτήρ, ῆρος, ὁ, (ὀρθόω) qui jacentem erigit, qui rem quamcunque constituit s. ad finem perducit: rector, moderator.

ὀριαῖος, αία, αῖον, (ὅριον) terminalis, ut λίθος, terminalis lapis.

ὀρίβακχος, ου, ὁ, (ὄρος, Βάκχος) Bacchus montanus.

ὀριβάτης, ου, ὁ, i. q. ὀρειβάτης, vide Ephem. liter. Jen. 1823. XXXI. p. 241.

ὀριβρεμέτης, ου, ὁ, (βρέμω) monte tonans. v. ὀρειβρεμέτης.

ὀριγανίζω, (ὀρίγανον) origanum refero.

ὀριγανίτης, ου, ὁ, ut ὀριγανίτης οἶνος, vinum origano conditum.

ὀρίγανον, ου, τό, vel ὀρίγανος, ου, ὁ, origanum, cunila. v. et ὀρείγανον. (ῐ)

ὀρίγναμαι, i. q. ὀριγνάομαι.

ὀριγνάομαι, i. q. ὀρέγομαι, porrigor, porrigo me, ἐγχείῃσιν ἠδ' ἐλάτῃς αὐτοσχεδὸν ὠριγνῶντο, hastis et jaculis cominus pugnabant, Hes. sc. 190. 2) c. gen. desidero, appeto, Eur. Bacch. 1207. Theocr. 24, 44. 3) c. acc. assequor, Dion. Ant. 2, 61.

ὀριδρομία, ἡ, i. q. ὀρειδρομία, cursus per montes.

ὀριδρόμος, ον, i. q. ὀρειδρόμος.

ὁρίζω, f. ίσω, (ὅρος) termino, finio. 2) constituo, statuo, instituo, censeo, decerno. ὁρίζομαι, statuo, censeo. ὁρισμένος, statutus. ὁρισθεῖσα ἡμέρα, statuta dies.

ὁρίζων, οντος, ὁ, circulus coeli visum terminans. A praec.

ὀρικός, ή, όν, (ὀρεύς) mularis.

ὁρικός, ή, όν, (ὅρος) finitivus, definitivus.

ὀρικτίτης, ου, ὁ, (ὄρος, κτίζω) in montibus habitans, monticola, Pind. fr. inc. 156. si lectio sana.

ὀριμαλίδες, αἱ, poma agrestia et silvestria; ap. Theocr.

ὄρινδα, ἡ, i. q. ὄρυζα. Unde

ὀρίνδης, ου, ὁ, ut ὀρίνδης ἄρτος, panis, ex oryza vel semine sesamo simili, Hesych. Athen.

ὀρίνω, concito, commoveo, perturbo: θυμὸν ὀρίνειν, animum commovere, ut misericordia, metu, ira, cupidine, Hom. Pass. et Med. concitor, commoveor: ὠρίνετο s. ὠρίνθη θυμός, animus concitatus est, Il. 11, 521. 525, 13. 7. ὀρινθέντες, territi, Od. 22, 23. Med. festino, ruo. (Radix ὄρω, ὄρνυμι.)

ὁριοδείκτης, ου, ὁ, (ὅριον, δείκνυμι) i. q. ὁριστής.

ὁριοθετέω, (ὅριον, τίθημι) fines constituo, LXX.

ὅριον, ου, τό, finis, terminus, limes. frequentior plur. τὰ ὅρια, fines. Dim. ab ὅρος.

ὄριον, ου, τό, monticulus. Dim. ab ὄρος.

ὅριος, ον, (ὅρος) terminalis. ὅριος θεός, Terminus. Et ὅριος Ζεύς, Jupiter terminalis.

ὀριπέδιον, ου, τό, planities montana, qualis circa Ennam. v. ὀροπέδιον.

ὀρίπλαγκτος, ον, i. q. ὀρείπλαγκτος.

ὀριπλανής, ές, i. q. ὀρειπλανής.

ὅρισμα, ατος, τό, (ὁρίζω) terminus, limes. 2) id, quod apud nos statuimus, deliberatio, propositum. Plur. ὁρίσματα, instituta, leges, statuta.

ὁρισμός, οῦ, ὁ, (ὁρίζω) actio finiendi,

definitio, sponsio.

ὁριστής, οῦ, ὁ, (ὁρίζω) qui finit, qui limites et confinia determinat. 2) auctor juris et arbiter conditionum. 3) i. q. ὁρίζων.

ὁριστικός, ή, όν, definitivus, terminalis, finitivus. 2) Subst. ἡ ὁριστική, Indicativus modus, Gramm. Adv. ὁριστικῶς.

ὁριτρεφής, ές, et ὁρίτροφος, ον, i. q. ὀρειτρεφής, ὀρείτροφος.

ὀρκάνη, ης, ἡ, (ἕρκος) septum, sepes, sagena, rete. it. carcer.

ὀρκαπάτης, ου, ὁ, (ὅρκος, ἀπάτη) jurejurando fallens, jusjurandum fallens, perfidus.

ὄρκη, ης, ἡ, vas olearium aut vinarium, capsa pigmentorum muliebrium, arca.

ὁρκίζω, (ὅρκος) jusjurandum exigo, ad jusjurandum adigo, τινά, Xen., Aeschin. cf. Lobeck. Phryn. p. 361. 2) jurejurando affirmo aliquid, τί.

ὁρκιητόμος, ον, Ion. p. ὁρκιοτόμος.

ὁρκιηφόρος, ον, Ion. p. ὁρκιοφόρος.

ὁρκικός, ή, όν, i. q. ὅρκιος.

ὅρκιον, τό, i. q. ὅρκος, jusjurandum, Il. 4, 158. pignus, Pind. Ol. 11, 6. 2) plur. ὅρκια, τά, sacra in jure jurando et foedere faciendo fieri solita, foedus jurejurando sancitum. ὅρκια τέμνειν, foedus icere. b) victimae foederis sanciendi caussa caesae, Il. 3, 245. 269.

ὅρκιος, ον, rarius ὅρκιος, ία, ιον, (ὅρκος) qui jurijurando adhibetur, jurisjurandi praeses, ut ὅρκιοι θεοί. 2) juratus, qui jurat.

ὁρκιοτομέω, i. q. ὅρκια τέμνω, foedus ico. A seq.

ὁρκιοτόμος, ον, Ion. ὁρκιητόμος, (ὅρκιον, τέμνω) qui jurejurando foedus sancit.

ὁρκιοφόρος, ον, Ion. ὁρκιηφόρος, (ὅρκιον, φέρω) jurejurando se adstringens.

ὁρκισμός, οῦ, ὁ, (ὁρκίζω) juramenti exactio, adstrictio per jusjurandum. 2) jusjurandum.

ὁρκιστής, οῦ, ὁ, i. q. ὁρκωτής, ap. seriores.

ὅρκος, ου, ὁ, jusjurandum, juramentum: ὅρκον ὀμόσαι, jurare, Hom. ὅρκος θεῶν, juramentum per deos, it. ὅρκος μακάρων, Od. κατά τινος, per aliquem. ὅρκον ἑλέσθαι τινός vel τινί, jusjurandum exigere ab aliquo. Od. 4, 746. Il. 22, 119. ὅρκον ἐπελαύνειν vel προσάγειν τινί, adigere aliquem ad jusjurandum, Hdt. ὅρκον ἀπολαμβάνειν, juramentum alicujus accipere, Dem. ὅρκον ἀποδιδόναι, jurare, Dem. 2) testis juramenti, per quem juratur, ut aqua Stygia, Il. 2, 755. 15, 38. 3) Ὅρκος, filius Eridis, praeses jurisjurandi, Hes. op. 803. 221 Th. 231. Oraculum Hdt. 6, 86, 3.

ὁρκοσφάλτης, ου, ὁ, (σφάλλω) perjurus.

ὁρκοτόμος, ον, (τέμνω) i. q. ὁρκιοτόμος, dub.

ὁρκοῦρος, ὁ, i. q. ἑρκοῦρος, Mel. 129, 2. cf. Jacobs ad A. P. p. 785.

ὁρκόω, f. ώσω, (ὅρκος) ad jusjurandum adigo, τινά. cf. ὁρκίζω. Med. juro.

ὄρκυνος, ὁ, piscis quidam e genere balaenarum, thynnus; it. ὄρκυς, υνος, ὁ.

ὀρκύπτω, (ὀρθός, κύπτω) vel ὀρκύπτομαι, arrectus caput inclino ad aliquid inspiciendum. Suid. Phot.

ὄρκυς, υνος, ὁ, acc. ὄρκυν, i. q. ὄρκυνος.

ὅρκωμα, τό, (ὁρκόω) adactio ad jusjurandum. 2) jusjurandum.

ὁρκωμοσία, ας, (ὅρκος, ὄμνυμι) jusjurandum, juratio, sacramentum.

ὁρκωμοσιάζω, i. q. ὁρκωμοτέω, dub.

ὁρκωμόσιος, ία, ιον, i. q. ὅρκιος. Hinc τὸ ὁρκωμόσιον, locus ubi foedus sancitur. τὰ ὁρκωμόσια, juramenta, sacramenta, Plat. Phaedr. p. 241. A. b) sc. ἱερά, sacrificia, quibus foedera fiebant.

ὁρκωμοτέω, f. ήσω, (ὅρκος, ὄμνυμι) juro, sancio foedus jurejurando.

ὁρκωμότης, ου, ὁ, jurejurando adstrictus.

ὁρκωμοτικός, ή, όν, ad jusjurandum pertinens, ut ὁρκωμοτικὰ ἐπιῤῥήματα, adverbia jurandi.

ὁρκωμοτικῶς, adv. per adverbium jurandi.

ὁρκώμοτος, ον, per quem juratur.

ὁρκωταί, οἱ, (ὁρκόω) legati, qui ad exigendum jusjurandum mittuntur.

ὁρκωτός, ή, όν, (ὁρκόω) juratus, adactus jurejurando.

ὅρμα, ατος, τό, i. q. ὁρμή, v. l. Soph. El. 1385.

ὁρμαθίζω, (ὁρμαθός) in modum catenae connecto.

ὁρμάθιον, τό, Dim. ab. ὁρμαθός.

ὁρμαθός, οῦ, ὁ, ordo, series, sertum, series catenata. 2) multitudo magna. 3) latibulum, lustrum, Hesych.

ὁρμαίνω, (ὁρμάω) moveo, commoveo: inpr. animo volvo, in animo verso, cogito: meditor, ut πόλεμον, ὁδόν, bellum, iter, Hom. 2) cupio, desidero, c. inf. Hom. ep. 4, 16. 3) incito, excito. 4) impetu feror, ruo, prorumpo.

ὁρμάστειρα, ἡ, (ὁρμαστήρ) incitatrix, instigatrix.

ὁρμαστήρ, ῆρος, ὁ, (ὁρμαίνω) incitator, instigator.

ὁρμάω, f. ήσω, (ὁρμή) incito, concito, impello. 2) intell. pronom. ἐμαυτόν, impetum capio, irruo, impetu ruo, prorumpo, proficiscor, venio, animum induco, gestio, cupio, initium facio, moveo me, etc. quae alias exprimuntur per ὁρμῶμαι.

ὁρμιά, ᾶς, ἡ, tenuis funiculus e seta equina cum virga, qua piscatores pisces venantur. Alias et ὁρμιά, q. v.

ὁρμινόεις, εσσα, εν, qui caulem jam emittit post florem amissum. A seq.

ὅρμενος vel ὅρμενος, ὁ, plur. heterog. τὰ ὅρμενα, caulis. 2) asparagus silvester, corruda.

ὄρμενος, part. aor. med. ab ὄρνυμι, q. v.

ὁρμέω, f. ήσω, (ὅρμος) stationem habeo, in portu sum. οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς, sc. ἀγκύραις, Dem. Hinc in universum: in tuto esse, securum esse. 2) Num etiam dicatur pro ὁρμίζειν, navem appellare ad terram, dubium est.

ὁρμή, ῆς, ἡ, (* ὄρω, ὄρνυμι) impetus, aggressio. 2) expeditio. 3) conatus, studium, appetitus, appetitio, cupiditas, subita voluntas, instinctus. (Stoici peculiari quadam ratione vocibus ὁρμῆς et ἀφορμῆς, utuntur. ὁρμὴν Cicero alias appetitionem, alias appetitum, alias motum animi interpretatur. ἀφορμὴ hujus contrarium est, videlicet aversatio, nempe Stoica). v. ὀργή.

ὁρμηδόν, adv. (ὁρμάω) impetuose.

ὅρμημα, ατος, τό, (ὁρμάω) id, ad quod animus subito impetu fertur. 2) impetus ipse, conatus.

ὁρμητήριον, ου, τό, (ὁρμάω) incitamentum, suscitabulum. 2) receptaculum, sedes, arx belli, locus, unde milites ad bellum accincti exeunt, ut cum hoste pugnent, unde incipit et exit vis belli; propugnaculum, locus, unde impetus fieri potest. 3) opportunitas, quicquid dat rei efficiendae potestatem, id, unde incipimus.

ὁρμητικός, ή, όν, propensus ad impetum et conatum. 2) incitandi vim habens.

ὁρμητικῶς, adv. cum animi impetu.

ὁρμητίας, ου, ὁ, i. q. ὁρμητικός.

ὁρμιά, ἡ, (ὅρμος) linea, i. e. tenuis funiculus e seta equina cum virga, qua piscatores pisces venantur. Forma ὁρμειά dubia est. (ι longum; praeter Eur. Hel. 1615. Matth. ubi breve invenitur.)

ὁρμιευτής, οῦ, ὁ, piscator, qui hamo pisces capit.

ὁρμιεύω, (ὁρμιά) hamo pisces capio.

ὁρμιηβόλος, ον, (ὁρμιά, βάλλω) qui lineam piscatoriam ejicit, piscator.

ὁρμίζω, f. ίσω, (ὅρμος) navem in stationem subduco, navem ad portum appello: navem stabilio. Med. in statione sum, ut ὁρμέω. 2) rem quamvis stabilio, tueor, in securitatem redigo. Med. in tuto sum; it. mortuus sum.

ὅρμινον, ου, τό, horminum: herba porro similis, Diosc. Hesychio genus leguminis; Theophrasto frugum genus. Reperitur etiam ὅρμινος, ὁ, item ὅρμινον et ὅρμινος, ὁ.

ὁρμινώδης λίθος, gemma hormino similis. A praec.

ὅρμισις, εως, ἡ, (ὁρμίζω) applicatio, appulsus navis ad terram. 2) quies in statione navium.

ὁρμίσκος, ου, ὁ, monile. Dimin. ab ὅρμος.

ὅρμισμα, τό, (ὁρμίζω) statio navalis.

ὁρμιστηρία, ας, ἡ, (ὁρμίζω) rudens, aut catena, per quam pondera suspenduntur.

ὁρμοδοτήρ, ῆρος, ὁ, (δοτήρ) portuum dator, in portum ducens.

παντοκρατήρ, ῆρος, ὁ, (κρατέω) i. q. παντοκράτωρ.

παντοκρατορία, ας, ἡ, (παντοκράτωρ) omnipotentia, summa potentia, universum imperium.

παντοκρατορικός, ή, όν, ad omnipotentem deum, seu ad divinam potentiam pertinens. 2) ab omnipotente deo profectus.

παντοκράτωρ, ορος, ὁ, (κρατέω) omnipotens, in cujus potestate sunt omnia, qui universo imperat.

παντοκτίστης, ου, ὁ, (κτίζω) omnium conditor.

παντολάβος, ον, (λαμβάνω) qui omnia accipit, qui ab omnibus accepit.

παντολέτειρα, ας, ἡ, quae omnia perdit. Fem. a seq.

παντολετήρ, ῆρος, ὁ, i. q. seq.

παντολέτωρ, ορος, ὁ, (ὄλλυμι) exitium omnibus adferens, omnia perdens et labefacians.

παντολιγοχρόνιος, ον, (πᾶς, ὀλίγος, χρόνος) exiguo tempore circumscriptus, exiguum tempus durans.

παντολμία, ας, ἡ, audacia projecta. A seq.

πάντολμος, ον, (τόλμα) omnia audens, audacissimus.

παντολόγος, ον, (λόγος) qui omnia loquitur.

παντομάντειρα, ἡ, (μάντις) quae de omnibus rebus vaticinatur.

παντομεταβόλος, ου, ὁ, dardanarius, i. q. παντοπώλης.

παντομιγής, ές, (μίγνυμι) ex omnibus mistus, miscellaneus.

παντόμιμος, ον, (μιμέομαι) omnia imitans: ὁ παντόμιμος, pantomimus, histrio, qui saltatione et gestibus partes suas exprimit; ita a Romanis inde ex Augusti aevo appellabatur, quem genuina Graecitas ὀρχηστὴν appellat.

παντομισής, ές, (μισέω) omnibus invisus.

παντόμορφος, ον, (μορφή) omniformis, omnes formas habens, multifarius.

παντόμωρος, ον, stultissimus.

παντονίκης, ου, ὁ, (νικάω) omnium certaminum victor. (ῑ)

παντοπαθής, ές, (πάσχω, παθεῖν) qui omnia patitur. cf. παμπαθής.

παντοπλανής, ές, (πλάνη) omnivagus.

παντοποιός, όν, (ποιέω) promptus et paratus ad audendum quidvis, audax.

παντοπόρος, ον, (πορέω) ad omnia callidus, nulla in re consilii inops, Soph. Ant. 659.

παντόπτας, Dor. pro παντόπτης, ου, ὁ, (ὄψομαι) omnia cernens.

παντοπωλεῖον, ου, τό, locus, ubi omnis generis, et fere viles res veneunt, seplasium, popina.

παντοπωλέω, scruta, parvas variasque merces vendo.

παντοπώλης, ου, ὁ, qui omnis generis res venales habet, praesertim minutas: est enim idem, qui et ῥωποπώλης dicitur: seplasiarius, dardanarius.

παντοπωλία, ας, ἡ, omnis generis rerum minutarum viliumque venditio. A praec.

παντοπώλιον, τό, i. q. παντοπωλεῖον.

παντοπῶλις, ιδος, ἡ, fem. a παντοπώλης.

παντοραίστης, ου, ὁ, (ῥαίω) omnia vastans et corrumpens.

παντορέκτης, ου, ὁ, (ῥέζω) omnia efficiens.

πάντοσε, adv. (πᾶς) quoquo versus, in omnem partem 2) undique.

παντόσεμνος, ον, gravissimus, honestissimus.

παντόσοφος, ον, i. q. πάνσοφος.

παντόστικτος, ον, valde maculosus, veluti punctis distinctus.

πάντοτε, adv. (πᾶς) omni tempore, semper.

παντοτελής, ές, (τέλος) integer, perfectus.

παντοτεχνής, ές, (τέχνη) artificiosissimus.

παντοτινάκτης, ου, ὁ, (τινάσσω) omnia quatiens, movens.

παντοτόκος, ον, (τίκτω) omniparens.

παντότολμος, ον, i. q. πάντολμος.

παντότροπος, ον, i. q. πάντροπος.

παντοτρόφος, ον, i. q. παντρόφος.

παντουργικός, ή, όν, omnia efficiens. A seq.

παντουργός, όν, (ἔργον) qui omnia efficit, omnium conditor. 2) in malam partem i. q. πανοῦργος.

παντοφαγία, ας, ἡ, esus omnium rerum sine discrimine, etiam contra legem. it. voracitas. A seq.

παντοφάγος, ον, (φαγεῖν) omnia sine discrimine comedens; vorax.

παντόφοβος, ον, (φόβος) omnia timens.

παντοφόρος, ον, i. q. παμφόρος, Aristot.

παντοφυής, ές, (φύω) omnia producens. 2) copiosus. 3) ingeniosus.

παντόφυρτος, ον, (φύρομαι) undique coactus s. collectus, omnino confusus.

παντόχροος, ον, (χρόα) omnis generis coloribus pictus.

πάντρητος, ον, (τιτράω) omnino perforatus.

πάντρομος, ον, (τρέμω) plane tremens.

πάντροπος, ον, (τρέπω) omnia vertens, inpr. omnia fugans.

παντρόφος, ον, (τρέφω) omnia nutriens, almus.

πάντως, adv. (πᾶς) omnino, omnibus modis, prorsus: utique.

πάνυ, adv. (πᾶς) omnino, prorsus, valde, admodum, magnopere. πάνυγε, prorsus. ὁ πάνυ, celeber ille, illustris ille.

πάνυγρος, ον, (ὑγρός) plane madidus.

πανύκραιρος, ον, (κραῖρα) bene cornutus. dub.

πανυπείροχος, ον, (ὑπείροχος) excellentissimus, qui omnes superat et in omnibus eminet.

πανυπέρτατος, άτη, ατον, supremus; altissimus. Epith. coeli.

πανυπέρφρων, ον, gen. ονος, (ὑπέρφρων) valde arrogans, nimis insolens.

πάνυσσα, ἡ, (a πῆνος, Dor. p. πῆνος) panuclum, panucola. (‒ ‒ ⏑)

πανυστάτιος, ία, ιον, i. q. πανύστατος.

πανύστατον, adv. postremum. A seq.

πανύστατος, άτη, ατον, postremus, ultimus.

πάνχοιρος, ον, falso scribitur pro πάγχοιρος.

πανώδυνος, ον, (ὀδύνη) dolorem gravem adferens, prorsus acerbus.

πανωλεθρία, ας, ἡ, internecio, exitium, quum res prorsus perit. A seq.

πανώλεθρος, ον, (ὄλεθρος) plane perditus. 2) prorsus exitialis et perniciosus.

πανωλέθρως, adv. cum internecione.

πανώλεια, πανωλία, ας, ἡ, pernicies. A seq.

πανώλης, ες, (ὄλλυμι) qui prorsus periit. 2) perniciosus.

πανωλία, ἡ, i. q. πανώλεια.

πανωνία, ἡ, (ὦνος) rerum omnium venditio.

πανωπήεις, εσσα, ῆεν, omnibus conspicuus.

πάνωρος, ον, (ὥρα) omni tempore proveniens.

πάξ, exclamatio tacere jubentis, ut Lat. pax!

* πάομαι, 1) (α breve) aor. ἐπᾰσάμην, perf. πέπασμαι, edo, comedo, gusto. 2) (α longum) aor. ἐπᾱσάμην, perf. πέπασμαι, possideo, acquiro, paro, ut κτάομαι, c. acc.

πᾶός, ὁ, Dor. p. πηός.

παπαῖ, et παπαιάξ, exclamantio dolentis vel admirantis, papae, atat!

πάπας, ὁ, i. q. πάππας. (⏑ ‒)

πάππα, v. πάππας.

παππάζω, (πάππας) pappa dico, adblandior patri vocando papam.

παππάξ, vox imitans crepitum alvi, Aristoph.

πάππας, ου, ὁ, pater, pappa. Vox puerorum blandientium ad patrem. Voc. πάππα.

παππασμός, οῦ, ὁ, (παππάζω) compellatio patris blando nomine.

παππεπίπαππος, ου, ὁ, proavus.

παππίας, ου, ὁ, paterculus.

παππίδιον, ου, τό, i. q. παππίας, et ab eod.

παππίζω, patrem appello, pappam voco, i. q. παππάζω.

παππικός, ή, όν, et παππῷος, α, ον, avitus, ad avum pertinens.

παπποκτόνος, ον, (κτείνω) avum occidens.

πάππος, ου, ὁ, avus. πάππος πρὸς πατρός, avus paternus. πάππος πρὸς μητρός, avus maternus. 2) lanugo carduorum, seu flos lanuginosus; item menti prima barba.

παπποσπέρματα, τά, lanuginosa semina, seu quae lanugine semen habent obductum.

παππόφονος, ον, (φονεύω) avi interfector, vel interfectrix.

παππώδης, ες, (πάππος) lanuginosus.

παππωνυμικόν, οῦ, τό, ut πατρωνυμικόν,

v. c. Hercules παππωνυμικῶς, i. e. ex avi nomine dicitur Alcides.

παππῷος, ῴα, ῷον, avitus.

παπταίνω, aor. ἐπάπτηνα, circumspicio, oculis lustro, oculis vestigo, circumspectans quaero, specto vel respecto, oculis conversis intueor, respecto.

παπταλάω, circumspicio. Lycophr. A praec.

πάπυρος, ὁ et ἡ, papyrus, planta Aegyptiaca. 2) liber vel cortex papyri. 3) charta e papyri cortice confecta. (⏑–⏑; raro ⏑⏑⏑)

παπυροφάγος, ου, ὁ, papyrum edens, pro cibo utens, epith. Aegyptiorum.

παπυρώδης, ες, (πάπυρος) papyraceus.

πάρ, poet. pro παρά, Hom. praesertim ante δ, π et ν, item in Compositis. 2) Interdum pro πάρα, i. e. πάρεστι, adest, ut πὰρ γὰρ ἀνήρ, adest enim vir, praesto est.

παρά, Praep. regens gen. dat. et acc. I) Cum genitivo a, ab, e, de. Invenitur praesertim post verba veniendi, mittendi, accipiendi, petendi, ut ἐλθεῖν παρὰ Διός, a Jove venire, Hom. πεμφθῆναι παρά τινος, missum esse ab aliquo. Sine verbo, οἱ ἄγγελοι παρά τινος, nuncii ab aliquo missi. ἡ παρ᾽ ἐκείνου τιμωρία, poena ab illo irrogata, Xen. ὁ παρ᾽ ἐμοῦ, legatus meus, Xen. Cyr. 5, 3, 17. 2) Metaphorice ortum vel originem indicat, ut ἡ παρά τινος εὔνοια, benevolentia quae ab aliquo proficiscitur, benevolentia alicujus. παρ᾽ ὑμῶν ἀποβήσεται, per vos, opera vestra, Xen. μανθάνειν vel ἀκούειν παρά τινος, discere, audire ab (ex) aliquo. τὰ παρά τινος, mandata alicujus. παρ᾽ ἑαυτοῦ διδόναι, ex suis opibus largiri, Hdt. 2, 129. παρ᾽ ἑαυτοῦ s. παρ᾽ ἑαυτῶν, sponte. 3) Post passiva pro ὑπό c. gen. παρὰ πάντων ὁμολογεῖται, ab omnibus conceditur, Xen. Anab. 1, 9, 1. cf. Cyr. 6, 1, 42. 5, 5, 9. Mem. 1, 6, 14. Bast. ep. cr. p. 153. 235. Caeterum notandum est, παρά hac significatione plerumque dici de hominibus. 4) raro παρά c. gen. i. q. παρά c. dat., apud, prope, Soph. Ant. 1123. ibique Schaefer, quem etiam vide ad Dion. de comp. p. 118. Poppo observ. in Thuc. p. 123. ad Xen. Cyr. 8, 2, 25. — II) Cum Dativo, apud, juxta, penes, prope: it. coram, ἤειδε παρὰ μνηστῆρσιν, Od. 1, 154. παρ᾽ ἐμοίγε, vel παρ᾽ ἔμοιγε κριτῇ, me judice, Hdt. 3, 160. τὰ παρά τινι opes alicujus, bona alicujus. 2) Interdum verba motus junguntur cum παρά et dat., ubi exspectaveras accusativum, ut ἰέναι παρὰ Τισσαφέρνει, ire ut essent apud Tissaphernem, Xen. Anab. 2, 5, 27. (ubi tamen Krugerus scripsit Τισσαφέρνην ex uno codice.) III) Cum accusativo. A) de loco. 1) juxta, παρὰ θῖνα, παρὰ ποταμόν, παρ᾽ ὄχθας, Hom. 2) ad, τὼ δ᾽ αὖτις ἴτην παρὰ νῆας Ἀχαιῶν, ad naves, Il. 1, 347. ἦγεν παρὰ Καμβύσεα, Hdt. 3, 15. 3) i. q. παρά c. dat. apud, prope, penes, Od. 3, 460. 12, 32. παρ᾽ ἡμᾶς ἐστι, penes nos est, in potestate nostra positum est. 4) propter s. praeter, de loco, Il. 22, 145. Od. 3, 172. 4, 802. παρὰ πόλιν ἄγειν, propter s. praeter urbem ducere exercitum, Xen. Cyr. 1, 6, 43. cf. 5, 2, 29. 5) praeter, contra, de violatione, παρὰ μοῖραν, contra id, quod decet, Od. 14, 509. παρὰ τὰ δίκαια, praeter jus, injuste. παρὰ φύσιν, contra naturam. παρὰ δόξαν, praeter opinionem. παρὰ ταῦτα ποιεῖν, haec violare, Xen. παρὰ ἱερὰ et παρὰ οἰωνούς, invitis extis, invitis auguriis, Xen. παρὰ τὸ βέλτιστον πράττειν, contra officium agere, ab officio recedere, Xen. Opponitur κατά. 6) praeter, de exceptione, παρὰ πάντα ταῦτα, his omnibus exceptis, Dem. Dicitur etiam ἄλλα et ἕτερα παρά τινα, pro ἤ τινα, Ar. Nub. 698. Vesp. 1165. Pac. 110. Xen. Mem. 1, 3, 4. Cyr. 1, 6, 2. ubi v. Poppo. 7) Inservit comparationi in formulis παρ᾽ οὐδέν ἐστι, nihili est. παρ᾽ ὀλίγον ποιεῖσθαί τι, nullius pretii existimare aliquid. παρὰ μικρόν, παρ᾽ ὀλίγον, παρὰ βραχύ, fere, propemodum. παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω, tantum abest ut ita sentiam, Thuc. 6, 37. παρ᾽ ὅσον, quatenus. παρὰ πολὺ τῆς ἀξίας, plane praeter meritum. παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος, longe praeter spem. Nonnunquam est i. q. prae, ut παρὰ τοὺς ἄλλους πονεῖν, prae reliquis operam dare. 8) propter, ob, per, παρὰ τί; quapropter? παρὰ τοῦτο, propterea. v. ad Lycurg. 16. p. 205. 9) Grammatici παρά usurpant ad indicandam derivationem vocabuli ab alio, ut Eustath. ad Od. 1, 22. p. 1385, 64. R. παρὰ τὸ αἴθω. B) de tempore, per, παρ᾽ ὅλον τὸν βίον, per totam vitam. παρὰ τὸν πότον, inter potandum, Hdt. 2, 121. idem significant παρὰ πότον, παρ᾽ οἶνον, v. Jacobs ad Anth. Pal. p. 893. Alia ratione dicitur παρ᾽ αὐτὸν τὸν κίνδυνον, in ipso periculo. παρ᾽ αὐτὰ τὰ ἀδικήματα, Dem. p. 219. — Substantivo postponitur etiam et per anastrophen scribitur πάρα. III) Adverbialiter juxta, prope, simul, una, Hom. IV) πάρα, i. q. πάρεστι vel πάρεισι, item pro πάρειμι. — In compositione est apud, trans, praeter; saepe etiam depravationem significat et peccatum sive errorem. — Epice παραί.

πάρα, vide παρά II, fin. et IV.

παραβαίνω f. βήσομαι, (βαίνω, irr.) juxta aliquem eo vel incedo. Hinc Il. 11, 522. 13, 708. παρβεβαώς, i. q. παραβάτης, qui juxta alium in curru stat et ex eo pugnat. 2) praetereo, transgredior; unde metaph. violo, ὅρκους, συνθήκας al. 3) omitto, negligo.

παράβακτρος, ον, (βάκτρον) qui baculo innititur.

παράβακχος, ον, (Βάκχος) furens, debacchans.

παραβάλλω, f. βαλῶ, (βάλλω, irr.) objicio, projicio. 2) adsimulo, confero, compono, comparo. 3) flecto, detorqueo, ut oculos. 4) depono apud aliquem. 5) accedo, adjungo me. 6) trajicio. 7) appello. παραβάλλομαι, in med. depono aliquid apud aliquem. 2) decipio. 3) periculum grave per temeritatem adeo. 4) eandem, s. aequalem rem periculo committo. 5) obliquis oculis intueor.

παραβάπτισμα, ατος, τό, baptismus adulterinus.

παραβαπτιστής, οῦ, ὁ, qui adulterino baptismo usus est; metaph. adulterinus, v. c. Stoicus, apud Arrian. qui ementito et evanido colore tinctus est: translatione a panno ducta. v. παραλουργός et παραβαφής.

παραβασιλεύω, regno seu regia potestate abutor, male regno.

παραβάπτω, f. ψω, (βάπτω) una tingo.

παραβασία, ἡ, i. q. παραιβασία, q. v.

παράβασις, ἡ, (παραβαίνω) transgressio, peccatum: praevaricatio. 2) Parabasis, pars comoediae veteris, qua Choragus poetae nomine spectatores alloquitur, cujus exempla sunt Ar. Nub. 510–626., Eq. 498. seqq., Vesp. 1009. seqq., alia cf. Hephaest. p. 71. Poll. 4, 111. Hermann. Elem. metr. p. 720.

παραβασκω, (βάσκω) sum παραβάτης, in curru, Il. 11, 104.

παραβατέω, sum παραβάτης, juxta alium in curru sto ut ex eo pugnem. poet. παραιβατέω.

παραβάτης, ου, ὁ, (παραβαίνω) poet. παραιβάτης, qui juxta alium stat vel incedit, comes, socius, inpr. pugnator, qui juxta aurigam in curru stat; item auriga. 2) violator, ut legis.

παραβατικός, ή, όν, (παράβασις) ad violandum pertinens, temerarius. 2) ad parabasin pertinens, ut μελύδρια παραβατικά, versiculi quibus parabasis comica constat.

παραβατικῶς, adv. contra legem. παραβατικῶς ἔχειν, legem violare. A praec.

παραβάτις, ιδος, ἡ, fem. a παραβάτης.

παραβατός, ή, όν, (παραβαίνω) quem transgredi possumus: violabilis.

παραβαφής, ές, (βάπτω) idem quod παραλουργής.

παραβῆναι, inf. aor. 2 a παραβαίνω.

παραβιάζομαι, f. άσομαι, (βιάζομαι) vi detorqueo, adigo, urgeo, cogo, omnibus annitor (conor) viribus.

παραβίας, ου, ὁ, potionis genus ex milio et conyza constans.

παραβιασμός, οῦ, ὁ, vis, factum violentum.

παραβιβάζω, f. άσω, (βιβάζω) i. q. παραβαίνω. 2) aufero, LXX.

παραβλάπτω, f. ψω, laedo, noceo.

παραβλαστάνω, f. ήσω, (βλαστάνω, irr.) a radice germino, circumpullulo.

παραβλάστη, ης, ἡ, (βλάστη) ramulus, stolo.

παραβλάστημα, ατος, τό, quod circum pullulat et renascitur.

παραβλάστησις, εως, ἡ, germinatio circa veniens.

παραβλαστικός, ή, όν, qui adnascitur et circumpullulat.

παράβλεμμα, ατος, τό, adspectus obliquus, qualis est strabonum. A seq.

παραβλέπω, f. ψω, limis adspicio, obliquis oculis adspicio, praevideo, praetervideo, atque inde sperno. 2) male video, videndo aberro: aliter video, allucinor.

παράβλεψις, εως, ἡ, idem quod παράβλεμμα.

παραβλήδην, adv. (παραβάλλω) per comparationem, parabolice. 2) simulate, dolose, oblique. 3) situ parallelo.

παράβλημα, ατος, τό, quod datur, objicitur animantibus comedendum, pabulum. 2) quo quis objecto se tuetur, propugnaculum.

παραβλητικός, ή, όν, quod adjicitur, vel adjici potest. 2) comparabilis.

παραβλητός, ή, όν, (παραβάλλω) projectus. 2) comparatus: comparabilis.

παραβλύζω, f. ύσω, scaturiginis modo refundo et rejicio, evomo.

παραβλώψ, ῶπος, ὁ, ἡ, (παραβλέπω) strabus, strabo, limis oculis adspiciens.

παραβοάω, f. ήσω, (βοάω, irr.) acclamo.

παραβοήθεια, ας, ἡ, suppetiae, au-

xilia.

παραβοηθέω, f. ήσω, auxilio venio, ad auxilium praesto sum, suppetias fero, adminiculor.

παραβοήθημα, τό, auxilium.

παραβολάδην, adv. (παραβολή) i. q. παραβλήδην, poet. παρβολάδην.

παραβολεύομαι, (παράβολος) periculo me expono, pericula adeo, N.T.

παραβολή, ἡ, (παραβάλλω) comparatio, collatio, similitudo, parabola, sermo parabolicus. 2) concursio, concursus. ἐκ παραβολῆς μάχεσθαι, in concursu navium pugnare, Polyb. 3) ausum. 4) divisio s. partitio, apud arithmeticos, contraria ratio multiplicationi. 5) sectionis conicae appellatio.

παραβολικός, ή, όν, comparativus. A praec.

παραβολικῶς, adv. comparative.

παραβόλιον, τό, ap. seriores i. q. παράβολον, v. παράβολος, 4.

παράβολος, ον, (παραβάλλω) audax, temerarius, in pericula ruens. 2) periculosus, anceps. 3) projectus, contemtus, ap. seriores. 4) τὸ παράβολον, Subst. vocabatur in foro Attico pecunia, quam numerare debebat is, qui a judicio ad aliud provocaverat et caussa exciderat. — Poet. παραίβολος.

παραβόλως, adv. temere, audacter, cum summo periculo: inde praeter opinionem, *ubi quis summum periculum evasit*, mirabiliter; item acerrime, fortissime.

παραβομβέω, f. ήσω, (βομβέω) assono.

παραβόῥῥος, ον, (Βοῤῥᾶς) qui transverso borea perflatur, qui a latere aut in orbem perflatur a borea.

παραβόσκω, f. βοσκήσω, (βόσκω, irr.) insuper alo, praeterea alo.

παραβουκολέω, (βουκολέω) seduco, fallo.

παραβουλεύομαι, f. εύσομαι, perperam, male consulo. 2) posthabeo, nullam rationem habeo. v. l. N. T. Philipp. 2, 30.

παραβραβεύω, (βραβεύω) in brabeo conferendo aliquem praetereo, injuste brabeum tribuo s. adjudico: unde male, contra jus judico; quod alteri debetur, per fraudem adimo. item ignominia afficio.

παραβραχύ, adv. p. παρὰ βραχύ, propemodum, fere.

παράβυσμα, ατος, τό, (παραβύω) quod infercitur s. inculcatur.

παράβυστος, ον, (παραβύω) intrusus. 2) densus, confertus. 3) τὸ παράβυστον, sc. δικαστήριον, judicium Athenis in loco quodam urbis minus frequenti: hinc ἐν παραβύστῳ ποιεῖν τι, clam aliquid facere.

παραβύω, f. ύσω, inculco, infercio, intrudo, stipo. παραβυσθείς, aor. 1. pass. part. intrusus. (ῡ)

παραβώμιος, ον, (βωμός) qui apud aram est, a latere arae.

παραγγελεύς, έως, ὁ, (παραγγέλλω) denunciator.

παραγγελία, ας, ἡ, praeceptum, mandatum, imperium. 2) doctrina. 3) ambitio, petitio magistratus cum prensatione. 4) denunciatio mulieris de graviditate ex aliquo. v. ἀντιπαραγγελία.

παραγγέλλω, (ἀγγέλλω) denuncio, edico, praecipio: jubeo: excito: moneo, hortor, dehortor, veto. παραγγέλλειν εἰς ὅπλα, ad arma vocare, Xen. 2) In re bellica παραγγέλλειν est imperium per manus tradere. 3) παραγγέλλω τινί seq. inf. spondeo alicui me aliquid facturum esse, Plat. 4) παραγγέλλειν τὴν ἀρχήν, magistratum ambire.

παράγγελμα, ατος, τό, praeceptum. 2) interdictum.

παραγγελματικός, ή, όν, praeceptivus, denunciativus. 2) hortatorius. A praec.

παραγγελματικῶς, adv. denunciando, praecipiendo, adhortando.

παραγγελσις, εως, ἡ, (παραγγέλλω) praeceptum, mandatum. 2) praeceptio, cohortatio. ἀπὸ παραγγέλσεως aliquid fieri in castris vel in acie, est, quum classico non edicitur, sed per manus imperium traditur et accipitur. Xenoph.

παραγγελτικός, ή, όν, qui praecipit, s. prohibet, hortatur, ut sermo.

παραγένησις, εως, ἡ, (παραγίγνομαι) adventus.

παραγεύω, gustum praebeo. In med. leviter, parum, cum fastidio degusto: unde leviter cognosco aliquid, leviter delibo.

παραγηράω, f. άσομαι, (γηράω) deliro prae senectute.

παραγίγνομαι, ap. ser. παραγίνομαι, (ῑ) (γίγνομαι, irr.) advenio, advento, accedo, pergo, intersum.

παραγιγνώσκω, ap. ser. -γινώσκω, f. -γνώσομαι, aor. παρέγνων, (γιγνώσκω, irr.) praeter jus et aequum statuo, perperam statuo, male judico. παραγιγνώσκω τοῦ δικαίου, jus violo judicando.

παραγκαλίζομαι, in ulnis gesto, ulnis amplector.

παραγκάλισμα, ατος, τό, res, quam amplexamur. 2) amplexus. A praec.

παραγκιστρόω, hamum addo. παρηγκιστρωμένος, perf. pass. hamatus.

παραγκωνίζομαι, f. ίσομαι, proprie cubito repello, submoveo, obvios vel admotos protrudo. 2) vi submoveo.

παραγκωνιστής, οῦ, ὁ, qui obvios cubito repellit.

παραγλύφω, f. ψω, (γλύφω) aliter sculpendo muto, adultero.

παραγναθίδιον, ου, τό, ornamentum, quod appenditur maxillis equorum. A seq.

παραγναθίς, ίδος, ἡ, (γνάθος) pars galeae malam tegens.

παραγνάμπτω, f. ψω, deflecto.

παραγονάτιον, ου, τό, internodium.

παραγοράζω, f. άσω, opsonia coemo. Athen.

παραγόρευσις, εως, ἡ, negatio.

παράγραμμα, ατος, τό, (παραγράφω) quod adscribitur ultra solitum et justum. 2) scripturae depravatio. 3) quasi dicatur alteratio quum littera pro littera substituitur, agnominatio, quum unius litterae mutatione alius sensus efficitur.

παραγραμματίζω, paragrammate seu alliteratione utor, verbum mutata littera scribo et fere in deterius, ut in παρονομασία. A praec.

παραγραμματισμός, οῦ, ὁ, scripturae inversio, quasi dicatur alliteratio, quum littera pro alia ponitur. A praec.

παραγραμμάτως, adv. mutatis litteris, per alliterationem, ut παραγράμμως λέγειν.

παράγραπτος, ον, (παραγράφω) peregrinus, alienus, adscriptitius, adulteratus.

παραγραφή, ῆς, ἡ, adscriptio et annotatio in margine, scholium et annotationis signum in margine adscriptum. 2) interductus librarii, i. e. signum quo finis periodi indicatur. 3) verbum juris, quum negamus alicui actionem, quam intendit, dandam esse, exceptio. 4) sublatio, v. c. scripti male. v. παραγράφω. 5) id quod ad comparationem adscribitur, comparatio. 6) figura orationis, qua breviter repetitis superioribus ad sequentia transitur.

παραγραφικός, ή, όν, (παραγραφή, 3.) ad exceptionem pertinens. λόγος παραγρ., oratio, qua reus negat accusatori actionem, quam intendit, dandam esse. ἀγὼν π., constitutio translativa, cf. Cic. inv. rhet. 1, 5.

παραγραφίς, ίδος, ἡ, instrumentum scriptorium, LXX.

παράγραφος, ἡ, sc. γραμμή, (παραγράφω) lineola in margine scripta, v. Schol. Ar. Nub. 514. 2) i. q. παραγραφή, 2. 3) ὁ παράγραφος, praeductale.

παραγράφω, f. ψω, (γράφω) adscribo, juxta scribo. 2) παραγράφεσθαι τὴν γραφήν, item omisso τὴν γραφήν, exceptione actionis non recte institutae submoveo. Hinc induco, abrogo, etiam in Act. 3) παραγράφω, i. q. περιγράφω ap. ser., periodum finio.

παραγράψιμος, ον, rejiciendus, repudiandus. A praec.

παράγυμνος, ον, (γυμνός) fere nudus.

παραγυμνόω, patefacio, aperio. 2) denudo.

παραγύμνωσις, εως, ἡ, nudatio. A praec.

παραγύρως, adv. prope circulum, ut radat vel ambientem vel inclusum. (ῡ)

παράγω, f. ξω, (ἄγω, irr.) traduco, deduco, produco, profero. 2) promoveo, s. proveho. 3) disputando, dolosa, it. blanda oratione capio vel fallo. 4) perverto, everto. 5) transeo, praetereo, discedo. 6) nautae dicuntur παράγειν, quum non recta, sed per ambages navigant, cedentes ventis. 7) produco in concionem. pass. prodire in concionem.

παραγωγή, ῆς, ἡ, productio, adductio. 2) deductio, derivatio. Vox Gramm. 3) fraus, noxa. 4) fortuna secunda, honores, dignitas. 5) diductio, traductio. 6) inductio; genus argumentationis Socraticum. A praec.

παραγωγιάζω, vectigal, portorium exigo. A seq.

παραγώγιον, ου, τό, (παραγωγή) vectigal, portorium.

παραγωγός, όν, (παράγω) deducens, seducens, fallens. it. seductus. 2) derivans. inpr. perperam derivans. it. perperam derivatus. 3) transiens. Scribitur et παράγωγος.

παραγώγως, adv. deducendo, ut alterum vocabulum ex altero oriatur et compositum sit. 2) producte, addita ad verbum syllaba. A praec.

παραδαίνυμι, f. -δαίσομαι, (δαίνυμι, irr.) coeno apud aliquem, τινί.

παραδακρύω, (δακρύω) lacrimor cum aliquo, τινί. (υ in praes. et impf. plerumque, in reliquis tempp. semper longum.)

παραδαρθάνω, f. -δαρθήσομαι, aor. παρέδαρθον, poet. παρέδραθον, (δαρθάνω, irr.) juxta dormio, τινί, Od. 20, 88. dormio una cum aliquo.

παράδειγμα, ατος, τό, (παραδείκνυμι) exemplar, exemplum. 2) documentum, argumentum.

παραδειγματίζω, f. ίσω, publicae ignominiae expono, ludibrio habeo, traduco. 2) in triumpho duco.

παραδειγματικός, ή, όν, exemplaris, exemplis constans, exemplum praebens, exempli vim habens.

παραδειγματικῶς, adv. exemplis, pro exemplo.

παραδειγματισμός, οῦ, ὁ, (παραδειγματίζω) traductio, quum quis contumeliae caussa ducitur per ora hominum; poena ignominiosa, publica ignominia.

παραδειγματώδης, ες, exemplaris.

παραδειγμάτωσις, εως, ἡ, (παράδειγμα) exemplar.

παραδείκνυμι vel παραδεικνύω, (δείκνυμι) q. d. juxta ostendo, unde, comparo. 2) ostendo, profero, indico. 3) adsigno seu attribuo, efficio.

παραδειπνέω, immodice coeno, vel misere coeno. In med. s. pass. coenam perdo negligentia.

παραδειπνία, ἡ, coena secundaria.

παραδειπνίς, ίδος, ἡ, (δεῖπνον) avide comedens, de parasita.

παράδεισος, ου, ὁ, hortus, viridarium, vivarium: pomarium, pometum. (agrum conseptum interpretatur Cicero.) Vox Persica. 2) N. T. caelum, sedes Dei et beatorum.

παράδεκτος, ον, qui admittitur, vel admitti potest, aut debet. A seq.

παραδέχομαι, f. ξομαι, (δέχομαι, irr.) excipio, admitto, accipio, recipio, suscipio, probo, acceptum fero.

παραδηλόω, f. ώσω, prae me fero, significo, declaro.

παραδήλωσις, ἡ, expositio. Vox Rhet. A praec.

παραδιαζεύγνυμι et παραδιαζευγνύω, f. -ζεύξω, (ζεύγνυμι, irr.) vitiose et perperam disjungo.

παραδιάζευξις, εως, ἡ, prava et vitiosa disjunctio.

παραδιαζευκτικός, ή, όν, disjunctivus et comparativus.

παραδιακονέω, administro, inservio.

παραδιαστέλλω, disjungo, separo.

παραδιαστολή, ῆς, ἡ, disjunctio, separatio, distinctio. 2) nomen figurae oratoriae, qua similia discernuntur. A praec.

παραδιατριβή, ῆς, ἡ, praeposterum studium, exercitatio et litigium, in quibus tempus praepostere teritur. 2) inanis disputatio.

παραδίδωμι, f. -δώσω, (δίδωμι) trado. 2) dedo alicui, in potestatem trado, trado ad supplicium, prodo. 3) relinquo liberis, posteris. 4) dicitur et de accusatore.

παραδιηγέομαι, f. ήσομαι, obiter narro et expono.

παραδιήγημα, τος, τό, narratio in transitu, aut in parenthesi addita: item explicatio et definitio, v. c. loci, ponderis etc. A praec.

παραδιήγησις, εως, ἡ, idem.

παραδιοικέω, (διοικέω) perperam seu male administro.

παραδιόρθωμα, τό, (διόρθωμα) prava emendatio.

παραδιόρθωσις, εως, ἡ, correctio mala, quum verum pervertitur, aut malum in pejus mutatur.

παραδιώκω, f. ξω, (διώκω) pone sequor.

παραδοκέω, f. -δόξω, (δοκέω, irr.) perperam censeo. Impers. παραδοκεῖ μοι, perperam mihi videtur, Xen.

παραδολεσχέω, (ἀδολεσχέω) deblatero, garrio.

παραδοξάζω, f. άσω, honore privo, infamo. 2) contr. sensu, valde honoro, illustro, mirabile reddo. 3) falsam opinionem concipio, s. teneo.

παραδοξασμός, ὁ, res admiratione digna. A praec.

παραδοξία, ας, ἡ, (παράδοξος) admiratio ex insolentia.

παραδοξολογέω, f. ήσω, (παραδοξολόγος) paradoxa loquor, incredibilia dico, praeter seu contra omnium opinionem.

παραδοξολογία, ας, ἡ, oratio paradoxa, qua mirabilia et incredibilia narrantur. Ab eod.

παραδοξολόγος, ον, (παράδοξος, λέγω) qui paradoxa s. incredibilia dicit.

παραδοξονίκης, ου, ὁ, (νικάω) praeter opinionem victor. (ῑ)

παραδοξοποιέω, f. ήσω, paradoxas res s. mirabilia facio.

παραδοξοποιία, ας, ἡ, factum paradoxum, miraculum. A seq.

παραδοξοποιός, όν, (ποιέω) qui facit inopinata, incredibilia.

παράδοξος, ον, (δόξα) qui est praeter seu contra omnium opinionem, inopinatus, inexspectatus, admirabilis, incredibilis, celeber, mirus, excellens. παράδοξον, mirabile, admirabile.

παραδοξότατα, adverb. superl. a praec. praeter omnium opinionem mirabiliter.

παραδόξως, adv. praeter opinionem, incredibiliter, mirabiliter.

παραδόσιμος, ον, qui velut per manus traditur, hereditate a majoribus acceptus. 2) qui memoriae traditur. 3) qui doceri potest, vel docetur. A seq.

παράδοσις, εως, ἡ, (παραδίδωμι) deditio, traditio. 2) doctrina, quae ore vel literis traditur, institutum, constitutio, praeceptio, decreta. 3) traditio, mancipatio. 4) quod a majoribus institutum, traditum, relictum est.

παραδοτέος, έα, έον, Adj. verbale, tradendus.

παράδοτος, ον, (παραδίδωμι) traditus: tradendus.

παραδοχή, ῆς, ἡ, (παραδέχομαι) receptio, susceptio, receptaculum. 2) gratia, assensus, Polyb. 3) studium alicujus rei.

παραδραθεῖν, Epice παραδραθέειν, inf. aor. a παραδαρθάνω.

παραδραμεῖν, inf. aor. a παρατρέχω.

παραδράω, f. άσω, poet. παραδρώω, (δράω) administro, τινί τι, Od. 15, 324.

παραδρομάδην, adv. in transcursu, obiter. A seq.

παραδρομή, ῆς, ἡ, cursus, quo alicui a latere currimus. 2) transcursus, seu cursus, qui fit praetereundo.

παραδρομίς, ίδος, ἡ, ambulatio sub dio, xystus.

παράδρομος, ον, (παρατρέχω) qui potest praeteriri. τὰ παράδρομα, Subst. intervalla inter retia in venatione posita, per quae transitus pateat.

παραδρύπτω, f. ψω, (δρύπτω) a latere lanio.

παραδύμεναι, inf. aor. 2. a παραδύω, poet. p. παραδῦναι, Il. 23, 416. (ῡ)

παραδυναστεύω, simul regno, habeo potestatem.

παραδύνω, i. q. παραδύω.

παράδυσις, εως, ἡ, insinuatio, obreptio, irreptio, ap. Demosth. si lectio sana. A seq.

παραδύω, (δύω, irr.) usitatum tantum in Medio et in aor. 2. παρέδυν, qui habet vim intransitivam, irrepo, arrepo, obrepo, introeo, insinuo me. (De quantitate v. δύω.)

παραδωσείω, Desiderat. a παραδίδωμι, dedere seu tradere cupio, quasi traditurio.

παραείδω, (ἀείδω) accino, τινί.

παραείρω, contr. παραίρω, aor. pass. Ep. παρηέρθην, Att. παρῄρθην, (ἀείρω, irr.) juxta attollo, juxta effero. Med. a latere impendeo.

παραέξω, (ἀέξω) juxta augeo, praeterea augeo. Med. insuper cresco.

παραζάω, (ζάω, irr.) juxta vivo, ψυχὴ τῷ σώματι παραζῶσα, animus juxta corpus vivens, Plut. 2) vita abutor, nimis fruor, male vivo. 3) superstes sum. (⏑–⏑–)

παραζεύγνυμι, it. παραζευγνύω, f. ζεύξω, (ζεύγνυμι, irr.) juxta jungo, adjungo, conjungo.

παραζηλόω, f. ώσω, aemulatione adficio et excito, ad aemulationem provoco, invidentia et zelotypia exstimulo. 2) iram provoco.

παραζήλωσις, ἡ, invidia, aemulatio.

παραζητέω, quaero, indago.

παράζυξ, υγος, ὁ, ἡ, (παραζευγνύω) pl. παράζυγες, qui adjunguntur multitudini civitatis, ignobiles et proletarii, ac veluti supernumerarii.

παραζώνη, ης, ἡ, balteus, s. culter, ensis pendens e balteo.

παραζωνίδιον, ου, τό, cingulum cum ense. 2) ensis, quo accingimur. Dim. a pr.

παραζώνιον, ου, τό, pugio, cinctorium.

παραζώνιος, ον, ut παραζώνιος μάχαιρα, sica.

παραζώννυμι, item παραζωννύω, f. -ζώσω, (ζώννυμι, irr.) juxta accingo, e balteo suspendo. 2) Med. e balteo aptum gesto.

παραζωστρίς, ίδος, ἡ, parvus gladius, pugio. A pr.

παραθαλασσίδιος, Att. παραθαλαττίδιος, ον, (θάλασσα) maritimus.

παραθαλάσσιος, Att. -άττιος, ία, ιον, maritimus.

παραθάλπω, f. ψω, calefacio, foveo.

παραθαρσύνω, ap. recentiores Atticos -θαρρύνω, (θαρσύνω) fiduciam addo, confirmo, bono animo esse jubeo.

παραθεάομαι, f. άσομαι, Ion. ήσομαι, (θεάομαι, irr.) a latere non sentientem observo. 2) altrinsecus spectando comparo. (ασομαι, ⏑⏑–, ήσομαι, –⏑–)

παραθέλγω, f. ξω, permulceo.

παράθεμα, ατος, τό, (τίθημι) repositorium, pluteum, pluteus. 2) ferculum, additamentum.

παραθεμιστεύω, (θεμιστεύω) legem violo. 2) legem violando noceo alicui s. laedo aliquem, τινά.

παράθεναρ, τό, v. παραίθεναρ.

παραθερίζω, contr. παραθρίζω, (θερίζω) demeto, amputo, circumcido, ut παρατέμνω.

παραθερμαίνω, calefacio, foveo. 2) nimis calidum reddo.

παράθερμος, ον, praefervidus. 2) in agendo praeceps, et hinc indecore aliquid faciens.

παράθεσις, εως, ἡ, (παρατίθημι) appositio, conjunctio. 2) ferculum, id ipsum, quod apponitur, item quod praebetur, v. c. exercitui. 3) depositio seu repositio. 4) commentatio. 5) compositio, comparatio,

collatio. ἐκ παραθέσεως, e contrario, per comparationem. 6) apparatus, pecunia reposita, thesauri apud Polyb. copia rerum. 7) praesentia auxiliandi caussa s. auxilium ipsum, ibid. 8) citatio s. commemoratio locorum e scriptoribus aliis. 9) praeceptio, praeceptum, ut παράδοσις.

παραθέτης, ου, ὁ, structor, qui dapes apponit.

παραθετικός, ή, όν, commendatitius.

παραθέω, f. θεύσομαι, (θέω, irr.) juxta aliquem curro: praetercurro, cursu anteverto: leviter vel non attingo. 2) accurro, assequor.

παραθεωρέω, f. ήσω, juxta specto, seu contemplor. 2) unum alteri admotum contemplor. 3) comparo, τί τινι vel τινά τινι. 4) despicio, adspernor.

παραθήγω, f. ξω, acuo, exacuo, instigo, incito.

παραθήκη, ης, ἡ, (παρατίθημι) res reposita et recondita. 2) res apud aliquem deposita, depositum. 3) additamentum, appendix.

παράθηξις, εως, ἡ, (παραθήγω) incitatio, instigatio.

παραθιγγάνω, f. θίξω, (θιγγάνω, irr.) attingo, leviter tango. Nota. παραθίγω est vox nihili.

παραθλίβω, f. ψω, premo, comprimo, collido.

πάραθλον, τό, (ἆθλον) pugna secundaria.

παράθρανος, ον, (θρᾶνος) in navi praeter θρανίτας, ferens.

παραθρασύνω, animum addo, confirmo animum. cf. παραθρασύνω. Med. inopportuno tempore audax sum.

παράθραυσμα, ατος, τό, fragmentum. A seq.

παραθραύω, confringo. 2) in pass. miser et fractis viribus sum, Suid.

παραθρέω, f. ήσω, (ἀθρέω) i. q. παροράω.

παραθριγκίζω, (θριγκός) lorico, obsepio.

παραθρίζω, contr. p. παραθερίζω, q. v.

παραθρώσκω, f. θορούμαι, (θρώσκω, irr.) juxta curro, praetercurro, Dion. Perieg. ubi, Ἠριδανοῖο ῥόου παραθρώσκοντες ὄρογκους, adjacentes montes.

παραθυμιάω, f. ασω, (θυμιάω) adoleo, suffio juxta, c. dat.

παραθύρα, ἡ, (θύρα) janua postica.

παραθύριον, τό, Dim. a παραθύρα.

παράθυρος, ον, (θύρα) prope januam, ad ostium positus.

παραθύω, f. ύσω, (θύω, irr.) praetervolo, ruo juxta aliquid. (De quantitate v. θύω.)

παραί, poet. p. παρά.

παραιβαδόν, adv. (παραβαίνω) praetereundo, c. gen. Opp.

παραιβασία, ας, ἡ, (παραβαίνω) poet. transgressio, delictum.

παραίβασις, ἡ, poet. p. παράβασις. 2) exitus quo quis effugere potest.

παραιβατέω, poet. p. παραβατέω, a seq.

παραιβάτης, ου, ὁ, qui praeter aurigam currum conscendit et una ex eo pugnat: curulis pugnator. Poet. cf. παραβάτης.

παραιβάτις, ιδος, curulis pugnatrix. Apud Theocr. operaria, mercenaria. Femin. a praec.

παραίβολος, ον, poet. p. παράβολος. 2) παραίβολα κερτομεῖν, ut παραβλήδην ἀγορεύειν, se invicem obliquis dicteriis lacessere. Hom. h. Merc. 56.

παραιγιάλιος, ον, i. q. seq.

παραιγιαλίτης, ου, ὁ, fem. παραιγιαλῖτις, ιδος, (αἰγιαλός) prope litus situs.

παραιγίαλος, ον, i. q. praec.

παραΐζω, poet. p. παρίζω.

παραίθεναρ, αρος, τό, pro παράθεναρ, (θέναρ) spatium a minimo digito juxta volam usque ad carpum. Hesychius: παραιθέναρα, (sic enim legendum videtur pro παραιθέματα) τὰ ἀπὸ τῶν μικρῶν δακτύλων παρὰ τὸ θέναρ ἤγουν ἐπὶ τὸν καρπόν.

παραιθύσσω, (παραί, αἰθύσσω) incendo, excito, concito, moveo, prorumpo.

παραίνεσις, εως, ἡ, (παραινέω) adhortatio, admonitio, monitio. 2) consolatio.

παραινετήρ, ῆρος, et παραινέτης, ου, ὁ, adhortator, suasor, admonitor.

παραινετικός, ή, όν, suasorius, monitorius.

παραινετικῶς, adv. exhortando.

παραινέω, f. έσω, Epice ήσω, (αἰνέω, irr.) suadeo, hortor, admoneo, praecipio.

παραινίσσομαι, f. ξομαι, Att. -ττομαι, (αἰνίσσομαι) leviter declaro et per aenigma tacite et obscure innuo.

παραίνυμαι, (αἴνυμαι) i. q. παραιρέομαι.

παραιολίζω, (αἰολίζω) callide induco, fallo, poet.

παραιπεπίθῃσιν, παραιπεπιθοῦσα, v. παραπείθω.

παραίρεσις, εως, ἡ, detractio, deminutio. A seq.

παραιρέω, f. ήσω, aor. παρεῖλον, (αἱρέω, irr.) aufero, adimo, abduco aliquid ab aliquo, τί τινος vel τὶ παρά τινος. Hinc detraho, destruo, diruo, imminuo. Med. abalieno, averto, τοὺς συνουσιαστὰς αὐτοῦ (ab eo) παρελέσθαι, Xen. Mem. 1, 6, 1.

παραίρημα, ατος, τό, quod adimitur aut detrahitur, v. c. vesti, ut limbus, v. πάραρμα, recisio. A praec.

παραιρῶ, contr. p. παραιρέω, q. v.

παραισθάνομαι, f. σθήσομαι, (αἰσθάνομαι, irr.) sentio, percipio. 2) sensu fallor.

παραίσιμος, ον, i. q. παραίσιος.

παραίσιος, ον, (αἴσιος) infaustus, inauspicatus, dirus.

παραΐσσω, f. ξω, (ἀΐσσω) praetereo, transeo: impetu transeo: proripio me. (Ep. ◡ – – –, Trag. ◡ ◡ – –)

παραιτέομαι, f. ήσομαι, (αἰτέω) exoro, precibus adipiscor, τί: precor, rogo, c. inf. 2) exoro aliquem, precibus placo aliquem, τινά. 3) excuso aliquid, τί. 4) recuso, detrecto, evito, deprecor: submoveo, rejicio, aversor. 5) deprecatione a poena libero vel liberare studeo.

παραίτησις, εως, ἡ, deprecatio, recusatio, excusatio. 2) vehemens precatio.

παραιτητής, οῦ, ὁ, deprecator.

παραιτητικός, ή, όν, deprecatorius, ad deprecandum aptus.

παραιτητός, ή, όν, (παραιτέω) exorabilis, facile placabilis.

παραιτία, ἡ, (αἰτία) caussa secundaria.

παραίτιος, ον, qui ex parte in caussa est. 2) qui in caussa est, auctor, obnoxius. Subst. τὸ παραίτιον, caussa, in malam partem.

παραιφάμενος, ένη, ενον, poet. p. παραφάμενος, part. praes. med. a παράφημι, suadens, admonens, Il. 24, 771. Hom. h. Cer. 337.

παραιφασία, ἡ, i. q. seq. Ap. Rh.

παραίφασις, ἡ, poet. p. παράφασις, (παράφημι) admonitio, consilium, adhortatio: consolatio: monitum, praeceptum.

παραιφρονέω, poet. p. παραφρονέω.

παραιωρέω, (αἰωρέω) juxta s. a latere suspendo. Med. juxta dependeo, ἐγχειρίδια παρὰ τὸν δεξιὸν μηρὸν παραιωρεύμενα ἐκ τῆς ζώνης, gladii juxta dextrum femur dependentes ex balteo, Hdt. 7, 61. παρῃώρευντο ξιφίδια, gladios suspensos habebant.

παραιώρημα, ατος, τό, quod suspenditur, vel suspensum est. 2) restis, laqueus. A praec.

παραιώρησις, εως, ἡ, elevatio juxta aliud quid, suspensio.

παρακάββαλε, Epice pro παρακατέβαλε, 3 aor. a παρακαταβάλλω, Il. 23, 172, 683.

παρακαθάπτω, f. ψω, (ἅπτω) juxta annecto.

παρακαθέζομαι, (ἕζομαι, irr.) adsideo, juxta consideo.

παρακαθεκτικός, ή, όν, (παρακατέχω) tenax.

παρακαθεύδω, f. -ευδήσω, (εὕδω, irr.) juxta dormio. 2) juxta excubo.

παρακάθημαι, (ἧμαι, irr.) adsideo, juxta adsideo.

παρακαθίζω, f. -ιζήσω, Att. -ιῶ, (ἵζω, irr.) juxta me colloco, juxta assidere jubeo. Med. adsideo. Interdum act. *vi intr. medii* invenitur, sicut quoque Med. c. acc. pers. vi activa.

παρακαθίημι, f. -καθήσω, (ἵημι) juxta demitto, clanculum demitto, utrinque demitto.

παρακαθίστημι, f. -καταστήσω, (ἵστημι) juxta colloco s. appono, v. c. custodes. 2) *in tempp. intr.* adsto.

παρακαίριος, ον, (καιρός) intempestivus. Subst. τὰ παρακαίρια, sc. πράγματα, inhonesta, nefaria.

παράκαιρος, ον, i. q. παρακαίριος.

παρακαίρως, adv. intempestive. 2) supra modum. 3) injuste.

παρακαίω, f. καύσω, (καίω, irr.) a latere uro, oburo, aduro, comburo.

παρακαλέω, f. έσω, (καλέω, irr.) evoco, arcesso, advoco, inprimis auxilii caussa, vel in judicio, vel alia in re quavis. 2) oro, obsecro, it. deprecor. 3) hortor, confirmo, in N. T. consolor, inpr. in med. recreo. 4) doceo. τὰ παρακαλούμενα, postulata.

παρακαλπάζω, f. άσω, equo a latere cursito, freno ejus manu apprehenso, vel, molliter equum ad cursum incito.

παρακάλυμμα, ατος, τό, quod obtenditur alicui rei ad eam tegendam sive occultandam, velum, aulaeum, obtentus, praetextus. A seq.

παρακαλύπτω, f. ψω, velo, obnubo, aut obtego, occulto. perf. pass. part. παρακεκαλυμμένος, occultatus.

παρακαμμύω, pro παρακαταμύω, (μύω) conniveo in aliqua re. (De quantitate v. μύω.)

παρακάμπτω, f. ψω, (κάμπτω) a latere deflecto. 2) intr. declino, evito.

παρακανθίζω, (ἀκανθίζω) undique spinas habeo. παρακανθίζοντα φύλλα, folia in ambitu spinosa vel utrinque aculeata.

παρακανθόφυλλος, ον, (παρά, ἄκανθα, et φύλλον) secundum spinam folium habens, dub.

παρακαταβαίνω, (βαίνω, irr.) descendo, v. c. in acie ex equo, de navi.

παρακαταβάλλω, (βάλλω, irr.) depono, abjicio, projicio, demitto. 2) certam pecuniam depono, sacramento ago, inpr. παρακαταβάλλειν τινὶ τοῦ κλήρου, sacramento contendere cum aliquo de hereditate, deposita

sc. pecunia. 3) ζῶμα παρακαταβάλλειν τινί, cingulo aliquem cingere, Il. 23, 685.

παρακατάβασις, ἡ, (παρακαταβαίνω) descensus ex equis in acie, e navibus etc. 2) in foro, quum is, unde petitur, sive reus, cogitur adesse, respondere.

παρακαταβολή, ῆς, ἡ, actio, qua qui experiri volebant, pecuniam deponebant, sacramentum, sponsio. 2) largitio, quae datur praeter id, quod debetur.

παρακαταγωγή, ἡ, (κατάγω) σχῆμα ἀθλητικόν, Schol. Il. 23, 730.

παρακαταθήκη, ης, ἡ, depositum, fideicommissum. 2) i. q. παρακαταβολή, 1.

παρακαταθνήσκω, (θνήσκω irr.) commorior.

παρακατάκειμαι, (κεῖμαι, irr.) cubo s. accumbo juxta aliquem.

παρακατακλίνω, a latere vel juxta reclino. 2) juxta statuo in lecto, juxta accumbere jubeo. παρακατακλίνομαι, accubo.

παρακαταλέγομαι, cubo apud, sive ad latus alicujus, accubo. παρκατέλεκτο, accubabat, plusq. per syncop. poet. παρκατέλεκτο, pro παρακατελέλεκτο, Il. 9, 565, 664.

παρακαταλείπω, (λείπω) relinquo, apud seriores interpp.

παρακαταλογή, ἡ, (καταλογή) numeri in canendo declinatio et immutatio. v. Hermann. elem. metr. p. 285 seq.

παρακαταπήγνυμι, f. ξω, depango juxta, defigo apud.

παρακαταρτύομαι, f. ύσομαι, e multis unum facio, compono.

παρακατάστασις, εως, ἡ, (παρακαθίστημι) depositum.

παρακατάσχεσις, εως, ἡ, retentio.

παρακατατίθημι, et παρακατατίθεμαι, depono apud aliquem, fidei committo, custodiendum trado, depono tanquam apud sequestrum.

παρακαταχράομαι, (χράομαι irr.) abutor.

παρακατεσθίω, (ἐσθίω, irr.) edo cum aliquo.

παρακάτειμι, (εἶμι) juxta descendo.

παρακατέχω, f. καθέξω, (ἔχω, irr.) retineo, complector. τῇ μνήμῃ, memoria teneo. 2) coerceo, cohibeo, moror.

παρακατηγόρημα, ατος, τό, quod Praedicato additur. Vox Dialect.

παρακατοικίζω, f. ίσω, juxta colloco, vel habitatores juxta colloco.

παρακατορύσσω, Att. -ττω, f. ξω, (ὀρύσσω) juxta defodio.

παρακαττύω, Att. pro -κασσύω, adsuo, omnino juxta paro, στιβάδα, Ar. (υ)

παρακαυλίζω, f. ίσω, (καυλίζω) caules emitto juxta, et quasi ad latus.

παράκειμαι, (κεῖμαι, irr.) adjaceo, vicinus sum et quasi juxta seu a latere situs, a latere accumbo, adhaereo, adsum. ὁ παρακείμενος χρόνος, tempus praeteritum apud Grammaticos, οἱ παρακείμενοι, familiares etc. παράκειται licet.

παρακειμένως, adv. opposite, juxta. A praec.

παρακεκαλυμμένως, adv. (παρακαλύπτω) tecte, occulte.

παρακεκινδυνευμένως, adv. (παρακινδυνεύω) audacissime, projecta audacia.

παρακεκλιμένως, adv. i. q. παρακλιδόν, ubi v.

παρακελεύομαι, hortor, stimulo, τινί. 2) impero.

παρακέλευσις, εως, ἡ, adhortatio, jussio. impr. cohortatio ducis vocesque militum mutuo incendentium animos ante conflictum et in proelio. v. seq. n. 3. A pr.

παρακέλευσμα, ατος, τό, exhortamentum, quod adhortandi gratia dicitur. 2) instrumentum. 3) exhortatio nautica, vel etiam bellica.

παρακελευσματικός, ή, όν, ad hortandum valens. A pr.

παρακελευσματικῶς, adv. adhortandi vi.

παρακελευσμός, οῦ, ὁ, adhortatio.

παρακελευστής, οῦ, ὁ, hortator.

παρακελευστικός, ή, όν, cohortatorius.

παρακελευστός, ή, όν, cui persuasum est, ab aliis rogatus, jussus. A seq.

παρακελεύω, cohortor, auctor sum, suadeo. minus usitatum, quam Med.

παρακελητίζω, juxta equito celete.

παρακέλομαι, (κέλομαι, irr.) adhortor, cohortor, excito, Ap. Rh.

παρακενόω, f. ώσω, exhaurio, evacuo.

παρακεντέω, pungo, vel a latere pungo: perpungo.

παρακέντησις, εως, ἡ, punctio, compunctio, incisio, qua hydropicis aqua detrahitur.

παρακεντητήριον, τό, instrumentum ad pungendum.

παρακεντητής, οῦ, ὁ, stimulator s. agitator equorum, auriga; percussor.

παρακερδαίνω, (κερδαίνω, irr.) male lucror, plus justo lucror et praeter alios. 2) eadem opera lucror, aut obiter compendium facio.

παρακερκίς, ίδος, ἡ, pl. παρακερκίδες, ossicula, circa os majus (κνήμη, et κερκίς vocatur) quod tibiam pedis sustinet.

παρακινδύνευσις, εως, ἡ, periclitatio temeraria. (ῡ)

παρακινδυνευτικός, ή, όν, in pericula praeceps, qui nimia cum audacia periculum adit.

παρακινδυνευτικῶς, adv. temere periclitando.

παρακινδυνεύω, f. εύσω, temere periclitor, audacius periclitor, audacter periculum adeo. παρακεκινδυνευμένον, perf. part. pass. ausum audax, etiam de verbis, periculosum, temerarium.

παρακίνδυνος, ον, periculosus.

παρακινδύνως, adv. periculose, cum periculo. (υ)

παρακινέω, f. ήσω, (κινέω) demoveo, removeo. 2) perperam moveo, indecore et instabiliter moveo. 3) incito, exhortor. pass. moveor, me moveo, παρακινεῖν, et in perf. παρακεκινηκώς, mente motus, furibundus, et pass. παρακεκινημένος, idem.

παρακίνημα, τό, distortum, perversum: distortio, perversio. 2) vox derivata, ap. Gramm.

παρακίνησις, ἡ, incitatio, exhortatio. 2) destortio, perversio. 3) derivatio, Gramm. (⏑⏑‒‒⏑)

παρακινητικός, ή, όν, emotus mente.

παρακινητικῶς, adv. emota mente.

παρακιρνάω, (κιρνάω) admisceo.

παρακίω, (κίω, irr.) praetereo, τινά, Il. 16, 263. in tmesi.

παρακλαίω, f. -κλαύσομαι, κλαυσοῦμαι, (κλαίω, irr.) juxta fleo, Theogn. 1037. 2) sine caussa, frustra fleo, ploro.

παρακλαυσίθυρον, ου, τό, (παρά, κλαίω, θύρα) flebile carmen, quod amasii ad amasiarum fores clausas decantabant. sc. μέλος.

παρακλείω, f. είσω, Ion. -κληΐω, (κλείω) excludo, secludo.

παρακλέπτω, f. ψω, (κλέπτω) suffuror, in transcursu furor. 2) interverto.

παράκλησις, εως, ἡ, (παρακαλέω) evocatio. 2) advocatio. 3) adhortatio. 4) obtestatio, deprecatio. 5) institutio, doctrina. 6) consolatio. 7) auxilium quodvis. 8) recreatio, ut plantarum per aquam.

παρακλητέον, verbale a παρακαλέω, rogandum, invocandum est. Proprie neutr. a seq.

παρακλητέος, α, ον, (παρακαλέω) advocandus, invocandus.

παρακλητεύω, cohortor.

παρακλητικός, ή, όν, (παρακαλέω) exhortatorius. 2) consolatorius.

παράκλητος, ον, (παρακαλέω) arcessitus et rogatus, ut adsit alicui in judicio, aut consilium det in re dubia, advocatus. 2) Subst. consolator. 3) doctor, magister; in N. T.

παρακλήτωρ, ορος, ὁ, exhortator. 2) deprecator. 3) consolator.

παρακλιδόν, adv. (παρακλίνω) declinando et deflectendo ad latus.

παρακλίντωρ, ορος, ὁ, a latere accubans, acclinatus. A seq.

παρακλίνω, (κλίνω) juxta seu a latere recumbere jubeo, juxta reclino, juxta cubantem statuo. 2) declino, i. e. deflecto, averto. 3) aperio, aor. 1. part. παρακλίνας, declinans, deflectens. Med. παρακλίνομαι, incumbo, juxta accumbo, ad latus accumbere jubeor. παρακεκλιμένος, perf. part. accubans, adjacens. (ι longum, sed. in pf. et aor. 1 pass. breve.)

παρακλίτης, ου, ὁ, qui a latere accubat vel acclinatus est. 2) accubans in convivio. A praec.

παρακλύζω, humecto, dub.

παράκλυτος, ον, infamis, famosus.

παρακλύω, (κλύω, irr.) non audio, non pareo. (De quantitate cf. simplex.)

παρακμάζω, f. άσω, vigorem amitto; consenesco, florem aetatis amitto, exoleo. παρηκμακώς, perf. part. vigoris tempus egressus, exoletus.

παράκμασις, εως, ἡ, vigoris amissio. A praec.

παρακμαστικός, ή, όν, cujus remissus est vigor, languidior, decrescens. Ab eod.

παρακμή, ῆς, ἡ, (παρά, ἀκμή) aetas, quae excipit ipsum florem aetatis, h. e. senectutis initium.

παρακνάω, (κνάω, irr.) juxta rado. (⏑⏑‒)

παρακνήμιον, ου, τό, (κνήμη) exterius os cruris et minus. Unde

παρακνημίδιον, τό, Dim. idem.

παρακνίζω, (κνίζω) vellico, irrito, stimulo.

παρακοεῖν, (παρά, κοεῖν vel κοῖν) desipere, delirare, Hesych. Ionice p. παρανοεῖν.

παρακοή, ῆς, ἡ, (ἀκοή) prava doctrina, quam quis a malo praeceptore didicit. 2) inobedientia, contumacia.

παρακοιμάομαι, f. ήσομαι, (κοιμάω) juxta dormio vel cubo, accubo, τινί. 2) excubo.

παρακοίμημα, ατος, τό, concubitus. A praec.

παρακοίμησις, εως, ἡ, idem.

παρακοιμητής, ου, ὁ, qui concubitum exercet. 2) excubitor.

παρακοιμίζω, f. ίσω, juxta in lecto colloco, ut una dormiat.

παρακοινόω, idem quod κοινόω. ap. Pind.

παρακοιτέω, juxta cubo, accubo. 2) excubo. A seq.

παρακοίτης, ου, ὁ, (κοίτη) maritus.

παρακοιτία, ας, ἡ, excubiae, vigiliae, dub.

παράκοιτις, ιος, ἡ, (παρακοίτης) uxor.

παράκοιτος, ον, (κοίτη) juxta cubans, occubans. ἡ π., concubina.

παρακολλάω, adglutino.

παρακόλλημα, ατος, τό, id quod adglutinatur. A pr.

παρακόλλησις, εως, ἡ, conglutinatio.

παρακολλητικός, ή, όν, glutinandi vim habens.

παράκολλος, ον, (κόλλα) agglutinatus, glutine adjunctus. Epith. lecti ab una tantum parte pluteum glutine adjunctum habentis.

παρακολουθέω, f. ήσω, (ἀκολουθέω) pone sequor, prosequor, sector, adsector, subsequor. 2) adsequor, intelligo, cognosco. Dicitur de eo, qui rerum cognitionem studiose persecutus est, ita ut eam sit consecutus. *παρηκολουθηκώς*, adsecutus, perf. part. *τὰ παρακολουθοῦντα*, i. q. *αἱ περιστάσεις*, concomitantia.

παρακολούθημα, ατος, τό, appendix, quod sequitur plerumque. A pr.

παρακολούθησις, εως, ἡ, sequela. Ab eod.

παρακολουθητικῶς, adv. intelligenter, acute.

παρακομιδή, ῆς, ἡ, praetervectio, transvectio. 2) advectio et adventus. 3) comportatio. A seq.

παρακομίζω, f. ίσω, praeterveho, transveho, deduco, comitor. 2) clam introduco. 3) seduco. 4) deporto, importo, conveho, adfero. *παρακομίζομαι*, praetervehor, appellor, applicor, advenio. *παρακομισθείς*, aor. 1. part. pass. appulsus, praetervectus.

παρακομιστής, οῦ, ὁ, qui transvehit, deducit etc. A pr.

παράκομμα, τό, (παρακόπτω) nummus falso signatus, moneta non bene cusa.

παράκομος, ον, (κόμη) comatus, comans.

παρακονάω, f. ήσω, (ἀκονάω) acuo, exacuo. 2) incito, Xen. 3) permulceo, Hesych.

παρακοντίζω, f. ίσω, (ἀκοντίζω) jaculando attingo.

παρακοπή, ῆς, ἡ, (παρακόπτω) delirium, mentis error.

παράκοπος, ον, mente privatus, furibundus.

παρακοπτικός, ή, όν, mentis errori obnoxius, delirans, demens. 2) insaniam gignens.

παρακόπτω, f. ψω, (κόπτω) perperam cudo, monetam non bonam cudo, adultero. 2) fraudo, defraudo. 3) aliam chordam ferio, quam volo, aut debeo. inde. 4) deliro, desipio, mente captus sum, mente erro. v. *παραψαίω*. *παρακεκομμένος*, adulterinus.

παρακορέω, f. ήσω, (κορέω) converro. 2) verro, verrendo purgo.

παρακόσμως, adv. (κόσμος) indecore, indecenter, inhoneste.

παράκουσις, ἡ, deceptio, fraus, dub.

παράκουσμα, ατος, τό, prava doctrina, quam quis a malo praeceptore didicit, vel quum quis male audiendo prava opinione imbutus est, error e falso vel pravo rumore s. fama, v. *παρακοή*. A seq.

παρακούω, f. σομαι, (ἀκούω) perperam audio, vel non recte audio. 2) oscitanter et negligenter audio. 3) audita sic transmitto, quasi non audierim, me audivisse dissimulo. 3) audire nolo, dicto audiens non sum, non obtempero, *τινός*. 5) clam et quasi furtim audio, clam sermonem sublego; subausculto: nonnihil audio, paullulum audio vel intelligo.

παρακρατέω, f. ήσω, (κρατέω) contineo, retineo alicubi.

παρακρεμάννυμι, it. *παρακρεμαννύω*, f. κρεμάσω, (κρεμάννυμι, irr.) juxta seu a latere suspendo. *τὰ παρακρεμάμενα*, appendices, partes rei leviores. (De quantitate v. *κρεμάω*.)

παράκρημνος, ον, (κρημνός) praeruptus, praeceps.

παρακρίνω, (ῑ) f. ινῶ, aor. *παρέκρινα*, pf. -κέκρικα, pf. pass. κέκριμαι, aor. pass. *παρεκρίθην*. (ῑ) aor. med. *παρεκρινάμην*, (κρίνω) ordino, instruo, ut *παρατάττω*, de acie, Hdt. 9, 98. 2) comparo; juxta colloco, ita, prope, ut comparatio fieri possit. 3) perperam judico.

παρακροάομαι, f. άσομαι, (ἀκροάομαι) i. q. *παρακούω*. (άομαι, ◡◡–; άσομαι, –◡–)

παρακρόασις, εως, ἡ, perperam audiendi actio. 2) inobedientia, contumacia.

παρακροατής, οῦ, ὁ, qui audita falso interpretatur, qui audita non assecutus est.

παρακροκίζω, (κρόκος) aliqua ex parte crocum refero, seu crocum mentior. 2) supra crocum splendeo.

παρακροτέω, f. ήσω, (κροτέω) applaudo. 2) adhortor, incito. 3) plausu manuum adhortor et incito ad aliquid.

παράκρουσις, εως, ἡ, maligna succussio in appendendis vel admetiendis: hinc 2) fraus, impostura. 3) repulsio, depulsio, vocabulum palaestrae, quasi supplantatio. 4) error, delirium, desipientia.

παρακρουσιχοίνικος, ον, (χοῖνιξ) choenice et mensura decipiens.

παρακρουστικός, ή, όν, (παρακρούω) mentem concutiendi et emovendi vim habens.

παρακρουστικῶς, adv. fallaciter, fraudulenter.

παράκρουστος, ον, amens. A seq.

παρακρούω, *παρακρούομαι*, Med. repello, rejicio, repudio, a me submoveo. 2) circumvenio, decipio, defraudo. 3) erro, item deliro, inpr. *παρακεκροῦσθαι τῶν φρενῶν*, mente captum esse. Proprie dic. de iis, qui in admensis vel appensis maligna succussatione praeter justum modum vel pondus aliquid obtinere conantur; it. de libra mercatorum malorum fallaci, quae facile potest impelli in fraudem; est item verbum palaestrae, supplanto adversarium concussu et callido luctae artificio.

παρακρώζω, f. ξω, (κρώζω) juxta crocito.

παρακταῖος, αία, αῖον, (ἀκτή) litoralis, ut ἀκταῖος.

παροξύνω, exacerbo, irrito, acuo, exacuo, stimulo, instigo, concito, ad iram concito: item induco agendum. 2) acutum tonum in penultima syllaba colloco.

παροξυσμός, οῦ, ὁ, incitatio, concitatio, exstimulatio, irritatio, exacerbatio, irae incitamentum. 2) accessio morbi. A pr.

παροξυτονέω, acutum in penultima pono. A seq.

παροξύτονος, ον, in penultima syllaba acutum tonum habens. Vox Grammatica.

παροξυτόνως, adv. cum acuto tono in penultima.

παροπλίζομαι, exarmor, armis denudor, arma mihi adimuntur.

παροπτάω, f. ήσω, (ὀπτάω) leviter asso.

παροπτέος, έα, έον, (παρόψομαι) Adj. verbale, negligendus, despiciendus.

παρόπτησις, εως, ἡ, (παροπτάω) quasi dicatur adassatio, quum quid prunis torretur.

παρόραμα, ατος, τό, (παροράω) error e negligentia: proprie, quem quis perperam videndo, lapsu oculorum, commisit.

παρόρασις, εως, ἡ, (παροράω) adspectus obliquus. 2) contemtus, despicientia.

παροράτικός, ή, όν, negligens, incuriosus. A seq.

παροράω, f. παρόψομαι, (ὁράω, irr.) limis oculis, transversum intueor. 2) conniventibus oculis praetereo, non animadverto. 3) perperam adspicio seu video. 4) contemno, negligo, praetermitto, non curo. παροραθείς, despectus. 5) animadverto, εἴς et πρός τινα vel τι: sed παροράν τινί τι, animadvertere aliquid in aliquo.

παροργίζω, f. ίσω, ad iram concito, irrito. perf. pass. παρώργισμαι.

παρόργισμα, ατος, τό, concitatio ad iram, vel ira, in quam quis concitatus est. A pr.

παροργισμός, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

παρόρειος, ον, (ὄρος) ad latera vel in radice montis situs, prope montem situs.

παρορεία, ας, ἡ, (ὄρος) regio montana, s. montibus vicina.

παρορίζω, f. ίσω, (ὁρίζω) fines meos egredior alienum agrum usurpando, fines meos et limites transilio, moveo limites. 2) violo leges divinas.

I. παρόριος, ία, ιον, (ὄρος) i. q. παρόρειος.

II. παρόριος, ία, ιον, (ὅρος) climes.

παρορισμός, οῦ, ὁ, (παρορίζω) egressio extra fines suos et alieni agri usurpatio.

παροριστέος, α, ον, Adj. verb. terminis includendus.

παροριστής, οῦ, ὁ, qui fines suos egreditur atque alienum agrum usurpat.

παρορκέω, f. ήσω, contra jusjurandum ago, jurisjurandi fidem violo.

παρορμάω, f. ήσω, incito, concito, stimulo, instigo, hortor. Med. irruo.

παρορμέω, f. ήσω, juxta stationem teneo.

παρόρμημα, ατος, τό, (παρορμάω) incitamentum.

παρόρμησις, εως, ή, incitatio, stimulatio, incitamentum, cohortatio.

παρορμητικός, ή, όν, irritans, stimulans.

παρορμητικῶς, adv. cum vi incitandi, acriter.

πάροργις, ῖθος, ό, ή, (ὄρνις) inauspicatus, infaustus.

παρόρνυμι, (ὄρνυμι, irr.) vide παραόρνυμι.

παρορύσσω, Att. ττω, f. ξω, (ὀρύσσω) fodio juxta, circumfodio.

παρορχέομαι, perperam salto.

πάρος, adv. ante, antea, prius: potius. 2) priusquam, antequam, seq. inf. aor. 3) adv. loci in fronte. II. Praep. c. gen. poet. i. q. πρό, ante, ut δόμων πάρος, Soph. Aj. 75. – In prosaica oratione non usitata est haec particula.

παροσφραίνω, (ὀσφραίνομαι, irr.) olfaciendum praebeo.

παροτρυντικός, ή, όν, incitandi vim habens. A seq.

παροτρύνω, f. υνῶ, incito, concito, stimulo.

παρουάτιος, ον, (οὖας, οὔατος) aures pendulas habens.

παρουλίς, ίδος, ή, (οὖλα) inflammatio gingivae.

πάρουλος, ον, (οὖλος) crispus.

παρουλότριχος, ον, (θρίξ) capillos paullulum crispos habens.

πάρουρος, ου, ό, custos, ut simplex οὖρος.

παρουσία, ας, ή, (πάρειμι) praesentia. 2) adventus.

παρουσιάζω, praesens sum, appropinquo. A pr.

παροχέομαι, f. ήσομαι, sum πάροχος.

παροχέτευσις, εως, ή, derivatio. 2) humoris evacuatio per vicinam partem, in quam derivatur. A seq.

παροχετεύω, f. εύσω, per canales alio derivo, perversis et mutatis canalibus duco.

παροχεύω, f. εύσω, alterius feminam appeto, moechor. παροχεύεσθαι, alium marem admittere, furtivam venerem pati.

παροχέω, f. ήσω, praeterveho, transveho. 2) juxta alterum veho. παροχέομαι, vehor a latere, in vehiculo vel curru assideo.

παροχή, ῆς, ή, (παρέχω) praebitio quaevis, praestatio, salarium: item largitio, ut congiarium, donativum etc.

παροχλέω, f. ήσω, obturbo, obstrepo, molestiam exhibeo.

παροχλίζω, f. ίσω, vecte demoveo. 2) transmoveo, transfero.

πάροχος, ου, ό, (παρέχω) praebitor, qui pabulum, salem, ligna, frumenta etc. praebet. 2) (παρά, ὄχος) qui a latere alicujus vehitur, seu in curru alteri adsidet, inpr. sponsae, paranymphus.

παροψάομαι, praeter panem opsonio vescor.

παρόψημα, ατος, τό, id, quo praeter panem vescimur, opsonium.

παροψηματίον, τό, idem. Dim. a praec.

παροψίδιον, ου, τό, opsonium frugale. A seq.

παροψίδιος, ία, ιον, ad παροψίδα pertinens.

παροψίς, ίδος, ή, (ὄψον) opsonia, quae opponuntur in patinis. 2) vas, in quo opsonia apponuntur, patina, lanx.

παρόψομαι, fut. a παροράω.

παροψωνέω, f. ήσω, clam opsonia coemo.

παροψώνημα, ατος, τό, opsonium clam in foro comparatum et coemtum; et opsonium, cibus delicatior, simpliciter. A praec.

πάρπαγος, ου, ό, v. παράπαγος.

παρπεπιθών, όντος, poet. p. παραπ. part. aor. 2. redupl. a παραπείθω, Hom.

παρπόδιος, ον, (παρά, πούς) praesens, imminens.

πάρραλιος, ία, ιον, Ep. p. παράλιος.

παῤῥησία, ας, ή, (ῥῆσις) quasi dic. oratio libera, nihil reticens: fiducia, confidentia, libertas in dicendo et agendo, copia.

παῤῥησιάζομαι, f. άσομαι, libere et ingenue planeque dico. 2) palam et libere ago. A praec.

παῤῥησιαστής, οῦ, ό, qui libere loquitur, aut qui libertatem in loquendo amat. A pr.

παῤῥησιαστικός, ή, όν, idem.

παῤῥησιαστικῶς, adv. libere loquendo: licenter.

παρσταίη, παρστᾶσα, etc. poet. p. παραστ. a παρίστημι, Hom.

παρστήετον, poet. p. παραστῆτον, conj. aor. 2. a παρίστημι, Od. 18, 153.

παρτέμνω, παρταμεῖν, poet. p. παρατέμνω, παραταμεῖν.

παρτιθεῖ, poet. p. παρατιθεῖ, Od. 1, 162.

παρτομίς, ίδος, ή, (παρατέμνω) i. q. ἐγχειρίδιον, liber manualis.

παρυγραίνω, (ὑγραίνω) leniter humecto.

πάρυγρος, ον, leviter humidus. 2) madens, humidus.

παρυδάτιος, ον, (ὕδωρ) juxta aquam positus vel natus, aquaticus.

πάρυδρος, ον, idem.

παρυπαντάω, f. ήσω, (ἀντάω) occurro.

παρυπάρχω, adsum, i. e. patrocinor, adjuvo. Schol. Eurip.

παρυπάτη, ης, ή, sc. χορδή, chorda post primam; fem. a παρύπατος.

παρυπατοειδές, τό, species harmoniae.

παρύπατος, άτη, ατον, (ὕπατος) secundus a summo.

παρυπομιμνήσκω, (μιμνήσκω, irr.) commonefacio, inprimis per occasionem, subinde in memoriam revoco.

παρυπόμνησις, εως, ή, admonitio, commonefactio. A pr.

παρυπνόω, (ὑπνόω) juxta dormio, τινί.

παρυπόστασις, εως, ή, (παρυφίστημι) subsistentiae seu substantiae simulacrum, substantiae adfinitas.

παρυποψύχω, (ψύχω) modice et obiter refrigero. (⏑⏑–––)

παρυφαίνω, (ὑφαίνω) attexo. ἐσθὴς παρυφασμένη, vestis purpuram attextam habens. 2) juxta extendo, obtendo. 3) texendo supero.

παρύφαντος, ον, attextus, intertextus.

παρύφασμα, τό, (παρυφαίνω) i. q. παρυφή.

παρυφή, ῆς, ή, id, quod telae seu textili attextum est, limbus seu clavus vesti attextus: praetexta, praeclavium, praeclava, i. e. latus clavus.

παρυφής, ές, praetextatus. A pr.

παρυφίστημι, (ἵστημι) substantiam addo. Med. una subsisto vel existo, una sum in natura rerum.

πάρυφος, ό, i. q. παρυφή.

παρφάμενος, παρφάσθαι, poet. p. παραφάμενος, παραφάσθαι, Hom.

παρφασία, ας, ή, i. q. παραφασία, vel παραιφασία.

πάρφασις, εως, ή, v. παραίφασις, παράφασις.

παρφέρομαι, pro παραφέρομαι.

πάρφυκτος, ον, pro παράφυκτος, (παραφεύγω) effugiendus, Pind.

παρώας, ου, ό, (παρωός) serpens cuprei coloris Aesculapio sacer, etiam παρωός et παρείας dictus. 2) equus ejusdem coloris.

παρῳδέω, f. ήσω, (παρῳδός) canticum vel carmen ad alterius imitationem compono, parodias scribo. 2) metaph. obiter commemoro, τί.

παρῳδή, ῆς, ή, canticum vel carmen ad alterius similitudinem compositum.

παρῳδία, ας, ή, idem. 2) quum alterius versus (jocose) in aliud argumentum transferuntur.

παρῳδικός, ή, όν, per parodiam factus. 2) qui crebro parodiis utitur. A praec.

παρῳδός, όν, (ᾠδή) juxta vel extra cantum. 2) canticum ad alterius similitudinem componens, parodias scribens. 3) παρῳδὰ αἰνίγματα, aenigmata rem occultantia, Eur.

παρωθεύω, i. q. παρωθέω, dub.

παρωθέω, f. παρωθήσω et παρώσω, (ὠθέω, irr.) averto, expello, ejicio: rejicio, aspernor, negligo, exturbo: plerumque in Medio.

παρωκεάνιοι, ων, οἱ, (ὠκεανός) Oceani accolae.

παρωκεανίτης, ου, ό, fem. -ῖτις, ίτιδος, ή, maritimus, litoralis. 2) qui est in litore Oceani.

παρωκεανιτικός, ή, όν, Oceanum accolens, maritimus. A pr.

παρωκεανῖτις, ιδος, ή, fem. a παρωκεανίτης, quae est in ora Oceani.

παρωλένιος, ον, (ὠλένη) qui ad brachia est, vicinus brachiis et ulnis.

παρώμαλος, ον, (παρά, ὁμαλός) adaequatus, fere aequalis.

παρωμίς, ίδος, ή, (ὦμος) humerale.

παρών, ῶνος, ό, genus navigii, Suid.

παρωνομασία, ας, ή, idem quod παρονομασία.

παρωνυμέω, (παρώνυμος) verbum ex alio duco s. formo. 2) cognomen do.

παρωνύμησις, ή, i. q. παρωνυμία.

παρωνυμία, ή, verbi origo ab alio (v. παρώνυμος), a quo formatur.

παρωνυμιάζω, παρωνυμίζω, f. σω, a verbo alio verbum duco, ut ξύλινον a ξύλῳ. A pr.

παρωνυμίασμα, τό, verbum ex alio ductum. 2) epitheton.

παρωνύμιον, ου, τό, cognomen, agnomen. A seq.

παρωνύμιος, ον, denominatione similis. A seq.

παρώνυμον, ου, τό, agnomen, praenomen. v. seq.

παρώνυμος, ον, (ὄνομα) denominativus, ab alio denominationem habens. παρώνυμα, denominativa, h. e. verba ab alio derivata, mutata terminatione, vel forma: ut ἀνδρεῖος est παρώνυμον τῆς ἀνδρείας.

παρωνυμέω, i. q. παρωνυμιάζω.

παρωνύμως, adv. denominative.

παρωνυχία, ας, ἡ, (παρά, ὄνυξ) abscessus ad unguis radicem natus, reduvia. 2) nomen herbae.

παρωνυχίς, ίδος, ἡ, idem et ex iisd.

παρωός, όν, item πάρωος et παρῷος, colorem habens inter cinereum et rufum, cupri colorem referens. cf. παρώας.

παρώπιαι, αἱ, (παρά, ὤψ) oculorum minores anguli versus tempora.

παρώπιον, ου, τό, oculare equorum. Ex iisd.

παρωπίς, ίδος, ἡ, idem et ex iisd.

παρωρεία, ας, ἡ, latus montium ad locum aliquem porrectorum. 2) montana regio. A seq.

παρώρειος, ον, (παρά, ὄρειος) ad latera montis situs, vel prope montem situs. cf. παρόρειος.

παρωρείτης, ου, ὁ, latera montis incolens. 2) ad montem positus. A pr.

παρωργισμένως, adv. (παροργίζομαι) iracunde, vehementer, concitate.

πάρωρος, ον, (ὥρα) intempestivus. 2) qui vigorem aetatis amisit.

παρωροφίς, ίδος, ἡ, (ὄροφος) pars subjecta fastigio, vel adjecta, ora tecti.

παρώτιον, ου, τό, (ὠτίον) ornamentum aurium. 2) oculi angulus externus versus aurem.

παρωτίς, ίδος, ἡ, (οὖς) tumor glandularum sub auribus.

παρωχημένος, ὁ, sc. χρόνος, tempus praeteritum, Gramm.

πάρωχρος, ον, (ὠχρός) subpallidus.

πᾶς, πᾶσα, πᾶν, genit. παντός, πάσης, παντός, gen. pl. πάντων, omnis, quivis, quilibet. Numeris additum est: ipse, omnino, admodum, ut δώδεκα πάντες, duodecim omnino, ipsi duodecim. 2) totus, universus. τὸ πᾶν, universum, totus mundus. b) summa rerum. c) adv. omni ex parte, omnino. 3) Praeterea notandae sunt hae formulae: διὰ παντός, omnino, plane: semper, sine intermissione. περὶ παντὸς ποιεῖσθαι, maxini facere, summam in aliqua re operam collocare. εἰς πᾶν ἀφικνεῖσθαι, summum periculum subire, in summum discrimen venire. ἐν παντὶ εἶναι s. γίνεσθαι, summo in periculo esse, maxima necessitate premi. πάντα γίγνεσθαι, omnes species induere, omnia fieri, Hom. τὰ πάντα dicitur is alicui esse, qui ab eo maxime diligitur s. amatur. ἐκ παντός, sc. τρόπου, quovis modo. εἰς πάντα, i. q. πάντως, omnino, prorsus. 4) in N. T. πᾶς, ponitur pro summus, maximus, ut πᾶσα χαρά, summum gaudium. 5) In compositis πᾶν habet vim superlativi.

πάσασθαι, inf. aor. a πατέομαι.

πασίαναξ, ακτος, ὁ, i. q. πάντανάξ, rex omnium.

πασίγνωστος, ον, (γιγνώσκω) manifestus, clarus, vulgo notus.

πασίδηλος, ον, i. q. πάνδηλος.

πασιθρύλλητος, ον, (θρυλλέω) omnibus notus, nisi rectius scribitur πᾶσι θρυλλητός.

πασιμέλουσα, ἡ, (μέλω) quae omnibus curae est; ita vocatur navis Argo Od. 12, 70. 2) omnibus nota, clarissima.

πᾶσις, εως, ἡ, (πάομαι) possessio.

πασιφανής, ές, i. q. παμφανής.

πασιφαής, ές, (φαίνομαι) omnibus conspicuus.

πασίφιλος, ίλη, ιλον, i. q. πάμφιλος.

πασπάλη, ης, ἡ, milium, item farina, pulvis, Aristoph. item res levis, vulgaris. vid. et παιπάλη.

πασσαγία, ἡ, pro πανσαγία, q. v.

πασσακίζω, (πάσσαξ) i. q. πασσαλεύω.

πασσαλευτός, ή, όν, adfixus. A seq.

πασσαλεύω, Att. πατταλεύω, f. εύσω, (πάσσαλος) palum seu clavum figo, palo s. clavo figo, adfigo.

πασσάλιον, ου, τό, idem quod seq.

πασσαλίσκος, ου, ὁ, claviculus ligneus, paxillus. *Dim.* a πάσσαλος.

πασσαλοκοπία, ἡ, (κόπτω) ipsa clavum figendi actio.

πάσσαλος, ὁ, Attice πάτταλος, pessulus, paxillus, palus, clavus. (a πήγνυμι, πήξω, παγῆναι, unde Latinum pango.)

πασσαλόω, clavis figo.

πάσσαξ, ακος, ὁ, rarior forma pro πάσσαλος, Ar. Ach. 763.

πάσσασθαι, Epice pro πάσασθαι, inf. aor. a πατέομαι.

πάσσοφος, ον, i. q. πάνσοφος.

πασσυδεί, πασσυδί, πασσυδίη, πασσυδίην, adv. p. πανσυδεί etc. Hinc

πασσυδιάζω, congrego.

πάσσω, Att. πάττω, f. πάσω, pf. pass. πέπασμαι, spargo, inspergo, cum liquida tum arida. 2) superinjicio, unde huc et illuc intexo, ut θρόνα, ἀέθλους, flores, certamina intexere s. floribus, certaminibus varie distinguere, Il. 3) conspergo, ut pulvere aliquem.

πάσσων, ον, gen. ονος, Compar. irreg. a παχύς, pro παχύτερος et παχίων, crassior, spissior, densior.

παστάς, άδος, ἡ, (πάσσω, intexo flores) thalamus, cubiculum. it. diaeta, coenaculum. 2) porticus, atrium.

παστέος, α, ον, spargendus. Adj. verb. a πάσσω.

πάστη, ης, ἡ, (πάσσω) jusculum farina mixtum seu conspersum.

παστόν, οῦ, τό, (πάσσω) velum variegatum, quod foribus thalami appendi solebat.

παστός, ή, όν, (πάσσω) conspersus aliqua re, ut sale.

παστός, ὁ, thalamus. 2) aedicula portatilis, in qua simulacrum dei vel deae.

παστοφορεῖον, vel παστοφόριον, ου, τό, pastophorium, aedicula dei vel deae portatilis. 2) thalamus, in quo habitat aedituus, sacerdos. 3) atrium templi. A seq.

παστοφόρος, ον, (παστός, φέρω) aedituus, gestans aediculam, παστόν.

πάσχα, τό, Pascha, transitus, indecl. Vox Chald.

πασχάζω, pascha celebro. A pr.

πασχαλικός, ή, όν, festorum observationi addictus. Ab eod.

πασχάλιος, ον, paschalis, ad pascha pertinens. Ab eod.

πασχητιασμός, οῦ, ὁ, appetitio coitus nefandi, turpis in Venerem pruritus. A seq.

πασχητιάω, cupio πάσχειν, sive obscoena pati. πασχητιῶν, pathicus. A seq.

πάσχω, f. πείσομαι, aor. ἔπαθον, pf. πέπονθα, patior: afficior vel affectus sum animo vel corpore, in utramque partem, bonam et malam. πάσχω τι, patior aliquid, accidit mihi aliquid, praesertim mali. εἴ τι πάθοιμι, si quid mihi acciderit, si forte moriar. τὸ αὐτὸ πάσχω τινί vel τό τινος πάσχω, idem patior atque alius, idem mihi accidit atque alteri. τί πείσομαι vel τί πάθω; quid mihi accidet? quid tandem de me fiat? (falso redditur: quid faciam?) τί παθών; quare? cf. μανθάνω, 5. 2) Addito adverbio vel substantivo vis verbi πάσχειν accuratius definitur, ut κακῶς πάσχειν, male se habere. κακῶς πάσχειν ὑπό τινος, mala perpeti ab aliquo. Plane ita dicitur ἄλγεα, κακά, αἰνά, λυγρά, κήδεα, πήματα, ἀέθλους, ἀεικέλια ἔργα πάσχειν, Hom. b) εὖ πάσχειν, bene se habere, fortunatum esse. εὖ πάσχειν ὑπό τινος, beneficiis affici ab aliquo: sic ἀγαθά, εὐδαίμονα πάσχειν. 3) aliquo modo affectus sum, animo commoveor; ὁ πάσχων, animo commotus. ὁ μὴ πάσχων, tranquillus. πάσχειν τι πρός τινα vel ἐπί τινα, affectu aliquo, ut amore, misericordia, tangi erga aliquem. 4) Stoicis πάσχειν est omnino affici a rebus externis; hinc i. q. opinor, puto, seq. ὅτι, Arr. Epict. 1, 28. 3, 13.

παταγεῖον, ου, τό, (πατάσσω) clavus qui in materiam incuditur. 2) clavus qui vesti immittitur.

παταγέω, f. ήσω, (πάταγος) strepo, strepito, fragorem edo, strido, perstrepo.

παταγή, ῆς, ἡ, fremitus, plausus.

πατάγημα, ατος, τό, (παταγέω) strepitus, de garrulo.

παταγητικός, ή, όν, strepitans, turbulentum sonum edens.

παταγόδρομος, ον, (δρόμος) strepitum edens inter currendum, cum strepitu currens.

πάταγος, ου, ὁ, (πατάσσω) fragor, strepitus, crepitus.

Πάταικοι, οἱ, Pataeci, dii navigantium apud Phoenices, Hdt. 3, 37.

πατάνη, ἡ, et πάτανον, τό, *Dimin.* πατάνιον et πατάνιον, τό, patina, patella.

πατάσσω, f. ξω, cum strepitu palpito, vehementer palpito. 2) percutio, pulso, ferio. πεπαταγμένος, perf. part. percussus.

πάταχνον, ου, τό, instrumentum coquinarium, sartago.

πάτελλα, ης, ἡ, patina, Gl. Vet. Voc. Lat.

πατέλλιον, ου, τό, Dim. a praec.

πατελλοχαίρων, οντος, ὁ, (πάτελλα, χαίρω) qui pateris gaudet.

πατέομαι, aor. ἐπασάμην, pf. πέπασμαι, comedo, edo.

πατερίζω, f. ίσω, (πατήρ) patrem nomino, voco, seu appello.

πατέριον, ου, τό, paterculus, *Dim.* a πατήρ.

πατέω, f. ήσω, (πάτος) calco, conculco, protero. 2) contemtui habeo, contumelia afficio, opprimo. 3) tero, ut librum, verso manu, ut Ὅμηρον πεπάτηκας. 4) intr. eo, vado, incedo.

πάτημα, ατος, τό, quod calcatur, calcatum. 2) homo protritus et oppressus. 3) gressus, vestigium. A pr.

πατήρ, gen. πατρός, poet. πατέρος, ὁ, pater, genitor, parens, auctor. οἱ πατέρες, parentes: majores, avi et proavi: patria, stirps.

πατησμός, οῦ, ὁ, (πατέω) conculcatio.

πατητήριον, ου, τό, torcular.

πατητής, οῦ, ὁ, calcator.

πατητός, ή, όν, calcabilis, calcatus.

πάτος, ὁ, calcata et trita via. 2) gressus, incessus. 3) lutum, coenum: pulvis

corpori adhaerens, sordes corporis.

πάτρα, ἡ, Ion. πάτρη, (πατήρ) generatio ex eodem patre, familia, Pind. 2) i. q. πατρίς, patria.

πατραγαθία, ας, ἡ, (ἀγαθός) patris aut patrum strenuitas et fortitudo.

πατραδελφεός, ὁ, poet. p. πατράδελφος, Pind.

πατραδέλφη, ης, ἡ, amita.

πατραδελφία, ἡ, conjunctio generis inter πατραδέλφους. A seq.

πατράδελφος, ου, ὁ, patris frater, patruus. πατραδελφεός, Pind.

πάτραθε, adv. Dor. p. πάτρηθε.

πατραλοίας, et πατραλῴας, gen. α et ου, ὁ, (πατήρ, ἀλοιάω) patris percussor, patricida.

πάτρη, ης, ἡ, patria, Ion. pro πάτρα.

πάτρηθι et πάτρηθεν, adv. i. q. ἐκ πάτρης, e patria. 2) e familia, ex genere.

πατριά, ᾶς, ἡ, (πατήρ) familia, coetus eorum, qui communem patrem familias habent, tribus, genus, progenies. 2) origo generis, generatio.

πατριάζω, f. άσω, (πάτριος) mores paternos imitor.

πατριαρχεῖον, ου, τό, patriarchae domus. A seq.

πατριάρχης, ου, ὁ, (πατριά et ἄρχω, s. ἀρχή) patriarcha, auctor generis.

πατριαρχία, ας, ἡ, principium generis. 2) patriarchatus.

πατριαρχικός, ή, όν, ad patriarchas pertinens. A pr.

πατρίδιον, ου, τό, paterculus, Dim. a πατήρ.

πατρίκιος, ὁ, patricius, ap. Rom.

πατρικός, ή, όν, paternus, patrius.

πατρικότης, ητος, ἡ, paternitas. A praec.

πατρικῶς, adv. more patris, adfectu paterno, paterna benevolentia.

πάτριος, ία, ιον, Atticis frequenter duarum term. (πατήρ) patrius, a patre vel a majoribus traditus. τὰ πάτρια, mores, instituta majorum. (V. πατρῷος.)

πατρίς, ίδος, ἡ, proprie fem. a πάτριος, paterna, sc. γῆ, ἄρουρα. 2) Subst. patria.

πατρίως, adv. (πάτριος) more majorum.

πατριώτης, ου, ὁ, (πάτριος) popularis, conterraneus, indigena.

πατριωτικός, ή, όν, ad tribules pertinens.

πατριῶτις, ιδος, ἡ, *Fem.* a πατριώτης, popularis, conterranea. π. γῆ, patria.

πατροδώρητος, ον, (δωρέω) a patre donatus, vel datus.

πατρογένειος, ὁ, epith. Neptuni, ut videtur i. q. seq.

πατρογενής, ές, (γένος) qui est patrii generis. 2) patrius, πατρογενεῖς θεοί, i. q. πατρῷοι, Soph. Ant. 938.

πατρόθεν, adv. (πατήρ) a patre.

πατροκασίγνητος, ου, ὁ, patris frater, patruus.

πατροκίνητος, ον, (κινέω) a patre motus. (ῑ)

πατροκτονέω, (πατροκτόνος) parricida sum.

πατροκτονία, ας, ἡ, parricidium.

πατροκτόνος, ον, (κτείνω) parricida, patris interfector vel interfectrix. Singulari ratione Euripides Iph. T. 1083. dixit χεὶρ πατροκτόνος, manus patris caedem perpatrans.

πατρόκτονος, ον, a patre interfectus.

πατρολέτωρ, ορος, ὁ, (ὄλλυμι) parricida.

πατρομήτωρ, ορος, ὁ, (μήτηρ) avus maternus; ἡ, avia materna.

πατρομύστης, ου, ὁ, (μύστης) pater mystarum Bacchi.

πατρονομέομαι, (πατρονόμος) patris imperio regor.

πατρονομία, ας, ἡ, (πατρονόμος) munus πατρονόμου. 2) imperium paternum.

πατρονομική, ῆς, ἡ, sc. ἐπιτροπή, gubernatio paterna.

πατρονόμος, ου, ὁ, (νέμω) qui tanquam pater res administrat. 2) nomen magistratus, ad quem rerum cura, quae quodammodo paterna erat, pertineret; apud Lacedaemonios.

πατροπαράδοτος, ον, (παραδίδωμι) a patre traditus. 2) a majoribus traditus.

πατροπάτωρ, ορος, ὁ, paternus avus.

πατρόπολις, gen. εως, ἡ, patria, et domus paterna, ut πάτρα.

πατροῤῥαίστης, ου, ὁ, (ῥαίω) patricida.

πατροστερής, ές, (στερέω) patre privatus, orbus.

πατρότης, ητος, ἡ, (πατήρ) paternitas.

πατροτύπτης, ου, ὁ, (τύπτω) patrem verberans.

πατροτυψία, ἡ, verberatio patris.

πατροῦχος, ον, (ἔχω) patris bona habens seu possidens. Inprimis παρθένος πατροῦχος, ἡ, puella ad quam integra pervenit hereditas paterna, Hdt. 6, 57. eadem quae Dorice πάμωχος, Attice ἐπίκληρος vocatur.

πατροφονεύς, έως, poet. ῆος, ὁ, parricida. 2) qui alterius patrem interficit.

πατροφόνος, ον, idem

πατροφόντης, ου, ὁ, patris interfector.

πατρυιός, οῦ, ὁ, (πατήρ) vitricus.

πατρυός, ὁ, i. q. πατρυιός.

πατρῴζω, f. ώσω, (πατρῷος) patrisso, patris mores imitor. cf. πατριάζω.

πατρώϊος, ΐη, Dor. ΐα, ϊον, poet. p. πατρῷος, q. v.

πάτρων, ωνος, ὁ, patronus. Vox Lat.

πατρωνία, ας, ἡ, patronatus, patrocinium. A praec.

πατρωνεύω, patrocinor.

πατρωνικός, ή, όν, ad patronum pertinens.

πατρωνυμέω, (πατήρ, ὄνομα) nomen a patris nomine facio.

πατρωνυμία, ας, ἡ, nomen a patris nomine factum.

πατρωνυμικός, ή, όν, a patre denominatus. A praec.

πατρωνυμικῶς, adv. nomen a patris nomine ducendo vel ducto.

πατρωνύμιος, ον, paternus, a patre cognominatus.

πατρῷος, ῴα, ῷον, Attice ῷος, ῷον, poet. πατρώϊος, (πατήρ) paternus, patrius, avitus. πατρῷοι θεοί, dii patrii. - Differunt πατρῷος, πάτριος et πατρικός ita, ut plerumque πατρῷος dicatur de iis rebus, quae a patribus ad filios hereditate perveniunt, agris nimirum et bonis; πάτριος de iis quae patribus in usu erant, moribus, legibus, institutis; πατρικός denique praesertim de amicitia vel inimicitia a patribus accepta. (Media vocis πατρῷος syllaba ab Atticis poetis interdum corripitur.)

πατρωός, ὁ, i. q. πατρωιός, vitricus.

πάτρως, ὁ, gen. ωος et ω, acc. ωα et ων, plur. πάτρωες, (πατήρ) patruus. 2) sensu latiori, genere propinquus, affinis.

πατταλεύω, Att. p. πασσαλεύω, clavo, paxillo firmo, pango. A seq.

πατταλίαι, οἱ, cervi, quorum cornua πασσάλου speciem gerunt, i. e. quibus cornua enasci incipiunt, subulones; ap. Aristot.

πάτταλος, ὁ, Att. p. πάσσαλος, palus, paxillus.

παῦλα, ης, ἡ, (παύομαι) cessatio, quies, finis. 2) clausula.

παυράκις, adv. (παῦρος) idem quod ὀλιγάκις.

παυράς, άδος, Fem. poet. a παῦρος pro παύρα.

παυρίδιος, ία, ιον, poet. p. παῦρος, Hes. op. 133. Adv. παυρίδιον, paullulum, pauxillum.

παυροεπής, ές, (παῦρος, ἔπος) paucíloquus.

παῦρος, παύρα, παῦρον, parvus, brevis. 2) in plur. pauci.

παυσάνεμος, ον, (παύω, ἄνεμος) ventos sedans seu placans.

παυσανίας, ου, ὁ, (ἀνία) dolorum mitigator. 2) nomen proprium viri, Pausanias.

παυσικάπη, ης, ἡ, (κάπτω) capistrum pabulo arcens jumenta, item servos pinsentes etc.

παυσίλυπος, ον, (λύπη) maerorem sedans.

παυσίνοσος, ον, (νόσος) morbo medens.

παυσινύσταλος, ον, (νύσταλος) dormitionem reprimens.

παυσίπονος, ον, (πόνος) a labore recreans.

παῦσις, εως, ἡ, (παύω) cessatio, requies. 2) finitio, mitigatio: interdictum.

παυστέος, έα, έον, Adj. verb. a παύω, finiendus.

παυστήρ, ῆρος, ὁ, (παύω) sedator, qui finem imponit.

παυστήριος, ον, sedandi vim habens. τὰ παυστήρια, septa, obices. A pr.

παυστικός, ή, όν, (παύω) idem.

παυσώδυνος, ον, (ὀδύνη) dolorem sedans.

παυσωλή, ῆς, ἡ, cessatio, requies, sedatio. A seq.

παύω, f. παύσω, pf. pass. πέπαυμαι, fut. med. Att. πεπαύσομαι, Soph. Ant. 91. Piers. Moer. p. 293. aor. med. ἐπαυσάμην, aor. pass. ἐπαύσθην, Ion. ἐπαύθην, desinere facio, finem impono, finio, cessare seu desistere facio: reprimo, coërceo, sedo: mitigo, lenio, παύειν τι, finire aliquid. παύειν τινά τινος, facere, ut aliquis desistat ab aliqua re. παύειν τινά, interficere, Od. 20, 274. Verba adduntur in particip., ut παύσω σε λαλοῦντα, faciam, ut desinas loqui: apud Homerum tamen et Herodotum sequitur etiam inf. Il. 11, 442. Hdt. 5, 67. 7, 54. Pass. et Med. desino, cesso. b) desisto aliqua re, τινός. c) Verba hic quoque adjunguntur in particip., ut ὅτε παύσαιτο νεκιχεύων, Il. 22, 502. - Usus passivi et medii ita differt, ut hoc ponatur, quum quis sua sponte, illud contra, quum coactus ab alio facere aliquid desinit. Epici etiam activo utuntur vi intransitiva desinendi, Od. 4, 659. Hes. sc. 449. Attici sic nonnisi in imperat. praes. παῦε, desine, quiesce, Ar. Ran. 122. 269. 580.

παφλάζω, f. άσω, (φλάζω) ferveo, aestuo, proprie et tropice. 2) balbutio, blatero, garrio.

πάφλασμα, ατος, τό, fervor, aestuatio,

aestus. 2) strepitus, quem aestuans mare edit. A praec.

παχετος, τό, (παχύς) poet. p. πάχος, crassitudo. 2) πάχετος, ον, Compar. irr. a παχύς pro παχύτερος, Od. 8, 187.

πάχνη, ης, ἡ, (πήγνυμι) pruina, gelu, stiria, glacies. 2) horror.

παχνήεις, ήεσσα, ῆεν, pruinosus. A praec.

παχνίζω, (πάχνη) unde impers. παχνίζει, ἐπάχνιζε, oritur pruina, gelascit.

παχνόω, f. ώσω, gelu constringo, conglacio, congelo: pruina tego. 2) trop. horrore percello, horrere facio. 3) condenso, ut πήγνυμι.

παχνώδης, ες, pruinosus, glacialis.

πάχος, εος, τό, (παχύς) crassities, crassitudo. 2) densitas.

παχύαιμος, ον, (αἷμα) crassum sanguinem habens.

παχυδάκτυλος, ον, (δάκτυλος) crassos habens digitos.

παχύδενδρος, ον, (δένδρον) densis arboribus consitus.

παχυδερμέω, (παχύδερμος) occallesco, crassam duramque pellem habeo.

παχυδερμία, ας, ἡ, cutis crassities. A seq.

παχύδερμος, ον, (παχύς, δέρμα) crassam pellem seu cutem habens. 2) fatuus seu stupidus.

παχύθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, (θρίξ) qui crassos pilos habet.

παχυκάλαμος, ον, crasso adsurgens calamo seu culmo.

παχυκάρδιος, ον, (καρδία) brutus, stolidus, tardus, hebes, stupidus.

παχύκαυλος, ον, qui crasso seu denso caule est.

παχύκνημος, ον, (κνήμη) cui sunt pingues surae.

παχυλός, ή, όν, (παχύς) crassus, hebes mente, stupidus.

παχυλῶς, adv. crasse, crassa Minerva.

παχυμερής, ές, (μέρος) crassus, confectus in partes rudiores.

παχυμέρεια, ας, ἡ, crassitudo. A praec.

παχυμερῶς, adv. (παχυμερής) crasse, crassa Minerva. παχυμερέστερον, rudius, crassiore Minerva. Compar. ab eod.

παχυνευρέω, f. ήσω, crassos habeo nervos.

παχύνοος, ον, contr. παχύνους, ουν, (νόος, νοῦς) stupidus, crasso ingenio praeditus.

παχύνος, ον, poet. p. παχύνοος.

* πάχυνσις, εως, ἡ, (παχύνω) condensatio.

παχυντικός, ή, όν, vim habens reddendi crassum.

παχύνω, f. υνῶ, (παχύς) crassum reddo, obesum reddo, sagino, pinguefacio. παχύνομαι, pinguesco: stupidus sum (⏑‒‒)

παχύπους, οδος, ὁ, ἡ, cui pedes tument.

παχύραβδος, ον, (ῥάβδος) crassam virgam habens. Rectius παχύρραβδος.

πάχυριν, ινος, ὁ, ἡ, qui nasum habet crassum. Rectius παχύρριν.

παχύρριζος, ον, (ῥίζα) cui crassa est radix.

παχύρρυγχος, ον, (ῥυγχός) crassum habens rostrum.

παχύς, εῖα, ύ, (πήγνυμι) crassus, spissus, densus. 2) crassus, i. e. pinguis, obesus. 3) stupidus, hebes, tardus. 4) rudis, vilis, de veste et supellectili. 5) opulentus, dives. 6) gravis, robustus. παχύτερος, παχύτατος, compar. et superl.

παχυσκελής, ές, (σκέλος) qui crura crassa habet.

παχυσμός, οῦ, ὁ, (παχύνω) crassitudo. 2) virilis et florentis aetatis robur, Hippocr.

παχυστομέω, (παχύστομος) crasso ore loquor, crassa pronuncio.

παχυστομία, ας, ἡ, os crassum, crassa pronunciatio.

παχύστομος, ον, (στόμα) qui crasso ore est. 2) qui crasse loquitur.

παχύτης, ητος, ἡ, (παχύς) crassitudo, crassities, corpulentia, obesitas, pinguedo. 2) tarditas ingenii et stupor.

παχύτριχος, ον, παχύθριξ.

παχύφλοιος, ον, crassum corticem habens.

παχύφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) stupidus, tardus.

παχύφυλλος, ον, (φύλλον) crassa habens folia.

παχύχειλος, ον, crassa habens labra, labeo.

παχύχυμος, et παχύχυλος, ον, crassum succum habens.

* πάω, thema inusitatum vide * πάομαι et πατέομαι.

πάώτης, ου, ὁ, Laconice pro παός, πηός, propinquus.

πέδα, Dor. et Aeol. pro μετά, Pind. P. 5, 47. Scribitur etiam πεδά, Herm. de em. gr. gr. d. 105. de inscriptt. Boeckhianis p. 76. cf. Valck. Phoen. 1034. Koen. ad Grammat. Leidens. post Gregor. Cor. p. 638. ed. Schaef.

πεδάᾳ, 3 sing. praes. Ep. p. πεδᾷ a πεδάω, Od. 3, 380. 469.

πεδάασκον, impf. Ep. et Ion. a πεδάω, Od. 23, 353.

πεδάγρετος, ον, Dor. p. μετάγρετος, (ἀγρέω) reprehensus e fuga a persequentibus.

πεδαίρω, Dor. p. μεταίρω, in sublime effero, vel eveho.

πεδαίχμιος, ον, Dor. pro μεταίχμιος, Aeschyl.

πεδάμαρος, ον, v. πεδάορος.

πεδαμείβω, Dor. p. μεταμείβω.

πεδανός, ή, όν, (πέδον) humilis, a terra seu solo vix adsurgens, parvus. 2) levis, mollis.

πεδάορος, ον, Dor. p. μετήορος, Aesch. Choeph. 586. ex emendatione Stanleji pro πεδάμαροι, quod ab ἦμαρ derivantes idem esse volunt atque μεθημέριοι. Egregie fallitur recentissimus editor πεδάμεροι scribendo contra analogiam.

πεδάρσιος, ον, Dor. p. μετάρσιος.

πεδαυγάζω, Dor. p. μεταυγάζω.

πέδαυρος, ον, Aeolicum esse dicitur a Brunckio ad Sapphonis fr. 3. post Anacr. p. 63. pro μετέωρος. Sed admodum lubrica et incerta est illa emendatio, ut patet ex genuina illius fragmenti scriptura ap. Stob. Tit. IV. 12. p. 106. ed. Lips. cf. Blomfield in Museo crit. Cant. fasc. I. sive in Gaisf. poet. min. Tom. III. p. 299. Lips.

πεδάφρων, ον, gen. ονος, Doricum creditur pro μετάφρων, sed est f. l. Pind. P. 8, 103. ubi v. Boeckh.

πεδάω, f. ήσω, (πέδη) compedibus adstringo, illigo, irretio.

πεδαωρίστης, οῦ, ὁ, Dor. p. μετεωριστής, equus ferociens, qui se e terra elevat et superbe incedit.

πεδεινός, ή, όν, (πέδον) campester, planus, dub.

πεδέρχομαι, Dor. p. μετέρχομαι.

πεδέχω, Dor. p. μετέχω.

πεδέω, contr. πεδῶ, Ion. p. πεδάω.

πέδη, ης, ἡ, pedica, compes. 2) species quaedam ἱππασίας; ap. Xenoph.

πεδήορος, ον, Dor. p. μετέωρος.

πεδητής, οῦ, ὁ, (πεδάω) qui compedibus adstringit.

πεδητός, ου, ὁ, (πεδάω) pedibus adstrictus, vinctus.

πεδιαῖος, αία, αῖον, (πεδίον) qui in locis planis et campestribus moratur. De πεδιαίοις Atheniensium v. Thuc. 2, 55.

πεδιακός, ή, όν, campester.

πεδιάς, άδος, ἡ, fem. poet. a πέδιος, i. q. πεδινός, campester. Hinc λόγχη πεδιάς, i. q. ἡ ἐν τῷ πεδίῳ βαλλομένη, i. e. pugna in campo cum militum gregariorum copiis, sive in campo instructa acies, Soph. Tr. 1058. 2) Subst. sc. γῆ, i. q. πεδίον, campus, planities.

πεδιάσιος, ον, (πεδιάς, 2.) i. q. πεδιαῖος, planitiem habitans.

πεδιεινός, ή, όν, (πεδίον) campester, Plat. legg. 4. p. 704. D. ex rec. Bekkeri.

πεδιεύς, έως, ὁ, i. q. πεδιαῖος.

πεδιήρης, ες, (ἄρω) campester, Aesch. Pers. 564.

πέδιλον, τό, (πέδη) i. q. ὑπόδημα, solea. 2) calceus. 3) pedica, compes, Theocr. 25, 103. 4) trop. lex rhythmi, metrum, Pind. O. 3, 9.

πεδινός, ή, όν, (πεδίον) campester, planus. 2) in planitie vivens, planitiem habitans.

πεδιόθεν, adv. (πεδίον) e planitie, e terra, ex agris.

πέδιον, ου, τό, Dimin. a πέδη, parvum vinculum.

πεδίον, ου, τό, (πέδον) campus, planities. 2) pars superior pedis, cui subjacent digiti.

πεδίονδε, adv. in campum, Hom.

πεδιονόμος, ον, (πεδίον, νέμομαι) qui in campis pascitur, campos habitans, paganus.

πεδιοπλόκτυπος, ον, (πεδίον, ὅπλα, κτύπος) armis strepitum in campo ciens, i. e. pugnans, ad pugnam pertinens, Aesch. Sept. 83. Alii vocem ortam censent ex ὁπλή, ut sit π. βοή, strepitus ab equorum ungulis campum quatientibus ortus.

πέδιος, ον, i. q. πεδιαῖος, valde dub.

πεδοβάμων, ονος, ὁ, ἡ, Dor. p. πεδοβήμων, (πέδον, βαίνω) reptilis, terra incedens; oppon. volatilis. (ᾱ)

πεδόεις, όεσσα, όεν, (πέδον) solo adhaerens, solo similis.

πεδόθεν, adv. e solo, seu e terra.

πέδοι, vulgo πεδοῖ, adv. in solum, in terram, Aesch. Prom. 280. Priorem scribendi rationem veram probat Herodianus ap. Joan. Alex. MS. in Poetis gr. minor. T. I. p. VII. ed. Lips.

πεδοικέω, Dor. p. μετοικέω.

πέδοικος, ον, Dor. p. μέτοικος.

πεδοκοίτης, ου, ὁ, (κοίτη) humi jacens, humi lectum habens.

πέδον, ου, ὁ, solum, terra, humus.

πέδονδε, adv. in solum, in terram, per campum.

πεδόσε, adv. i. q. πέδονδε, Eur.

πεδοσκαφής, ής, (σκάπτω) in solo vel in terra defossus.

πεδοστιβής, ές, (στείβω) solum seu terram calcans, pedester. 2) humi stratus.

πεδοτρεφής, ές, (τρέφομαι) in solo seu in terra nutritus.

πεδοτριβής, ές, (τρίβω) solum atterens, i. e. frequenter calcans.

πεδότριψ, βος, ὁ, ἡ, (πέδη, τρίβω) qui diu in vinculis fuit, compedum tritor.

πέδων, ωνος, ὁ, (πέδη) servus compedibus adstrictus.

πέζα, ης, ἡ, malleolus pedis, planta pedis aut ima planta. 2) limbus in vestimento, instita, quae extremam vestis oram ambit et ornat. 3) aliarum etiam rerum extremitates, ut ripa, ora maritima, litus.

πεζακοντιστής, οῦ, ὁ, (πεζός, ἀκοντιστής) pedes jaculator.

πέζαρχος, ου, ὁ, (ἄρχω) peditum praefectus.

πεζέμπορος, (ἔμπορος) qui terra mercaturam exercet, qui negotiationem tractat terrestrem.

πεζέταιροι, οἱ, (ἑταῖροι) milites quidam apud Macedonas praecipuae fortitudinis, apud Demosth.

πέζευμα, ατος, τό, (πεζεύω) peditatus.

πεζευτικός, ή, όν, qui pedibus iter facere potest: qui gradiendo fit. A seq.

πεζεύω, f. εύσω, (πεζός) pedibus iter facio, pedes sum, gradior. 2) facio iter terrestre.

πεζῇ, adv. (proprie dat. fem. a πεζός) pedestri aut terrestri itinere, terra, pedibus. 2) pedestri aut terrestri praelio. 3) prosa oratione.

πεζικός, ή, όν, pedester. Hinc τὸ πεζικόν, οῦ, peditatus, exercitus terrestris.

πεζίς, ίδος, ἡ, idem quod πέζα n. 2.

πεζίτης, ου, ὁ, (πεζός) pedes, pedester.

πεζοβατέω, (πεζός, βαίνω) pedibus iter facio, pedibus gradior.

πεζοβόας, οῦ, ὁ, (βοή) pedes, qui pedestrem pugnam committit.

πεζογραφέω, pedestri oratione scribo. A seq.

πεζογράφος, ον, (πεζός, γράφω) pedestris orationis scriptor, qui aliquid oratione soluta scribit.

πεζοθηρία, ας, ἡ, (θήρα) venatio animalium terrestrium.

πεζοθηρικός, ή, όν, ad terrestrium animalium venationem pertinens. A pr.

πεζολεκτέω, oratione prosaica utor. A seq.

πεζολέκτης, ου, ὁ, (λέγω) qui prosa oratione utitur, scriptor sermonis pedestris.

πεζολογέω, i. q. πεζολεκτέω.

πεζολογία, ἡ, orationis solutae usus.

πεζολογικῶς, adv. soluta oratione.

πεζολόγος, ον, (λέγω) historicus, qui oratione soluta utitur.

πεζομαχέω, f. ήσω, (πεζομάχος) pugnam pedestrem committo.

πεζομάχης, ου, ὁ, idem quod πεζομάχος.

πεζομαχία, ας, ἡ, pugna pedestris seu terrestris. A seq.

πεζομάχος, ον, (πεζός, μάχομαι) qui pedestri praelio certat.

πεζονομικός, ή, όν, (νομή) peritus pascendorum animalium pedestrium. πεζονομική, ἡ, sc. τέχνη, ars pascendi animalia.

πεζονόμος, ον, (νέμω) pedester, Aesch. Pers. 75.

πεζοπορέω, f. ήσω, pedibus incedo, seu iter pedestre facio. A seq.

πεζοπόρος, ον, (πορεύω) pedes, qui pedibus iter facit.

πεζός, ή, όν, (πέζα, πέδον, πούς) pedes, pedester. 2) terrester. τὸ πεζόν, exercitus pedester. (sicuti Latini quoque dicere solent pro terrester.) 3) de sermone, pedester, i. e. prosaicus, solutus. πεζὸς λόγος, prosa oratio. cf. πεζῇ.

πεζοφανής, ές, (φαίνομαι) prosae orationi similis.

πεζοφόρος, ον, (φέρω) limbum habens, fimbriatus.

πεζῶς, adv. (πεζός) pedestri oratione.

πεῖ, Dor. p. ποῦ et πῇ.

πειθανάγκη, ης, ἡ, (πειθώ, ἀνάγκη) suasio necessitatem imponens, ut principum et potentum.

πειθανός, πειθανολογία, al. f. l. p. πιθαν. etc.

πειθάνωρ, ορος, ὁ, ἡ, Ion. πειθήνωρ, (πείθομαι, ἀνήρ) viro obediens, Aesch. (ᾱ)

πειθαρχέω, f. ήσω, (πείθαρχος) pareo, obedio, obsequor, morem gero magistratui, seu ei, cujus in potestate sum.

πειθάρχησις, ἡ, i. q. πειθαρχία.

πειθαρχία, ας, ἡ, obedientia.

πειθαρχικός, ή, όν, qui facile paret, promtus ad parendum. A praec.

πείθαρχος, ον, (πείθομαι, ἀρχή) obediens, parens, τινί.

πείθημι, Aeol. p. πείθω, Sappho.

πειθήμων, ον, gen. ονος, (πείθομαι) moriger, obsequens. 2) fidelis, credens. 3) persuadendi vim habens.

πειθήνιος, ον, (πείθομαι, ἡνία) freno obediens, ad obsequium promtus.

πειθός, pro πιθανός, persuasorius, in N. T. 1. Cor. 2, 4. πειθοῖς λόγοις. alii legendum esse existimarunt, πειθοῖ (dat. a πειθώ) καὶ λόγοις ut Alberti ad Glossaria graeca N. T.)

πείθω, f. πείσω, aor. 2. ἔπιθον, inf. Ep. πεπιθεῖν, pf. 1. πέπεικα, pf. 2. πέποιθα, persuadeo, oratione flecto, impello ad rem aliquam faciendam, suadeo, persuadere conor, doceo. πείθειν τινά τι, persuadere alicui aliquid. πείθειν τινά, sibi aliquem conciliare, etiam malis artibus, pecunia: unde et corrumpo. — Med. et Pass. πείθομαι, persuadeo mihi, credo: obedio, pareo, τινί. Perf. 2. πέποιθα, credo, confido, τινί.

πειθώ, όος, contr. οῦς, ἡ, suada, suadela, persuadendi vis. 2) oratio ad persuadendum composita: institutum et consilium persuadendi. 3) persuasio. 4) obsequium, obedientia. A praec.

πείκω, f. ξω, Epice p. πέκω, pecto vel carmino, carpo. 2) tondeo.

πεῖν, forma vulgaris pro πιεῖν, πίνειν, pro qua reperitur etiam πῖν, vide Iacobs. ad Anth. Pal. p. 684.

πεῖνα, ἡ, Ion. et Ep. πείνη, fames, esuritio. (Radix πένομαι, πένης, πενία.)

πειναλέος, έα, έον, famelicus, qui esurit.

πεινατικός, ή, όν, idem. A seq.

πεινάω, contr. πεινῶ, ῇς, ῇ, inf. πεινῆν, fut. ήσω, rarius άσω, (--) (πεῖνα) esurio, fame premor. 2) appeto, cupidus sum, desidero, c. gen. χρημάτων, Xen. 3) inops sum. — Inde ab Aristotelis tempp. usurpantur etiam formae legitimae πεινᾷς, πεινᾷ, πεινᾶν. (α praesentis longum.)

πεινέω, Ion. pro πεινῶ, idem et ab eod.

πείνη, ἡ, Ion. et Ep. p. πεῖνα, Od. 15, 407. eadem forma extat etiam aliquoties apud Platonem.

πεινήμεναι, inf. Ep. a πεινάω, p. πεινῆν.

πεινητικός, ή, όν, famem sentire solitus, vel famem excitans.

πειόλης, ου, ὁ, (πέος) i. q. πεώλης.

πεῖρα, ας, ἡ, (πειράω) experimentum, documentum. 2) conatus, periculum, it. nocendi occasio. 3) appellatio de stupro aut alio tali turpi facinore. 4) sensus alicujus rei, usus in partem deteriorem: unde et de incommodis dicitur. 5) profectio, via.

πειρά, ᾶς, ἡ, (πείρω) cuspis vel acies gladii. (ᾱ)

πειράζω, f. άσω, (πεῖρα) tento, exploro, periculum facio, captiose tento, tento sollicitando ad aliquod scelus, in primis stuprum. πειράζομαι, tentor, ad scelus aliquod sollicitor.

Πειραιεύς, ὁ, Piraeeus, portus Atticae. Gen. Πειραιέως, Πειραιῶς. Acc. Πειραιᾶ.

Πειραϊκός, ut Πειραϊκαὶ πύλαι, Piraeeae portae.

πειραίνω, f. ανῶ, (πεῖραρ) necto, connecto. 2) finio, ut περαίνω.

Πειραιόν, τό, i. q. Πειραιεύς.

πείρᾱμα, ατος, τό, (πειράω) tentamentum.

πεῖραρ, ατος, τό, poet. p. πέρας, finis, terminus, extremum. 2) eventus, finis rei gestae. 3) extremum, summum, cardo rei. 4) active, id quo perficitur aliqua res, πείρατα τέχνης, instrumenta artem perficientia, Od. 3, 433.

πεῖρας, ατος, τό, poet. p. πέρας, i. q. πεῖραρ, Pind.

πείρᾱσις, εως, ἡ, (πειράω) tentatio, sollicitatio. 2) conatus.

πειρασμός, οῦ, ὁ, (πειράζω) tentamentum. 2) tentatio.

πειραστής, οῦ, ὁ, tentator.

πειραστικός, ή, όν, tentandi peritus, tentandi vim habens. 2) qui inani conatu utitur.

πειραστικῶς, adv. tentandi caussa, per tentationem.

πειρᾱτεία, ας, ἡ, (πειρατεύω) piratica.

πειρᾱτεύω, f. εύσω, (πειρατής) piraticam exerceo, naves in mari capio, praedor.

πειρᾱτήρ, ῆρος, ὁ, forma rarior p. πειρατής.

πειρᾱτηρία, ας, ἡ, Ion. πειρητηρίη, ης, ἡ, (πειράω) tentatio, qua alicujus rei periculum et experimentum facimus.

πειρᾱτήριον, ου, τό, (πειρατής, πειράω) sedes piratarum. sc. οἴκημα. 2) praedonum multitudo, agmen praedonum s. latronum, sc. πλῆθος. 3) experimentum, tentamentum, tentatio. sc. ἐγχείρημα. 4) locus tentationum.

πειρᾱτής, οῦ, ὁ, (πειράω) praedo marinus, pirata. ὁ πειρᾱτήρ, ῆρος, forma rarior. Dicitur autem a πειράω, quia tentat naves, periculi ergo eas aggreditur, sintne pares resistendo, nec ne.

πειρᾱτικός, ή, όν, piraticus, ad piratas seu praedones marinos pertinens. A praec.

πειράω, f. άσω, (ᾱ) Ion. et Ep. ήσω pf. pass. πεπείρᾱμαι, aor. med. ἐπειρασάμην aor. pass. ἐπειράθην, (ᾱ) conor, nitor,

tento, experior, periculum facio, c. inf. ut c. gen. pers. tento aliquem: sollicito, attento. it. c. acc. ut κόρην, γυναῖκα πειρᾶν, tentare, de stupro appellare. πειρᾶν τὴν θάλατταν, piraticam exercere, Lyc. 3) raro intr. fortunam experior, Hom. h. Merc. 135. — Med. periculum facio, sequente inf. vel particip. ut νέοι θάλποντες ἐπειρῶντο, Od. 21, 184. 2) c. gen. pers. tento aliquem, experior animum alicujus, percontor, exploro. it. experior vires alicujus, aggredior aliquem. 3) periculum facio alicujus rei, ut σθένεος, ἥβης, Hom. Sic Attice πεπειραμένος τινός, expertus alicujus rei, in utramque partem. 4) c. acc. exstat Od. 4, 119. 24, 238. ἢ πρῶτ' ἐξερέοιτο ἕκαστά τε πειρήσαιτο, exploraret, ubi tamen variat lectio.

πειρητίζω, f. ίσω, experior, tento, periculum facio, exploro animum alicujus. A praec.

πείρινθος, ἡ, ap. serior. i. q. πείρινς.

πείρινς, ινθος, ἡ, crates vel alveus e viminibus.

πείρω, aor. ἔπειρα, pf. pass. πέπαρμαι, (πέρας) transadigo, transfigo, transfodio, infigo, adfigo. 2) transeo, pernavigo.

πεῖσα, ης, ἡ, (πείθω) poet. p. πειθώ, πεῖσις, persuasio, obsequium, tranquillitas, Od. 20, 23. (Alii πεῖσα idem esse volunt quod πεῖσμα, funis ancoralis, ut tropice ἐν πείσῃ sit: in tranquillitate.) Vide Clarkium ad l. l.

πεῖσα, τά, f. l. p. πίσεα, q. v.

πεισίδικος, ον, (πείθω, δίκη) coram judicibus suadens, judicibus persuadens; unde nom. propr. fem. Πεισιδίκη, ἡ.

πεισιθάνατος, ον, (θάνατος) ad mortem suadens, persuadens alicui ut mortem obeat.

πεισίμβροτος, ον, (πείθω, βροτός) hominibus persuadens, βάκτρον, Aesch. Choe. 359.

πεῖσις, εως, ἡ, (πείθω) suasio, suadela.

πεῖσις, εως, ἡ, (πάσχω, πείσομαι) i. q. πάθος, passio, affectus, Hipp.

πεισιχάλινος, ον, (πείθω, χαλινός) frenis obediens.

πεῖσμα, ατος, τό, (πείθω) fiducia aggrediendi aliquid, persuasio, Arr. et Sext. Emp. 2) funis nauticus, quo navis religatur et retinetur, ut pareat gubernatori, retinaculum, firmamentum, refugium, Hom.

πεισμάτιον, ου, τό, Dim. a praec.

πεισμάτιος, ία, ιον, (πεῖσμα) ad funes nauticos pertinens.

πεισμονή, ῆς, ἡ, (πείθω) persuasio, N. T.

I. πείσομαι, fut. med. a πείθω.

II. πείσομαι, fut. a πάσχω.

πεῖσος, τό, v. πίσεα.

πειστέος, έα, έον, adj. verb. a πείθω. Neutr. πειστέον, obsequendum, obediendum: credendum est.

πειστήρ, ῆρος, ὁ, obediens. 2) suasor. 3) i. q. πεῖσμα, dub. l. Theocr. 21, 58.

πειστήριος, ία, ιον, i. q. seq.

πειστικός, ή, όν, persuasorius, vim persuadendi habens.

πειστικῶς, adv. persuadendo, probabiliter.

πείσω, fut. a πείθω.

πείσυνος, ύνη, υνον, i. q. πίσυνος, dub.

πειώλης, ου, ὁ, (πέος) catamitus, pathicus. Etymol. Suid. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 613.

πέκος, εος, τό, (πέκω) pellis, item cortex.

πεκούλιον, ου, τό, peculium. Vox Lat.

πεκτέω, f. ήσω, (πεκτός) pecto, carmino, carpo. 2) tondeo.

πεκτήρ, ῆρος, ὁ, (πέκω) qui tondet aut vellit.

πεκτός, ή, όν, pexus, comtus. 2) tonsus. A seq.

πέκω, f. ξω, pecto, χαίτας πεξαμένη, Il. 14, 176. it. carmino. 2) tondeo: carpo.

πέλα, ἡ, vel πέλλα, Macedonice pro φέλα, φέλλα, lapis.

πελαγαῖος, ον, dubia forma p. πελάγειος.

πελάγειος, εία, ειον, (πέλαγος) i. q. πελάγιος, Oppianus.

πελαγίζω, f. ίσω, [illegible] altum, in altum navigo, inundo, undis tego. 2) [illegible] instar sum, undis mergor, Hdt.

πελαγικός, ή, όν, marinus, pelagicus, altum amans.

πελάγιος, ία, ιον, Attice -ος, ον, (πέλαγος) marinus, altum amans: qui est in alto, altum tenens, qui in medio mari versatur, oppon. αἰγιαλιτος. item epith. Neptuni.

πελαγισμός, ὁ, (πελαγίζω) i. q. ναυσία, nausea.

πελαγίτης, ου, ὁ, Fem. ῖτις, ιδος, marinus, ad altum pertinens, altum amans.

πελαγοδρομέω, per altum curro, navigo; a seq.

πελαγοδρόμος, ον, (δραμεῖν, δρόμος) per altum currens, navigans; epith. navis.

πελαγολιμήν, ένος, ὁ, (πέλαγος, λιμήν) portus in alto exstructus, ejectis nimirum saccis arena refertis, Polyaen.

πέλαγος, εος, τό, pelagus, mare altum, mare medium: aequor, mare. 2) pars maris majoris sive θαλάσσης, ut ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν, Od. 5, 335. Hom. h. Ap. 73. πέλαγος θαλάσσης, Ap. Rh. 3) reperitur etiam de fluminibus, ut de Danubio ap. Dion. Cass. 4) tropice de magna mole rerum malarum, cf. Valck. ad Eur. Hipp. 822. (Radix esse videtur πελάζω, quoniam pelagus litoribus accedens ea pulsat.)

πελαγόσδε, adv. in mare, in altum.

πελαγόστροφος, ον, (στρέφω) qui in mari degit.

πελαγότροφος, ον, (τρέφω) in mari nutritus.

πελαγόω, (πέλαγος) mari inundo.

πελάζω, f. άσω, (ᾰ) aor. pass ἐπελάσθην, apud seriores ἐπλάσθην et ἐπλάθην (ᾱ), Homerice ἐπλήμην, perf. pass. πέπλημαι, 1) admoveo, applico, appello. πελάζειν τινὰ ὀδύνῃσι, dolore aliquem afficere, Il. 5, 766. π. τινὰ χθονὶ vel οὔδει, sternere aliquem humi, Hom. 2) intrans. et in Medio: appropinquo, venio ad, accedo. — Vocabulum mere poeticum.

πελάθω, i. q. πελάζω, 2. poet.

πέλανος, ου, ὁ, in plur. etiam τὰ πέλανα, libum, quod placentae in modum e farinae polline fiebat, et sacrificiis adhibebatur. 2) spuma concreta. 3) quodvis humidum concretum et arendo induratum. 4) oboli pondus.

πελαργᾶν, (πελαργός) Pythagoras vocabat τὸ νουθετεῖν, i. e. monere, admonere.

πελαργιδεύς, έως, ὁ, (πελαργός) ciconiae pullus.

πελαργικός, ή, όν, qui ciconiarum est, seu qualis ciconiarum est, ciconiis proprius, usitatus. πελαργικοὶ νόμοι, leges de alendis parentibus: quia id faciunt ciconiae. 2) i. q. Πελασγικός, Callim.

πελαργῖτις, ιδος, ἡ, herba, lienosis medens.

πελαργός, οῦ, ὁ, (πέλος, niger. ἀργός, albus) ciconia. 2) i. q. Πελασγός, Phryn. p. 109.

πελαργοχρώς, ῶτος, ὁ, ἡ, (χρώς) ciconiae colorem habens; albus.

πελαργώδης, ες, (πελαργός) ciconiae similis, ciconiam referens.

πέλας, adv. prope. Hinc ὁ πέλας, vicinus, propinquus, alius. Comp. πλησίον, Superl. πελαστάτω, Hippocr.

πελάστης, ου, ὁ, i. q. πελάτης.

πελατεία, ας, ἡ, clientela. A seq.

πελάτης, ου, ὁ, Fem. πελάτις, ιδος, ἡ, (πελάζω) qui appropinquat, qui accedit, vicinus, accola. 2) i. q. θής, mercenarius, [illegible] 3) inferioris conditionis homo, qui domum [illegible] ventilat et nos colit, sese ad nos adjungit, cliens.

πελατικός, ή, όν, famularis, ad clientes pertinens. τὸ πελατικόν, clientela, clientum caterva. A praec.

πελάτις, ιδος, ἡ, cliens, vel famula. Fem. a πελάτης.

πελάω, i. q. πελάζω, poet.

πέλεθος, ὁ, stercus, idem quod σπέλεθος.

πελεθρίζω, i. q. πλεθρίζω, unde

πελέθρισμα, τό, i. q. πλέθρισμα.

πέλεθρον, τό, i. q. πλέθρον, jugerum, Hom.

πέλεια, ἡ, (πελός, πέλειος, πελλός) columba silvestris.

πελειάς, άδος, ἡ, i. q. πέλεια. 2) Πελειάδες, αἱ, i. q. Πλειάδες.

πελειοθρέμμων, ονος, ὁ, ἡ, (θρέμμα, τρέφω) columbarum altor vel altrix.

πέλειος, εία, ειον, (πελός) niger, fuscus, lividus.

πελεκάν, ᾶνος, ὁ, (ᾱ) Attice πελεκᾶς, ᾶντος, ὁ. it. πελέκας, αντος, Dor. πελεκᾶς, ᾶ, (πελεκάω) picus Martius. 2) avis quaedam maritima pelecano similis, fulica.

πελεκάω, f. ήσω, (πέλεκυς) securi caedo, dolabra complano, dedolo.

πελέκημα, ατος, τό, assula, fomes. πελεκήματα dicuntur praesegmina a quacunque materia per bipennem decisa ac resecta. A praec.

πελέκησις, εως, ἡ, sectio per securim, laevigatio, quae fit dolabra.

πελεκητής, οῦ, ὁ, dolator.

πελεκητός, ή, όν, bipenni caesus vel complanatus. 2) qui securi caedi vel complanari potest.

πελεκίζω, f. ίσω, (πέλεκυς) securi percutio.

πελεκῖνος, ου, ὁ, securidaca vel securiculata, herba vel frutex. 2) avis nomen. 3) securicula, vox architect.

πελεκινωτός, ή, όν, securiculae figuram habens, cf. πελεκῖνος, 3.

πελεκκάω, i. q. πελεκάω, Epice.

πέλεκκον, ου, τό, (πέλεκυς) manubrium seu capulum bipennis, bipennis ipsa.

πελεκοειδής, ές, (εἶδος) securis s. bipennis formam habens.

πελεκύδιον, ου, τό, securicula, parva securis. Dim. a πέλεκυς.

πελεκυτάριον, τό, lignum capulo bipennis simile.

πέλεκυς, εως, Ion. εος, ὁ, dat. pl. πελέκεσι, apud Aelian. aliosque seriores invenitur gen. πελέκυος, dat. pl. πελέκυσι, - se-

curis, bipennis. Metaph. κραδίη πέλεκυς ὥς ἐστιν ἀτειρής, Il. 3, 60. 2) figura quaedam mathematica, Hero Dasypodii p. 39.

πελεκυφόρος, ον, (φέρω) qui securim gestat, bipennifer. 2) magistratus, cui secures praeferuntur.

πελεμίζω, f. ξω, moveo, commoveo, quasso, concutio. Med. et Pass. moveor, concutior: vi reprimor.

πελέσκεο, 2 impf. Ep. a πέλομαι.

πέλευ, 2 imperat. Ep. a πέλομαι.

πεληϊάς, άδος, ἡ, columba. Ion. pro πελειάς.

πελία, ἡ, (πελιός) i. q. πελίωμα, πελίδνωμα, suffusio sanguinis, livor.

πελιαίνομαι, (πελιός) livesco, livorem contraho.

πελιάς, άδος, ἡ, Fem. poet. a πελιός pro πελιά.

πελιδναῖος, αία, αῖον, poet. p. πελιδνός.

πελίδνη, ἡ, i. q. πελιδνότης, dub.

πελιδνήεις, ήεσσα, ῆεν, poet. p. πελιδνός.

πελιδνός, ή, όν, (πελός) nigredinem plumbeam habens, sanguine suffusus, lividus, livens, luridus.

πελιδνότης, ητος, ἡ, livor. 2) pars livida. A praec.

πελιδνόω, f. ώσω, (πελιδνός) lividum reddo, sugillo. πελιδνοῦμαι, liveo, livesco.

πελίδνωμα, ατος, τό, suffusio sanguinis, livor. A praec.

πελίδνωσις, ἡ, i. q. πελιδνότης.

πελικάν, ᾶνος, ὁ, species poculi lignei. 2) catinus ligneus. A praec.

πελικάνιον, τό, Dimin. a πελίκη.

πελίκη, ης, ἡ, poculi genus.

πελίνη, ης, ἡ, mensura Attica, continens heminas octo.

πέλιξ, ικος, ὁ, catinus. Athen. ut πέλυξ.

πελιόομαι, livesco. A seq.

πελιός, ά, όν, (πελός) lividus, luridus. (Minus recte scribitur πέλιος, vide Arcad. p. 41, 3.)

πελιότης, ητος, ἡ, livor. A praec.

πελιόω, vide πελιόομαι.

πέλις, ὁ vel ἡ, pelvis, i. q. πελίκη, πελλίς. Scribitur et πελίς.

πελιτνός, ή, όν, Attice pro πελιδνός.

πελίχνη, ἡ, Dimin. a πελίκη.

πελίωμα, τό, (πελιόομαι) i. q. πελίδνωμα.

πελίωσις, εως, ἡ, (πελιόομαι) i. q. πελίδνωσις, livor.

πέλλα, ἡ, pellis.

πέλλα, ἡ, lapis. cf. πέλα.

Πέλλα, ἡ, Pella, caput Macedoniae.

πέλλα, Ion. ης, ἡ, mulctra, seu mulctrale. 2) vas potorium.

πελλαῖος, αία, αῖον, i. q. πελλός, ut πελιδναῖος, i. q. πελιδνός.

Πελλαῖος, αία, αῖον, Pella oriundus, ut Alexander Magnus.

πελλαιχνός et πελλαιχρός, όν, i. q. πελλαῖος.

πελλαντήρ, ῆρος, ὁ, i. q. πελλητήρ.

πελλάς, άδος, ἡ, i. q. πέλλα, mulctra.

πελλαστή, ἡ, (πέλλα, pellis) fasciae cruales cursorum.

πελλητήρ, ῆρος, ὁ, (πέλλα) qui lac in mulctram mulget.

πελλίς, ἡ, (πέλλα) mulctra, pelvis, Vox Trag. v. πέλυξ, n. 2.

πελλόομαι, f. ώσομαι, idem quod πελιόομαι. A seq.

πέλλος, η, ον, sive πελλός, ή, όν, (πελός) colorem nigricantem et subfuscum habens, item niger, fuscus. Hinc Lat. pullus.

πέλλωμα, ατος, τό, (πελλόομαι) livor, pars livida. Schol. Theocr.

πέλμα, ατος, τό, planta pedis, solea, calcaneum, Gl. Vet. 2) corium densatum.

πελματώδης, ες, plantaris. A pr.

πέλομαι, v. πέλω.

πελός, ή, όν, i. q. πέλλος.

πελτάζω, (πέλτη) pelta armatus pugno.

πελτάριον, ου, τό, parvula pelta sive cetra, parmula. Dim. a πέλτη.

πελταστής, οῦ, ὁ, (πελτάζω) qui peltam in pugna gestat, peltatus, seu cetratus, parmularius, levis armaturae miles.

πελταστικός, ή, όν, ad peltastas pertinens. 2) peltatus. Hinc ἡ πελταστική, ῆς, sc. ἐπιστήμη, ars utendi pelta, bene pugnandi quum pelta armatus sis.

περιπυκάζω, f. άσω, (πυκάζω) circum condenso, circumcirca obvolvo: Med. dense pono circa, ut τὰς τρίχας περὶ τὸ σῶμα, Ctesias Photii.

περιπυρήνιον, ου, τό, (πυρήν) putamen molles floccos continens.

περίπυστος, ον, (πυνθάνομαι) fama notus, celebratus.

περιπωμάζω, f. άσω, circumcirca obturo.

περιπωματίζω, f. ίσω, idem.

περιρραγής, ές, (περιρρήγνυμι) disruptus, circumfractus, circumcisus.

περιρράδιξ, ικος, ἡ, v. ῥάδιξ.

περιρραίνω, f. ανῶ, (ῥαίνω, irr.) adspergo, conspergo.

περιρραχίδες, (ῥαχίς) palmarum termites, ramuli, surculi. Schol. Nicand. vide tamen et ῥάδιξ.

περίρρανσις, εως, ἡ, (περιρραίνω) adspersio.

περιρραντήριον, ου, τό, adspergillum, instrumentum ad adspergendum. 2) vas aquarium, e quo sumitur aqua ad respergendum se, vel, qua lustrabatur concio a sacerdote obeunte in orbem. 3) locus ipse, ubi vas illud positum est, sc. in aditu templi, fori etc. sed in plurali.

περιρραντίζω, f. ίσω, conspergo.

περιρραπίζω, f. ίσω, (ῥαπίζω) τῇ οὐρᾷ, caudam circumquaque moveo, Plut.

περιρράπτω, f. ψω, (ῥάπτω) adsuo, consuo.

περιρρέζω, (ῥέζω, irr.) expio, lustro.

περιρρέμβομαι, (ῥέμβω) pervagor, circumcursito.

περιρρέπω, f. ψω, in alteram partem declino.

περίρρεψις, εως, ἡ, inclinatio, propensio. A pr.

περιρρέω, f. ῥεύσομαι, (ῥέω, irr.) undique fluo, circumfluo, alluo. τὸν δ' αἷμα περίρρεε θερμὸν ἐόντα, Od. 9. 388. 2) abundo, affluo aliqua re. σοὶ περιρρείτω βίος, victus tibi abundet, Soph. Sic etiam in Medio: περιρρεόμενος αἵματι, sanguine fluens, manans.

περιρρηγνύω, vel περιρρήγνυμι, f. ῥήξω, (ῥήγνυμι, irr.) proprie, alteri per vim deripio, velut vestem, ut lictores faciunt, dirumpo, discindo. περιρρήγνυμαι, in med. prae dolore vestem meam discindo et lacero: sed antiqui poetae Attici et prosaici posteriores activo etiam utuntur pro medio. b) prorumpo, erumpo, περιρρήγνυται ὁ Νεῖλος, Hdt. 2, 16.

περιρρηδήν, adv. in orbem, utrinque. A seq.

περιρρηδής, ές, in utramque partem reflexus, inflexus, aut refractus. 2) qui in orbem circumactus procidit, proruit. 3) rotundus. (Radix esse videtur περιρρέω.)

περίρρηξις, εως, ἡ, (περιρρήγνυμι) abruptio, discissio.

περιρρήσσω, idem quod περιρρήγνυμι, poet.

περιρρογχάζω, (ῥογχάζω) ludificor, ludibrio habeo, irrideo: valde contemno, contemtim tracto.

περιρροή, ῆς, ἡ, fluxus in orbem, vortex.

περίρροια, ας, ἡ, defluvio humoris e variis partibus ad locum certum, velut vesicam etc.

περιρρομβέω, f. ήσω, (ῥομβέω) circumvolvo et circumago in modum rhombi, contorqueo.

περίρροος, ον, contr. περίρρους, ουν, circumfluus. 2) Subst. ὁ, affluentia humorum.

περίρρυπος, ον, (ῥύπος) ubique squalidus.

περιρρύπτω, f. ψω, (ῥύπτω) abstergo, abluo.

περίρρυτος, ον, (περιρρέω) i. q. περίρροος, circumfluus, in medio mari situs, Κρήτη, Od. 19, 173. 2) circumfluus i. e. fluens circum, c. gen. Σικελίας, Eur. Phoen. 216. ubi v. Musgr. et Pors. – Femin. περιρρύτη, exstat ap. Alcm. et Aesch.

περιρρώξ, ῶγος, ὁ, ἡ, (περιρρήγνυμι) abruptus, praeruptus.

περισαίνω, vel περισσαίνω, caudam movendo circa aliquem adblandior, τινά, Od. 16, 4, 10.

περισαλπίζω, f. γξω, (σαλπίζω, irr.) tuba cano circum. Med. tubarum s. tubae sonitu excitor, tubam circum sonantem audio.

περισαλπισμός, ὁ, tubae clangor circumsonans. A pr.

περισαλπιστός, ή, όν, tubae sonitu excitatus.

περίσαξις, εως, ἡ, (περισάττω) accumulatio, aggeratio, congestio.

περισαρκίζω, f. ίσω, (σαρκίζω) carnem scalpello circino, scarifico.

περισαρκισμός, οῦ, ὁ, circinatio carnis, quae scapello fit, scarificatio. A pr.

περίσαρκος, ον, (σάρξ) carnosus, carne abundans.

περισαρκόω, f. ώσω, carnibus gravo, carne circumdo, carne vestio.

περισάρκωσις, εως, ἡ, quum quid carne circumdatum est. A pr.

περισάρωμα, τό, (σαρόω) purgamentum, quisquiliae.

περισάττω, f. ξω, circumstipo, circum accumulo, aggero.

περισβέννυμι, it. περισβεννύω, f. σβέσω, (σβέννυμι, irr.) circum exstinguo.

περισείρια, τά, cavitatis ad utrumque linguae latus. Scribitur et παρασείρια et παρασύρια.

περισείω, poet. περισσείω, (σείω, irr.) undique quatio, concutio. Med. quassor, celeri motu agitor, περισσείοντο ἔθειραι Il. 19, 382. 22, 315.

περίσεμνος, ον, gravis et magnificus.

περίσεπτος, ον, (σέβομαι) venerabilis.

περίσημος, ον, (σῆμα) insignis, clarus. 2) insignitus, notatus.

περισήπω, f. ψω, (σήπω) putrefacio.

περισθενέω, f. ήσω, viribus et robore valeo, nimium viribus polleo. περισθενέων, praevalens, ferociens. A seq.

περισθενής, ές, (σθένος) viribus et robore praevalidus.

περισιαλόω, f. ώσω, variego.

περισιγάω, f. ήσω, omitto, taceo quae ad caussam pertinent. Hesych.

περισίδηρος, ον, ferro obductus.

περισκαίρω, salio, palpito.

περισκάλλω, (σκάλλω) sarculo circumcirca sarrio.

περισκάπτω, f. ψω, effodio circa, circumcirca.

περισκαρίζω, idem quod περισκαίρω.

περισκέλεια, ἡ, ariditas, rigor, durities, difficultas, asperitas.

I. περισκελής, ές, (σκέλλω) perdurus. 2) pertinax, praefractus. 3) asper, molestus.

II. περισκελής, ές, (σκέλος) crura ambiens seu circumdans.

περισκελία, ἡ, i. q. περισκέλεια.

περισκέλιον, ου, τό, feminale, caliga, bracca.

περισκελίς, ίδος, ἡ, περισκελίδες, feminalia.

περισκελιστής, οῦ, ὁ, (σκελίζω) qui crura alteri confringit, vel reserat.

περισκελῶς, adv (περισκελής) obstinate et firmo ad adversam fortunam animo.

περισκεπάζω, f. άσω, protego, defendo, probe tego.

περισκεπής, ές, (σκέπας) undique tectus. 2) undique tegens, obtegens

περισκέπτομαι, f. ψομαι, circumspicio, considero. Hinc περιεσκεμμένος, η, ον, consideratus, prudens

περίσκεπτος, ον, qui circumcirca oculis lustrari potest, altus, editus, excelsus. 2) ex quo subjecta lustrari oculis circumcirca possunt. 3) consideratus, prudens.

περισκέπω, (σκέπω) i. q. περισκεπάζω.

περίσκεψις, εως, ἡ, circumspectio. 2) spectatio auri vel numorum, cura.

περισκήνιον, ου, τό, (σκηνή) tabernaculum, quo quis circumdatus est, i. e. in quo quis est; inpr. corpus, Eccl. 2) i. q. παρασκήνιον, dub.

περισκήπτω, f. ψω, (σκήπτω) comprimo, contero.

περισκιάζω, f. άσω, obumbro.

περισκιασμός, ὁ, obumbratio.

περίσκιος, ον, (σκιά) obumbratus, qui prorsus sub umbra est. 2) umbram in orbem projiciens, rotundus. 3) περίσκιοι dicuntur qui arcticum circulum eundem habent cum tropico aut majorem Strab. 2.

περισκιρτάω, f. ήσω, undique vagor, oberro.

περίσκληρος, ον, praedurus.

περισκληρύνω, induro.

περισκοπέω, f. ήσω, (σκοπιά) circumspicio, exploro, perlustro.

περισκόπησις, εως, ἡ, circumspectio, exploratio.

περισκυθίζω, Scythico more crines cum cute a capite reseco, τινά. Unde Subst. περισκυθισμός, et περισκυθιστής, οῦ, ὁ.

περισκυλακισμός, οῦ, ὁ, (σκύλαξ) genus lustrationis, quae cane fiebat.

περισκυτίζω, f. ίσω, (σκῦτος) cutem undique detraho, LXX. 2 Macc. 7, 4.

περισμαραγέω, f. ήσω, circumstrepo.

περισμάω, f. ήσω, (σμάω, irr.) defrico, detergeo.

περισμήχω, f. ξω, (σμήχω) detergeo.

περισμύχω, (σμύχω, irr.) paullatim et clam caeco et solummodo fumante igni comburo. 2) macero, conficio dolore, aegritudine. (ῡ)

περισοβέω, f. ήσω, obeo, circumeo, vagor cum strepitu, importunitate et insolentia. 2) circumfero, dicitur, inpr. de calice in conviviis.

περισοφίζομαι, circumvenio, astutia fallo.

περισπαίρω, palpito et terram calcibus pulso.

περίσπασις, ἡ, (περισπάω, 4.) accentus circumflexi impositio, Gramm.

περισπασμός, οῦ, ὁ, (περισπάω) distractio, occupatio orta e curis et negotiis. 2) contentio, bellum. 3) conversio s. circumactio. 4) circumflexio. Vox Gramm.

περισπαστέος, α, ον, Adj. verb. a περισπάω, inpr. circumflexo accentu notandus, Gramm.

περισπαστικός, ή, όν, distrahendi vi praeditus.

περισπάω, f. άσω, (σπάω) circum traho. 2) undique detraho, avello: exuo vestibus aliquem: destringo, ξίφος, Eur. 3) distraho, i. e. diversum traho, discerpo, conscindo. trop. distraho curis et negotiis, item quibuscunque, etiam suavibus, avocamentis, oblectamentis. 4) circumflexo accentu noto, circumflecto. Unde ἡ περισπωμένη, sc. προσῳδία, accentus circumflexus; Gramm. 5) syllabam longam pronuncio, produco, i. q. ἐκτείνω, Gramm. (άω, άσω, ᾰ-)

περισπειράω, f. άσω, in orbem circumdo, vel involvo.

περισπείρω, dissemino. 2) dispergo.

περισπέρχεια, ας, ἡ, (περισπερχής) studium, festinatio, trepidatio.

περισπερχέω, (περισπερχής) vehementer commoveor, perturbor aliqua re, τινί, Hdt. 7, 207.

περισπερχής, ές, supra modum urgens seu premens, item festinans, trepidans. 2) erro, vagabundus. A seq.

περισπέρχω, (σπέρχω) circumago, commoveo, perturbo. 2) intr. vehementer commoveor. 3) Med. huc, illuc cursito, Soph.

περισπεύδω, persequor, assidans comes haereo, urgeo, premo, τινά. 2) assidue quaero, τρίβου ἀκάνθαις, Arat.

περίσπλαγχνος, ον, (σπλάγχνον) magnanimus, animosus, strenuus.

περισπογγίζω, spongia detergeo, ut simplex.

περισπούδαστος, ον, (σπουδάζω) studiose expetitus, quem multi studiose adsectantur, qui diripitur, ut Cicero ait. 2) studio dignus.

περισπουδάστως, adv. studiose, cupide.

περίσπουδος, ον, qui seriis rebus gaudet. 2) studiosus, τινός.

περισπωμένως, adv. (περισπάω) cum circumflexo in ultima.

περισσαίνω, v. περισαίνω.

περισσάκις, adv. (περισσός) numero impari, impariter.

περισσάρτιος, ον, (περισσόν, ἄρτιος) compositus e pari et impari numero.

περισσεία, ας, ἡ, (περισσεύω) abundantia, redundantia, copia.

περίσσευμα, Att. περίττευμα, τό, abundantia. 2) reliquiae, excrementum, stercus.

περίσσευσις, εως, ἡ, abundantia.

περισσεύω, Att. -ττεύω, (περισσός) multitudine supero, περιττεύουσιν ἡμῶν οἱ πολέμιοι, Xen. 2) abundo, redundo, superfluo: supersum, reliquus sum. 3) praesto, excellens sum. Impers. τοσοῦτον τῷ Περικλεῖ ἐπερίσσευσε, tantopere praevaluit Pericles, Thuc. 2, 65. (Augmentum in medio verbo, ut περιέσσευε, improbatur, v. Lobeck. Phryn. p. 28.

περισσόβοτος, ον, (βόσκω) pastu seu cibo abundans.

περισσογωνία, ἡ, (γωνία) impar angulorum numerus.

περισσοδάκτυλος, Att. περιττοδάκτυλος, ον, cui digitus unus superest. 2) digitos numero impares habens.

περισσοέπεια, Att. περιττοέπεια, ας, ἡ, (περισσοεπής) loquacitas. 2) copia orationis.

περισσοεπέω, idem quod περισσολογέω. A seq.

περισσοεπής, ές, (περισσός, ἔπος) verbis abundans. 2) loquax.

περισσόκομος, ον, (κόμη) abunde comatus qui comis densis est.

περισσολογέω, Att. περιττολογέω, f. ήσω, (περισσολόγος) sermone nimis multo utor.

περισσολογία, Att. περιττολογία, ας, ἡ, expositio rerum supervacuarum, sermo redundans et supervacaneus. 2) exaggeratio rei et amplificatio copiosa.

περισσολόγος, Att. περιττολόγος, ον, multo sermone utens. 2) copiosus in dicendo.

περισσόλοφος, ον, (λόφος) ingentem cristam in galea habens.

περισσομελής, ές, (μέλος) membra superflua habens.

περισσόμυθος, ον, inanis dictu. 2) loquax.

περισσόνοος, ον, contr. περισσόνους, ουν, excellenti mente praeditus, solers.

περισσοπαθέω, (πάσχω) prae reliquis s. eximie patior.

περισσόπους, ποδος, (πούς) cui pes superest.

περισσός, Attice περιττός, ή, όν, (περί) qui prae ceteris aliquid habet, quo praestet, eximius, excellens, praeclarus, copiosus etc. Unde Subst. τὸ περισσόν, excellentia, praestantia, praerogativa, copia; it. magnum. 2) alicujus rei, ut doctrinae, elegantiae scribendi studiosior. 3) nimius, supervacaneus, redundans. 4) inutilis. 5) impar, de numero. 6) numeris additum, ut εἴκοσι περιττά, est viginti amplius.

περισσός, οῦ, ὁ, perissus, species solani; ap. Theophrast.

περισσόσαρκος, ον, (σάρξ) crassus.

περισσοσυλλαβέω, una syllaba supero, c. gen. vel. dat. A seq.

περισσοσύλλαβος, ον, (συλλαβή) syllabam superfluam habens, una syllaba superans.

περισσοταγής, ές, (τάσσω) in imparium numerorum ordinem relatus.

περισσότερος, α, ον, Compar. a περισσός, abundantior, praestantior, poet.

περισσοτέρως, adv. vehementius, magis. 2) imprimis, praecipue. A praec.

περισσοτεχνία, ας, ἡ, (τέχνη) artificii adfectatio, nimium artis studium.

περισσότης, Att. περιττότης, ητος, ἡ, (περισσός) copia rerum. 2) excellentia, praestantia. 3) redundantia sermonis et πλεονασμός.

περισσοτρύφητος, ον, (τρυφάω) nimis delicatus.

περισσόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) valde prudens.

περίσσωμα, v. περίττωμα.

περισσωματικός, ή, όν, v. περιττωματικός.

περισσῶς, Att. περιττῶς, adv. (περισσός) copiose, eximie, egregie, excellenter; valde, vehementer, singulari arte, et peculiari quodam modo: abundanter.

περίσσωσις, Att. περίττωσις, εως, ἡ, idem quod περίττωμα, quod v.

περισταδὸν adv. (περιΐσταμαι) circumstando, circumcirca, ab omni parte.

περιστάζω, f. ξω, (στάζω) destillo, irroro.

περιστάθη, 3 aor. pass. Ep. a περιΐστημι, Od.

περισταλάδην et περισταλαδὸν, adv. (σταλάζω) destillando, irrorando.

περισταλτικός, ή, όν, (περιστέλλω) contrahendi vim habens, adstrictorius. item, quod valet concoquere et in aliam formam naturamque mutare.

περιστάσιμος, ον, qui magna frequentia celebratur. A seq.

περίστασις, εως, ἡ, (περιΐστημι) circumstantia. 2) corona, i. e. turba circumfusa et circulum efficiens. 3) casus adversus, incommodum, periculum. 4) eventus, vicissitudo. 5) occasio. 6) praesens status rerum, et conditio. 7) ambitus. 8) circumpositio. 9) apparatus, supellex, instrumentum. 10) magna rerum agendarum turba circumstans et urgens te. 11) argumentum orationis.

περιστατέω, f. ήσω, (περίστατος) circumsto. pass. circumdor a turba.

περιστατικός, ή, όν, circumstans, ad eventa sc. loca, tempora etc. pertinens. Unde Subst. τὰ περιστατικά, circumstantiae temporum et locorum. 2) adversus, calamitosus, minus secundus.

περιστατικῶς, adv. commemorandis circumstantiis.

περίστατος, ον, (περιΐστημι, περιΐσταμαι) quem circumstant homines, corona cinctus. Subst. ὁ, locus altus.

περισταυρόω, f. ώσω, vallis seu palis in terra defixis munio, circumvallo.

περισταύρωμα, ατος, τό, munimentum e vallis, vallum. A praec.

περισταχυώδης, ες, ad similitudinem spicarum circumdans.

περιστεγανός, όν, bene tectus.

περιστέγω, f. ξω; (στέγω) circumtego, munio.

περιστειχίζομαι, f. ίσομαι, ordino.

περιστείχω, f. ξω, circumeo, seu in orbem eo.

περιστείωσι, 3 pl. conj. aor. 2. Epice pro περιστῶσι, a περιΐστημι, v. l. Il. 17, 95.

περιστέλλω, (στέλλω) cooperio, contego, obvolvo, circumcirca involvo. 2) compono decenter, orno, inprimis cadaver mortui hominis. 3) comprimo, coarcto. 4) comprehendo, complector. 5) curo, ne quid incommodi alicui accidat, ἀλλήλους, πόλισμα, Hdt. 9, 60. 1, 98. it. servo, νόμους, Hdt. 2, 147. 3, 31. ἔργα περιστέλλειν, agrum colere, Theocr.

περιστεναζω, f. άσω, ingemisco.

περιστεναχίζω, f. ίσω, ingemisco. Med. a) circumsono, circum persono, Od. 10, 10. b) i. q. Act.

περιστενάχω, (στενάχω) i. q. περιστενάζω.

περιστένω, (στένω) circumcirca vel majorem in modum gemo. 2) circumcirca resono. 3) undique arcto, γαστὴρ περιστένεται, Il. 16, 163. (a στενός.)

περίστεπτος, ον, (στέφω) devinctus, ut corona, diademate etc.

περιστερά, ᾶς, ἡ, columba.

περιστερεών, ῶνος, ὁ, columbarium, locus, in quo columbae aluntur. 2) herba quaedam. A praec.

περιστεριδεύς, έως, ὁ, pullus columbinus.

περιστερίδιον, ου, τό, parvula columba; vel 2) pullus columbinus, pipio. Dim. a περιστερά.

περιστέριον, ου, τό, Dim. a περιστερά, pullus columbinus, pipio. 2) herba quaedam.

περιστερνίδιος, ον, i. q. περιστέρνιος.

περιστερνίζω, (στέρνον) pectori circumligo.

περιστέρνιον, ου, τό, (στέρνον) pars corporis, quae pectus cingit, seu praecordia.

περιστέρνιος, ον, (στέρνον) pectus cingens, ambiens.

περιστεροειδής, ές, (περιστερά, εἶδος) columbini generis.

περιστερός, οῦ, ὁ, columbus, masc. a περιστερά.

περιστεροτροφεῖον, ου, τό, (τρέφω) locus, in quo columbae aluntur.

περιστερώδης, ες, columbaris.

περιστερών, ῶνος, ὁ, i. q. περιστερεών.

περιστεφανόω, f. ώσω, corona redimio. 2) cingo, circumdo.

περιστεφής, ές, corona redimitus. 2) septus, cinctus velut serto. A seq.

περιστέφω, f. ψω, corona redimio. 2) circumdo, circumtego.

περιστήθιος, ον, (στῆθος) qui pectus ambit seu circum lat. τὸ περιστήθιον, ου, fascia pectoralis, pectorale, Pontificis gestamen: ap. Ebr.

περιστηρίζω, f. ξω, undique fulcio, firmo.

περιστήωσι, 3 pl. conj. aor. 2. Ep. pro περιστῶσι a περιΐστημι, Il. 17, 95.

περίστια, ων, τά, (περί, et ἑστία, ἱστία) lustratio: sacrificium suis in lustratione offerri solitum.

περιστίαρχος, ον, (ἄρχω) lustrationi praefectus, s. qui lustrationem publicam peragit.

περιστιβής, ές, (στείβω) calcatus, extritus. 2) suffultus, fultus; fartus; Nicand.

περιστίζω, f. ίξω, notis compungo, punctis distingo. 2) colloco globum hominum, ut servorum, circa labrum v. c. in orbem. Herodot.

περίστικτος, ον, notis compunctus, maculosus. A pr.

περιστίλβω, f. ψω, (στίλβω) circumfulgeo, radio.

περίστιξ, ιχος, ὁ, ἡ, (στίχος) secundum ordines circumpositus; variegatus, maculosus, distinctus.

περιστιχάω, (στιχάω) secundum ordine circumsto.

περιστιχίζω, (στιχίζω) secundum ordines circumpono, Aesch. cf. περιστοιχίζω.

περιστλεγγίζω, destringo circumcirca strigile.

περιστοιχίζω, περιστοιχίζομαι, cingo, circumdo, indagine cingo. *Tropice* punio.

περίστοιχος, ον, in orbem digestus. 2) ordinibus distinctus vel in quincuncem dispositus.

περιστολάδην, adv. circumcirca tegendo. A seq.

περιστολή, ῆς, ἡ, (περιστέλλω) obvolutio: vestis.

περιστόμιον, ου, τό, (στόμα) lingulae locus in gutture. 2) pinguedo, arvina. 3) cutis duplicatio ob pinguedinem. 4) ora seu limbus. 5) oris munimentum, quo tibicines utebantur.

περιστόμιος, ία, ιον, (στόμα) os s. orificium ambiens.

περίστομος, ον, (στόμα) qui circum os est, os ambiens.

περιστοναχέω, i. q. seq.

περιστοναχίζω, circumcirca gemo. 2) undique repleor et reboo gemitibus. 3) refertus sum et distentus multitudine rerum.

περίστοον, τό, (στοά) porticus.

περιστορέννυμι, f. στορέσω vel στρώσω, (στορέννυμι, irr.) circumcirca sterno, substerno, obtego.

περιστρατοπεδεύομαι, f. εύσομαι, castris seu exercitu cingo, circumsideo, obsideo.

περίστρεπτον, τό, vas quoddam intortum.

περιστρέφω, f. ψω, circumago, in orbem verto, circumverto, intorqueo.

περιστροφάδην, adv. circumagendo, in orbem vertendo. A pr.

περιστροφέω, i. q. περιστρέφω.

περιστροφή, ῆς, ἡ, (περιστρέφω) conversio, convolutio, rotatio. 2) conversatio.

περιστροφίς, ίδος, ἡ, qs. volutorium, instrumentum, quo utimur ad aequandas aridorum mensuras, radius. 2) lignum, quo aliquid, ut torcular, aut simile quid circum agitur. A seq.

περίστροφος, ον, (περιστρέφω) qui circum agitur, vel circumagi potest. 2) ὁ, π. pars retis, quae et περίδρομος, Xen.

περίστρωμα, ατος, τό, stragulum, vestis stragula. περιστρώματα, ων, τά, aulaea et tapetia, quibus triclinia et lecti torique sterni solent. 2) circumvallationes. A seq.

περιστρώννυμι, f. στρώσω, circumsterno, circumquaque consterno.

περιστρωφάω, (στρωφάω) circumverto, circumago. Med. circumeo.

περίστυλον, τό, locus columnis cinctus, porticus, columnatum. A seq.

περίστυλος, ον, circumcirca columnatus; columnis cinctus.

περιστυφελίζω, περιστυφελίζομαι, duriter asperèque tracto, adfligo: comminuo.

περιστύφω, f. ψω, (στύφω) acore adstringo. (ῠ)

περίστῳον, τό, i. q. περίστοον.

περισυλάω, f. ήσω, dispolio, spoliando et depeculando detraho, compilo.

περισυνέχω, (ἔχω, irr.) contineo.

περισυρμα, τό, (περισύρω, 4) illusio, obtrectatio, convicium.

περισυρμός, ὁ, distractio.

περισύρω, (σύρω) ab omni parte traho, in diversum traho, distraho. 2) divello, la-

ceto. 3) vexo, diripio. 4) obtrecto, probris et conviciis laedo. (ῠ)

περισφαιρηδόν, adv. in globi vel pilae modum, ut simplex, dub.

περισφαλέω, i. q. περισφάλλομαι, labor.

περισφαλής, ές, (σφάλλω) lubricus, in quo facile sit labi.

περισφάλλω, (σφάλλω) labi facio, projicio. Med. oberro, vagor, labor, pecco.

περίσφαλσις, ἡ, lapsus.

περισφαραγέω, f. ήσω, circumstrepo.

περίσφακτος, ον, flebilis, lamentabilis, Hesych.

περισφάκτως, adv. flebiliter.

περισφηκόω, (σφηκόω) circum constringo, contraho.

περισφηνόω, f. ώσω, obstruo, veluti cuneo, obturo.

περισφίγγω, f. ξω, costringo, coerceo, complector arcte, ut discedere nequeas.

περίσφιγξις, ἡ, constrictio.

περισφύριον, ου, τό, (σφυρόν) fascia, qua malleoli pedis solent cingi. 2) ligamen, quod cruribus circumdatur.

περισφύριος, ον, (σφυρόν) talos cingens.

περίσφυρος, ον, (σφυρόν) idem. Hinc περίσφυρον, ου, τό, fascia, qua malleoli cingi solent; talare.

περισχεῖν, inf. aor. a περιέχω.

περισχελής, ές, i. q. περισκελής, Hesych.

περισχέμεν, inf. aor. Ep. p. περισχεῖν a περιέχω.

περίσχεο, imperat. aor. med. Ep. p. περίσχου a περιέχω.

περίσχεσις, εως, ἡ, (περιέχω) est verbum militare, diciturque, si quis ab hostibus undique circumventus est. v. περίκουρος.

περίσχετος, ον, (περιέχω) implicatus, circumdatus.

περισχιδής, ές, in medio fissus, in duas partes dissectus. item sectus, fissus. περισχιδεῖς, calcei secti et fissi. A seq.

περισχίζω, f. ίσω, divido, divortium facio, de fluminibus, discindo, abscindo, diripio, ut περιῤῥήγνυμι.

περισχισμός, ὁ, divisio, dissidium.

περισχοινίζω, f. ίσω, fune circumdo et sepio, fune praetendo.

περισχοίνισμα, ατος, τό, diremtio, seu separatio per funiculum, s. funis praetensus. A pr.

περισώζω, f. ώσω, (σώζω, irr.) incolumen servo, conservo.

περισωρεύω, f. εύσω, aggero, cumulo, coacervo. 2) cumulis obruo.

περισώφρων, ον, gen. ονος, (σώφρων) admodum temperans.

περισωφρονέω, valde sapio, prudenter ago. A pr.

περισωφροσύνη, ἡ, temperantia eximia.

περιταινία, ἡ, (ταινία) taenia, fascia undique cingens, dub.

περιτάμνω, Ion. et Ep. p. περιτέμνω.

περίτακος, ὁ, Arcadice pro εὐνοῦχος.

περιταρχύομαι, f. ύσομαι, (ταρχύω) circumcirca sepelio. (ῡ)

περίτασις, εως, ἡ, (περιτείνω) obtentus. 2) vehemens et valida distentio.

περιταφρεύω, f. εύσω, fossa seu vallo munio. 2) murum duco, muro circumdo.

περιταυτολογέω, i. q. ταυτολογέω, sed fortius.

περιτείνω, (τείνω) intendo, obtendo. 2) valde extendo, distendo.

περιτείρω, (τείρω) undique attero.

περιτειχίζω, f. ίσω, muro circumdo seu cingo castra, urbem hostium, circumvallo, perf. part. pass. περιτετειχισμένος, muro circumdatus, vallatus.

περιτείχησις, εως, ἡ, munitio per murum. A pr.

περιτείχισμα, ατος, τό, murus seu munitio locum ambiens. Ab eod.

περιτειχισμός, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

περίτειχος, εος, τό, (τεῖχος) propugnaculum.

περιτελέω, f. έσω, perficio, dub.

περιτέλλομαι, circumvolvendo seu circumvertendo perficio orbem, unde anni περιτελλόμενοι, i. e. exacti. 2) dicitur et de ortu siderum, quod in eo orbis circumactio intelligitur.

περιτέμνω, f. τεμῶ, (τέμνω, irr.) amputo, circumcido, circumseco. περιτετμημένος, circumcisus, perf. part. pass. Medium dicitur, ut περιτάμνομαι, ereptum alteri, ut agrum, callidis artibus mihi arrogo.

περιτένεια, ἡ, intentio, porrectio.

περιτενής, ές, (περιτείνω) valde contentus, contentissimus et rigidissimus. 2) undique intentus, ut περίτονος.

περιτερμινίζω, f. ίσω, (τέρμινος) tego.

περιτέρμων, ον, (τέρμα) finiens undique, ambiens.

περιτετραίνω, i. q. περιτετράω.

περιτεχνάομαι, f. ήσομαι, insidior, mali aliquid molior.

περιτέχνησις, εως, ἡ, machinatio, dolus. 2) sollertia. A pr.

περίτηγμα, τό, scoria: sentina, pessimum cujusque rei.

περιτήκω, f. ξω, colliquefacio.

περίτηξις, εως, ἡ, liquatio. A pr.

περιτίθημι, (τίθημι) circumpono, circumdo, appono, impono, ut personam: addo, ut formam, pulcritudinem, vestem: tribuo alicui aliquid, mando, τινί τι. Med. περιτίθεμαι, assumo, induo.

περιτίλλω, convello, evello.

περιτιμάω, f. ήσω, (τιμάω) valde honoro.

περιτιμήεις, ήεσσα, ῆεν admodum honoratus.

περιτιταίνω, circum extendo.

περιτιτράω, f. περιτρήσω, it. περιτιτραίνω, (τιτράω, irr.) circumfero, circumquaque perterebro et pertundo.

περιτίω, (τίω) vehementer honoro, colo, poet. (ᴗᴗ-, v. τίω)

περιτμήγω, f. ξω, Epice i. q. περιτέμνω.

περίτμημα, ατος, τό, (περιτέμνω) frustum, segmentum.

περιτομεύς, έως, ὁ, qui circumcidit. 2) scalper excisorius, quo sutores coria circumcidunt.

περιτομή, ῆς, ἡ, circumcisio. 2) in N. T. Judaei, quia circumcisi.

περιτομίς, ίδος, ἡ, pars quaedam navis.

περίτομος, ον, undique abruptus s. praeruptus, de monte. 2) circumcisus, recutitus.

περιτόναιος, αία, αιον, (περιτείνω) sive περιτόνειος, εία, ειον, aut περιτόνιος, ον, circumtentus, obtentus. τὸ περιτόναιον vel περιτόνειον, membrana totum ventrem interiorem continens, intestinis circumtentum, subaudi δέρμα.

περίτονος, ον, tectus, indutus, v. c. pelle tenta per omnes partes, ut in scuto, tympano. 2) τὰ περίτονα, tabulatum navis.

περιτοξεύω, (τοξεύω) sagittis (undique) configo.

περιτορνεύω, torno, rotundum facio, rotundo.

περιτορνεύω, i. q. praec.

περιτρανής, ές, i. q. περίτρανος.

περίτρανος, ον, (τρανός) perspicuus, manifestus.

περιτρανῶς, adv. perspicue.

περιτραχήλιος, ον, (τράχηλος) collo circumdatus, collum cingens. Hinc τὸ περιτραχήλιον, ου, τό, collare.

περιτρέμω, contremisco, vibror.

περιτρέπω, f. ψω, circumago: circumactu everto et percello, jacto: converto, transfero: in errorem induco: induco, impello, redigo. περιτρέπομαι, titubo, vertigine laboro, percellor. 2) intr. convertor, circumvolvor, περὶ δ' ἔτραπεν ὦραι, Il. 11, 469.

περιτρέφω, f. θρέψω, (τρέφω) undique conglacio. περιτρέφομαι, undique conglacior, congelo, frigore cogor, coeo, coalesco, ut lac in caseum.

περιτρέχω, f. δραμοῦμαι, (τρέχω, irr.) circumcurro, currens obeo, percurro, emetior. 2) eleganter, cum Dat. in aliqua re (dicendo) se efferre, jactare.

περιτρέω, f. τρέσω, (τρέω) circum trepido.

περίτρησις, ἡ, perterebratio in orbem facta.

περίτρητος, ον, (τιτράω) ubique pertusus. τὸ περίτρητον, foramen.

περιτρηχύς, ές, circumquaque asper.

περιτριβής, ές, obtritus, attritus. A seq.

περιτρίβω, f. ψω, (τρίβω) obtero, contundo, contero. (ᴗ--)

περιτρίζω, f. ίσω, pf. περιτέτριγα (τρίζω) circumquaque strideo s. sibilo.

περίτριμμα, ατος, τό, homo rei alicujus tractatione velut tritus περίτριμμα ἀγορᾶς, circumforaneus: item subbasilicanus, forensis. A pr.

περιτριχόομαι. ἕλκος περιτετριχωμένον, ap. Poll. ulcus in capite, aut alia pilosa corporis parte.

περιτρομέω, contremisco. Usitatius in Medio, Il. 18, 77. A seq.

περίτρομος, ον, (περιτρέμω) totus tremefactus, toto corpore contremiscens, tremebundus.

περιτρόμως, adv. trepide.

περιτροπάδην, adv. (περιτροπή) circumagendo, cursim, celeriter, strenue.

περιτροπάω, Ion. et Ep. περιτροπέω, i. q. περιτρέπω. Invenitur non nisi in part. praes. περιτροπέων ἐνιαυτός, annus qui circumvolvitur, Il. 2, 295. μῆλα περιτροπέοντες ἐλαύνομεν, oves abegimus circumquaque conversi, i. e. multis ambagibus, Od. 9, 465. περιτροπέων φῦλ' ἀνθρώπων, conversus ad gentes hominum. Hom. h. Merc. 542.

περιτροπή, ῆς, ἡ, vicissitudo, quum quid per vices et in orbem fit. ἐκ περιτροπῆς, per vices, quum tempus statum revertitur. ἐν περιτροπῇ, idem. 2) circuitus, seu circuitio.

περίτροχος, ὁ, vertigo. Hesych.

περίτροπος, ον, in orbem conversus.

περιτροχάζω, i. q. περιτροχάω.

περιτρόχαλος, ον, orbiculatus, rotundus. περιτρόχαλα κείρεσθαι, genus tonsurae, quum in orbem tondetur caput, solo in vertice relicta coma. cf. σκάφιον.

περιτροχάω, i. q. περιτρέχω, circumcurro, obeo, c. acc.

περιτρόχιον, τό, (τροχός) rota circum axem volubilis.

περιτροχισμός, ὁ, circumcursio.

περίτροχος, ον, (περιτρέχω) circumcurrens, in orbem currens. 2) orbiculatus, rotundus.

περιτρύζω, f. ύσω, circumquaque strideo, grunnio.

περιτρώγω, f. τρώξομαι, (τρώγω, irr.) rodo, ambedo, peredo, obrodo.

περιτρωχάω, i. q. περιτροχάω, poet.

περιττός, περιττάκις, περιττεύω, et cetera vid. in περισσός etc.

περίττωμα, ατος, τό, excrementum, faeces vini, et quidquid in corpore redundat, et vel ejiciendum vel resecandum est. 2) multitudo, redundantia. A pr.

περιττωματικός, ή, όν, excrementis abundans, vel ad excrementa pertinens. 2) cui excrementa insunt, ut vesica, alvus etc. A pr.

περιτυγχάνω, f. τεύξομαι, (τυγχάνω, irr.) incido, in utramque partem, forte reperio, nanciscor. it. forte adsum. περιέτυχον, incidi, nactus sum. περιτυχών, adeptus.

περιτυκίζω, (τυκίζω) praeparo, caedo, scil. saxum, materiam, caementum, ut aptum fiat aedificationi.

περιτύμβιος, ον, (τύμβος) sepulcralis, funebris, qui versatur circa tumulos.

περιτυμπανίζω, f. ίσω, tympanorum pulsu circumstrepo. 2) fustibus caedo.

περιτυπόω, (τυπόω) typum undique affingo, Aristaen.

περιτυχής, ές, (περιτυγχάνω) qui incidit in aliquid, consequitur quid.

περιυβρίζω, f. ίσω, injuria et contumelia afficio, vexo, ignominiose tracto.

περιυλακτέω, (ὑλακτέω) circumlatro.

περιυπνίζω, expergiscor, Pollux.

περιυφαίνω, obtexo.

περιύω, circumcirca pluo. pass. περιύεσθαι, circumplui. (ῡ)

περιφαγεῖν, inf. aor. a περιεσθίω, arrodo, corrodo, ambedo.

περιφαής, ές, (φάος) conspicuus, lucens.

περιφαίνομαι, (φαίνομαι) undique conspicuus sum, conspicior.

περιφάνεια, ας, ἡ, prospectus. 2) perspicuitas, evidentia. A seq.

περιφανής, ές, (περιφαίνομαι) conspicuus, conspectui expositus. 2) de sigillo in poculis, aut aliis vasis, quod totum est extra vas, et extrinsecus adfixum, opponitur πρόστυπος. 3) illustris, nobilis.

περίφαντος, ον, undique conspicuus, valde conspicuus et apertus.

περιφανῶς, adv. (περιφανής) aperte, evidenter, clare, perspicue.

περίφασις, εως, ἡ, (περιφαίνομαι) conspectus, prospectus liber, ap. Polyb.

περιφέγγεια, ας, ἡ, splendor magnus. A seq.

περιφεγγής, ές, (φέγγος) valde splendens.

περιφείδομαι, (φείδομαι) parcendo rei reliquum facio.

περιφέρεια, ας, ἡ, rotunditas, rotundae formae, circulus, convexitas. περιφέρεια θαλάσσης, margo. 2) error, vagatio. A seq.

περιφερής, ές, (περιφέρω) orbicularis, rotundus. 2) versatilis, rotatilis: connexus, devexus, teres. 3) περιφερέες, dicti juvenes, qui virgines Hyperboreorum in Delum comitabantur. Herodot. 4, 33. scribitur et περφερέες.

περιφερόγραμμος, ον, (γραμμή) lineam unam habens circumcurrentem, et in se redeuntem, ut circulus.

περιφέρω, f. περιοίσω, (φέρω, irr.) circumfero, mecum fero, in comitatu meo fero. 2) circumago et eodem revolvo. 3) redigo in vel ad. 4) in errorem induco, perturbo. 5) περιενεγκών, etiam est, qui ad se rediit, recepit se. περιφέρομαι, vagor, palor: circumferor, etiam sermone, fama, unde τὰ περιφερόμενα, divulgata.

περιφεύγω, f. φεύξομαι et φευξοῦμαι, (φεύγω, irr.) effugio, fugiendo evado, evado et superstes sum: defugio, detrecto, tergiversor.

περίφημος, ον, (φήμη) famosus, clarus.

περιφθείρομαι, (φθείρω) circumcirca pereo, intereo, penitus corrumpor, minuor. 2) ad perniciem vel meam vel aliorum circumvagor, cf. notas ad Lycurg. p. 198.

περιφθινύθω, (φθινύθω) corrumpor, conficior, pereo.

περιφιλέω, f. ήσω, (φιλέω, irr.) valde diligo.

περιφίλητος, ον, valde dilectus.

περιφλεγής, ές, ardens. A seq.

περιφλέγω, f. ξω, aduro, vehementer uro.

περιφλεγῶς, adv. (περιφλεγής) ardenter, vehementi ardore.

περιφλεύω, f. εύσω, (φλεύω) amburo, aduro. περιπεφλευσμένος, ambustus, perf. part. pass. Herodot. 5, 77. cf. περιφλύω.

περιφλιδάω, rugas contraho, περιφλιδόων, part. pro περιφλιδῶν, περιφλιδάων.

περιφλοΐζω, f. ίσω, (φλοΐζω) decortico.

περίφλοιος, ον, decorticatus, delibratus.

περιφλοϊσμός, οῦ, ὁ, decorticatio, corticis detractio.

περίφλοος, ον, i. q. περίφλοιος.

περιφλύω, (φλύω) amburo, de fulmine, Ar. Nub. 395. (ῡ)

περιφοβέομαι, f. ήσομαι, (φοβέομαι) pertimesco, paveo, si lectio vera, v. L. Dindorf. ad Xen. Cyneg. 9, 17.

περίφοβος, ον, metu vehementi perculsus, pertrepidus, pavens.

περιφόβως, adv. trepide, metu vehementi perculso animo.

περιφοιτάω, f. ήσω, circumeo, inambulo.

περιφοίτησις, εως, ἡ, circumcursio, peregrinatio, vagatio. A pr.

περίφοιτος, ον, (φοιτάω) [illegible] circuit, peregrinatur, vagatur, vulg[illegible]us.

περιφορά, ᾶς, ἡ, (περιφέρω) circumlatio, circumactio, circumvectio. 2) ferculorum missus, qui conviviis apponuntur, aut singulis convivis, aut quaternis 3) ambitus. 4) conturbatio, distractio, halucinatio. 5) error, vagatio. v. παραφέρεσθαι.

περιφοράδην, adv. circumagendo et quasi in orbem transferendo et circumducendo: de incessu boum, qui pedes anteriores non recta movent; item de luxatis. A pr.

περιφόρητος, ον, v. περιφόρινος.

περιφορέω, i. q. περιφέρω, circumfero, circumago.

περιφόρημα, ατος, τό, ferculum. A pr.

περιφορητικός, ή, όν, pervulgatus, omnium sermone tritus.

περιφόρητος, ον, vagus. 2) clarus, sapiens.

περιφόρινος, ον, (φορίνη) crassa cute tectus, χοιρίδια, Diphil. ap. Athen. 9. p. 383. F. ubi alii legunt περιφόρεινα.

περίφορος, ον, (περιφέρω) circumactus, qui in transversum rapitur.

περίφορτος, ον, (φόρτος) onustus.

περιφραγή, ἡ, i. q. περίφραγμα, ap. seriores.

περίφραγμα, ατος, τό, (περιφράσσω) septum, quo quid circumdatur, sepes, murus, vallum etc.

περιφραγμός, οῦ, ὁ, idem quod pr.

περιφραδέως, adv. scite, perite, seu rite, it. caute. A seq.

περιφραδής, ές, scitus, peritus. A seq.

περιφράζω, f. άσω, (φράζω, irr.) circumloquor, circumloquendo eloquor. 2) considero, perpendo, in med. Od. 1, 76.

περίφρακτος, ον, (περιφράσσω) circummunitus, circumseptus.

περίφραξις, εως, ἡ, idem quod περίφραγμα.

περίφρασις, εως, ἡ, (περιφράζω) periphrasis, circumlocutio, circuitus loquendi.

περιφράσσω, Att. ττω, f. ξω, circumsepio, circumvallo, obstipo.

περιφραστικός, ή, όν, quod circumscribendo effertur.

περιφραστικῶς, adv. per circumlocutionem.

περιφρίσσω, Att. ττω, f. ξω, pf. πέφρικα, (φρίσσω, irr.) perhorresco de aliqua re.

περιφρονέω, f. ήσω, (περίφρων) contemno, despicio. 2) accurate cogito, contemplor. 3) admodum sapiens sum, valde prudens sum.

περιφρόνησις, εως, ἡ, contemtus, despicientia. 2) accurata cogitatio. A pr.

περιφροσύνη, ἡ, i. q. περιφρόνησις, poet.

περιφρουρέω, i. q. περιφρουρέω.

περιφρουρέω, f. ήσω, custodia cingo. 2) cingo tanquam custodia aut praesidio.

περιφρυγής, ές, plane tostus.

περιφρύγω, f. ξω, torrefacio, undique torreo. (ῡ)

περίφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) prudens, sapiens, cordatus. 2) valde prudens, valde sapiens, cautus. 3) contemtor, superbus.

περιφυής, ές, (περιφύομαι) inhaerens alicui, humilis.

περιφυλακή, ῆς, ἡ, propugnaculum. A seq.

περιφυλάσσω, Att. ττω, f. ξω, undique custodio.

περιφύομαι, v. περιφύω.

περιφύρω, (φύρω) perturbo. (ῡ)

περιφυσάω, f. ήσω, valde inflo.

περιφύσητος, ον, valde inflatus. (ῡ) A praec.

περίφυσις, εως, ἡ, (περιφύομαι) incrementum vel coalitus in ambitu.

περιφυτεύω, obsero, consero, circa planto.

περίφυτος, ον, (φυτός) circa satus, undique consitus, Appian.

περιφύω, f. φύσω, (ῡ) aor. 1. περιέφυσα, (φύω, irr.) trans. agnasci facio, annecto. 2) Intransitivae significationis sunt med. περιφύομαι, f. ύσομαι, (ῡ) perf. περιπέφυκα, aor. 2. περιέφυν, inf. περιφῦναι, part. περιφύς, (ῡ) in vulgari dialecto etiam περιφύεναι, et περιφύεις, – agnascor, circa nascor, adhaereo, coalui, inhaereo, complector, amplector. Ὀδυσῆϊ περιφῦναι, Ulyssen amplexa, Od. 19, 416. frequentius c. acc. πατέρα περιφῦναι, patrem amplecti, Od. 24, 236. cf. 16, 21. 24, 320. b) excresco, de frumento.

περιφωνέω, f. ήσω, circumsono, resono.

περίφωρος, ον, (φώρ) manifestus, vel ut in manifesto flagitio aut facinore deprehensus.

περιφωτίζω, f. ίσω, illumino.

περιφωτισμός, ὁ, illuminatio, radii lucis circumjecti.

περιχαίνω, f. χανοῦμαι, (χαίνω, irr.) i. q. ἀμφιχαίνω, aperto ore inhio, v. c. prae admiratione vel stupore: inhians devoro, vel omnino devoro, deglutio, c. acc.

περιχαίρω, f. χαρήσω, (χαίρω, irr.) summopere laetor aliqua re, τινί. Etiam in Medio.

περιχαλάω, f. άσω, (χαλάω) undique dissolvo, demitto, relaxo.

περιχαλινόω, f. ώσω, freno.

περιχαλκος, ον, aere obductus.

περιχαλκόω, f. ώσω, aere obduco.

περιχανδής, ές, (χανδάνω) capacissimus.

περιχαρακόω, f. ώσω, vallo munio, aggere cingo, obvallo, circumvallo.

περιχαρακτήρ, ῆρος, ὁ, (περιχαράσσω) scalpellum, quo dentes scarificantur.

περιχαρακτικός, ή, όν, habens vim circumscribendi et emarginandi.

περιχαράκωμα, ατος, τό, (περιχαρακόω) vallum s. agger locum aliquem cingens et circummuniens.

περιχάραξις, εως, ἡ, circumscriptio, circumductio. A seq.

περιχαράσσω, Att. περιχαράττω, f. ξω, circino, et circino circumscribo: dicitur de scriptura literarum, in quibus vel totus vel dimidius circulus exprimitur ut O. P. v. Bourdin. ad Ar. Thesm. 788. 2) scarifico et circumcirca incido.

περιχάρεια, et περιχαρία, ας, ἡ, summa et immoderata laetitia. A seq.

περιχαρής, ές, (περιχαίρω) supra modum laetus, magno gaudio elatus. τὸ περιχαρές, res laetae.

περιχαρῶς, adv. ingenti gaudio. A praec.

περιχάσκω, in praes. et impf. i. q. περιχαίνω.

περιχειλόω, f. ώσω, labro circumdo. 2) ad labia usque plenus, i. e. valde satiatus sum. v. περιχιλόω.

περιχειρίδιον, τό, Dim. a seq.

περιχείριον, τό, ψέλλιον, armilla. περιχείρια, viriolae, armillae. A seq.

περίχειρον, ου, τό, (χείρ) ornamentum, quod brachio vel manui apponitur. περίχειρα, armillae.

περίχευμα, ατος, τό, circumfusum, seu circumcirca affusum.

περιχέω, f. χεύσω, aor. περιέχεα, Epice περιχεύω, aor. περιχεῦα, (χέω, irr.) circumfundo, circumdo, ut χρυσὸν κέρασι, cornua auro obducere. Hom. Sic etiam in Medio, Od. 6, 232. 23, 159. Praeterea est in Medio circumfundor, in omnes partes diffundor; c. acc. pers. amplector aliquem. item περιχέασθαι, leviter balneo perfundi, oppos. πλείονι τῷ λουτρῷ χρῆσθαι, Mnesith. Athen. p. 484. Schw.

περιχθών, όνος, ὁ, ἡ, (χθών) terram cingens, ὠκεανός, Anth. Pal. IX. 778. ubi vide Jacobs p. 629. (Olim Il. 19, 362. legebatur γέλασσε δὲ πᾶσα περιχθὼν, omnis terra circumjacens s. vicina: sed recte emendatum est περὶ χθὼν, cf. schol. Ven. ad h. l.)

περιχιλόω, f. ώσω, (χιλόω) bene pasco, bene sagino; et neutraliter, bene saginor. scribitur et περιχειλόω.

περιχλαινίζω, f. ίσω, (χλαῖνα) laena induo, bene tego adversus frigus.

περιχλανίζω, i. q. praec. dub.

περίχολος, ον, (χολή) biliosus, bile perfusus. 2) iracundus, stomachosus.

περιχορεύω, f. εύσω, salto seu tripudio circum. 2) circumvagor.

περιχορίζω, (χορός) strenue salto, de saltatione ἐνοπλίῳ. Hesych.

περιχρεμπτος, ον, (χρέμπτομαι) despuendus, turpis, abominabilis; Aesch. Suppl. 885. dub.

περιχρήματος, ον, (χρήματα) admodum pecuniosus, praedives.

περιχριμπτός, ή, όν, (χρίμπτω) stringens, appropinquans.

περίχρισις, εως, ἡ, inunctio.

περιχρισμα, τό, (περιχρίω) unguentum.

περιχριστος, ον, circumlitus. 2) qui circumlini solet aut potest.

περιχρίω, f. ίσω, illino, oblino, perungo. (υ ̄ --)

περίχρυσος, ον, (χρυσός) inauratus, auro obductus.

περιχρυσόω, f. ώσω, deauro, auro induo. περικεχρυσωμένος, inauratus, perf. pass. part.

περίχυδα, adv. (περιχέω) undique affundendo. Hippocr.

περίχυμα, τό, (περιχέω) circumfusum.

περίχυσις, εως, ἡ, (περιχέω) offusio, circumfusio.

περιχυτήρ, ῆρος, ὁ, (περιχέω) qui circumfundit, qui affundit.

περιχυτήριον, τό, vas ad perfundendum, perfusorium. Proprie neutr. a seq.

περιχυτήριος, ία, ιον, (περιχυτήρ) perfusorius, qui perfundit, perfusor.

περιχύτης, ου, ὁ, perfusor.

περιχώννυμι, f. χώσω, (χώννυμι, irr.) aggere circumdo.

περιχώομαι, f. χώσομαι, (χώομαι) vehementer irascor alicui ob aliquid, τινί τινος, Il. 9, 449. 14, 266. Vox Epica.

περιχωρέω, f. ήσω, (χωρέω) circumeo, circumvenio. 2) per circuitum redeo.

περιχώρησις, εως, ἡ, cessio in exitu rei. 2) reditus per circuitum. 3) vox ecclesiastica, de conjunctione personarum in divinitate, et divinae naturae cum humana in D. N. Jesu C.

περίχωρος, ον, circumjacens, finitimus, vicinus.

περιψαύω, f. αύσω, tango, comprehendo.

περιψάω, f. [illegible], (ψάω, irr.) abstergo, defrico, del[illegible]

περίψημα, ατος, τό, (περιψάω) sordes et purgamenta detersa, defricta; scobs. 2) de homine, qui alias κάθαρμα, ubi v. in quo peccata et crimina totius populi, velut in sudario aut panno quodam, aut piaculi capite, absterguntur et expurgantur.

περίψηφος, ου, ὁ, in calculis sollicite ponendis occupatus: calculator, ratiocinator.

περιψήχω, rado vel frico, strigili utor.

περιψιθυρίζω, circumsono, circumstrepo, circumsibilo.

περιψιλόω, f. ώσω, circumcirca nudo, dispolio.

περιψίλωσις, εως, ἡ, nudatio, spoliatio. (ῐ)

περιψοφέω, f. ήσω, obstrepo, circumstrepo.

περιψόφησις, ἡ, strepitus qui circumcirca auditur.

περιψυγμός, οῦ, ὁ, (περιψύχω) frigus.

περίψυκτος, ον, (περιψύχω) refrigeratus, frigidus, recreatus, refectus, ut homo, cui nimius aestus spirandi facultatem ademit, ad vitam revocatur frigido ventulo admisso. 2) qui refrigerari potest. 3) valde amabilis, Epith. v. c. pulcritudinis.

περίψυξις, εως, ἡ, refrigeratio, frigus ipsum, qua sentitur, recreatio, refectio. 2) perfrictio.

περίψυχρος, ον, (ψυχρός) prorsus frigidus.

περιψύχω, f. ξω, (ψύχω) perfrigero, refrigero. 2) foveo, recreo. 3) oblecto. (ῡ)

περιωδευμένως, adv. (περιοδεύω) circuitu et circumductione per ambages, in orbem.

περιᾳδέω, f. ήσω, (ᾠδή) incantamentis et magica arte circumvenio et obtundo.

περιωδυνάω, f. ήσω, (περιώδυνος) dolore omni ex parte crucio. 2) vehementem seu gravem dolorem facio. περιωδυνάομαι, crucior, perdoleo.

περιωδυνέω, (περιώδυνος) magnum dolorem sentio, valde doleo.

περιωδυνία, ας, ἡ, gravis dolor. A seq.

περιώδυνος, ον, (ὀδύνη) qui vehementer dolet. 2) gravem dolorem faciens.

περιωδύνως, adv. gravi cum dolore.

περιωθέω, f. ωθήσω et ώσω, (ὠθέω, irr.) trudo vel vexo, per injuriam trudo aut vexo in omnem partem, ut loco non sinam consistere. 2) negligo, contemno.

περιωθίζω, f. ίσω, idem.

περιώμιον, ου, τό, supparus. A seq.

περιώμιος, ον, (ὦμος) humeros tegens, ambiens.

περιωμίς, ίδος, ἡ, i. q. περιώμιον.

περιώνυμος, ον, (ὄνομα) cujus nomen nobilitatum est et clarum.

περιωπέω, f. ήσω, (περιωπή) circumspicio.

περιωπή, ῆς, ἡ, (ὤψ) circumspectio, i. e. ipsa circumspiciendi actio, cura, prudentia. 2) locus, e quo circumjacentia oculis lustrari queunt, specula.

περιωπής, ές, (ὤψ) conspicuus.

περιωπίζομαι, f. ίσομαι, circumspicio, speculor.

περιώσιος, ον, (proprie i. q. περιούσιος, περιών, a περίειμι) eximius, vel modum superans: item numerosus. adv. περιώσιον, magnopere, valde.

περίωσις, εως, ἡ, (περιωθέω) vexatio.

περιωτάλτιος, ὁ, circum aures hirsutus; pro ὁ περὶ τὰ ὦτα λάσιος, apud Heracl. ex Platone legi dicitur. H. Steph.

περιωτειλόω, (ὠτειλή) cicatricem obduco.

περιωτίς, ίδος, ἡ, tegumentum quod auri circumdatur. Etymol.

πέρκα, ἡ, v. πέρκη.

περκάζω, f. άσω, (πέρκος) nigresco, maturescere incipio, vario, varior: de uvis.

περκαίνω, (πέρκος) variego, nigrum s. nigricans facio.

πέρκανα, τά, genus quoddam operis textorii.

περκάς, άδος, ἡ, fem. poet. a πέρκος.

πέρκη, ἡ, (πέρκος) it. πέρκα, perca, piscis.

περκίδιον, τό, Dim. a πέρκη.

περκίς, ίδος, ἡ, i. q. πέρκη.

περκνόπτερος, ον, (πτερόν) alas habens nigris distinctas maculis.

περκνός, ή, όν, niger, nigris distinctus maculis, varius. 2) Subst. ὁ περκνός, i. q. πέρκη.

περκνόω, i. q. περκαίνω.

πέρκωμα, τό, varietas coloris in uvis maturescentibus et aliis rebus.

πέρκος, η, ον, i. q. περκνός.

πέρνα, ης, ἡ, perna, peraso.

περνάω, i. q. πέρνημι.

πέρνημι, (*περάω*) in longinquam regionem venum exporto, vendo, *πέρνασχ', ὅντιν' ἕλεσκε, πέρνη ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, ἐς Σάμον*, Il. 24, 752. (*πέρνασκε*, impf. Ion. p. *ἐπέρνη*.) sic *περνὰς ἐπὶ νήσων*, Il. 22, 45. (*περνάς*, part. praes.) *κτήματα περνάμενα*, res venales, Il. 18, 292.

πέρνης, ὁ, avis quaedam rapax, videtur esse f. l. pro *πτέρνις*.

πέροδος, ἡ, Aeol. p. *περίοδος*, Pind.

περόναμα, τό, Dor. p. *περόνημα*.

περονάω, f. ήσω, (*περόνη*) fibula subnecto, fibulo. 2) trajicio veluti fibula.

περόνη, ης, ἡ, (*πείρω, περάω*) fibula, subula, acicula.

περόνημα, τό, (*περονάω*) quod fibula constrictum est, vestis quae fibula constringitur, hinc vestis quaevis, ut *πόρπημα*, Theocr. 15, 79. cf. Spohnii lect. Theocr. I. p. 46.

περονῆτις, et *περονητρίς*, ίδος, ἡ, (*περόνη*) peplum, vestis, quae fibula ad pectus adnectitur.

περονίς, ίδος, ἡ, fibula.

περπερεία, vel *περπερία*, ας, ἡ, temeritas. 2) nimius cultus. 3) ostentatio. 4) adulatio. A seq.

περπερεύομαι, effero me, jactationi aut vanae ostentationi deditus sum. 2) perperam, temere loquor, ago. 3) blandior, adulor. A seq.

πέρπερος, ον, (unde Lat. perperam) levis, temerarius, praeceps, perperus, vanus. 2) arrogans, ostentator. 3) adulator. 4) garrulus, nugator.

πέῤῥα, ας, ἡ, sol: ap. Lycophr. 1428. dub.

πέρσα, Epice p. *ἔπερσα*, aor. a *πέρθω*.

περσαία, ἡ, vide *περσέα*.

περσέα, ἡ, poet. *πέρσεια* et *περσεία*, persea, arbor Aegyptiaca, a qua bene distinguenda, tum *Περσικὴ μηλέα*, Persica, tum *περσαία*, ἡ, arbor venenata, a militibus Cambysis ex Persia in Aegyptum translata. v. Schneider. ad Theophr. h. pl. 4, 2, 5. T. III. p. 284.

πέρσεια, ἡ, poet. i. q. *περσέα*.

Περσείδης, ου, ὁ, filius Persei.

Περσεῖος, εία, εῖον, a Perseo oriundus.

περσέπολις, εως, ὁ, ἡ, (*πέρθω, πόλις*) urbes vastans, urbium vastator s. vastatrix, Ar. Nub. 967. 2) ἡ Π., Persepolis, antiqua Persidis regia.

περσέπτολις, εως, ὁ, ἡ, (*πτόλις*) poet. p. *περσέπολις*.

Περσεύς, έως, Ion. et Ep. ῆος, ὁ, Perseus, filius Jovis et Danaes, heros. 2) nomen piscis.

Περσέφασσα, ἡ, Att. *Περσέφαττα*, it. *Φερσέφασσα* et *Φερσέφαττα*, i. q. *Περσεφόνη*.

Περσεφόνεια, ἡ, Epice i. q. *Περσεφόνη*.

Περσεφόνη, ἡ, Proserpina.

Πέρση, ης, ἡ, Perse, nom. propr. filiae Oceani, Od.

Περσηϊάδης, ου, ὁ, poet. p. *Περσείδης*.

Περσήϊος, ΐα, ϊον, poet. p. *Περσεῖος*, Theocr.

Περσηΐς, ΐδος, ἡ, Perseis, filia Oceani, mater Circes, Hes. Th. 957. 2) cognomen Hecatae.

Πέρσης, ου, ὁ, Perses, nomen proprium, 1) pater Hecatae, Hes. Th. 377. 409. 2) frater Hesiodi.

Πέρσης, ου, ὁ, acc. *Πέρσην* et *Πέρσα*, Persa. plur. οἱ *Πέρσαι*, Persae, nomen populi. 2) nomen jactus in ludo tesserarum.

περσία, ἡ, vide *περσέα*.

Περσίζω, f. ίσω, (*Πέρσης*) Persas imitor. 2) scio Persice. 3) Persis faveo, Persarum partes sequor.

Περσικός, ή, όν, Persicus. Hinc ἡ *Περσική*, ῆς, sc. *μηλέα*, malus Persica, et τὸ *Περσικόν*, οῦ, scil. *μῆλον*, malum Persicum. *Περσικαί*, sc. *ὑποδέσεις*, calcei muliebres et molles, s. viles.

περσίον, τό, idem esse videtur quod ἡ *περσέα*.

πέρσις, εως, ἡ, (*πέρθω*) vastatio, expugnatio.

Περσίς, ίδος, ἡ, (*Πέρσης*) Persica, ut *Περσίς*, scil. *γῆ*, Persia. *Περσὶς γυνή*, Persica mulier. *Περσὶς χλαῖνα*, laena Persica.

Περσιστί, adv. (*Περσίζω*) Persarum more seu ritu. 2) Persica lingua. (‒ ‒ ⏑)

Περσοδιώκτης, ου, ὁ, (*Πέρσης, διώκω*) persecutor et profligator Persarum.

Περσοκτόνος, ου, ὁ, (*κτείνω*) occisor Persarum.

Περσονομέομαι, Persarum legibus et sub eorum imperio vivo. A seq.

Περσονόμος, ον, Persas regens, Persicus, Persici moris, Aesch.

περσύας, *περσυνός*, i. q. *περυσίας*, *περυσινός*.

πέρυσι, adv. anno praeterito, anno superiori. 2) ante hac, ante hoc tempus.

περυσίας, ου, ὁ, ut *περυσίας οἶνος*, vinum anni superioris. A praec.

περυσινός, ή, όν, qui anni superioris est, annotinus.

πέρφερες, οἱ, i. q. *περιφερέες*, Hdt. 4, 33. v. *περιφερής*.

πεσδᾶ, adv. Dor. p. *πεζῇ*, Theocr.

πεσεῖν, inf. aor. 2. a *πίπτω*.

πέσημα, ατος, τό, (*πίπτω*) casus, lapsus. 2) quod cecidit.

πέσκος, εος, τό, i. q. *πέκος*.

πέσος, εος, τό, i. q. *πέσημα*, lapsus. 2) cadaver, Eur.

πεσσεία, ἡ, Att. *πεττεία*, (*πεσσεύω*) ludus calculorum. 2) In Arte musica est, quum eadem chorda saepius pulsatur.

πεσσεύω, i. q. *πεσσεύω*.

πέσσευμα, τό, Att. *πεττ.*, lusus calculorum.

πεσσευτήριον, τό, tabula duodecim lineis conscripta, cursum solis et lunae per duodecim zodiaci signa ostendens, de qua v. Eustath. ad Odyss. 1. p. 1397. R. cf. Ruhnk. ad Tim. p. 218. Proprie neutrum a seq.

πεσσευτήριος, ία, ιον, i. q. *πεσσευτικός*, a seq.

πεσσευτήρ, ῆρος, ὁ, i. q. *πεσσευτής*.

πεσσευτής, οῦ, ὁ, (*πεσσεύω*) calculis ludens.

πεσσευτικός, ή, όν, ad lusum calculorum pertinens, lusorius. 2) calculis ludendi peritus. A praec.

πεσσεύω, Att. *πεττεύω*, f. εύσω, (*πεσσός*) calculis ludo. 2) transfero, muto.

πεσσονομέω, (*νέμω*) calculos lusorios dispono. 2) ordino, dispono.

πεσσόν, τό, Att. *πεττόν*, tabula, in qua calculis luditur. v. *πεσσός*, 2.

πεσσοποιέομαι, (*πεσσός, ποιέω*) pessum facio et vulneri insero.

πεσσός, ὁ, Att. *πεττός*, calculus seu scrupus lusorius, forma oblongus. 2) tabula, in qua calculis luditur, alias *πεσσὸν* s. *ἄβακιον* dicta, quinque lineis longis totidemque transversis in triginta sex loca quadrata descripta. 3) οἱ *πεσσοί*, ipse ludus vel locus ubi luditur. 4) pessus s. pessarium, i. e. lana concerpta vel linamenta ad digiti figuram rotunda facta et medicamentis illita, cf. Paul. Aegin. 3, 61. 7, 24. Cels. 5, 21.

πέσσω, Att. *πέττω*, f. *πέψω*, pf. pass. *πέπεμμαι*, inf. *πεπέφθαι*, mollio, maturo, ad maturitatem perduco. 2) coquo, pinso. 3) coquo, concoquo, proprie et tropice, occulo, abditum et reconditum penes me teneo, donec maturescat et perfectum sit, ut *χόλον πέσσειν*, simultatem premere et celare ad opportunitatem vindictae, Il. 4, 513. 9, 565. ita quoque *κῆδεα, θυμόν, ὀργὴν πέσσειν*. Paullo aliter dicitur *γέρα πεσσέμεν*, munera concoquere, i. e. commode iis frui, Il. 2, 237. eadem ratione intelligi debet *πλοῦτον, αἰῶνα πέσσειν*, Pind. — *βέλος πέσσειν*, vulnus sagittae curare, Il. 8, 513.

πεσών, part. aor. a *πίπτω*, Hom.

πετά, vel *πέτα*, Aeol. p. *μετά*, cf. *πέδα*.

πέτακνον, sive *πέταχνον*, ου, τό, (*πετάννυμι*) poculum latum et tenue; ap. Athenaeum.

πετάλειον, ου, τό, idem quod *πέταλον*, poet.

πεταλίζω, (*πέταλον*) per *πεταλισμὸν* patria expello, foliis in urnam dejectis damno et relego. 2) folia decerpo: folia emitto, germino, valde dub.

πεταλίς, ίδος, ἡ, sc. ὗς, sus adulta, Athen. 9, p. 376. A

πεταλισμός, ὁ, ostracismus per folia, Syracusis inprimis usitatus, Hesych. v. Meurs. lect. Att. p. 281. cf. *ἐκφυλλοφορία*.

πεταλῖτις, ιδος, ἡ, herba quaedam; ap. Nicand.

πέταλον, ου, τό, Ion. *πέτηλον*, folium expansum. 2) lamina, bractea. Propr. neutr. a *πέταλος*.

πεταλοποιός, οῦ, ὁ, (*ποιέω*) bractearius.

πέταλος, η, ον, Ion. *πέτηλος*, (*πετάννυμι*) expansus, latus, planus. 2) adultus, ut *μόσχος*, ὗς.

πεταλουργός, οῦ, ὁ, (*ἔργον*) i. q. *πεταλοποιός*.

πεταλόω, f. ώσω, (*πέταλον*) in folia muto. 2) bracteis aureis obduco.

πεταλώδης, ες, folio vel laminae similis.

πετάλωσις, ἡ, (*πεταλόω*, 2.) obductio quae aureis bracteis s. laminis fit.

πεταλωτός, ή, όν, (*πεταλόω*) folii formam habens, foliatus, foliosus.

πέταμαι, i. q. *πέτομαι*, q. v. Pind.

πετάννυμι vel *πεταννύω*, f. *πετάσω*, aor. *ἐπέτασα*, pf. pass. *πέπταμαι*, aor. *ἐπετάσθην*, pando, expando, explico. *χεῖρέ τινι*, amplector aliquem, Hom. *πύλαι πεπταμέναι*, valvae expansae i. e. apertae, patentes, Il. 21, 531. *θυμὸν πετάσαι*, animum diffundere, i. e. desiderio vel cupidine explere, Od. 18, 160. ubi v. Eustath. *αἴθρη* s. *αἴγλη Ἠελίου πέπταται*, diffusa est, Hom.

πετάομαι, ap. seriores, i. q. *πέτομαι*.

πετάσιμος, ίμη, ιμον, (*πέταμαι*) volando idoneus, qui volare potest, volucer.

πετάσιον, τό, Dim. a *πέτασος*.

πετασίτης, ου, ὁ, (*πέτασος*) petasi speciem gerens. 2) planta quaedam.

προγλωσσίς, ίδος, ἡ, (γλῶσσα) linguae extrema pars acuta.

πρόγλωσσος, ον, (γλῶσσα) garrulus, qui nil celare potest, volubilis linguae.

πρόγνωσις, εως, ἡ, (προγινώσκω) praesensio, praenotio, praescientia, praesagium. 2) rerum praesentium vel praeteritarum animadversio s. cognitio. 3) in N. T. interdum, decretum, consilium, voluntas, it. benevolentia.

προγνώστης, ου, ὁ, praescius futurorum.

προγνωστικός, ή, όν, facultate praesciendi seu praesagiendi praeditus, praescius, sagax. Hinc τὸ προγνωστικόν, οῦ, scil. σημεῖον, prognosticum, rei futurae signum.

προγνωστικῶς, adv. providenter.

προγονή, ἡ, fem. a προγονός, privigna, ICt.

προγονικός, ή, όν, (πρόγονος) avitus, a majoribus acceptus. 2) majoribus dignus.

πρόγονος, ον, (γίγνομαι, γέγονα) ante genitus, major natu, Od. 9, 221. οἱ πρόγονοι, majores, gentis auctores. 2) ap. Dion. Hal. ant. 7, 50. posteri s. nati.

προγονός, ὁ, (γονή) privignus, ICt.

πρόγραμμα, ατος, τό, (προγράφω) tabula s. quodvis scriptum, quo proposito aliquid indicatur, aut fieri jubetur, edictum, libellus.

προγραφή, ἡ, descriptio rei proposita, tabula publice exposita: inpr. proscriptio, proscriptionis tabula.

προγράφω, f. ψω, (γράφω) antescribo, supra scribo, prius scribo, proscribo, praescribo. 2) tabula publice proposita indico. δίκην s. κρίσιν τινί, aliquem scripto in jus vocare. 3) bona alicujus proscribo.

προγρηγορέω, f. ήσω, (γρηγορέω) vigilo, dormire non possum.

προγυμνάζω, f. άσω, exerceo. προγυμνάζομαι, exerceor, paro me alicui rei, meditor.

προγυμνασία, ας, ἡ, exercitatio praevia, praeparatio, meditatio. A praec.

προγύμνασμα, ατος, τό, idem, in arte Rhetorica partes elaborandae orationis, s. declamationis, quibus separatim scribendis ad ipsam accessio s. praeparatio fit.

προγυμναστής, οῦ, ὁ, qui exercet, qui praeparat.

προδαῆναι, inf. aor. pass. προὐδάην, (*δάω) praenosse. part. προδαείς, praenoscens, praescius, Od. 4, 396.

προδανείζω, f. είσω, ante feneror, fenori do.

προδαπανάω, f. ήσω, ante impendo.

προδείδω, f. δείσω, (δείδω, irr.) metuo de futuro.

προδείελος, ον, (δείελος) qui ante vesperam, vel antequam advesperascit, aliquid agit.

προδείκνυμι, f. δείξω, et προδεικνύω, (δείκνυμι) praemonstro, ante significo, denuncio.

προδειμαίνω, (δειμαίνω) ante metuo, τί. 2) metuo de futuro.

προδειπνέω, f. ήσω, ante coeno s. edo.

πρόδειπνος, ον, (δεῖπνον) qui est ante coenam. 2) ante coenans.

προδέκτωρ, ορος, ὁ, Ion. p. προδείκτωρ, (προδείκνυμι) praemonstrator, futurorum ostensor, Hdt. 7, 37.

προδέρκομαι, f. ξομαι, (δέρκομαι, irr.) video prior. 2) praevideo, prospicio.

προδεσμέω, f. ήσω, (δεσμός) praeligo.

προδεύω, f. εύσω, ante madefacio, quasi praemadefacio.

προδηλέομαι, f. ήσομαι, ante, prior laedo.

προδηλοποιέω, f. ήσω, manifestum reddo. 2) ante declaro, praesignifico.

πρόδηλος, ον, (δῆλος) ante notus. 2) manifestus, perspicuus.

προδηλόω, ostendo, clarum reddo. 2) praesignifico. A pr.

προδήλως, adv. manifesto.

προδήλωσις, εως, ἡ, (προδηλόω) praesignificatio. 2) manifestatio; denunciatio.

προδιαβαίνω, f. βήσομαι, (βαίνω, irr.) prior seu prius transeo.

προδιαβάλλω, f. βαλῶ, (βάλλω, irr.) ante s. prior criminor, ante criminatione insimulo.

προδιαβεβαιόω, (βεβαιόω) ante confirmo.

προδιαγιγνώσκω, f. προδιαγνώσομαι, (γιγνώσκω, irr.) ante considero s. perpendo, animo prius percipio.

προδιάγνωσις, εως, ἡ, idem quod πρόγνωσις.

προδιαγόρευσις, εως, ἡ, praedictio.

προδιαγράφω, f. ψω, ante seu prius describo.

προδιαγωγή, ῆς, ἡ, (aquae) ductus longior.

προδιαγωνίζομαι, f. ίσομαι, ante decerto.

προδιαδίδωμι, ante spargo, dissemino, ut famam.

προδιαζεύγνυμι, τὸ προδιαζευγμένον, vide προεπίζευξις.

προδιάθεσις, εως, ἡ, antecedens dispositio, capiens affectionem aliquam. 2) pristina affectio.

προδιαιρέομαι, f. ήσομαι, (αἱρέω, irr.) distinguo in genera, species etc. 2) describo rem faciendam. vid. seq.

προδιαίρεσις, εως, ἡ, descriptio (deformatio) futuri operis, ut aedificii, forma.

προδιαίτησις, εως, ἡ, (διαιτάω) praeparatio ad rem aliquam per victum certum et similia. item, praeparatio simpliciter.

προδιακινέω, f. ήσω, (κινέω) ante commoveo. προδιακινήσας τινάς, concitatis ante nonnullis.

προδιακονέω, (διακονέω) et Med. antea operam navo.

προδιαλαμβάνω, f. λήψομαι, (λαμβάνω, irr.) ante cognosco, ante judico, ante constituo, decretum habeo. 2) ante concipio animo, ut spem.

προδιαλέγομαι, f. ξομαι, (λέγω, irr.) ante colloquor cum aliquo, praevia colloquia habeo.

προδιάλεξις, ἡ, colloquium praevium. A praec.

προδιαλύω, (λύω, irr.) ante dissolvo s. frango.

προδιαμαρτύρομαι, obtestor, protestor. (ῡ)

προδιανοέω et έομαι, praevideo, ante sentio.

προδιανυκτερεύω, f. εύσω, prius totam noctem consumo, praecedentem noctem transigo.

προδιανύω, et ύτω, f. ύσω, ante perficio, ante demonstro. τὰ προδιηνυσμένα, ante demonstrata.

προδιαπέμπω, praemitto.

προδιαπλέω, f. πλεύσομαι, (πλέω, irr.) ante navibus transeo.

προδιαρθρόω, ante definio, explico, constituo.

προδιαρπάζω, f. άσω, et άξω, (ἁρπάζω, irr.) ante diripio.

προδιασαλεύω, f. εύσω, prius concutio.

προδιασαφέω, f. ήσω, (prius) declaro.

προδιασάφησις, εως, ἡ, praevia declaratio. A praec.

προδιασκέπτομαι, (σκέπτομαι) prius desidero.

προδιασκοπέω, ante diligenter considero.

προδιαστέλλομαι, (στέλλω) praenuncio: praemoneo: prius discerno.

προδιαστροφή, ῆς, ἡ, superior s. pristina perversio s. depravatio.

προδιασύρω, prior traduco et carpo, it. prior violo, frango foedus, pactum. (ῡ)

προδιατάσσω, Att. προδιατάττω, f. ξω, prior dispono. Med. ante constituo, compono.

προδιατέμνω, (τέμνω, irr.) antea disseco.

προδιατίθημι, (τίθημι) antea dispono.

προδιαττάω, f. ήσω, prius cribro, prius per cribrum transmitto.

προδιατυπόω, f. ώσω, prius formo, praeformo, describo.

προδιατύπωσις, εως, ἡ, praeformatio. 2) praeordinatio. A pr.

προδιαφθείρω, (φθείρω, irr.) ante corrumpo: prius constupro. Pass. jam dudum corruptus sum etc.

προδιαχρίω, f. ίσω, ante lino, praelino. (ῑ)

προδιαχωρέω, f. ήσω, prius dissideo, prior me ab amicitia alicujus separo.

προδιδάσκω, f. άξω, (διδάσκω, irr.) prius doceo, praedoceo.

προδίδωμι, f. δώσω, prodo, defero, auxilio meo destituo, deficio, praevaricor. 2) prius vel prior do, ut repraesento pecuniam. 3) dedo, ut urbem.

προδιέξειμι, (εἶμι) i. q. seq.

προδιεξέρχομαι, f. ελεύσομαι, (ἔρχομαι, irr.) prior transeo. 2) ante expono, declaro, exsequor in antecessum.

προδιεξοδεύω, (ὁδεύω) i. q. praec.

προδιεορτάζω, f. άσω, (ἑορτάζω) prius festum diem ago, prius triumpho.

προδιεργάζομαι, f. άσομαι, ante elaboro, praeparo.

προδιερευνάω, f. ήσω, ante perscrutor et pervestigo.

προδιερευνητής, οῦ, ὁ, explorator, praemissus veluti exercitui subsequenti. A pr.

προδιέρχομαι, f. ελεύσομαι, (ἔρχομαι, irr.) prius percurro. 2) ante enarro.

προδιευκρινέω, f. ήσω, ante discerno, vel discutio.

προδιηγέομαι, f. ήσομαι, praenarro.

προδιήγησις, εως, ἡ, praevia narratio, praeparatio ad narrationem. A pr.

προδιηθέω, (ἠθέω) ante percolo.

προδιΐστημι, f. προδιαστήσω, (ἵστημι) prius dirimo, distraho.

προδικάζω, f. άσω, prius judico.

προδικασία, ας, ἡ, praejudicatio, praejudicium. A pr.

προδικαστής, οῦ, ὁ, qui vel ante, vel loco alterius judicat. Ab eod.

προδικέω, f. ήσω, (πρόδικος) curo, procuro, defendo, τινός: sum tutor. Hesych.

προδικία, ας, ἡ, quodvis curationis munus, patrocinium. Ab eod.

πρόδικος, ου, ὁ, (δίκη) patronus, qui caussam defendit, qui caussam pro aliquo dicit, tutor, curator, arbiter. 2) Adj. πρόδικος, ον, ante judicatus.

προδιοικέω, f. ήσω, ante dispono, constituo. Med. de rebus meis ante constituo, mandata do.

προδιοίκησις, εως, ἡ, praeparatio, praemunitio. A pr.

προδιοικητικός, ή, όν, providus, futuri curam gerens, praeparans se ad futura. Ab eod.

προδιομολογέω, et έομαι, prius confiteor, vel profiteor, vel testor. 2) ante vel prius polliceor, prius paciscor.

προδιορθόω, (ὀρθόω) ante emendo, prius corrigo.

προδιόρθωσις, εως, ἡ, praevia correctio.

προδιορίζω, f. ίσω, ante definio.

προδιυλίζω, f. ίσω, ante percolo.

προδιώκω, f. ξω, insequor, persequendo progredior.

προδίωξις, εως, ἡ, insecutio, persecutio.

προδοκάζω, f. άσω, exspecto. 2) observo. 3) insidior.

προδοκέω, (δοκέω) plerumque impers. προδοκεῖ, prius videtur, pass. προδέδοκται, prius decretum est.

προδοκή, ῆς, ἡ, angustus locus, insidiis aptus, ubi hostis velut προσδοκᾶται, ante exspectatur et excipitur, quam veniat. saepe πρὸ in compositis usurpatur pro πρός.

προδοκιμάζω, (ante) exploro, specto.

προδομάτιον, τό, Dim. a πρόδομος.

πρόδομος, ον, (δόμος) qui ante sedes est.

πρόδομος, ου, ὁ, antica pars templi. opp. ὀπισθόδομος. 2) atrium, vestibulum.

προδοξάζω, f. άσω, prius opinor.

πρόδοξος, ον, (δόξα) praejudicio utens.

προδοσέταιρος, ον, (προδίδωμι, ἑταῖρος) amicos prodens.

προδοσία, ας, ἡ, (προδίδωμι) proditio, praevaricatio.

πρόδοσις, εως, ἡ, elargitio, erogatio.

προδοσιόκομπος, ον, (κόμπος) pollicendo vanus, jactator.

προδότης, ου, ὁ, (προδίδωμι) proditor, praevaricator.

προδοτικός, ή, όν, proditorius, delatorius. A pr.

προδοτικῶς, adv. proditorum more, per proditionem.

προδότις, ιδος, ἡ, proditrix, fem. a προδότης.

πρόδοτος, ον, (προδίδωμι) proditus.

πρόδουλος, ον, servilis.

προδρομή, ῆς, ἡ, (προτρέχω) antecessus, praecursio, incursio, procursus.

πρόδρομος, ον, praecursor, praevius, anteambulo. 2) excursor, emissarius. 3) ferentarius, miles levis armaturae. 4) praecox, quod primum maturuit, de uvis, ficis etc. dicitur et de vino. v. πρότροπος. 5) Subst. ὁ, processio.

προδυστυχέω, ante infelix sum.

προδυσωπέω, idem quod δυσωπέω: it. bono modo quodam averto, impedio, ut orando etc.

προδωμάτιον, ου, τό, cubiculi seu thalami vestibulum.

προδωσείω, (δωσείω) Desiderat. a προδίδωμι, prodere cupio.

προδωσέταιρος, ον, (προδωσείω, ἑταῖρος) amicos prodens. cf. προδοσέταιρος.

προεγγράφω, f. ψω, (γράφω) ante in literas refero.

προέγγυος, ον, v. προὔγγυος.

προεγείρω, (ἐγείρω, irr.) ante excito.

προεγκάθημαι, (ἧμαι, irr.) ante, dudum insideo. προεγκαθήμενα, dudum insita animo.

προέγκειμαι, ante insum, ante positus sum alicubi.

προεγκρατεύομαι, abstinentia praeparo me ad aliquid.

πρόεγμα, τό, (προέχω) fulcrum, fulcimentum. 2) firmum propositum.

προεγχαράσσω, Att. -άττω, prius insculpo, incido.

προεγχειρέω, ante tempus aggredior rem.

προέδρα, ας, ἡ, prior vel principalis sedes.

προεδρεία, ας, ἡ, jus praesidendi, principatus. vid. προεδρία.

προεδρεύω, f. εύσω, (πρόεδρος) praesideo, sum praeses.

προεδρία, ας, ἡ, (πρόεδρος) quasi dicatur praesidentia, sedis vel loci honor, prima sedes, sedis praerogativa.

προέδριον, ου, τό, idem quod προέδρα, et ab eod.

πρόεδρος, ον, (ἕδρα) qui sedet in prima sede seu in primo subsellio, praeses, praesul, antistes; ap. Athenienses, qui praeest senatui quingentorum in concionibus populi. Etiam tribubus est πρόεδρος.

προέδω, (ἔδω, irr.) ante edo.

προεέργω, Ep. p. προείργω, prior arceo vel prohibeo, c. inf. Il. 11. 569.

προέηκα, aor. 1. Ep. a προΐημι pro προῆκα, Hom.

προεθίζω, f. ίσω, instituo, condocefacio. προείθισται, institutum est dudum. 2) prae-

paro.

προεῖδον, aor. 2 a προοράω, part. προϊδών, inf. προϊδεῖν, (εἶδον, irr.) praesentio, praevideo, praescius sum. 2) curam gero alicujus, c. gen. Huc pertinet pf. προοῖδα, part. προειδώς, praescius, inf. προειδέναι.

προειδωλοποιέω, ante animo speciem rei concipio s. efformo.

προεικάζω, f. άσω, conjectura, praesentio.

πρόειμι, (εἶμι) anteeo, antecedo; procedo, prodeo. προϊόντος τοῦ χρόνου, procedente tempore, i. e. postea. 2) transeo, accedo ad aliquam rem v. c. in disputando.

πρόειμι, (εἰμί) antea sum, praeexsisto.

προεῖπον, part. προειπών, inf. προειπεῖν, (εἶπον, irr.) aor. 2. a πρόφημι, antea dixi, praedixi. 2) edixi, denunciavi, jussi: indixi.

προείργω, idem quod προέργω.

προειρηνεύω, ad pacem ante redigo, paco.

προεισάγω, vel προεισάγω, f. ξω, (ἄγω, irr.) prior induco, seu ante introduco, it. instituo simpliciter, sed de praeterito: ut majores instituerunt, προεισήγαγον. 2) importo, quae in posterum prosint.

προεισαγωγή, ῆς, ἡ, praevia introductio.

προεισβάλλω, (βάλλω, irr.) antea injicio. 2) intr. ante irrumpo.

προεισβολή, ῆς, ἡ, ingressio ante facta.

προεισελαύνω, (ἐλαύνω, irr.) ante introduco vel intromitto. 2) intr. ante introeo, ante intro.

προεισενεγκεῖν, inf. aor. a προεισφέρω.

προεισέρχομαι, (ἔρχομαι, irr.) ante s. prius ingredior.

προεισκρίνομαι, prius ingredior, me insinuo.

προεισόδιον, ου, τό, vestibulum. 2) praeludium.

προεισπαίω, (παίω, irr.) ante ingredior.

προεισπέμπω, f. ψω, intromitto ante, arcesso ante. 2) magna pompa et comitatu induco.

προεισπίπτω, (πίπτω, irr.) prior incido, Hesych.

προεισφέρω, f. προεισοίσω, (φέρω, irr.) prior seu ante infero. 2) infero, induco, affero simpliciter. 3) primum omnium tributum pendo, ap. Attic. sive potius, pendo tributum et quidem prompte, libenter. vid. seq.

προεισφορά, ἡ, tributi collatio. Demosth. πρῶτος προεισφορὰν ἔθηκα: primus tributum dedi. (nisi potius est erogari pecuniam eorum nomine, qui parata pecunia carerent, quae mihi postmodum ab iisdem refunderetur. A praec.

προεκβάλλω, (prius) emitto seu ejicio.

προέκβασις, εως, ἡ, eventus, exitus.

προεκδαπανάω, f. ήσω, ante consumo.

προεκδειματόω, f. ώσω, prius terrorem incutio, terrore occupo.

προεκδέχομαι, excipio, v. c. impetum, ictum etc.

προεκδιδάσκω, praedoceo, instruo, praeparo, edoceo.

προεκδίδωμι, f. δώσω, prius edo. 2) edo in publicum, de libris fere.

προέκδοσις, εως, ἡ, editio libri. A praec.

προεκδρομή, ῆς, ἡ, procursio, impetus.

προέκθεσις, εως, ἡ, (προεκτίθημι) expositio praevia, positio brevis rei tractandae, narrandae.

προεκθέω, (θέω, irr.) procurro, procurso, ante ordines, ante tempus et nondum imperato.

προεκθετικός, ή, όν, breviter in principio exponens. vid. προέκθεσις.

προεκθετικῶς, adv. breviter et summatim proponendo.

προεκθορέω, i. q. προεκθρώσκω.

προεκθρώσκω, (θρώσκω, irr.) ante prosilio, praesilio, praevenio, anteverto aliquem, c. gen.

προεκκαθαίρω, ante expurgo.

προεκκαίω, (καίω, irr.) antea exuro.

προέκκειμαι, (κεῖμαι, irr.) in conspectu jaceo.

προεκκομίζω, f. ίσω, ante exporto, prius eveho seu effero.

προεκκρίνω, ante excerno, excerno.

προεκκρούω, ante expello, dejicio.

προεκλέγω, (λέγω, irr.) ante, prius deligo.

προεκλείπω, desero.

προεκλύω, (λύω, irr.) ante exsolvo.

προεκνιτρόω, f. ώσω, nitro prius perfrico.

προεκπέμπω, f. ψω, prius emitto, praemitto, emitto.

προεκπηδάω, prosilio, procurso.

προεκπίνω, (πίνω, irr.) prius ebibo.

προεκπίπτω, (πίπτω, irr.) ante elabor, ante emano. 2) excido.

προεκπλέω, (πλέω, irr.) evehor navi e portu, provehor, ex acie.

προεκπλήσσω, f. ξω, prius obstupefacio, perterrefacio etc. (v. in ἐκπλήσσω). προεκπεπληγμένος, perf. pass. part.

προεκπονέω. προεκπονηθέντα, dudum elaborata, perfecta, parata.

προεκρήγνυμαι, (ῥήγνυμι, irr.) ante tempus erumpo, s. prorumpo, in conspectum venio.

προεκροφάω et -ροφέω, (ῥοφάω) prius exsorbeo.

προεκτείνω, (τείνω) exsero, exserto.

προεκτελέω, ante pendo, repraesento.

προεκτήκω, ante liquefacio. Pass. jam tabesco, jam consumor.

προεκτίθημι, expono, propono breviter summam rei, summa capita in principio.

προεκτίθεμαι, ante me fero.

προεκτίκτω, (τίκτω, irr.) pario.

προεκτίλλω, prius evello.

προεκτρέχω, (τρέχω, irr.) praecurro, procurso.

προεκτρύχω, prius exhaurio, attero, consumo.

προεκτυπόω, ante formo s. effingo, v. c. exemplar.

προεκφέρω, (φέρω, irr.) ante profero, vel exsero.

προεκφεύγω, (φεύγω, irr.) ante effugio.

προεκφοβέω, ante terreo.

προεκφόβησις, εως, ἡ, consternatio, trepidatio, et quidem ante incussa, v. c. ante praelium. A praec.

προεκφοιτάω, ante emano, evulgor.

προεκχέω, (χέω, irr.) effundo, profundo.

προεκχωρέω, ante excedo.

προέλασις, εως, ἡ, provectio, procursio, v. c. ante aciem.

προελαύνω, f. ελάσω, (ἐλαύνω, irr.) procedo, progredior, ante signa evehor. 2) produco v. c. in apertum, in conspectum.

προελευθερόω, ante libero.

προέλευσις, εως, ἡ, (προέρχομαι) egressus. 2) antecessus, praecursus, vel praecursio. 3) festa pompa, supplicatio.

προελκύω, et προέλκω, extraho, protraho. 2) elicio, illicio.

προελπίζω, f. ίσω, ante vel prior spero.

προεμβαίνω, f. βήσομαι, (βαίνω) antegredior, praeeo.

προεμβάλλω, (βάλλω, irr.) interpono, interjicio. 2) prius invado, prius irruo. 3) prius injicio, v. c. spem.

προεμβατήριος, ον, ad προεμβάτην pertinens. γέρας π. praemium ejus, qui hostilem navem primus conscendit.

προεμβάτης, ου, ὁ, (προεμβαίνω) qui primus conscendit, inpr. navem hostilem.

προεμβιβάζω, ante induco, induco simpliciter, v. c. in odium alicujus.

προεμβολίς, ίδος, ἡ, extrema carina ad proram, supra rostrum. A seq.

προέμβολος, ὁ, et προέμβολον, τό, (προεμβάλλω) rostrum navis.

προέμεν, Epice p. προεῖναι, inf. aor. 2. a προΐημι.

προεμπίπλημι, (πίμπλημι, irr.) prius impleo.

προεμπίπτω, (πίπτω, irr.) ante incido. 2) ante occurro, seu obvius fio. item incido, occurro simpliciter, c. dat.

προεμπλήθω, f. ήσω, ante impleo.

προεμπνέω, (πνέω, irr.) prius inspiro.

προεμπολεύς, ὁ, (ἐμπολεύς) qui ante alios emit.

προεμπορεύομαι, ante negotior vel mercaturam facio. 2) ante capto.

προεμφαίνω, (φαίνω, irr.) clare demonstro, ante oculos pono.

προεμφανίζομαι, prius appareo, ante conspicior, ante alios cernor. 2) conspicior, in conspectu sum, simpliciter.

προεμφράττω, f. ξω, prius obstruo.

προενάρχομαι, f. ξομαι, ante incipio.

προενδείκνυμι, ante demonstro.

προενδημέω, longe ante conversor atque intersum. τὰ προενδεδημηκότα, quae antea, superioribus temporibus, in populum grassata fuere, increbuere.

προενδίδωμι, remitto; ut ἐνδίδωμι.

προενεγκεῖν, inf. aor. a προφέρω.

προενεγκτέον, Verbale a προφέρω, pronunciandum.

προενέδρα, ἡ, locus insidiis aptus.

προενείρω, (εἴρω, irr.) prius insero.

προενέπω vel προεννέπω, (ἐνέπω) praedico.

προενεργέω, f. ήσω. τὰ προενεργηθέντα, ante perfecta.

προενέχομαι, (ἔχω, irr.) ante, dudum constrictus, irretitus teneor, implicitus alicui rei, foederi, societati, amori etc.

προενεχυριάζομαι, pass. idem quod ἐνεχυριάζομαι, ap. Chariton. beneficio obligor.

προενηχέω, f. ήσω, prius insono. 2) prius inculco, ante revelo.

προενθυμέομαι, ante cogito.

προεννέπω, idem quod προενέπω.

προενοικέω, f. ήσω. προενοικήσαντες, priores incolae. v. προσοικέω.

προενοίκησις, εως, ἡ prior habitatio; de incolis prioribus, nunc expulsis, profectis. A praec.

προενσείω, ante infligo, immitto.

προεντυγχάνω, (τυγχάνω, irr.) prius incido.

προεντύνω, (ἐντύνω) ante instruo vel praeparo.

προενώπια, adv. ante oculos, in conspectu, coram. Hesych.

προεξαγγέλλω, enuncio, prodo.

προεξαγκωνίζομαι, (ἐξαγκωνίζω) brachiis prius jactandis praelium meditor.

προεξάγω, f. ξω, (ἄγω, irr.) produco, educo.

προεξαδυνατέω, f. ήσω, admodum fractis viribus sive impotens sum.

προεξαιρέω, (αἱρέω, irr.) ante deleo. 2) ante extraho, eximo, ejicio.

προεξαΐσσω, (ἀΐσσω) prorumpo, proruo, (ᾱ Ep.)

προεξάλλομαι, (ἅλλομαι, irr.) prius exsilio.

προεξαμαρτάνω, προεξημαρτηκότες, qui ante deliquerunt, peccavere.

προεξανάγω, (ἄγω, irr.) provehor in altum, e porta vel ex acie.

προεξανθέω, effero ex me, gigno; in malam etiam partem.

προεξάνθημα, τό, quod ex alia re enascitur in superficie. vid. ἐξάνθημα.

προεξανίσταμαι, prior exsurgo, vel ante alios surgo, item citius justo, ante tempus, v. c. ex insidiis, exsurgo, prorumpo.

προεξαποστέλλω, praemitto.

προεξαρτάω, suspendo in re aliqua.

προεξάρχω, (ἄρχω) prior vel primus incipio, Thuc. 8, 25. cf. Poppo Tom. I. p. 244.

προεξασθενέω, deficio viribus, non sufficio ad aliquid perficiendum.

προέξεδρα, ἡ, (ἕδρα) sedes in aliquo loco praeter caeteras eminens ac procurrens. 2) apud Poll. vertitur porticus, in partibus urbis, ut ἐξέδρα.

προέξειμι, (εἶμι) prodeo, prorumpo.

προεξειρεσία, ας, ἡ, navis pars, in qua remigatur.

προεξελαύνω, f. ελάσω, (ἐλαύνω, irr.) ante alios navi, equo prorumpo, procurso.

προεξεπίσταμαι, ante probe novi, praescio.

προεξεργάζομαι, part. perf. προεξειργασμένα, jam, s. dudum perfecta.

προεξερευνάω, ante investigo, quaero.

προεξέρχομαι, (ἔρχομαι, irr.) prior percurro. 2) procurro, exeo. 3) prodeo in concionem.

προεξετάζω, f. άσω, ante examino, perpendo.

προεξευκρινέω, f. ήσω, ante excutio, considero. 2) diligenter et cogitate ago.

προεξηγέομαι, ante narro, expono. vid. προεκτίθημι, et προδιηγέομαι.

προεξεφίεμαι, (ἵημι, irr.) ante jubeo, ante postulo, Soph. Trach. 759.

προεξίσταμαι, (ἵστημι) prius decedo. 2) emineo.

προεξοδεύω, f. εύσω, prior egredior. 2) egredior, v. c. e castris, de exercitu.

προεξομαλίζω, ante complano, sc. viam.

προεξορμάω, f. ήσω, prius educo et educo simpliciter. 2) Activ. et Med. prius egredior s. erumpo, et egredior, s. erumpo simpliciter.

προεόντα, ων, τά, (εἰμί) quae ante sunt, vel facta fuerunt, praeterita. Ion. pro προόντα.

προεορτάζω, f. άσω, ante vel prius ago diem festum.

προεόρτιος, ον, (ἑορτή) festum diem praecedens.

προεπαγγέλλω, denuncio. 2) ante ambio, peto. 3) indico, edico. 4) Med. ante promitto.

προεπάγγελσις, εως, ἡ, denunciatio, indictio, v. c. belli. A praec.

προεπαινέω, prius laudo, ante alium laudo.

προεπαφίημι, f. ήσω, praemitto, priorem mitto ad impetum faciendum.

προεπεξορμάω, ante procursò et impetum facio.

προεπιβάλλω, (βάλλω, irr.) ante, prior injicio.

προεπιβουλεύω, insidiis praevenio.

προεπιβουλή, ἡ, (ἐπιβουλή) insidiarum occupatio, quum priores alteri insidiamur.

προεπιγιγνώσκω, (γιγνώσκω, irr.) prius cognosco.

προεπιδείκνυμι, ante demonstro, ante visendum praebeo.

προεπιδίδωμι, ante dono, largior etc.

προεπίζευξις, εως, ἡ, figura orationis, quum verbum inter duo substantiva medium ponitur, ut *Deos obtestatur hominesque.*

προεπικοινόω, ante communico.

προεπιλογίζομαι, f. ίσομαι, prius computo, ante calculo posito colligo.

προεπινοέω, f. ήσω, (νοέω, irr) animo praesumo, ante mente agito vel in animum induco. item, aliquid ut prius concipio s. cogito.

προεπιξενόω, f. ώσω, prius hospitio excipio. 2) Pass. dudum hospitio exceptus sum.

προεπιπλήσσω, Att. πλήττω, f. ξω, praecastigo, castigo et reprehendo praeveniendo castigationem et reprehensionem alterius. In pass. perf. jam dudum castigatus sum.

προεπισκοπέω, ante considero.

προεπίσταμαι, praescio, jam ante scio et exploratum habeo.

προεπιχειρέω, f. ήσω, prior adgredior seu molior, prior invado.

προεπιχείρησις, εως, ἡ, quum quis prior adgreditur. A praec.

προεποικέω, f. ήσω, προεποικήσαντες, veteres, priores incolae. v. προενοικέω.

προεργάζομαι, f. άσομαι, prior seu ante conficio.

προερέσσω, promoveo remigando, seu subluco.

προερευνάω, f. ήσω, prius indago, vestigo. προερευνᾶσθαι, praemitti explorandi caussa.

προερέω, fut. Ion., Attice προερῶ, a προεῖπον, praedicam, indicam, denunciabo.

προερύω, f. ύσω, (ἐρύω) protraho, deduco, de navibus. (υ semper breve.)

προέρχομαι, f. ελεύσομαι, (ἔρχομαι, irr.) progredior, procedo, egredior, prodeo, inpr. in concionem, dicendi caussa. 2) praevenio, anteverto. 3) praecedo, praeeo, praecurro.

προερωτάω, ante interrogo.

πρόες, imperat. aor. 2. a προΐημι.

προεσθίω, (ἐσθίω, irr.) edo ante, v. c. coenam.

πρόεσις, εως, ἡ, (προΐημι) emissio, vel ejectio. 2) profusa erogatio, largitio profusa.

προέτειος, ον, ante annum cadens.

προετέος, έα, έον, (προΐημι) omittendus, abjiciendus, prodendus, negligendus, largiendus. Adj. verb.

προετικός, ή, όν, (προΐημι) ad largiendum propensus, qui libenter largitur: qui dimittit ac negligit.

προετικῶς, adv. large liberaliterque.

προετοιμάζω, f. άσω, praeparo.

προετοίμασις, ἡ, praeparatio.

προετοιμαστής, οῦ, ὁ, praeparator.

προευαγγελίζομαι, f. ίσομαι, doctrinam christianam propono. 2) ante promitto, rem laetam praenuncio.

προευδοκιμέω, ante clareo. τὸ προευδοκιμοῦν, gloria superior. οἱ προευδοκιμηκότες, qui ante claruere.

προευεργετέω, gratiam ineo, prior benefacio, beneficiis provoco. Pass. beneficium accepi, beneficio obstrictus sum.

προευκρινέω, (εὐκρινέω) bene rem considero, ante scilicet, quam judicem agamve aliquid.

προευλαβοῦμαι, ante suspicor malum futurum, timeo, praecaveo.

προευτελίζω, contemno, scilicet ante tempus, ante quam caussa sit.

προευτρεπίζω, f. ίσω, praeparo.

προεύχομαι, oro loco alicujus.

προεφοδεύω, f. εύσω, ante percurro, lustro.

προεφοδιάζω, f. άσω, viatico instruo.

προεφοράω, (ὁράω, irr.) praevideo.

προεφορμάω, (ὁρμάω) ante irruo.

προεχής, ές, (προέχω) eminens.

προέχω, f. προέξω, contr. προὔχω (ἔχω, irr.) ante me teneo seu habeo, obtendo, objicio, praetendo, praetexo. 2) promineo, praesto, primas teneo in aliqua re, praecedo, praecello: quod est etiam προέχομαι.

προέψω, f. εψήσω, (ἕψω, irr.) ante coquo seu praecoquo.

προεωλίζειν, (ἑωλίζω) dicuntur cibi, qui putrescunt repositi.

προζημιόω, (ζημιόω) ante punio.

προζωγραφέω, f. ήσω, ante depingo.

προζώννυμι, f. ζώσω, (ζώννυμι, irr.) praecingo.

προηβάω, f. ήσω, (ἡβάω) ante vigeo.

προηγεμών, όνος, ὁ, qui praeit, dux viae.

προηγέομαι, f. ήσομαι, praeeo, praecedo, antegredior. 2) aliorum nomine loquor, verba praeeo. 3) praecipuus sum, praecipuum locum in re aliqua teneo; praeferor. 4) alterum me potiorem duco, ei cedo.

προήγησις, εως, ἡ, praegressus, Philox. praegressio. A praec.

προηγήτειρα, ἡ, fem. a sequente.

προηγητήρ, ῆρος, ὁ, qui praeit, dux viae.

προηγητής, οῦ, ὁ, idem.

προηγητικός, ή, όν, qui praecedit.

προηγμένα, τά, (προάγω) praelata, producta. Vox Stoica, de bonis corporis et fortunae.

προηγορέω, (προήγορος) caussam alicujus ago, defendo.

προηγορεών, ῶνος, ὁ, ingluvies, gurgulio.

προηγορία, ας, ἡ, primae dicendi partes. 2) defensio caussae. A seq.

προήγορος, ου, ὁ, (ἀγορεύω) qui primus caussam dicit, vel simpl. patronus caussae. 2) praeco.

προηγουμένως, adv. (προηγέομαι) ex antecedente vel antegressa caussa. 2) praecipue.

προήδομαι, f. προησθήσομαι, (ἥδομαι) ante laetor.

προήκης, ες, (ἀκή) praeacutus, Od. 12, 205. (ubi alii explicant: longus, prolixus, ut sit i. q. προέχων, προὔχων, vel a προήκω, prominens.)

προήκω, f. ξω, (ἥκω) procedo, progredior, praecedo, anteeo, praeeo, praesto. προήκων, major aetate.

προηλιάζω, f. άσω, ante insolo.

προήμαρ, adv, (ἦμαρ) per totum diem, Simon. de mul. 47.

προηρόσιος, ία, ιον, (ἀρόω, ἄροσις) ara-

tionem praecedens. προηροσία Δημήτηρ, Ceres ante arationem invocata. τὰ προηρόσια, sacra ante arationem fieri solita.

προηύθησις, ἡ, (προήδομαι) laetitia praecedens, Plat. de rep. 9, 9. p. 584. C. ex rec. Bekk.

προησσάομαι, f. ήσομαι, (ἡσσάομαι) ante vincor.

προηχέω, f. ήσω, (ἠχέω) ante sonum edo.

προθαλής, ές, (θάλλω) eximie crescens, Hom. h. Cer. 242.

προθεάομαι, f. άσομαι, (ᾱ) (θεάομαι, irr.) provideo, praevideo, prospicio.

προθειλοπεδεύω, ante insolo.

προθέλυμνος, ον, (θέλυμνον) a radice erutus, qui radicitus extirpatur, funditus deletur. Hinc προθέλυμνα, adv. radicitus, funditus. poet.

πρόθεμα, ατος, τό, (προτίθημι) tabula publice proposita, edictum.

προθεραπεία, ας, ἡ, idem quod προκατασκευή. A seq.

προθεραπεύω, f. εύσω, prius curo, vel excolo. 2) praeparo.

προθερμαίνω, prius calefacio.

πρόθεσις, εως, ἡ, (προτίθημι) propositum, consilium; collocatio; promissio facta in libro, quae et ipsa propositio dicitur; voluntas, decretum.

προθέσμιος, ία, ιον, praestitutus, ante constitutus seu statutus. προθεσμία, ας, ἡ, scil. ἡμέρα, sive ὥρα, praestitutus, ante constitutus seu statutus dies, praestitutum tempus. 2) dicitur et de fine rei ac modo.

προθεσπίζω f. ίσω, praedico, vaticinor, praedivino, praesagio.

προθετικός, ή, όν, (προτίθεμαι) praepositivus. μόριον προθετικόν, praepositio.

προθέω, f. θεύσομαι, (θέω, irr.) praecurro, antecurro, 2) recurro, procurro, procul vel longius curro; cursu temerario anteverto.

προθέω, antiqua forma p. προτίθημι, unde Il. α, 291. exstat προθέουσι pro προτιθέασι, proponunt, permittunt. cf. Buttmann. gramm. plen. I. p. 517.

προθεωρέω, f. ήσω, ante considero, ante explico. 2) praevideo.

προθεωρία, ας, ἡ, praevia contemplatio, praemeditatio. 2) praevia cognitio rei.

προθήγω, f. ξω, (θήγω) praeacuo.

προθήκη, ης, ἡ, (προτίθημι) propositio. 2) res proposita.

προθησαυρίζω, f. ίσω, ad futuros usus repono in thesauro.

προθνήσκω, f. θανοῦμαι, (θνήσκω, irr.) morior pro. 2) morior ante.

προθορέω, ap. scr. i. q. προθρώσκω.

προθορών, part. aor. a προθρώσκω.

πρόθορος, ον, prosiliens, Opp.

πρόθρεμμα, ατος, τό, pecus.

προθρηνέω, f. ήσω, prius vel ante lugeo.

προθρυλλέω, f. ήσω, ante sermone jacto, divulgo.

πρόθυμα, ατος, τό, (προθύομαι) quasi dicatur sacrificii praeludium, quod sacrificio s. victimae immolandae praemittitur, i. e. placenta, libum, πόπανον alias, vel πέλανος, et similia: libamina ap. Virgil. προκάταργμα.

προθυμέομαι, f. ήσομαι, (πρόθυμος) alacri sum animo, studeo, propensius curo et magno studio enitor, cupio efficere. Hinc Adj. verb. προθυμητέον, promte, alacriter agendum.

προθυμία, ας, ἡ, (πρόθυμος) animi alacritas vel praesentia; studium, promptitudo, alacritas.

προθυμιάω, f. άσω, (θυμιάω) ante suffio.

προθυμοποιέομαι, (ποιέω) promtum, alacrem reddo.

πρόθυμος, ον, animum alacrem habens ad aliquid, promtus, alacer, sedulus, studiosus.

προθύμως, adv. alacri animo, prompte, impigre, libenter, assidue, attente, sedulo, alacriter, aequo animo, enixe. (ῡ)

προθύραιος, ον, (θύρα) qui est ante januam vel vestibulum.

προθυρίδιος, ία, ιον, i. q. προθύραιος.

πρόθυρον, τό, (θύρα) janua anterior. it. τὰ πρόθυρα. 2) quod est ante januam, vestibulum, atrium.

πρόθυσις, ἡ, (προθύω) fundamentum arae, in quo immolantur victimae, alias κρηπίς, Pausan.

προθύω, f. ύσω, (θύω, irr.) ante sacrifico, i. e. ante victimam. v. πρόθυμα. 2) pro aliquo sacrifico, τινός vel ὑπέρ τινος. (De quant. vide simplex.)

προθωράκιον, τό, clypeus, scutum. (ᾰ)

προϊάλλω, (ἰάλλω) emitto.

προϊάπτω, f. ψω, (ἰάπτω) ante (i. e. immature) mitto, Ἄϊδι τινα, aliquem ad inferos, Hom.

προϊδρύω, f. ύσω, ante colloco, praejacio fundamentum.

προΐειν, impf. Ion. et Att. a προΐημι.

προϊζάνω, f. ήσω, idem quod seq.

προΐζω, f. προϊζήσω, (ἵζω, irr.) praepono. Med. ante alios sedeo, praesideo.

προΐημι, f. προήσω, (ἵημι, irr.) praemitto 2) emitto, dimitto, amando: omitto, negligo, projicio, abjicio: permitto, largior. προΐεναι ἑαυτὸν ἐπί τι, εἴς τι vel τινί, se committere alicui rei vel alicui, ruere in aliquid, Xen. exp. 5, 8, 14. Cyr. 7, 5, 76. 3) Med. a me dimitto, meum dimitto, trado; unde a) profundo, effundo, dilapido, prodigo, perdo. b) committo et credo alicujus curae et fidei. c) abjicio, negligo, contemno: destituo, desero. (De quantitate v. simplex.)

προῖκα, adv. (προΐξ) gratis, sine mercede.

προίκειος, εία, ειον, dotalis.

προικίδιον, ου, τό, Dim. a προΐξ, doticula, exigua dos.

προικίζω, (προΐξ) doto.

προικιμαῖος, αία, αῖον, qui gratuito obtingit, dotalis.

προίκιος, ον, gratuitus.

προικός, Gen. a προΐξ, adverbialiter, apud Atticos, pro προῖκα, intell. διά, vel ἀντί.

προικοφορέω, dotem fero s. do. Med. dotem accipio.

προικοφόρος, ον, (προΐξ, φέρω) dotem ferens, dotans. 2) dotatus, dotem accipiens.

προΐκτης, ου, ὁ, (προΐξ) mendicus.

προικῷος, ῴα, ῷον, (προΐξ) dotalis.

προϊλάσκω, f. άσω, (ἱλάσκομαι, irr.) ante placo vel mitigo. (De quant. v. simpl.)

πρόϊμος, ον, contr. πρῷμος, (πρωΐ) maturus, tempestivus, statum tempus praeveniens, praecox.

προΐξ, Attice προίξ, gen. προικός, acc. προῖκα, donum, munus oblatum: gratia. 2) dos. Adverbaliter προικός et προῖκα, gratis, sine mercede.

προϊππασία, ἡ, (ἱππάζομαι) quum quis equo praecedit.

προϊππεύω, f. εύσω, equito ante, equo praecedo seu praeeo.

προΐπταμαι, (ἵπταμαι, irr.) antevolo.

προΐσημι, (ἴσημι) praescio, ante novi.

προΐσσομαι, f. ξομαι, (προΐξ) stipem peto, mendico, Archil. fr. 91.

προΐσσω, Ion. p. προΐσχω.

προΐστημι, f. προστήσω, aor. προὔστησα (ἵστημι) ante colloco, propono, ante oculos pono etc. In *medio* maxime est, et illud ipsum, et praeterea praetendo, praetexo. 2) praeficio alicui rei gerendae, curandae. 3) prostituo etc. 4) operam do alicui rei, studeo, ut προΐστασθαι τῆς ἀρετῆς. At in aor. 2. et perf. act. et in Pass. est antisto, excello. it. praesum. 2) defendo, tueor, protego. 3) prosto. 4) magistratum gero. οἱ προεστῶτες, qui imperium habent.

προϊστορέω, f. ήσω, ante memoro, prius commemoro. 2) ante percontor.

προΐστωρ, ορος, ὁ, praescius.

προϊσχάνω, poet. p. προΐσχω.

προΐσχω, (ἴσχω, irr.) i. e. προέχω, protendo. Usitatius in Medio: protendo, porrigo, offero; praetendo, obtendo.

προϊχνεύω, (ἰχνεύω) ante vestigo, praeeo.

προΐωξις, εως, ἡ, (ἴωξις) persecutio, Hes. sc. 154. oppon. παλίωξις. (⏑‒‒⏑)

πρόκα, adv. Ion. statim, subito, confestim, ex improviso.

προκαθαίρω, praepurgo, ante purgo. προκαθαίρομαι, praeparor ad sacra rite obeunda, in castu sum.

προκαθαρπάζω, f. άσω, (ἁρπάζω, irr.) ante rapio, praeripio.

προκάθαρσις, εως, ἡ, praeparatio ad sacra obeunda rite, castus.

προκαθάρσιον, τό, i. q. προκάθαρσις.

προκαθεδρία, ας, ἡ, primus locus in consessu, prima sedes, N. T.

προκαθέζομαι, (ἕζομαι, irr.) praesideo. 2) obsideo, v. c. urbem, c. gen.

προκαθεύδω, f. δήσω, (εὕδω, irr.) prius dormio.

προκαθηγέομαι, f. ήσομαι, praeeo, ducem me praebeo. 2) in prima acie sum. 3) suadeo, auctor sum. προκαθηγουμένη κρίσις, praejudicata opinio.

προκαθηγητής, οῦ, ὁ, et προκαθηγητήρ, ῆρος, ὁ, dux, auctor. A pr.

προκάθημαι, (ἧμαι, irr.) ante sedeo, ante situs sum. 2) praesideo, praesum. 3) sum praesidio, relictus ad custodiam, vel angustiarum, castrorum.

προκαθίημι, (ἵημι, irr.) demitto: submitto: prius spargo in vulgus.

προκαθίζω, (καθίζω, irr.) consido ante, v. c. alios: publice consido, sedem capio; sic et in Medio. 2) colloco ante.

προκάθισις, εως, ἡ, sessio, et quidem in loco praesigni, ut throno regio, tribunali. it. προεδρία.

προκαθίστημι, ante constituo, s. colloco. 2) praeparo.

προκαθοράω, v. προκατόψομαι.

προκαθοσιόω, ante devoveo. 2) ante definio, constituo: de fato.

προκαίω, f. καύσω, (καίω, irr.) aduro ante, Xen.

προκακοπαθέω, (κακοπαθέω) malis affligor.

πρόκακος, η, ον, malus, valde malus. κακὰ πρόκακα, mala gravissima; Aeschyl.

προκακόω, f. ώσω, ante adfligo, ante male tracto.

προκαλέω, f. έσω, (καλέω, irr.) evoco, provoco, proclamo. Med. ad me provoco, ad certamen provoco. 2) incito, excito, lacesso: hortor: conditionem s. optionem fero. 3) *verbum forense* provoco adversarium ad explorationem rei dubiae, e. g. per tormenta corpori servili adhibenda, cf. πρόκλησις. Differt a προσκαλεῖσθαι, quod est vocare in jus. v. ad Lycurg. 9. p. 190.

προκαλίζομαι, f. ίσομαι, provoco, lacesso.

προκαλινδέω, f. ήσω, provolvo, volvo ante. προκαλινδοῦμαι, provolvor, volvor ante. προκαλινδηθείς, provolutus, aor 1. part.

προκάλισμα, ατος, τό, (προκαλίζομαι) incitamentum.

προκάλυμμα, ατος, τό, tegumentum, quod praetenditur ad tegendum. 2) praetextus peccati, male facti. A seq.

προκαλύπτω, protego, praetego. 2) in med. praetendo ad me tegendum; it. praetexo culpae, facinori.

προκάλυψις, εως, ἡ, obtentus, ipse actus obtendendi vel praetendendi aliquid ad tegendum. A pr.

προκάμνω, f. καμοῦμαι, (κάμνω, irr.) ante fatigor, laboro, dudum laboro. 2) ante laboro aliquo morbo, vel prius conflictor aliquo morbo seu dolore. Occurrit fere in perf. et aor. 2. προκέκμηκα et προκαμών.

προκάμπυλος, ον, (καμπύλος) dicitur de plantis, quae quum se erexerint, in terram se rursus incurvant.

προκάρδιον, ου, τό, (καρδία) quod est sub pectore depressum, molle et carnosum.

προκάρηνος, ον, (κάρηνον) praeceps, capite deorsum vergens.

προκαρόομαι, aor. 1. προκαρωθείς, qui ante gravi sopore cum torpore laboravit.

προκάρπιον, ου, τό, (καρπός) quod est ante vel supra juncturam manus cum brachio.

προκαταβαίνω, ante descendo.

προκαταβάλλω, praestruo. 2) edo, v. c. decretum, legem.

προκατάβλημα, ατος, τό, quod ante diem solvitur et repraesentatur. Sic appellabatur Athenis repraesentatio pensionis vectigalium prima, quam et προκαταβολὴν vocabant: ad alterum enim terminum pecunia, quae erat reliqua solvenda, προσκαταβολὴ et προσκατάβλημα dicebatur. v. προσκαταβολή.

προκαταβολή, ῆς, ἡ, praeparatio. 2) v. praec. 3) largitio, quae datur praeter id, quod debetur.

προκαταβρέχω, f. ξω, ante perfundo.

προκαταγγέλλω, praenuncio, ante denuncio, promitto.

προκατάγγελσις, εως, ἡ, denunciatio praevia. A pr.

προκαταγέτης, ου, ὁ, (ἄγω) fem. προκαταγέτις, ιδος, dux, praecursor.

προκαταγιγνώσκω, (γιγνώσκω, irr.) ante damno, praedamno. 2) praejudico, praejudicio condemno.

προκατάγνυμι, (ἄγνυμι, irr.) ante frango, quam scilicet incidat.

προκατάγνωσις, εως, ἡ, damnatio, quae fit ante caussam cognitam, praejudicio: praejudicium.

προκατάγω, f. ξω, (ἄγω, irr.) ante deduco scilicet in portum, aut hospitium.

προκαταγωγή, ῆς, ἡ, deductio in portum ante facta, occupatio portus. A pr.

προκαταδικάζω, f. άσω, praedamno.

προκαταδουλέω, ante in servitutem redigo.

προκαταδύνω, sive προκαταδύω, (δύω, irr.) ante submergo vel demergo.

προκαταθετικός, ή, όν, (προκατίθεμαι) ἐπίῤῥημα προκαταθετικόν, adverbium concedendi.

προκαταθέω, (θέω, irr.) praecurro.

προκαταθήγω, praeacuo.

προκατακαίω, (καίω, irr.) ante comburo.

προκατάκειμαι, (κεῖμαι, irr.) ante discumbo.

προκατακλάω, f. άσω, (κλάω, irr.) ante confringo, timore occupo.

προκατακλίνω, ante reclino seu depono, ante alios accumbere jubeo.

προκατάκλισις, εως, ἡ, locus superior in convivio. A pr.

προκατακλύζω, f. ύσω, ante proluo, inundo.

προκατακοιμίζω, ante sopio.

προκατακόπτω, contundo.

προκατακρίνω, idem quod προκαταγιγνώσκω.

προκαταλαμβάνω, f. λήψομαι, (λαμβάνω, irr.) anticipo, anteverto, occupo, praeoccupo.

προκαταλεαίνω, prius laevigo.

προκαταλέγω, ante enarro, enumero.

προκαταλήγω, ante desino.

προκατάληψις, εως, ἡ, (προκαταλαμβάνω) occupatio, anticipatio.

προκαταλύω, f. ύσω, dissolvo, ante everto, et destruo seu aboleo. 2) ante finio, ante finem impono.

προκαταμανθάνω, (μανθάνω, irr.) ante cognosco.

προκαταμαντεύομαι, praedico, vaticinor.

προκαταναλίσκω, (ἀναλίσκω, irr.) ante consumo.

προκατανοέω, (νοέω, irr.) ante intelligo.

προκατανύσσω, Att. -ττω, (νύσσω) ante pungo, vulnero.

προκαταπίμπρημι, (πίμπρημι, irr.) ante comburo.

προκαταπίνω, (πίνω, irr.) ante devoro.

προκαταπίπτω, (πίπτω, irr.) ante concido.

προκαταπλέω, f. εύσω, ante navigo, classe moveo aliquo.

προκαταπλήττω, ante perterreo.

προκατάργμα, ατος, τό, (προκατάρχομαι) libamen, quod ante hostiae percussionem fiebat. v. πρόθυμα.

προκαταριθμέω, ante numero.

προκαταρκτικός, ή, όν, (προκατάρχομαι) principalis, primarius, praecedens.

προκατάρξις, εως, ἡ, principium et origo. προκατάρξις ἐπὶ δίκης, contestatio litis.

προκαταῤῥήγνυμι, praefringo, praerumpo.

προκαταρτίζω, f. ίσω, prius absolvo. 2) procuro, curo.

προκαταρτύω, tempero, compono.

προκατάρχω, anteverto, antegredior. 2) praepolleo, antiquior loco numeroque habeor. προκατάρχομαι, incipio, v. c. bellum, lacesso. 2) auspicor, et de lite, contestor.

προκατασκέπτομαι, praemissus speculor, seu exploro, prospeculor.

προκατασκευάζω, ante struo, aut molior, praestruo quidpiam ad id, quod efficere volo. Med. ante mihi paro.

προκατασκευή, ῆς, ἡ, praestructio, praeparatio. 2) schema orationis.

προκατασκιῤῥόω, f. ώσω, obduresco, veterasco. προκατεσκιῤῥωμένος, obsoletus, vetustate obliteratus etc.

προκατάστασις, εως, ἡ, ad narrationem praeparatio.

προκαταστατικός, ή, όν, praeparatus ad narrationem etc. A praec.

προκαταστέλλω, (στέλλω) sedo, placo, comprimo, Eustath.

προκαταστρέφω, f. ψω, ante morior, prius finio vitam, praemature morior.

προκαταστροφή, ῆς, ἡ, mutatio status ante finem. 2) mors praematura. A praec.

προκατασύρω, prius populor, vel vasto. (ῡ)

προκατασχέθω, poet. p. προκατέχω.

προκατατίθεμαι, ante, prior colloco apud aliquem, sc. χάριν, beneficium, provoco beneficiis. 2) praemitto, praepono.

προκαταύλησις, εως, ἡ, (καταυλέω) tibiarum recentium perpolitio et ad usum ludicra prolusione praeparatio.

προκαταφεύγω, (φεύγω, irr.) ante vel prius confugio. 2) effugio, fuga me in tutum recipio ante.

προκαταταχέω et -χύνω, (ταχύνω) ante capio, anticipo.

προκαταχράομαι, (χράομαι, irr.) me ipsum prius interficio. 2) prius absumo.

προκαταχρίω, f. ίσω, prius illino, ante oblino. (ῑ)

προκατεγγυάω, ante despondeo. προκατεγγυηθεῖσα, virgo alteri jam desponsa.

προκατέδω, f. -έδομαι, (ἔδω, irr.) ante comedo, absumo.

προκατελπίζω, ante spem concipio, temere spero.

προκατεργάζομαι, ante conficio etc. προκατεργασθεῖσαι πράξεις, res ante gestae.

προκατέρχομαι, (ἔρχομαι, irr.) prior descendo, praecedo, prius eo, seu venio.

προκατεύχομαι, preces facio ante, v. c. coenam.

προκατέχω, (ἔχω, irr.) coerceo. 2) jam pridem possideo, s. obtineo, antecapio.

προκατηγορέω, ante accuso.

προκατηγορία, ας, ἡ, accusatio praemissa defensioni. A praec.

προκατηχέω, f. ήσω, prius insono. 2) primus instituo.

προκατήχησις, εως, ἡ, prima institutio, rudimentum. A praec.

προκατοπτεύω, idem quod seq.

προκατόπτομαι, f. όψομαι, prius speculor et exploro. 2) ante video.

πρόκειμαι, f. κείσομαι, (κεῖμαι, irr.) positus sum ante, objectus sum quasi praesidium vel propugnaculum. 2) expositus sum. 3) situs sum ante, praejaceo. 4) loco publico propositus, affixus sum. 5) de iis, quae animo proposita sunt, tamquam scopus, quae assequi et facere gestiat. 6) dicitur et de mortuis, quum in feretro jacent compositi. 7) de poenis et praemiis, spe, metu, quae et latine proponi dicuntur. 8) pro παράκειμαι. Hesych. πρόκειται, παράκειται. τὸ προκείμενον, quaestio, id quod ad disceptandum proponitur.

προκέλευθος, ον, praevius, qui praeit, praecursor.

προκελευσματικός, ή, όν, (κέλευσμα) pes metricus quatuor syllabis brevibus constans.

προκελεύω, f. εύσω, cohortor, incito.

προκενεαγγέω, ante (sc. medicinam etc.) abstineo cibo.

προκενόω, ante exhaurio. προκεκένωται, jam, dudum exhaustum est, s. inane factum.

προκέντημα, τό, (κεντέω) delineatio vel descriptio artificii, exemplum, exemplar.

προκέφαλος, ον, (κεφαλή) qui caput habet prominens vel acutum. 2) de versu, qui syllaba ab initio abundat.

προκήδομαι, (κήδομαι, irr.) curam gero, tueor, τινός.

προκηραίνω, sollicitus sum pro vel de aliquo, τινος.

προκήρυγμα, ατος, τό, (προκηρύσσω) edictum per praeconem.

προκηρυκεύομαι, per praeconem edico, promulgo.

προκήρυξ, υκος, ὁ, praeco, qui aliquid edicit.

προκηρύσσω, Att. -ύττω, f. ξω, praesignifico, ante praedico. 2) per praeconem edico, palam, seu publice edico, praedico.

προκιθάρισμα, ατος, τό, praeludium citharistae.

προκινδυνεύω, f. εύσω, periclitor pro, periculum adeo pro aliquo, propugno periclitando, propugno, depraelior pro altero, τινός. Cum Dat. est, adversus aliquem, ap. Thucyd. 2) primus ineo praelium, in prima acie, ante alios pugno. οἱ προκινδυνεύοντες, prima acies.

προκινέω, f. ήσω, promoveo.

προκλαίω, f. κλαύσομαι, (κλαίω, irr.) ante fleo, prius deploro, trans. et intrans.

πρόκλαστος, ον, fractus, defractus, abruptus, cui aliquid praeruptum, detractum est. στίχος πρόκλαστος, idem qui λαγαρός, Eustath.

προκληδονίζομαι, ominor, auguror.

πρόκλησις, εως, ἡ, (προκαλέω) provocatio, evocatio. 2) provocatio ad certamen. 3) conditio proposita, invitatio, invitamentum. 4) vox forensis, provocatio adversarii ad explorationem rei dubiae ante delatam ad judices caussam. v. προκαλέομαι, 3.

προκλητικός, ή, όν, ad provocationem pertinens. 2) provocandi seu eliciendi vim habens.

πρόκλητος, ον, provocatus, promptus.

προκλίνω, (κλίνω) inclino, Soph. (ῑ)

προκλίτης, ου, ὁ, princeps in convivio, qui in convivio praeses est et primas occupat. Pollux.

πρόκλυτος, ον, ante divulgatus, dudum notus, antiquus. A seq.

προκλύω, (κλύω, irr.) ante audio s. cognosco.

προκνήμιον, ου, τό, (κνήμη) exterius os cruris et minus.

προκνημίς, ῖδος, ἡ, ocrea.

πρόκνις, ιδος, ἡ, genus caricae.

προκοίλιος, ον, (κοιλία) ventrosus. προκοίλιος στίχος, versus in medio redundans.

προκοιμάομαι, ante dormio, s. obdormio.

προκοιτεία, et προκοιτία, ας, ἡ, excubiae, vigiliae in portis.

προκοιτέω, f. ήσω, (πρόκοιτος) excubo, excubias ago inpr. ante castra, in portis.

προκοίτιον, τό, dub. lect. p. προκοιτών.

πρόκοιτος, ου, ὁ, (κοίτη) excubitor, inpr. ante castra, urbem in portis.

προκοιτών, ῶνος, ὁ, cubiculum anterius.

προκολάζω, f. άσω, ante punio, prius castigo.

προκολακεύω, f. εύσω, ante adulor, blandior.

προκόλπιον, ου, τό, (κόλπος) anterior sinus pars, anterior sinus, prominentior pars in sinu.

προκομιδή, ῆς, ἡ, prolatio, exhibitio.

προκομίζω, f. ίσω, profero, adfero: expromo, antefero.

προκόμιον, ου, τό, (κόμη) anterior coma, antiae seu capronae. 2) coma, quae alterius loco ponitur sive circumponitur.

προκοπή, ῆς, ἡ, processus, progressus. 2) profectus, incrementum. 3) praerogativa, proventus, Philox. 4) dicitur de iis, qui saccos et marsupia praecidunt.

προκόπτω, f. ψω, tundendo dilato; unde augeo, promoveo. Med. proficio, procedo.

προκοσμέω, adorno, apparo.

προκόσμημα, ατος, τό, res, quae ornatus caussa proponitur, ut vasa in abaco, item ornamenta, deliciae; ut armillae, torques etc. item gemma in poculo, monili, fibula etc. A praec.

προκόσμιος, ον, (κόσμος) mundo antiquior. 2) τὰ προκόσμια, i. q. προκόσμημα.

προκρατέω, ante occupo, ante in potestate habeo.

προκρέμαμαι, pf. pass. a προκρεμάννυμι, (κρεμάννυμι, irr.) propendeo.

πρόκρημνος, ον, prominens longe in mare. Epith. saxi, promontorii.

πρόκριμα, ατος, τό, praerogativa, praejudicium. A seq.

προκρίνω, (κρίνω) ante dijudico, prius dirimo. 2) praepono, praefero, τινά τινος: deligo.

πρόκρις vel προκρίς, ἡ, i. q. πρόκνις.

πρόκρισις, εως, ἡ, delectus. 2) praejudicatio, judicii quasi praeludium.

προκριτέος, α, ον, adj. verb. a προκρίνω, praeferendus.

πρόκριτος, ον, praelatus, qui praefertur et anteponitur. 2) princeps. 3) delectus.

πρόκροσσος, ον, it. προκρόσση, (κρόσσαι) prominens ut pinnae murorum. νῆες πρόκροσσαι, naves aliae pone alias collocatae, scalarum modo, Il. 14, 35.

προκρούω, ante subigo sc. feminam. 2) extendo vi, ut longius fiat: unde Procrustes nomen habuit, quasi extensor.

προκρόω, Dor. p. προκρούω.

προκτίζω, ante condo.

προκυβερνάω, f. ήσω, quasi dicatur praeguberno, sum proreta sive anteriorem navis partem guberno.

προκυκλέω, idem quod ἐκκυκλέω, n. 1.

προκυλινδέομαι, provolvor ad pedes alicujus, more supplicis accedo ad pedes alicui vel alicujus.

προκυλίνδημα, ατος, τό, actus provolvendi. A pr.

προκυλίνδω, provolvo.

προκύλισις, εως, ἡ, supplicatio, qua sc. supplex ad alius pedes provolvitur. A seq.

προκυλίω, f. ίσω, provolvo. προκυλισθείς, provolutus, Philox. aor. 1. part. pass. (ῑ)

προκυμαία, ας, ἡ, (κῦμα) scil. οἰκοδομή, vel tale quid, moles opposita fluctibus.

προκυμία, ας, ἡ, idem, ap. Joseph. qui habet etiam vocab. seq.

προκυμάτιον, ου, τό, moles opposita fluctibus.

πρόκυνες, ων, οἱ, (κύων) reprehensores, qui prius in latratus et reprehensiones erumpunt, quam dicant, quid reprehensione dignum sit, Q. Macc. 5, 4.

προκυνεῖν, dicuntur canes ante inventam praedam latrantes. A pr.

προκύπτω, f. ψω, inclinans me seu incurvans propendeo, me inclino. 2) emineo seu promineo.

προκυρόω, f. ώσω, ante sancio. προκεκυρωμένος, prius sancitus, perf. part. pass.

προκύων, κυνός, ὁ, (κύων) Procyon s. Antecanis, sidus ab eo appellatum, quod ante canem majorem oritur; Hygin.

προκώμιον, τό, (κῶμος) praeludium.

πρόκωνα, vel προκώνια ἄλφιτα, (κῶνος) farina ex hordeo recenti et tenero.

πρόκωπος, ον, (κώπη) remex, qui est ad remum. 2) districtus, de gladio.

προλαβή, ῆς, ἡ, ansa, manubrium.

προλαγχάνω, (λαγχάνω, irr.) ante sortior, sorte prior fio.

προλάζομαι, prius apprehendo, anticipo.

προλάζυμαι, idem.

προλάκκιον, ου, τό, (λάκκος) lacuna.

προλαλέω, proloquor, declaro.

πρόλαλος, ον, praeceps in loquendo, garrulus.

προλαμβάνω, f. λήψομαι, (λαμβάνω, irr.) antecapio, praesumo, occupo, anticipo. 2) praecedo, praevenio. 3) deprehendo, v. c. in furto. Dicitur et pro suscipio ap. Lysiam.

προλάμπω, f. ψω, ante luceo, praeluceo. 2) splendorem et lucem prodo, illuceo. 3) praefulgeo, antecello.

προλεαίνω, ante laevigo, ante mollio vel complano.

προλέγω, f. ξω, ante dico, praenarro, praedico, edico, denuncio. 2) ante deligo. προλελεγμένος, ante delectus: ap. Hom. delectus.

προλείπω, f. ψω, relinquo, desero, deficio.

πολεπτύνω, ante extenuo.

προλεσχηνεύω, prius garrio, prius colloquor.

πρόλεσχος, ον, (λέσχη) qui ante alios loquitur, qui alios in sermone praevenit. garrulus.

προλευκαίνω, ante dealbo.

προλεύσσω, praevideo, prospicio.

πρόλημμα, ατος, τό, (προλαμβάνω) quod anticipatur, seu anticipando capitur, praesumtio, praerogativa, commodum praecipuum, ut πλεονέκτημα.

προλήνιον, ου, τό, (ληνός) quasi antetorcular, torcular, LXX.

πρόληψις, εως, ἡ, (προλαμβάνω) anticipatio, occupatio, presumtio, praerogativa. 2) suspicio, divinatio. 3) notiones insitae de natura divina, ap. Epicureos. 4) ap. historiae scriptores est, quum aliquid dicitur per anticipationem temporis.

προληπτικός, ή, όν, anticipans.

προληπτικῶς, per anticipationem.

προλιμνάδες ποταμῶν, (λιμνάς) stagna fluviorum.

προλιμνάζω, stagno ante fluvium.

προλιμοκτονέω, prius fame neco.

προλιχνεύω, praelambendo degusto, ligurrio.

προλόβιον, ου, τό, pendula τοῦ λοβοῦ pars in aure.

πρόλοβος, ου, ὁ, sinus in avium gutture prominens, in quem primum cibos ingerunt, ingluvies, gurgulio.

προλοβώδης, ες, similis προλόβῳ.

προλογίζω, f. ίσω, praefationem dico, praeloquor. 2) primus in scenam prodiens verba facio. A seq.

πρόλογος, ου, ὁ, (λόγος) prologus, praefatio.

προλούω, (λούω, irr.) praeluo. Med. ante me lavo.

προλοχίζω, f. ίσω, insidiis occupo.

προλυμαίνομαι, ante corrumpo: vitio.

προλυπέω, f. ήσω, ante incommodo, injuria adficio.

προλύπησις, εως, ἡ, injuria prior. (ῡ) A pr.

προλύται, οἱ, (λύω) prolytae, lytis in jurisprudentia provectiores. λύται autem dicebantur a solvendis quaestionibus. Prooem. Pandect.

πρόμακρος, ον, oblongus, praelongus.

προμαλακτήριον, ου, τό, (προμαλάσσω) prima pars balnei, in qua corpora lavantium praemolliebantur.

προμαλακύνω, praemollio, prius emollio.

προμαλάσσω, Att. -ττω, f. ξω, idem.

πρόμαλος, ἡ, vitex. 2) myrica.

προμάμμη, ἡ, proavia, Philox. abavia, Gl. Vet.

προμανθάνω, quasi dicatur praedisco, ante disco. προμαθών, praedoctus, qui prius didicit. aor. 2. part.

προμαντεία, ας, ἡ, praevaticinatio. 2) in oraculo consulendo princeps locus alicui honoris caussa datus.

προμάντευμα, ατος, τό, praesagium. A seq.

προμαντεύομαι, f. εύσομαι, vaticinor, praedico, praesagio.

προμαντεύς, έως, ὁ, oraculi antistes. A pr.

πρόμαντις, εως, ὁ, ἡ, idem. 2) fatidicus, praesaga.

προμαρτύρομαι, ante testor, praenuncio. (ῡ)

προμαχέω, (πρόμαχος) in prima acie pugno. 2) propugno, defendo.

προμαχεών, ῶνος, ὁ, propugnaculum.

προμαχίζω, f. ίσω, in prima acie pugno. 2) propugno, defendo.

προσελάω, poet. p. *προσελαύνω*.

προσελεῖν, contumelia gravi afficere. *προσελοῦμεν*, contumelia afficimus, proprie luto conspergere, ut *προπηλακίζειν*, ab ἰλύς. v. Dawes. misc. crit. p. 164. et interpretes ad Aesch. Prom. 438. Ar. Ran. 730. (nisi est a *πρόσω* et ἴλλω vel ἴλω antiquo, id est ἐλάω, ἐλαύνω, pello, quasi procul a se pellere calcibus et manibus; (v. *περιέλλειν*) aut pro *προσειλεῖν* ad solem protrahere, in luce publica ponere.)

προσέλευσις, ἡ, (*προσέρχομαι*) accessus: supplicatio deorum.

προσέληνος, ον, et *προσεληναῖος*, ον, q. d. antelunis, i. e. antiquior luna. Arcades ob antiquitatem dicebantur *προσέληνοι*, fem. *προσεληνίδες*.

προσελκύω, f. ύσω, attraho, adprimo, v. c. ad pectus.

προσέλκω, ξω, et κομαι, attraho, extraho. 2) illicio sc. in fraudem.

προσελλείπω, insuper deficio.

προσελπίζω, spero.

προσελυτρόω, (*ἐλυτρόω*) circumposito involucro munio et tego.

προσελώδης, ές, (*ἐλώδης*) palustris.

προσεμβαίνω, insuper ingredior. 2) ingredior, descendo in. 3) insulto, veluti pedibus conculco, praeter alias impositas contumelias.

προσεμβάλλω, insuper adjicio, immitto etc.

προσεμβριμάομαι, fremo in aliquem. 2) amplius minor.

προσεμματεύω, contrecto, maxime papillas muliebres, ut simplex *ἐμματεύω*.

προσεμπάσσω, f. άσω, praeterea inspergo.

προσεμπικραίνομαι, f. νοῦμαι, insuper exacerbor in re aliqua.

προσεμπεδόω, f. ώσω, confirmo.

προσεμπίπτω, incido in, insuper incido.

προσεμπρήθω, f. ήσω, insuper vel praeterea incendo, inflammo.

προσεμφανίζω, declaro, insuper declaro.

προσεμφερής, ές, similis, adsimilis.

προσεμφέρω, (*φέρω*, *irr.*) insuper infero. Med. similis sum.

προσεμφορέω, insuper ingero, inculco, s. ingero simpliciter.

προσεμφύομαι, (*φύω*, *irr.*) insuper adhaereo, magis adhaereo.

προσέναγχος, adv. nuper.

προσενδείκνυμι, insuper demonstro.

προσενεδρεύω, insidior, in insidiis sum.

προσενίπτω seu *προσεννέπω*, alloquor, compello.

προσενεχυράζω, pignora capio ab aliquo.

προσενθυμέομαι, praeterea cogito s. considero.

προσενθυμητέον, Adj. verb. insuper cogitandum. A pr.

προσεννοέω, f. ήσω, una cogito et mente concipio.

προσενοίκησις, εως, ἡ, habitatio apud aliquem.

προσενοχλέω, magis turbo, molestia adficio.

προσενόω, f. ώσω, (*ἑνόω*) adjungo. Hinc aor. 1. part. pass. *προσενωθείς*, unitus.

προσεντείνω, magis intendo. 2) magis caedo.

προσεντέλλω, et ομαι, insuper mando seu injungo.

προσεντίκτω, insuper genero.

προσενυβρίζω, etiam contumelia adficio.

προσενυφαίνω et ομαι, una intexo.

προσεξαγριαίνω, etiam irrito, ad iram provoco.

προσεξαιρέομαι, ροῦμαι, insuper eximo.

προσεξαίρω, amplius extollo.

προσεξαμαρτάνω, amplius erro, in re aliqua pecco.

προσεξανδραποδίζομαι, etiam in servitutem redigo.

προσεξαπατάω, f. ήσω, insuper decipio.

προσεξαπλόω, insuper, etiam explico s. expono, interpretor.

προσεξαποστέλλω, f. ελῶ, simul emitto; exire jubeo.

προσεξάπτω, magis accendo s. irrito.

προσεξασκέω, magis excolo, et excolendo orno; ut pulcritudo *προσεξασκεῖται*, cura, ornatu augetur.

προσεξελαύνω, (insuper) impetum facio, erumpo; de equitatu, aut classe.

προσεξελέγχω, f. ξω, praeterea demonstro, arguo, convinco.

προσεξελίσσω, insuper educo, v. c. exercitum, v. *ἐξελίσσω*.

προσεξεργάζομαι, f. άσομαι, insuper conficio et absolvo.

προσεξερείδομαι, innitor alicui.

προσεξέρχομαι, accedo, appropinquo.

προσεξετάζω, una, simul, praeterea exploro.

προσεξευρίσκω, praeterea invenio, invenio aliquid novi.

προσεξηγέομαι, insuper narro, praeterea narrando adjicio.

προσεξηπειρόω, in continentem verto.

πρόσεξις, εως, ἡ, (*προσέχω*) attentio.

προσεξίστημι, valde perturbo.

προσέοικα, perf. ab obsoleto *προσείκω*, Attice *προσεῖκα*, (*ἔοικα*, irr) similis sum alicui aliqua re, τοί τι. 2) videor.

προσεπαγγέλλομαι, adpromitto, simul promitto.

προσεπάγω, f. ξω, (*ἄγω*, irr.) subjungo, addo etiam.

προσεπαινέω, f. έσω, insuper laudo, s. collaudo.

προσεπαίρω, (*αἴρω*, irr.) attollo.

προσεπαιτιάομαι, insuper accuso.

προσεπανέρομαι, insuper interrogo.

προσεπαπειλέω, insuper minor.

προσεπαράομαι, f. ήσομαι, Att. άσομαι, (*ἀράομαι*) insuper imprecor, τινί. (◡◡–◡◡– Epice; ◡◡◡◡◡– Attice. άσομαι)

προσεπάρχω, praeterea impero, c. gen.

προσεπαυξάνω, f. ξήσω, aor. 1. *προσεπηύξησα*, insuper augeo.

προσεπαυρίσκομαι, una, insuper fruor.

προσεπεῖπον, inf. *προσεπειπεῖν*, (*εἶπον*, irr.) addidi dicendo, praeterea dixi.

προσεπεισφέρω, insuper induco. 2) cum χάριν, habeo, refero gratiam.

προσεπελπίζω, f. ίσω, insuper spem injicio.

προσεπεμβαίνω, inscendo, insulto, v. *προσεμβαίνω*.

προσεπεμβάλλω, adjicio.

προσεπεξεργάζομαι, f. άσομαι, insuper expolio, aliam expolitionem addo.

προσεπεξεργασία, ας, ἡ, expolitio secunda. A praec.

προσεπεξευρίσκω, insuper invenio.

προσεπεξηγέομαι, f. ήσομαι, insuper enarro.

προσεπερωτητής, οῦ, ὁ, adstipulator, qui praeter stipulatorem interrogat atque stipulatur.

προσεπεύχομαι, f. ξομαι, insuper precor, opto.

προσεπηρεάζω, addo contumeliam, injuriam, damnum.

προσεπιβάλλω, adiicio.

προσεπιβλαστάνω, f. στήσω, incrementum geminum capio.

προσεπιβλέπω, insuper inspicio.

προσεπιβοάω, insuper acclamo.

προσεπιβουλεύω, insidior.

προσεπιγεννάω, insuper ingenero.

προσεπιγίγνομαι, adnascor, accedo.

προσεπιδείκνυμι, f. ξω, insuper ostendo.

προσεπιδεσμῶ, alligo.

προσεπιδέω, alligo, adstringo.

προσεπιδημέω, f. ήσω, peregre veniens aliquo deverto.

προσεπιδιδάσκω, praeterea doceo.

προσεπιδίδωμι, f. δώσω, insuper addo.

προσεπιδοξάζω, quasi coopinor, assensione mea approbo. Vocabulum Stoicum.

προσεπιδράττομαι, f. ξομαι, insuper mihi vindico, vel peto. 2) pro *ἐπιδράττομαι*.

προσεπιζεύγνυμι, (*ζεύγνυμι*, irr.) insuper adjungo.

προσεπιζητέω, insuper inquiro.

προσεπιθεάομαι, (*θεάομαι*, irr.) insuper contemplor.

προσεπιθεωρέω, praeterea observo.

προσεπιθλίβω, (*ΘΛΙ*) (*θλίβω*) insuper imprimo.

προσεπικαλλωπίζω, interpolo formam, arte augeo et quaero pulcritudinem.

προσεπικαλέω, f. έσω, accuso praeterea.

προσεπικαταδέω, insuper impono et alligo.

προσεπικατατείνω, intendo, augeo, v. c. vocem, motum etc.

προσεπικηρύσσω, simul edico.

προσεπικοσμέω, f. ήσω, insuper orno.

προσεπικρατέω, rursus vinco.

προσεπικρεμάω, insuper appendo.

προσεπικρούω, illido, impingo, allido.

προσεπικτάομαι, f. κτήσομαι, insuper adquiro, possessionibus meis adjicio.

προσεπιλαμβάνω, insuper adsumo.

προσεπιλέγω, f. ξω, dictis addo, insuper dico.

προσεπιμανθάνω, addisco praeter superiora.

προσεπιμελοῦμαι, insuper curo.

προσεπιμετρέω, f. ήσω, ultra mensuram admetior, cumulum addo; plus largior.

προσεπινοέω, f. ήσω, recens excogito, excogitatis adjicio.

προσεπιπίπτω, incido, incumbo.

προσεπιπλέω, f. πλεύσομαι, (*πλέω*, irr.) adnavigo.

προσεπιπλήσσω, f. ξω, insuper increpo.

προσεπιπονέω, ultra laboro.

προσεπιῤῥέω, f. ῥεύσομαι, (*ῥέω*, irr.) adfluo.

προσεπιῤῥώννυμι, corroboro, vires addo.

προσεπισεμνύνω, alio insuper honore adficio.

προσεπισημαίνομαι, una, insuper indico, demonstro, vel noto, h. e. gestu quo-

dam aliove signo testor, me dictum factumve minus probare, eique me succensere, et id graviter ferre.

προσεπισιτίζομαι, rem frumentariam adaugeo, novo me commeatu instruo.

προσεπισκευάζω, una, amplius apparo, instituo, reparo, reficio.

προσεπισκώπτω, insuper cavillor, illudo.

προσεπισπάομαι, f. άσομαι, insuper attraho, adjungo mihi, assumo.

προσεπίσταμαι, scio.

προσεπιστείχω, leniter, sensim accedo.

προσεπιστέλλω, insuper mando, jubeo. 2) adscribo (epistolae).

προσεπισφάττω, f. ξω, it. προσεπισφάζω, insuper jugulo, jugulo cum aliis, et post alios jam mactatos.

προσεπισφραγίζομαι, f. ίσομαι, insuper sigillo meo confirmo.

προσεπισυνάπτω, (ἅπτω) insuper connecto, adjungo.

προσεπισχυρίζω, insuper, ultra confirmo et corroboro.

προσεπισωρεύω, adaggero, accumulo.

προσεπιταλαιπωρέω, plus aerumnarum perfero, persevero in tolerandis aerumnis.

προσεπιτάττω, f. ξω, insuper impero seu mando.

προσεπιτείνω, intendo, augeo. 2) cum acc. pers. magis premo, vexo.

προσεπιτερατεύομαι, insuper prodigiose adfingo.

προσεπιτέρπομαι, insuper delector.

προσεπιτίθημι, f. προσεπιθήσω, insuper addo. 2) addo.

προσεπιτιμάω, f. ήσω, insuper increpo, increpo, additis minis interdico.

προσεπιτραγῳδέω, f. ήσω, tragice rem exaggero, i. e. supra modum, nimis.

προσεπιτρέπω, insuper permitto, trado, mando, velut novum exercitum.

προσεπιτρίβω, f. ψω, majori molestia adficio. 2) adfligo, attero, perdo. (⏑⏑⏑––)

προσεπιτροπεύω, diutius tutor sum. Pass. diutius in tutela sum.

προσεπιτυγχάνω, simul consequor, impetro.

προσεπιφέρω, (φέρω, irr.) infero, addo.

προσεπιφημίζω, insuper rumorem spargo.

προσεπιφθέγγομαι, accino, acclamo, de hominibus et avibus.

προσεπιφοιτάω, accedo, advenio.

προσεπιφύομαι, insuper adnascor.

προσεπιφωνέω, ad extremum addo in dicendo, prosequor alterius orationem mea, qua assensum significo.

προσεπιχαρίζομαι, ultra, praeterea gratificor.

προσεπιχειρέω, f. ήσω, insuper adgredior.

προσεπιχέω, adfundo, praeterea infundo.

προσεπιχώννυμι, f. χώσω, (χώννυμι, irr.) insuper obturo et operio, terra adgesta obruo.

προσεπιψεύδομαι, (ψεύδομαι) insuper mentior.

προσεπόμνυμι, (ὄμνυμι, irr.) juro insuper.

προσεποφλισκάνω, praeterea debeo.

προσερανίζω, collectum addo s. congero, cumulo.

προσεργάζομαι, f. άσομαι, praeterea facio seu efficio, lucrifacio, lucror, insuper mihi paro

προσερείδω, f. είσω, applico, adapto aliquid alicui rei. 2) adfigo, vel insuper fulcio et firmo, deligo. 3) obsideo v. c. urbem. Med. innitor, fretus sum, confido. 4) inhaereo rei, ut avelli ab ea nolim, studiose et pertinaciter rem consector.

προσερεύγομαι, (ἐρεύγομαι) cum ructu afflo. trop. κύματα προσερεύγεται πέτρην, undae aestuant adversus saxum, Od. 15, 621.

προσερέω, fut. Ion. a προσεῖπον, pro προσερῶ, (ἐρῶ) alloquar, affabor. Perf. προσείρηκα.

προσερίζω, f. ίσω, (ἐρίζω) insuper rixor, τινί, cum aliquo, Theocr.

προσέρομαι, f. ερήσομαι, (ἔρομαι, irr.) insuper interrogo.

προσερπύζω, f. ύσω, adrepo.

προσέρπω, f. ψω, Dor. ποθέρπω, (ἕρπω) adrepo: advenio, velut reptando, accedo, τινί.

προσερυγγάνω, ructo, eructo.

προσέρχομαι, f. ελεύσομαι, adeo, accedo, advenio, adgredior, interpello. 2) coeo cum muliere. 3) suppliciter adeo, (ut πρόσοδος, supplicatio.) 4) propinquitate conjunctus sum cum aliquo. 5) in concionem ad populum prodeo, ut agam cum populo. 6) dicitur de reditibus.

προσερωτάω, insuper interrogo.

προσεσπέριος, (ἑσπέριος) occidentalis. 2) vespertinus.

προσέσπερος, ον, Dor. ποθέσπερος, i. q. praec. τὰ ποθέσπερα, adv. vesperi, Theocr.

προσέσχατος, ον, (ἔσχατος) contiguus, conterminus.

προσεταιρίζω, (ἑταιρίζω) sodalem addo aliquem alicui, socium adjungo, τινά τινι. Med. mihi sodalem seu socium adscisco, amicum concilio, τινά. it. adjungo me sodalitio alicui, obsequor, indulgeo, τινί.

προσεταιριστός, ή, όν, in societatem et adjumentum adscitus, sodalis. A praec.

προσετέος, έα, έον, Adj. verb. a προσίημι, admittendus.

προσέτι, adv. adhuc insuper, praeterea, ultra.

πρόσευγμα, τό, i. q. κάτευγμα.

προσευεργετέω, insuper benefacio. c. acc. pers.

προσευθύνω, rationes insuper exigo. (ῡ)

προσευκαιρέω, otio abundo ad rem aliquam, τινί.

προσευκτήριον, ου, τό, (προσεύχομαι) locus, in quo precamur.

προσευκτικός, ή, όν, in precationibus assiduus.

πρόσευξις, ἡ, i. q. προσευχή.

προσευπορέω, et προσευπορέομαι, praeterea mihi adquiro.

προσευρίσκω, ultra invenio.

προσευσχολέω, f. ήσω, operam pono in. 2) accurate contemplor.

προσεύτροχος, ον, etiam bene currens, vel volubilis.

προσευχή, ῆς, ἡ, precatio, obsecratio, oratio. 2) locus, s. sacellum precibus destinatum apud Judaeos, proseucha, v. Weber ad Juven. 3, 296. p. 175.

προσεύχομαι, f. εύξομαι, precor, preces fundo, oro, vota facio, obsecro, adoro.

προσεφευρίσκω, insuper adinvenio, insuper comminiscor.

προσέχεια, ας, ἡ, attentio. 2) nexus.

προσεχής, ές, (προσέχω) attentus, intentus, prudens. 2) sectator, qui se sectatorem alicui exhibet. 3) continens, cohaerens, proximus, finitimus. προσεχές, adv. prope.

προσεχόντως, adv. attente.

προσέχω, (ἔχω, irr.) attendo, intendo, animadverto. οἱ προσέχοντες, lectores. 2) obtempero, veneror, deditus sum. 3) caveo. 4) appello, applico v. c. navem προσέχομαι, adhaereo, adhaeresco.

προσεχῶς, (προσεχής) adv. attente, studiose. 2) proxime.

προσέψημα, τό, (προσέψω) cibus coctus.

προσεψιά, ᾶς, vel προσεψία, ἡ, (ἑψία) alloquium, Soph.

προσέψω, f. ψήσω, (ἕψω, irr.) una coquo, aliis additum coquo, incoquo.

προσεῷος, ον, Ion. προσηῷος, (ἑῷος) Orienti vicinus, qui versus Orientem habitat.

προσζεύγνυμι, f. ζεύξω, (ζεύγνυμι, irr.) adjungo, implico.

προσζημιόω, f. ώσω, insuper damno adficio. 2) insuper punio, τινά τινι.

πρόσηβος, ον, (ἥβη) adolescens, puber, qui pubertatem jam attigit, proximus pubertati.

προσηγορέω, (προσήγορος) compello, alloquor.

προσηγόρημα, ατος, τό, alloquium. 2) salutatio.

προσηγορία, ας, ἡ, (προσήγορος) allocutio, alloquium, compellatio, appellatio, salutatio, vocabulum, nomen.

προσηγορικός, ή, όν, appellativus, salutatorius.

προσηγορικῶς, adv. appellative.

προσήγορος, ον, (ἀγορεύω) qui alloquitur, salutat, ut familiaris, comis, qui adire obvium quemque in via, nominatim appellare et ultro alloqui et sermones conserere amat.

προσήδομαι, f. προσησθήσομαι, (ἥδομαι) delector ad rei alicujus sensum et perceptionem.

προσηκόντως, adv. convenienter, decenter, recte, congruenter. A seq.

προσήκω, (ἥκω) pertineo aliquo, attineo: cognatus, conjunctus sum: convenio. προσήκει μοι, convenit mihi, decet me, meum est. οὐδὲν προσήκει μοι τούτου, hoc nihil ad me pertinet. οἱ προσήκοντες, sc. τῷ γένει, cognati, necessarii. τὸ προσῆκον, conveniens, congruum, officium, id quod decet. τὰ προσήκοντα, officia, debita.

προσηλιάζω, soli expono.

προσήλιος, ον, soli expositus, solem spectans, apricus.

πρόσηλος, ον, idem. (Voc dubium et analogiae non conveniens ap. Aeschyl. et Aristoph. fort. leg. πρόσειλος, ab εἵλη).

προσηλόω, f. ώσω, adfigo.

προσήλυσις, εως, ἡ, (προσέρχομαι) adventus, accessus.

προσηλύτευσις, εως, ἡ, habitatio advenae seu peregrini in loco aliquo. 2) vita, Aquila. A seq.

προσηλυτεύω, f. εύσω, sum advena. 2) versor, sum. A seq.

προσήλυτος, ον, (προσέρχομαι) advena. 2) opponitur civi, estque inquilinus. 3) qui se creditori sponte in nexum dedit. 4) in N. T. qui a Gentilismo se contulit ad Judaismum.

προσήλωσις, εως, ἡ, (προσηλόω) adfixio.

πρόσημαι, (ἧμαι, irr.) adsideo, obsideo.

προσημαίνω, ante significo, portendo.

προσημαντικός, ή, όν, futurum portendens.

προσημασία, ας, ή, portentum, significatio futuri.

προσημειόω, praesignifico. In med. praenoto.

προσημέριος, ον, (ἡμέρα) unum tantum diem durans.

πρόσημον, τό, (σῆμα) signum, indicium.

προσηνεια, ας, ή, benignitas, lenitas.

προσήνεμος, ον, vento expositus, aurae patens, de qualibet parte domus, quam ventus afflat.

προσηνής, ές, Dor. προσανής, (ἡδύς) bonus, benignus, gratus, lenis, mitis, placidus, acceptus, affabilis.

προσηνίη, ή, i. q. προσήνεια.

προσηνῶς, adv. benigne, leniter.

προσήπω, (σήπω) ante macero, sive aceto, salo, sive ipso tempore, quod fit in carne, quum non statim recens coquitur aut assatur, sed post unum et alterum diem, dum velut mitescat, ut poma recentia, mitescere sino.

προσηχέω, f. ήσω, circumsono, sono impello.

προσηχής, ές, (ἠχώ) circumsonus.

προσηῷος, ον, (ἠώς) Ion. p. προσεῷος, ad auroram spectans, orientalis. Dor. τὸ ποταῷον, adv. versus orientem, Theocr.

πρόσθα, adv. Aeol. p. πρόσθε.

προσθακέω, (θᾶκος) adsideo, insideo.

προσθάλπω, foveo insuper.

πρόσθε, ante vocal. πρόσθεν, (πρό, πρός) 1) adv. ante, anteriori in parte. εἰς τὸ πρόσθεν, antrorsum, ultra, ulterius. τάξιν ἱππέων ἔπεμψεν εἰς τὸ πρόσθεν, ad primum agmen, ante exercitum, Xen. εἰς τοῦ πρόσθεν, ab anteriori parte, ὁ, ἡ, τὸ πρόσθεν, anterior. πρόσθε βαλεῖν, antevertere, praevenire. b) antea, olim, prius. ὁ, ἡ, τὸ πρόσθεν, prior, superior. πρόσθεν πρίν et πρόσθεν ἤ, priusquam. πρόσθεν θεῖναι, praeferre. 2) Praep. c. gen. ante. — Attici etiam ante consonam utuntur forma πρόσθεν.

πρόσθεμα, ατος, τό, (προστίθεμαι) id ipsum, quod apponitur, additamentum, appendix. 2) penis. 3) clunis, apud Hesych.

πρόσθεν, adv. v. πρόσθε.

πρόσθεσις, εως, ή, (προστίθημι) appositio, applicatio, adjectio: additamentum, incrementum.

προσθετέος, έα, έον, Adj. verb. a προστίθημι, addendus.

πρόσθετος, ον, adtititius. 2) addictus et deditus sua sponte in servitutem. 3) etiam de coma fictitia, adscititia.

προσθέω, f. θεύσομαι, (θέω, irr.) accurro.

πρόσθη, ης, ή, idem quod πρόσθεσις, et ab eod. Hesych.

προσθήκη, ης, ή, (προστίθημι) additamentum, accessio, incrementum, auctus, adjectio, auctarium. 2) particula; Vox Gramm.

πρόσθημα, τό, accessio, additamentum, Xen.

προσθιγγάνω, attingo, prehenso, c. gen.

προσθίγω, idem. Hinc in usu aor. 2. προσέθιγον, inf. προσθιγεῖν.

προσθίδιος, ία, ιον, poet. p. πρόσθιος.

πρόσθιος, ία, ιον, (πρόσθε) anterior.

προσθλίβω, f. ψω, apprimo; v. c. pectori, amoris caussa. 2) attero. 3) adgravo. (ῑ)

πρόσθλιψις, εως, ή, adpressio. 2) attritus. A praec.

προσθόδομος, ὁ, (πρόσθε, δόμος) qui ante domum habuit, incoluit, Aeschyl. 2) anterior pars domus.

προσθροέω, alloquor.

προσθύμιος, ον, (θυμός) gratus animo alicujus, τινί. (ῡ)

προσιατρεύω, curo aegrotum.

προσιδεῖν, adspicere. προσιδών, intuitus. v. προσεῖδον.

προσιζάνω, adsideo, haereo, adhaereo.

προσίζω, f. ιζήσω, (ἵζω, irr.) insideo, adsideo.

προσίημι, f. προσήσω, (ἵημι, irr.) mitto ad. Frequentius in Medio 1) admitto, i. e. recipio, agnosco, acceptum habeo, non repudio conditionem, c. acc. it. permitto, sino: allicio, capio, τινά. οὐδέν προσιετό μιν, nihil placebat ei, Hdt. ἕν δ' οὐ προσίεταί με, unum mihi non placet, Ar. 2) admitto, i. e. approbo. 3) admitto, i. e. facio, vel committo. it. de femina congressum viri patiente, virum admittente. (⏑⏑⏑ Epice; ⏑–⏑ Attice.)

προσικνέομαι, f. ίξομαι, (ἱκνέομαι, irr.) accedo, advenio.

προσίκτωρ, ορος, ὁ, qui supplex alicui ad genua accidit, supplex. A praec.

προσίνομαι, (σίνομαι) prior laedo, prior noceo. (ῑ)

προσιππάζομαι, idem quod seq.

προσιππεύω, f. εύσω, adequito, juxta equito.

προσίπταμαι, (ἵπταμαι, irr.) Attice p. προσπέτομαι, advolo, celeriter advenio.

προσίστημι, sisto, adpono: it. appendo, pondero. προσίσταμαι, adsum, adsto, obvenio, proximus sum. 2) obsisto, adversor. 3) offendo προσίσταταί μοι, nauseam, odium, aversationem mihi ciet.

προσιστορέω, f. ήσω, insuper sciscitor. 2) insuper scribo et prodo. προσιστορεῖται, insuper narratur.

προσισχύω, insuper polleo. (ῡ)

προσίσχω, adhibeo, adverto. 2) appello aliquo, i. e. appropinquo, pervenio navi. 3) attendo, ausculto. προσίσχομαι, adhaereo.

προσιτέον, accedendum. Adj. verb. a πρόσειμι.

προσιτός, ή, όν, qui adiri potest, accessu facilis.

προσκαθαιρέω, (αἱρέω, irr.) una simul destruo.

προσκαθέζομαι, (ἕζομαι, irr.) adsideo. 2) adsidue incumbo, operam do. 3) obsideo, hostiliter consideo.

προσκαθελκύω, una detraho, de navi, una deduco. (De quantitate v. ἑλκύω.)

προσκαθήκω, pertineo, protendor, porrigor. 2) devenio ad. 3) consentaneus sum.

προσκαθηλόω, f. ώσω, clavis adfigo.

προσκάθημαι, adsideo. 2) obsideo. 3) praesideo.

προσκαθίζω, et προσκαθίζομαι, v. προσκαθέζομαι.

προσκάθισις, εως, ή, adsessus, adsessio. A praec.

προσκαθίσταμαι, insuper constituo, ordino. 2) in potestatem redigo, ut καθίσταμαι.

προσκαθοπλίζω, f. ίσω, insuper armo, etiam armis instruo. 2) armo.

προσκαθοράω, (ὁράω, irr.) una insuper perspicio.

προσκαινουργέω, aliquid novi addo, sed in rebus malis.

πρόσκαιρος, ον, temporarius, ad tempus durans, caducus, fluxus, momentaneus.

προσκαίρως, adv. ad tempus.

προσκαίω, f. καύσω, aduro. 2) incendo, v. c. amore.

προσκακοπαθέω, f. ήσω, doleo aliqua re, dolore afficior ob aliquid.

προσκακουργέω, f. ήσω, insuper malitiose ago.

προσκακόω, molestia adficio, pass. male adficior, male me habeo.

προσκαλέω, f. έσω, (καλέω, irr.) et προσκαλέομαι, advoco, adscisco, arcesso, auxilio advoco. 2) in jus voco. v. πρόσκλησις.

προσκάμνω, allaboro, elaboro, adnitor.

προσκαρτερέω, f. ήσω, tolero, persevero, constanter laboro, perpetior. 2) adsum assidue.

προσκαρτέρησις, εως, ή, adsidua aliqua in re perseverantia. A pr.

προσκαταβαίνω, descendo ad aliquem.

προσκατάβλημα, ατος, τό, morae multa. 2) accessio, accessio sortis, corollarium. 3) v. seq.

προσκαταβολή, ῆς, ή, idem. 2) altera pars pecuniae, quam solvebant publicani. Nempe, publicorum vectigalium redemtoribus solutionis duo praescribebantur tempora (προθέσεις, προθεσμίαι); unum in quo continuo factis redemturis praesentem pecuniam numerare ex parte oportebat, atque hanc in antecessum solvere, et hoc προκαταβολή dicebatur; alterum solutioni praestitutum tempus erat, quum pensionis mercedumque reliqua pars jam in debitum pendebatur, quod προσκαταβολή et προσκατάβλημα, item προσκαταβόλημα, nominatur.

προσκαταγελάω, f. άσω, insuper irrideo.

προσκαταγιγνώσκω, secus existimo de aliquo. 2) adjudico.

προσκαταγράφω, insuper conscribo, s. adscribo.

προσκαταδείδω, insuper timeo.

προσκαταδείκνυμι, insuper constituo, vel constituo per edictum.

προσκαταδέω, f. δήσω, (δέω, irr.) insuper obligo, adstringo.

προσκαταίρω, solvo, proficiscor classe, appello.

προσκατακλαίομαι, lacrimas fundo, vel insuper fundo. Polyb.

προσκατακλύζω, f. ύσω, inundo; submergo.

προσκατακτάομαι, insuper possideo.

προσκατακυκάω, insuper turbo, perturbo.

προσκαταλαλέω, et έομαι, loquacitate obruo, obstrepo et obtundo, objurgo.

προσκαταλαμβάνω, insuper occupo.

προσκαταλλάσσω, Att. ττω, reconcilio.

προσκαταλέγω, f. ξω, allego.

προσκαταλείπω, f. ψω, insuper relinquo. Pass. supersum, superstes sum.

προσκατανέμω, insuper distribuo.

προσκαταξαίνω, attero; de osculantibus, coeuntibus. Lycophr.

προσκαταξύω, tero, attero.

προσκαταπλήσσω, f. ξω, insuper perterrefacio.

προσκαταποντόω, f. ώσω, insuper in pontum seu mare demergo.

προσκαταπράττομαι, perficio.

προσκαταπυκνόω, f. ώσω, constipo, condenso.

προσκαταριθμέω, f. ήσω, adnumero.

προσκαταρρήγνυμι, f. ρήξω, (ῥήγνυμι, irr.) dirumpo.

προσκατασήπω, una putrefacio.

προσκατασκάπτω, insuper diruo.

προσκατασκευάζω, insuper exstruo vel construo vel comparo.

προσκατασπάω, una detraho, item deduco, de navibus.

προσκαταστρέφω, στρέφομαι, insuper everto, vasto.

προσκατασύρω, insuper traho vel attraho. 2) simul traho. (υ longum.)

προσκατατάσσω, addo, appono.

προσκατατείνω, insuper extendo, vel repono luxata.

προσκατατίθημι, insuper dependo seu persolvo.

προσκατατρέχω, f. δραμοῦμαι, (τρέχω, irr.) insuper populor, int. χώραν.

προσκαταφεύγω, confugio ad.

προσκαταφρονέω, insuper contemno.

προσκαταχέω, (χέω, irr.) adfundo, insuper affundo vel perfundo.

προσκαταχράομαι, insuper interficio.

προσκαταψεύδομαι, perf. προσκατέψευσμαι, mendacium adversus aliquem confingo.

προσκατέδω, (ἔδω, irreg.) insuper comedo.

προσκατεργάζομαι, f. άσομαι, insuper perficio, conficio. 2) insuper, praeter et post alios interficio. 3) amplius acquiro, lucror.

προσκατεύχομαι, f. ξομαι, insuper imprecor, insuper exsecratione utor.

προσκατέχω, detineo apud, vel retineo in.

προσκατηγορέω, f. ήσω, insuper accuso.

προσκάτημαι, Ion. pro προσκάθημαι.

προσκατοικίζω, una colloco in colonia, habitare jubeo.

προσκατόμνυμι, et προσκατόμνυμαι, (ὄμνυμι, irr.) insuper dejero, praeterea dejero.

προσκαυλέω, f. ήσω, in caulem, scapum abeo.

πρόσκαυμα, ατος, τὸ, (προσκαίω) adustio.

πρόσκειμαι, f. κείσομαι, (κεῖμαι) positus seu situs sum ad, adjaceo, addor, apponor, sto apud, adsto. 2) addictus sum alicui, colo, faveo, adsentior, transeo in partem seu opinionem alicujus. 3) insto, urgeo, premo, resisto. 4) hortor. 5) incumbo, impositus sum alicui.

προσκειμένως, adv. instanter, addicte. A προσκείμενος, quod est a πρόσκειμαι.

προσκέλλω, appello navi.

προσκέπτομαι, (σκέπτομαι) ante considero, prius contemplor, rimor.

προσκερδαίνω, f. δήσω, (κερδαίνω, irr.) insuper lucror, amplius lucror.

προσκεφαλάδιον, τὸ, Dim. a seq.

προσκεφάλαιον, ου, τὸ, cervical, pulvinus, pulvinar.

προσκηδής, ές, (κῆδος) curam gerens, sollicitus de aliquo. 2) affinitatis vinculo conjunctus.

προσκήδομαι, (κήδομαι, irreg.) curo.

προσκήνιον, ου, τὸ, proscenium, vestibulum scenae. 2) aulaeum scenae, sive velum, quod scenae obtenditur. 3) locus ante scenam porrectus, ubi pulpitum excitabatur. A seq.

προσκήνιος, ον, (σκηνή) qui ante scenam est.

προσκήπτω, f. ψω, (σκήπτω) praedico, ante significo, denuncio.

προσκηρυκεύομαι, f. εύσομαι, caduceatorem mitto, per caduceatores cum altero aliquid ago, contraho.

προσκηρύσσω, Att. ττω, f. ύξω, per praeconem indico.

προσκιαγραφέω, (σκιαγραφέω) ante adumbro.

προσκίασμα, τὸ, obumbraculum.

προσκιγκλίζω, (κιγκλίζω) caudam vel podicem celeriter huc illuc moveo in aliqua re, Dor. εὖ ποτεκιγκλίσδευ, Theocr. 5, 117.

προσκινδυνεύω, insuper in periculum venio, insuper in periculo versor.

προσκινέω, admoveo. In med. admoveo me.

πρόσκιος, ον, (σκιά) umbrosus. τὸ πρόσκιον, Subst. apud Strab. adumbratio.

προσκιρτάω, (σκιρτᾶν) exsultans anteeo.

προσκίρτησις, εως, ἡ, exsultatio praeeuntis.

προσκλαίω, f. κλαύσομαι, defleo.

πρόσκλαυσις, εως, ἡ, fletus. 2) primus poenitentium gradus in Ecclesia vetere. A praec.

προσκληδονίζομαι, insuper auguror.

προσκληρόω, f. ώσω, sorte allego, seu sorte lectum adjungo. 2) adjungo, consocio, simpliciter. 3) sorte addico, vel attribuo. pass. etiam est adjungor. 4) accedo ad partes aliquas etc. et in medio adjungo me.

πρόσκλησις, εως, ἡ, (προσκαλέω) proprie, si quis ad Areopagum vocatur, ob caussam dicendam. 2) in jus vocatio quaevis, quae alias κλῆσις.

προσκλινής, ές, (προσκλίνω) acclinis.

πρόσκλιντρον, ου, τὸ, id, cui aliquid acclinare possumus. A seq.

προσκλίνω, acclino. 2) faveo partibus alicujus. 3) accedo ad aliquid, adjungo me alicui, ut virtuti. 4) facio inclinare ad aliquid, propensum reddo.

πρόσκλισις, εως, ἡ, inclinatio in alteram partem, (proprie de lance), studium partium, favor, accessio ad partes alicujus, item ad rem quamcumque, velut virtutem; item, benevolentia. A pr.

προσκλύζω, f. ύσω, alluo, cum Dat. 2) proluo, colluo, perluo. 3) inundo.

πρόσκλυσις ποταμοῦ, alluvio, quum aliquid alluitur flumine, mari, aut perfunditur aqua. A pr.

πρόσκλυσμα, ατος, τὸ, quo utimur ad colluendum seu fovendum.

προσκνάω, f. ήσω, et προσκναίω, scalpo, adfrico, vel pruriens adfrico.

προσκνήθω, idem quod praec. ap. Plutarch.

προσκνυζόμαι, f. ύσομαι, gannitu inclamo seu appello.

προσκοινόω, communico, refero ad aliquem.

προσκολλάω, f. ήσω, adglutino, applico.

προσκολλάομαι, adjungo, adplico me ad aliquem, sector, adhaeresco.

προσκόλλησις, εως, ἡ, conglutinatio. 2) arctissima conjunctio. 3) accessio, applicatio, sectatio.

προσκομιδή, ῆς, ἡ, advectio, oblatio. A seq.

προσκομίζω, f. ίσω, apporto, adfero, offero, adveho, adduco.

πρόσκομμα, ατος, τὸ, (προσκόπτω) obstaculum in via, in quod pedes incurrunt, offendiculum, scandalum. 2) vulnus, tuber ex offensione in pedibus. 3) noxa, damnum.

προσκοπέω, f. ήσω, (σκοπέω) provideo, prospicio, rationem habeo.

προσκοπή, ῆς, ἡ, (κόπτω) offendiculum, scandalum, offensio, offensus.

προσκόπησις, εως, ἡ, (σκοπέω) provisio.

πρόσκοπος, ὁ, (σκοπέω, σκοπός) speculator, seu explorator, qui praemitti solet. 2) excubitor, miles qui est in statione.

προσκόπτω, f. ψω, (σκόπτω) offendo, impingo. 2) sum animo inimico, infenso. 3) pecco.

προσκορέννυμι, f. έσω, (κορέννυμι, irr.) insuper exsaturo, satio.

προσκορής, ές, (κόρος) satietatem inducens vel adferens, fastidium inducens et satietate ingratus, nimius. 2) satiatus, satur.

πρόσκορος, ον, idem et ab eod.

προσκόρως, adv. satis superque, abunde.

προσκοσμέω, f. ήσω, insuper orno, ornandi caussa addo.

προσκόσμημα, τὸ, proprie, auctarium ornatus, ut torques, armillae. 2) ornamentum. A pr.

προσκοτόω, (πρό, σκοτόω) obtenebro.

προσκράνιος, ον, (κρᾶνον) capiti adhaerens. τὸ προσκράνιον, Dor. ποτίκρανον, i. q. προσκεφάλαιον, Theocr.

προσκρεμάννυμι, f. κρεμάσω, (κρεμάννυμι, irr.) appendo. Med. adhaereo.

προσκρίνω, adjudico, addico. Pass. προσκρίνομαι, accresco, adglutinor, coagmentor.

πρόσκρισις, εως, ἡ, accretio. 2) adjudicatio.

πρόσκρουμα, s. πρόσκρουσμα, ατος, τὸ, (προσκρούω) quo quis offenditur, offendiculum, offensio.

πρόσκρουσις, εως, ἡ, offensio, offensa.

προσκρουστικός, ή, όν, offendens, infestus, inimicus, facile et cupide injiciens offensiones. A seq.

προσκρούω, f. ούσω, impingo, offendo, incurro. 2) incido in quem, τινί.

προσκτάομαι, f. ήσομαι, (κτάομαι, irr.) insuper adquiro s. comparo, τί πρός τινι et τί τινι.

πρόσκτησις, εως, ἡ, possessio.

πρόσκτητος, ον, adquisitus.

προσκτίζω, f. ίσω, insuper condo, condendo addo.

προσκυδής, ές, (κῦδος) gloriosus, venerandus. dub.

προσκυλινδέω, (κυλινδέω) et

προσκυλίνδω, (κυλίνδω) advolvo.

προσκυλισμός, οῦ, ὁ, volutatio. 2) ipsa actio ad genua procumbendi.

προσκυλίω, f. ίσω, advolvo (ῑ)

προσκυμαίνω, fluctuando alluo.

πρόσκυνες, οἱ, (κύων) adulatores abjectissimi.

προσκυνέω, f. ήσομαι, aor. προσεκύνησα, poet. προσέκυσα, (κυνέω, irr.) adoro manu ad os relata, venerabundus saluto: colo et observo aliquem: osculor, veneror, osculando saluto. Inpr. dicitur de more Persarum, qui reges suos flexis genibus et prostrato humi corpore venerantur, Xen.

Cyr. 8, 3, 14.

προσκύνημα, ατος, τό, adoratio, veneratio. A praec.

προσκύνησις, εως, ἡ, adoratio, veneratio.

προσκυνητής, οῦ, ὁ, adorator.

προσκυνητός, ή, όν, adorabilis, adorandus, adoratione dignus, venerandus.

προσκύπτω, f. ψω, inclino me ad aliquid.

προσκυρέω, f. ήσω, (κυρέω, irr.) nanciscor, consequor. 2) vicinus sum.

προσκύρησις, ἡ, adventus, consecutio.

προσκυρόω, f. ώσω, auctoritate mea comprobo, ratum habeo, adjudico, addico.

προσκύρωσις, εως, ἡ, (προσκυρόω) confirmatio, addictio. (ῡ)

* προσκύω, thema obsol. unde προσέκυσα, quaere sub προσκυνέω.

προσκωμάζω, irrumpo, c. dat.

πρόσκωπος, ον, (κώπη) remex, qui remum manu tractat, socius navalis.

προσλάζομαι, poet. p. προσλαμβάνω.

προσλάζυμαι, idem.

προσλαλέω, f. ήσω, alloquor, colloquor.

προσλαλιά, ᾶς, ἡ, allocutio.

προσλαμβάνω, (λαμβάνω, irr.) accipio praeterea. 2) adsumo, adhibeo, adscisco, adjungo mihi, comparo mihi. 3) manum admoveo operi. 4) comiter corrigo, benigne tracto; in N. T.

προσλάμπω, alluceo.

προσλαμψις, ἡ, allucendi ipse actus.

προσλέγω, f. ξω, (λέγω irr.) appono. Med. accumbo, unde 3 aor. syncop. προσέλεκτο, Od. 12, 34. 2) plerumque alloquor, τινά. Metaph. κατὰ προσελέξατο θυμῷ, mala agitabat consilia, Hesiod.

προσλεπτύνω, extenuo.

προσλεύσσω, adspicio, intueor, contueor.

πρόσλημμα, ατος, τό, quod praeterea est acceptum seu adsumtum.

προσληπτέος, α, ον, adj. verb. a προσλαμβάνω, intelligendus, subaudiendus. προσληπτέον, intelligendum est, vox Gramm. in explicanda ellipsi.

προσληπτικός, ή, όν, assumtivus.

πρόσληψις, εως, ἡ, adsumtio. 2) receptio, opp. ἀποβολή. 3) comparatio. 4) in Dialecticis etiam adsumtio sic vocatur.

προσλιμενίζω, portum ingredior.

προσλιπαίνω, pinguiorem reddo.

προσλιπαρέω, f. ήσω, adsiduus sum in re aliqua, insto, urgeo. 2) obsecro, obnixe rogo, flagito. προσλιπαρῶν, assiduus.

προσλιπάρησις, εως, ἡ, obsecratio, adsiduae seu obnixae preces. 2) adsidua praesentia apud aliquem.

προσλογίζομαι, f. ίσομαι, refero, adscribo, annumero, imputo.

· προσλογοποιέω, adfingo, fingendo addo, sc. in narrando.

προσλογιστέος, έα, έον, Adj. verb. adnumerandus, adjiciendus, rationibus vel numero addendus.

προσλοιδορέω, insuper convicior.

προσλυμαίνομαι, perniciem adfero.

προσλυσσάω, f. ήσω, furibundo impetu, in modum rabidi canis, ruo in aliquid.

· προσμάθησις, ἡ, amplior doctrina, perceptio plurium notitiarum, seu doctrinarum pristinis addita. 2) facultas addiscendi.

προσμαλάσσω, f. ξω, emollio.

προσμανθάνω, f. μαθήσομαι, (μανθάνω, irr.) addisco, insuper addisco.

προσμαρτυρέω, f. ήσω, attestor. 2) meo testimonio confirmo, adstipulor. 3) alicui aliquid adscribo, tribuo.

προσμαρτύρομαι, (ῡ) testem invoco in aliqua re.

προσμάρτυρος, ον, (μάρτυρ) testis, testificans, attestans.

προσμάσσομαι, rigo; ap. Lycophr.

προσμάσσω, f. ξω, adjungo, agglutino, affrico, applico, infigo, infero.

προσμάστιος, ον, Dor. ποτιμάστιος, ad mammam s. in mamma positus.

προσμάχομαι, oppugno, c. dat.

προσμειδιάω, f. άσω, arrideo, τινί.

προσμελέομαι, curo.

προσμελῳδέω, f. ήσω, admodulor, accino.

προσμένω, f. ενῶ, (μένω, irr.) permaneo, persevero, adsiduus sum in, adhaereo. 2) expecto. 3) commoror.

προσμερίζω, divido inter, s. divisione facta addo, attribuo aliis, ut eos augeam.

προσμεταπέμπομαι, f. ψομαι, advoco, accesso.

προσμετρέω, f. ήσω, admetior.

προσμηχανάομαι, machinor, molior, excogito, adstruo.

προσμηχανεύω, idem.

προσμιγνύω, vel προσμίγνυμι, f. ξω, admisceo in, applico, admoveo. 2) appello, subeo, succedo. 3) manum confero, confligo. 4) adeo quem.

πρόσμιξις, εως, ἡ, admistio. A pr.

προσμίμνω, poet. p. προσμένω.

προσμίσγω, idem quod προσμιγνύω.

προσμισέω, una, simul odi.

προσμισθόω, f. ώσω, mercede loco. προσμισθοῦμαι, mercede conduco.

προσμοιράζω, attribuo.

προσμολεῖν, inf. aor. προσέμολον, ab inusitato προσβλώσκω, i. q. προσέρχομαι, adeo, accedo.

προσμονή, ῆς, ἡ, (προσμένω) permansio et expectatio apud aliquem, perseverantia in re aliqua.

πρόσμορος, ον, etiam fato subjectus. 2) morte dignus, vel caedis cum alio auctor.

προσμυθέομαι, Dor. ποτιμυθέομαι, alloquor, Od. c. dat. Theocr.

προσμυθεύω, et προσμυθεύομαι, fabulam addo fabulis, fabulor insuper.

προσμυθολογέω, confabulor cum aliquo, τινί.

προσμυθοποιέω, alloquor aliquem, τινί.

προσμύρομαι, simul fluo. (ῡ)

προσναυπηγέω f. ήσω, insuper naves fabricor, insuper classem aedifico.

προσναυτιάω, f. άσω, insuper nauseo, nauseo ad aliquid. metaph. respuo. dub.

προσνεανιεύομαι, f. εύσομαι, per juvenilem jactantiam addo.

προσνέμω, (νέμω, irr.) attribuo, adjungo, adscribo.

πρόσνευσις, εως, ἡ, assensus.

προσνεύω, f. εύσω, innuo, adnuo. 2) pronus sum.

προσνέω, f. νεύσομαι, (νέω, irr.) adnato.

προσνήχω, προσνήχομαι, adnato. 2) accedo.

προσνικάω, vinco, vel insuper vinco.

προσνίσσομαι, accedo.

προσνοέω, f. ήσω, insuper mente agito et considero.

προσνομοθετέω, (νομοθετέω) insuper lege sancio.

προσνωμάω, me ipsum moveo ad, proficiscor ad, accedo.

προσξυνοικέω, v. προσσυνοικέω.

προσοβέω, (σοβέω) ante tempus suscito.

προσογκάομαι, f. ήσομαι, ad aliquid vel aliquem rudo, rugio.

προσογκής, ές, (ὄγκος) qui est amplae molis.

προσοδεύομαι, f. εύσομαι, (πρόσοδος) reditus percipio, emolumenta capio. Dicitur etiam passive de eo, a quo vectigal exigitur, qui pendit vectigal, usuras, unde alteri reditus fit.

προσοδιάζομαι, idem et ab eod.

προσοδικός, ή, όν, habens reditus et proventus, lucrosus.

προσόδιος, ον, ad supplicationes, quae diis fiunt, pertinens. τὸ προσόδιον, carmen in supplicationibus, maxime Apollinis, cani solitum; it. supplicatio ipsa.

πρόσοδος, ου, ἡ, (ὁδός) adventus, accessus. 2) supplicatio, qua itatur ad aras deorum. πρόσοδοι, supplicationes, quae diis fiunt. 3) reditus, proventus. 4) fructus e re quavis, praemium. 5) coitus, concubitus. Hippocr.

προσοδύρομαι, lamentor ob aliquid. (ῡ)

προσόζω, Dor. ποτόσδω, pf. προσόδωδα, (ὄζω, irr.) odorem perfero aliquo. 2) oleo, redoleo. 3) putresco.

προσοίγνυμι, (οἴγνυμι, irr.) adaperio.

προσοίγω, idem.

προσοικειόω, (οἰκειόω) familiarem reddo: accommodo, vindico. Med. mihi concilio et adjungo, adsocio mihi. οἱ προσῳκειωμένοι, genere proximi. b) mihi vindico.

προσοικέω, f. ήσω, domicilia et sedes conjunctas habeo, habito ad, finitimus sum.

προσοικίζω, accolam alteri facio, accolam s. colonum addo.

προσοικοδομέω, f. ήσω, aedificio addo, adstruo.

προσοικονομέομαι, insuper mihi provideo. 2) insuper dispenso, dispono, constituo.

πρόσοικος, ον, vicinus, accola. 2) finitimus.

προσοιμώζω, illacrimo, lugeo ob, lamentor ad.

πρόσοισμα, ατος, τό, (προσφέρω) quod offertur, quod adhibetur seu adsumitur.

προσοιστέος, α, ον, Adj. verb. adferendus, adhibendus.

προσοίχομαι, (οἴχομαι, irr.) accedo.

προσοκέλλω, appello, applico, impingo.

προσολοφύρομαι, ob aliquid ejulo, apud aliquem ejulo, τινί. (υ longum.)

προσομαρτέω, comitor, τινί.

προσομιλέω, f. ήσω, versor cum aliquo, consuetudo mihi est, congredior, colloquor, τινί. 2) versor in aliqua re, rem aliquam tracto, contingo aliquid, aggredior aliquid.

προσομιλητέον, Adv. verb. accedendum est.

προσομιλητικός, ή, όν, ad consuetudinem familiarem aptus. 2) sermocinator. Subst. ἡ προσομιλητική, ῆς, scil. δύναμις, facultas sermocinandi.

προσομιλία, ας, ἡ, consuetudo, congressus. 2) allocutio, sermocinatio, colloquium.

προσόμοιος, ον, adsimilis, valde similis.

προσομοίως, adv. similiter, simillime.

προσομολογέω, f. ήσω, insuper fateor vel spondeo. 2) fateor, confiteor.

προσομολογία, ἡ, confessio.

προσομόργνυμι, et προσομόργνυμαι, imprimo, inuro. προσωμόρξατο, allevit, adfricuit. aor. 1. med.

προσομορέω, f. ήσω, confinis, conterminus sum.

προσόμουρος, ον, Ion. pro insuit. προσόμορος, (ὅμορος) vicinus, confinis, Herodot. 4, 173.

προσονειδίζω, f. ίσω, praeterea objicio, praeterea exprobro.

προσονομάζω, f. άσω, insuper nomino, appello, nomino.

προσονομασία, ας, ἡ, adnominatio, agnominatio.

προσονυμασία, ἡ, Aeol. p. προσονομασία.

προσοπτάζω, Dor. ποτοπτάζω, poet. p. προσοράω.

προσοπτίλλω, (ὀπτίλος) Dor. ποτοπτίλλω, adspicio, adspecto.

προσοράω, f. προσόψομαι, (ὁράω, irr.) adspicio.

προσοργίζομαι, f. ίσομαι, insuper aut erga aliquid vel aliquem irascor.

προσορέγομαι, appeto, c. dat.

προσορέω, f. ήσω, (πρόσορος) finitimus sum.

προσορίζω, f. ίσω, addo finibus imperii. 2) praefinio.

προσορμάω, f. ήσω, cum impetu et hostiliter accedo vel advenio, irruo.

προσορμέω, stationem habeo.

προσορμίζω, f. ίσω, appello, in stationem navem applico.

προσόρμισις, εως, ἡ, appulsus ad litus. A praec.

πρόσορμος, ὁ, statio navium, locus, ubi appellere naves possunt.

πρόσορος, ον, (ὅρος) conterminus, vicinus. Ion. πρόσουρος.

προσορχέομαι, f. ήσομαι, salto ad, τοῖς λόγοις, Plut.

προσόσσομαι, v. προτιόσσομαι.

προσοσφραίνω, (ὀσφραίνομαι, irr.) olfaciendum praebeo.

προσουδίζω, f. ίσω, (οὖδας) humo allido, adfigo terrae.

I. προσουρέω, f. ήσω, (οὖρος) secundo utor vento. 2) feliciter ago. πρὸς οὖρον ναυτίλλομαι.

II. προσουρέω, (οὖρον, urina) permejo, commingo, c. dat. Ar. Ran. 95.

πρόσουρος, ον, (οὖρος, ὄρος) conterminus, vicinus.

προσοφείλω, f. ὀφειλέσω, (ὀφείλω, irr.) insuper vel praeterea, ultra debeo. 2) aes alienum contraho ultra reditus meos. 3) praeterea multor. 4) debeo simpliciter. 5) relinquor, superor. Pass. etiam debeor, προσοφειλόμενα χρήματα, pecunia quae debetur.

προσοφλισκάνω, idem.

προσόφλω, f. οφλήσω, (ὄφλω, irr.) idem. 2) idem quod ὄφλειν, ut γέλωτα etc.

προσοχή, ῆς, ἡ, (προσέχω) attentio, animadversio, diligentia. 2) prudentia, προσοχὴ νόμου, conservatio s. observatio legis.

προσοχθέω, f. ήσω, offendo, vel offensus sum, infensus sum. 2) taedium molestiamque capio, cum taedio fero.

προσοχθίζω, f. ίσω, idem.

προσόχθισμα, ατος, τό, offensa, offensio. A pr.

προσοχθισμός, οῦ, ὁ, idem.

προσοχλέω, obstrependo molestus sum, s. molestiam affero alteri.

πρόσοχος, ον, (προσέχω) attentus, intentus, sollers.

προσοχυρόω, f. ώσω, insuper, amplius munio.

προσοψάομαι, vescor cum pane, opsonium edo.

προσόψημα, ατος, τό, quo cum pane vescimur.

πρόσοψις, εως, ἡ, adspectus, conspectus, obtutus, species.

προσοψωνέω, opsonium edo.

προσπάθεια, ας, ἡ, adfectio, qua rei alicui sumus addicti, eique adhaeremus, amor, cupiditas. A seq.

προσπαθής, ές, (πάθος) qui adfectu in rem aliquam fertur.

προσπαθῶς, adv. alicui rei adhaerendo, cum affectu. A pr.

προσπαίζω, f. αίσω, vel αίξω, jocor cum, alludo.

προσπαιστέον, Adj. verb. alludendum. A praec.

πρόσπαιος, ον, (παίω) recens, novus, subitus; fortuitus.

προσπαίως, adv. subito, repentino animi motu.

προσπαλαίω, f. αίσω, colluctor, obluctor.

προσπαραβάλλομαι, adgero insuper.

προσπαραγράφω, f. ψω, jam scriptis addo.

προσπαραινέομαι, (αἰνέω, irr.) insuper exhortor.

προσπαραιρέομαι, insuper detraho, eripio.

προσπαρακαλέω, f. έσω, insuper vel praeterea hortor.

προσπαράκειμαι, (κεῖμαι, irr.) adjaceo.

προσπαρακελεύομαι, insuper jubeo.

προσπαραλαμβάνω. (λαμβάνω, irr.) ultra accipio, praeterea adsumo.

προσπαράληψις, εως, ἡ, adsumtio. A pr.

προσπαραπήγνυμι, (πήγνυμι, irr.) infigo, adfigo.

προσπαρασκευάζω, una apparo.

προσπαρατίθημι, insuper, praeterea addo, sc. dictis.

προσπαρατρώγω, (τρώγω, irr.) una arrodo.

προσπαρδεῖν, inf. aor. a προσπέρδω.

προσπαρέχω, insuper praebeo, insuper exhibeo.

προσπαρίσταμαι, venio in mentem. 2) in deditionem redigo.

προσπαροικέω, accola sum, vicinus sum.

προσπαροξύνω, f. υνῶ, praeterea vel super exaspero hominem, iram, incendium, morbum.

προσπασσαλεύω, vel προσπατταλεύω, f. εύσω, paxillis adfigo.

προσπασσαλόω, idem.

προσπάσσω, Att. πάττω, f. άσω, inspergo, adspergo.

προσπάσχω, (πάσχω, irr.) erga aliquid affectus sum. 2) addictus sum alicui et ei adhaereo studio, amore, amo, cupio.

προσπατταλεύω, vide προσπασσαλεύω.

προσπάττω, Att. p. προσπάσσω, q. v.

πρόσπεινος, ον, (πεῖνα) esuriens, qui valde esurit, famelicus, N. T.

προσπειράζω, attento.

προσπελάζω, vel προσπελάω, f. άσω, appropinquo, accedo. 2) admoveo, applico, appello, adverto. 3) succedo.

προσπέλασις, εως, ἡ, appropinquatio, applicatio. A pr.

προσπελάτης, ου, ὁ, cliens, adsecla, famulus.

προσπέμπω, f. ψω, insuper mitto. 2) mitto ad aliquem. 3) immitto alicui, v. c. percussorem.

προσπεποιημένως, adv. (προσποιέομαι) simulate.

προσπέρδω, (πέρδω) oppedo, προσπαρδεῖν, oppedere, aor. 2. inf.

προσπεριβάλλω, et βάλλομαι, adoperio, circumdo, circumvallo. 2) ultra modum amplector, ultra justos fines prorogo imperium.

προσπεριγίγνομαι, supersum.

προσπεριεργάζομαι, curiose ago, curo, curiose quaero.

προσπεριλαμβάνω, simul complector.

προσπεριοδεύω, f. εύσω, insuper vel simul obeo. 2) una velut peragrando describo; de Geographo.

προσπεριορίζομαι, includo, complector.

προσπεριπορίζω, insuper e demonstratis cogo et demonstro.

προσπερονάω, fibula annecto, adfigo.

προσπέταμαι, i. q. προσπέτομαι, unde προσπετασθείσης, gen. sing. fem. part. aor. 1. Athen. 9, 51. p. 395. a. quod falso quidam traxerunt ad προσπετάννυμι.

προσπεύθομαι, poet. p. προσπυνθάνομαι.

προσπεφυκότως, adv. part. pf. a προσφύω, i. q. προσφυῶς.

πρόσπηγμα, ατος, τό, adfixum, quod adhaesit tenaciter, concrevit. A seq.

προσπήγνυμι, f. πήξω, et προσπηγνύω, (πήγνυμι, irr.) adfigo.

προσπηδάω, f. ήσω, prosilio, insulto, adsilio.

προσπηχύνομαι, (πῆχυς, πηχύνω) ulnis amplector. 2) cubito metior.

προσπιέζω, una, simul premo.

προσπίλναμαι, appellor, admoveor, propinquus fio, τινί.

προσπιπίσκω, (πιπίσκω, irr.) una s. insuper bibendum praebeo.

προσπιπράσκω, (πιπράσκω, irr.) cum alio vendo, quasi in compendium.

προσπίπτω, f. πεσοῦμαι, (πίπτω, irr.) accido, evenio. 2) accido ad, v. c. pedes, unde supplex fio; item 3) adulor, etiam colo, sector. οἱ προσπίπτοντες, sectatores. 4) adorior, irruo. 5) occurro, obvius sum, incido. (ι natura longum.)

προσπιτνέω, accido ad genua, supplex fio, accido, cado ad, τινά, Aesch.

I. προσπλάζω, poet. p. προσπελάζω, accedo, appropinquo.

II. προσπλάζω, f. πλάγξω, (πλάζω, irr.) insuper circumago et vagari facio.

προσπλάσσω, Att. πλάττω, f. άσω, adfingo. 2) illino, adhaerere facio. προσπλαττόμενος, adhaerens.

προσπλαστικός, ή, όν. obstruendi seu opplendi vim habens. A praec.

πρόσπλαστος, ον, (προσπλάζω, I.) cui appropinquare aliquis potest, ad quem accessus patet.

προσπλέκω, f. ξω, addo, adjungo, annecto. 2) pro συμπλέκω, συμπλέκεσθαι, conserere manus.

προσπλέω, f. εύσομαι, adnavigo.

προσπληρόω, f. ώσω, impleo. 2) suppleo.

προσπλήσσω, f. ξω, percutio.

πρόσπλους, ὁ, adnavigatio.

προσπλωτός, ή, όν, navigabilis, vel q. d. adnavigabilis. A seq.

προσπλώω, adnavigo.

πρόσπνευσις, εως, ἡ, adspiratio. A seq.

προσπνέω, f. εύσω, adflo, adspiro.

προσποιέω, addo, adjungo, comparo alicui quid, τινί τι, Thuc. 1, 55. 2) Med. a) mihi comparo, adquiro: mihi concilio, ut φίλους, Hdt. τοὺς θεοὺς, propitios mihi reddo, Xen. it. in potestatem meam redigo, vinco mihi, assumo aliena. b) me habere aliquid simulo, unde simulo, seq. inf. affecto. c) animum adverto, attendo, audio, τινί vel πρός τι.

προσποίημα, ατος, τό, quod nobis vindicamus. 2) quod simulatur. A praec.

προσποίησις, εως, ἡ, vindicatio, vindiciae. 2) acquisitio. 3) simulatio, dissimulatio, affectatio.

προσποιητικός, ή, όν, simulator, simulationi studens. A seq.

προσποίητος, ον, et προσποιητός, ή, όν, (προσποιοῦμαι) simulatus, fictus.

προσποιητῶς, adv. simulate. 2) adsciscendo, adscititio modo; de iis, quae non sunt innata.

προσπολεμέω, f. ήσω, bello aggredior.

προσπολεμόω, f. ώσω, insuper hostem facio aliquem alicui, adhuc alium novum hostem armo adversus aliquem.

προσπολέω, f. ήσω, famulor, ministri seu ministrae munere fungor. προσπολέομαι, advenio, accedo. A seq.

πρόσπολος, ον, (πολέω) famulus, minister.

προσπονέομαι, praeterea elaboro.

προσπορεύομαι, f. εύσομαι, proficiscor ad, accedo vel venio ad. 2) adeo quem. 3) aggredior aliquid. 4) advenio.

προσπορίζω, adquiro, comparo insuper, vel simpliciter, alteri. In med. comparo mihi.

προσπορισμός, οῦ, ὁ, adquisitio nova; it. ejus, quo adhuc carebamus. 2) quod adquiritur per eos, qui in nostra sunt potestate. A praec.

προσπορπάζω, vel προσπορπάω, προσπορπάομαι, fibula annecto, affigo.

προσπορπατός, ή, όν, fibula annexus, adfixus.

προσπράσσομαι, sc. χρήματα, insuper pendere pecuniam cogor.

πρόσπταισις, εως, ἡ, (προσπταίω) quum quis offendit seu impingit, offensio.

πρόσπταισμα, ατος, τό, offensio pedis, prolapsio. 2) tuberculum ex offensione.

προσπταίω, f. αίσω, offendo, impingo. 2) pecco, erro. 3) in indignationem aut odium alicujus incurro. 4) cladem accipio, adversa utor fortuna.

πρόσπτυγμα, ατος, τό, amplexus. 2) id quod amplectimur. A seq.

προσπτύσσω, f. ξω, applico. προσπτύσσομαι, amplector, complector, amice saluto, blande compello.

προσπτύω, f. ύσω, conspuo alicui os. 2) contemtim rejicio. 3) abominor, despuo.

πρόσπτωσις, εως, ἡ, impetus irruentis, offendentis. 2) offensio, allisio. 3) casus, eventus.

προσπύλαιον, ου, τό, vestibulum.

προσπυνθάνομαι, insuper percontor; item percontor simpliciter.

προσπυρόω, f. ώσω, amplius s. magis accendo. 2) accendo.

προσραίνω, (ῥαίνω) adspergo.

πρόσραξις, εως, ἡ, collisio, conflictus, conflictatio. A seq.

προσράπτω, f. ψω, adsuo.

προσράσσω, Att. προσράττω, f. ξω, allido. (α natura longum.)

προσρέπω, accedo, sc. augendi caussa.

προσρέω, f. ῥεύσομαι, (ῥέω, irr.) adfluo, allabor. 2) confluo. 3) accedo, contingo.

προσρήγνυμι, vel προσρηγνύω, f. ξω, allido, affligo terrae. προσρήγνυμαι, allidor, irruo.

πρόσρημα, ατος, τό, (ῥῆμα) appellatio. 2) salutatio.

πρόσρηξις, εως, ἡ, (προσρήγνυμι) illisio, impetus, conflictus.

πρόσρησις, εως, ἡ, (ῥῆσις) appellatio, compellatio, salutatio.

προσρήσσω, idem quod προσρήγνυμι.

προσρητέον, adv. verb. alloquendum, appellandum.

προσρητέος, έα, έον, insuper commemorandus. 2) compellandus. Adj. verb. a προσρέω.

προσρητός, ή, όν, compellatus, salutatus.

πρόσριζα, vel πρόσριζον, adv. stirpitus, radicitus, funditus. v. πρόῤῥιζος.

προσριζόφυλλος, ον, (φύλλον) juxta radices folia, s. radicem foliatam habens.

προσριζόω, f. ώσω, actis radicibus adhaeresco. item, adfigo, impr. pass. radicibus adfigo, item adhaereo simpliciter.

προσρίπτω, allido, impingo. (ι natura longum.)

προσρύομαι, (ῥύομαι, irr.) evado in locum aliquem, c. dat. (De quant. v. simplex.)

προσρώννυμι, f. ῥώσω et προσρωννύω, (ῥώννυμι) insuper confirmo, corroboro.

προσσαίνω, blandior, proprie de cane; adulor, blande alloquor, τινά.

προσσαίρω, idem quod praec. 2) lacero, scindo.

προσσέβω, colo, honoro; plerumque in medio.

προσσείω, impello, et προσσείω.

προσσημαίνω, f. ανῶ, insuper aliena significo, adsignifico.

προσσημαντικός, ή, όν, praeterea significans, quasi adsignificativus.

προσσημασία, ας, ἡ, signum adjunctum vel concurrens aliis signis.

προσσιαλίζω, f. ίσω, adspuo, despuo aliquo.

προσσκώπτω, dicteriis incesso insuper.

πρόσσοθεν, adv. (πρόσσω) e longinquo.

προσσπαίρω, palpito ad.

προσσπένδω, adfundo, insuper libo.

προσστασιάζω, insuper ad seditionem concito.

προσσταυρόω, vallo insuper munio. Thuc.

προσστέλλω, contraho, adduco, inde perf. part. προσεσταλμένος, adstrictus, contractus.

προσστρατοπεδεύω, f. εύσω, castra pono ad.

προσσυκοφαντέω, insuper criminor, calumnior.

προσσυλλαμβάνομαι, adjuvo, augeo, confirmo.

προσσυμβάλλομαι, una, insuper prosum.

προσσυνάπτω, addo, adjungo, adnecto.

προσσύνειμι, simul adsum.

προσσυνθερμαίνω, una calefacio.

προσσυνίημι, una intelligo.

προσσυνίστημι, una laudo, s. commendo, una demonstro, nempe laudis consequendae caussa.

προσσυνοικέω, accedo alicui accola, in eandem domum, vel urbem recipior.

προσσυνοικίζω, f. ίσω, in matrimonium (praeterea) colloco.

προσσυντίθημι, simul compono. in med paciscor cum aliquo praeterea.

πρόσσω, adv. poet. p. πρόσω, Hom.

προσσωματοποιέω, f. ήσω, praeterea corpus facio, corpori adjungo.

προσσωρεύω, (σωρεύω) adaggero, accumulo.

πρόσσφαγμα, τό, quod mactatur, v. c. τάφῳ, ad aram, Plut.

προσσφάττω, (σφάττω) macto ad vel in.

προσταγή, ἡ, idem quod sequens et ab eod.

πρόσταγμα, ατος, τό, (προστάσσω) praeceptum, praeceptio, imperium, auctoritas, jussum.

προστακτικός, ή, όν, imperiosus, imperativus, (de modo Gramm.).

προστακτικῶς, adv. imperative, in imperativo. 2) imperando.

προσταλαιπωρέω, f. ήσω, labores et aerumnas in aliqua re vel ob aliquid suffero. 2) miseratione alterius tangor.

προστανύω, f. ύσω, extendo.

πρόσταξις, εως, ἡ, (προστάσσω) mandatum, imperium, praeceptum, praeceptio.

προσταράσσω, f. ξω, (ταράσσω, irr.) amplius, praeterea turbo.

προσταργανόω, annecto, alligo, vincio. ap. Lycophr. (ταργάνη, unde hoc v. repetitur, ignotum est. vide ergo an leg. potius sit προσσαργανόω.) (Non videtur; ταργάνη Attice eadem est quae σαργάνη, vinculum, nexus; laqueus.)

προστάς, άδος, ἡ, (προΐστημι) porticus vestibulum, et ipsa porticus. Etiam prostibulum seu scortum.

προστασία, ας, ἡ, imperium, quo aliquibus praesumus, praefecturae dignitas, auctoritas, potestas. 2) patrocinium, tutela, praesidium, auxilium, curatio. 3) collusio, i. e. conspiratio. 4) cultus externus, species, comitatus, magnificentia pompae, ap. Polyb. saepe.

προστασιάζω, (στάσις) ante seditiosum reddo, prius seditionem moveo

πρόστασις, ἡ, (προΐστημι) excellentia, principatus, eminentia. 2) ap. Hippocr. humoris dominantis significatio.

προστάσσω, Att. -ττω, f. ξω; (τάσσω) praeficio aliquem imperium ei aliquod et munus mandans. 2) praeterea mando, insuper praecipio.

ῥωπεύω, (ῥώψ) virgulta caedo. 2) (ῥῶπος) i. q. ῥωποπωλέω, vilia, scruta vendo.

ῥωπήεις, εσσα, ῆεν, (ῥώψ) virgultis consitus.

ῥωπήιον, τό, (ῥώψ) Epic. et Ion. p. ῥωπεῖον, locus virgultis plenus. plur. virgulta.

ῥωπίζω, (ῥῶπος) miscellaneam condituram facio, confundo. 2) indocte et stolide aliquid facio.

ῥωπικός, ή, όν, vilis et parvi pretii. 2) speciem inanem habens.

ῥώπιον, ου, τό, molle virgultum.

ῥωπογραφία, ας, ἡ, pictura virgultorum et plantarum. A seq.

ῥωπογράφος, ου, ὁ, (ῥῶπος, γράφω) qui virgulta et alias res minutas pingit.

ῥωποπερπερήθρας, ου, ὁ, (ῥῶπος, πέρπερος) futilis nugator, futilis et vanus homo. Huc pertinet ῥωποπερπερήθρα, ἡ, nugae futiles; cujus loco etiam scribitur ῥωποστωμυλήθρα et ῥομβοστωμυλήθρα, tolutiloquentia, Naev. cf. Meineke quaest. Menand. p. 35.

ῥωποπωλέω, viles et minutas variasque merces, scruta vendo. A seq.

ῥωποπώλης, ου, ὁ, scrutarius, seu rerum minutarum venditor. A seq.

ῥῶπος, ου, ὁ, et ῥῶπον, ου, τό, merx parvi pretii, res minutae, ut virgulta, flores, etc. 2) sarcina omnifaria, fasciculus e variis iisque nullius momenti rebus colligatus.

ῥωρός, ρά, ρόν, (ῥώννυμι) vehemens.

ῥῶσις, εως, ἡ, firmitudo, robur, vires: incolumitas, sanitas, valetudo. 2) corroboratio, confirmatio.

ῥωσκομένως, adv. part. praes. a ῥώσκομαι, valide, efficaciter.

ῥώσταξ, ακος, ὁ, (ῥώννυμι) fulcrum.

ῥωστήρ, ῆρος, ὁ, (ῥώννυμι) malleus.

ῥωστήριον, ου, τό, impetus, incitatio. 2) ad roborandum valens.

ῥωστικός, ή, όν, acer, vehemens. 2) corroborans, corroborandi vim habens.

ῥωτακίζω, f. ίσω, (ῥῶ) literam ῥῶ saepius itero.

ῥωτακισμός, οῦ, ὁ, frequens literae ρ repetitio.

ῥωχμή, ῆς, ἡ, idem quod seq.

ῥωχμός, οῦ, ὁ, (ῥήσσω) scissura, fissura, rima, hiatus. 2) i. q. ῥόγχος.

ῥώψ, ἡ, gen. ῥωπός, virgultum; plerumque in plur.

Σ.

Σ, σ, σίγμα, litera decima octava, cujus antiquior forma est C. v. Agathon. Athenaei 10. p. 454. d. In fine pingitur ς, quam formam recentiorum plerique etiam in compositis cum εἰς, πρός, δυς‒, aliisque quibusdam in medio vocabulo adoptarunt, me quidem non assentiente. Nam neque in probatissimis antiquis libris et scriptis et editis ullum hujus scribendi rationis vestigium, ut quae vocabula per compositionem in unum coaluerunt, ea ita scribendo vi quadam divelluntur et distrahuntur. Quod vero intellectum adjuvari dicunt, id vix tanti est, ut refellatur. 2) In numeris σ' est ducenta et virgula subjecta ͵σ ducenta millia.

σ', per apostrophen i. q. σέ, rarius pro σοί. cf. σύ. 2) i. q. σά, Od. 1, 356.

σὰ μάν, Dor. i. q. τί μήν; Ar.

Σαβάζιος, ου, ὁ, Sabazius, cognomen Bacchi. A seq.

Σαβάζειν, bacchari, bacchantes imitari σαβοῖ clamitando. 2) motu indecoro persultare.

σαβάζω, i. q. διασαλεύω, concutio, discutio, Hesych. Hinc

σαβακός, ή, όν, i. q. σαθρός, concussus, fractus, putridus, fragilis. 2) ὁ σαβακός, i. q. ῥηγματίας, cui pulmonum pars laesa est, Hippocr. 3) σαβακὴ σαλμακίς, meretrix mollicula, fracta, Philodem. ep. 31, 2.

σαβάκτης, ου, ὁ, concussor, nomen daemonis, Hom. ep. 14, 9.

σαβακῶς, adv. acerbe, aspere. Hesych.

σάβανον, ου, τό, sabanum, pannus vel linteum asperius, siccando in balneis aptum.

Σαβασμός, ὁ, (Σαβάζω) festum Sabazii et vociferatio bacchantium σαβοῖ clamantium.

Σάββατ, ατος, τό, i. q. Σάββατον, Mel. 83, 4. Hinc

Σαββατεῖον, τό, templum in quo Judaei sabbatum celebrant, Joseph.

Σαββατίζω, (Σάββατον) sabbatum celebro, sabbatum more Judaeorum servo, septimo quovis die requiesco, ferior.

Σαββατικός, ή, όν, ad sabbatum pertinens.

Σαββατισμός, οῦ, ὁ, celebratio sabbati, quies.

Σάββατον, τό, sabbatum, septimus quisque dies quieti ab omni opera destinatus. τὰ σάββατα, hebdomas.

σαβοί, ῶν, οἱ, Baccho initiati; Bacchi sacerdotes, item loca Baccho consecrata. Etiam Bacchus olim σάβος, σαββός, dictus. Plut.

σαβοῖ, vox bacchantium, quam voci εὐοῖ fere jungebant.

σαγάπηνον, τό, sagapenum, herba succi similis ferulae.

σάγαρις, εως, ἡ, bipennis sive ensis Amazonicus. 2) gladius Persicus. 3) securis. Vocabulum Persicum, ex quo Lat. securis effictum videtur.

σάγη, ης, ἡ, (σάττω) id, quo asini, muli, equi, insternuntur, ut tegmen, clitellae etc. item tegmen, involucrum simpl. 2) σάγαι, αἱ, arma corpus tegentia.

σαγηνεία, ας, ἡ, (σαγηνεύω) inclusio in sagenam, piscatus per sagenam.

σαγηνεύς, έως, ὁ, (σαγήνη) qui sagena utitur, piscator.

σαγηνευτήρ, ῆρος, ὁ, et σαγηνευτής, οῦ, ὁ, idem. A seq.

σαγηνεύω, f. εύσω, sagena includo vel irretio, verriculo piscor, irretio, etiam metaph. item corona cingo urbem, saltum indagine cingo. A seq.

σαγήνη, ης, ἡ, (σάττω) sagena, verriculum, genus retis piscatorii.

σαγηνοβόλος, ον, (βάλλω) sagenam jaciens, piscator.

σαγηνόδετος, ον, (δέω) sagenae alligatus.

σαγηφορέω, sagum fero, sago utor.

σάγιον, ου, τό, (σάγος) lodix.

σάγμα, ατος, τό, (σάττω) onus jumenti farcinarii, clitellae, stratum, ephippium. 2) congeries stipata, acervus. 3) theca scuti et aliorum armorum, involucrum, tegmen.

σαγμάρια, τά, scil. ὑποζύγια, jumenta,

quibus sagmata s. clitellas imponuntur. A praec.

σαγοειδής, *ές*, (*εἶδος*) sago similis.

σάγος, *ου*, *ὁ*, sagum. Vox Latin. Polyb.

σαθέριον, *ου*, *τό*, animal quadrupes e mari victum quaerens. Aristot.

σάθη, *ης*, *ἡ*, membrum virile.

σάθραξ, *ὁ*, pediculus, Hesych. A seq.

σαθρός, *ρά*, *ρόν*, putris, flaccidus, marcidus, vietus. 2) debilis, fragilis, rimosus, futilis, frivolus. 3) vitio aliquo occulto laborans, et in *neutro*, vitium ipsum, velut aedificii, corporis, imperii etc. A *σήπω*, (sed ab eo potius fit *σαπρός*. videtur melius a *σήθω*, cribro, per cribrum trajicio, repeti, quia *σαθρὸν* est omne ad cribri modum rimosum, corruptum et velut corrosum a vermibus vel similibus modis vitiatum, ut densitas et soliditas perierit. v. *σητόβρωτος*). Ernesti.

σαθρότης, *ητος*, *ἡ*, vitiositas, ut quum aedificium, olla, calceus, vitium egit, aut ruptum est, debilitas, infirmitas, fragilitas.

σαθρόω, f. *ώσω*, marcidum reddo, debilito, quasso. *σαθροῦμαι*, macresco.

σάθρωμα, *ατος*, *τό*, labes, ruina, vitium. A praec.

σαθρῶς, adv. (*σαθρός*) debiliter.

σάθων, *ωνος*, *ὁ*, idem quod *σάθη*. 2) bene vasatus.

σαινίδωρος, *ον*, (*σαίνω*, *δῶρον*) donis blandiens.

σαινουρίς, *ίδος*, *ἡ*, movens caudam. 2) blandiens cauda. A seq.

σαίνουρος, *ον*, (*οὐρά*) idem quod praec.

σαίνω, f. *σανῶ*, aor. *ἔσηνα*, caudam huc illuc movendo blandior, proprie de canibus, Hom. Dicebatur tum *τὴν οὐρὰν σαίνειν*, caudam movere; tum *ἡ οὐρὰ σαίνει*, cauda movetur. 2) blandior, adulor, demulceo, *τινά* et *τινί*, it. blande excipio, *ἀγγελίαν*, Pind. *σαίνειν μόρον*, morti blandiri i. e. mortem timere, Aesch. 3) quatio, concutio: terreo.

σαίρω, f. *σαρῶ*, hio, ore hio: unde rideo, irrideo: item de canibus. 2) scopis purgo, verro. 3) orno. Hinc *σέσηρα*, ore sum hianti et aperto, *σεσηρώς*, ridens ore hiante.

σακάδιον, *ου*, *τό*, genus organi musici.

σάκανδρος, *ὁ*, (*σάκος*, *ἀνήρ*) vulva, Ar. Lys. 824.

σακέσπαλος, *ον*, (*σάκος*, *πάλλω*) scuti vibrator, bellicosus, fortis.

σακεσφόρος, *ον*, (*φέρω*) scutum ferens, scutifer.

σακίτης, *ὁ*, Dor. pro *σηκίτης*, ubi v.

σακκελίζω, i. q. *σακκίζω*.

σακκέλισμα, *τό*, quod per saccum transmissum est.

σακκελιστήριον, *τό*, instrumentum colandi.

σακκεύω, i. q. *σακκέω*.

σακκέω, f. *ήσω*, (*σάκκος*) per saccum transmitto, colo.

σακκίας, *ὁ*, int. *οἶνος*, vinum per saccum colatum.

σακκίζω, i. q. *σακκέω*.

σάκκιον, *ου*, *τό*, Dim. a *σάκκος*, sacculus.

σακκογενειοτρόφος, *ον*, barbam sacci instar alens.

σακκοδέρμα, *ὁ*, pera, Vox non probata. Pollux.

σακκοπλόκος, *ον*, (*πλέκω*) saccos conficiens, cola connectens.

σάκκος, *ου*, *ὁ*, cilicium et quicquid inde conficitur: a) saccus. b) saccus, colum ad percolandum vinum. c) pallium vile: unde et vestis lugubris. d) barba promissa; Ar. — Antiquam scripturam Grammatici fuisse contendunt *σάκος*.

σακκοφορέω, (*σακκοφόρος*) saccum fero. 2) cilicio sum indutus.

σακκοφορία, *ας*, *ἡ*, sacci gestatio. A seq.

σακκοφόρος, *ον*, (*φέρω*) saccum ferens.

σάκος, *εος*, *τό*, clypeus, scutum.

σάκτας, *ου*, *ὁ*, (*σάττω*) saccus. 2) genus arundinis, Pollux.

σάκτας, *ὁ*, medicus, Boeotice.

σακτήρ, *ῆρος*, *ὁ*, (*σάττω*) saccus.

σακτός, *ή*, *όν*, in thesauris repositus, reconditus.

σάκτωρ, *ορος*, *ὁ*, onerans, implens.

σάκχαρ, *αρος*, *σάκχαρι*, et *σάκχαρον*, *τό*, saccharum. *σάκχαρον*, et *σακχαρι*, melius.

σακχυφάντης, *ου*, *ὁ*, (*σάκκος*, *ὑφαίνω*) saccorum contextor. 2) reticulorum muliebrium textor.

σαλαγέω, f. *ήσω*, quatio. 2) strepo. 3) turbo. A seq.

σαλάγη, *ἡ*, (*σαλάσσω*) clamor, strepitus, Hesych.

σαλάγω, f. *άξω*, quatio, agito. 2) feminam subigo.

σαλαΐζειν, lamentari, Anacr.

σαλάκων, *ωνος*, *ὁ*, (*σάλος*, *σαλάσσω*) pauper opulentiam simulans, jactator divitiarum, jactabundus. 2) vere dives, sed qui ostentandarum opum immoderato studio fertur.

σαλακωνεία, vel *σαλακωνία*, *ας*, *ἡ*, simulatio divitiarum in paupertate. 2) pecuniarum profusio illegitima, et superflua. 3) mollities, luxus, deliciae. A seq.

σαλακωνεύω, f. *εύσω*, (*σαλάκων*) opes jacto in paupertate. 2) sumtus facio, ubi non decet. 3) delicias facio, mollitie diffluo.

σαλακωνίζω, idem et ab eod.

σαλαμάνδρα, *ας*, *ἡ*, Salamandra, animal lacertae figura.

σαλαμάνδρειος, *ον*, ad Salamandram pertinens.

σαλάμβη, *ης*, *ἡ*, fenestra, et alia, per quae lumen ingreditur; ostium. Lycophr.

σάλαξ, *ὁ*, (*σαλάσσω*) metallicorum incerniculum.

σάλασσα, *ἡ*, Dor. p. *θάλασσα*.

σαλάσσω, Att. *σαλάττω*, f. *ξω*, (*σάλος*) moveo, concutio, agito. 2) impleo largiter, ut effluat, velut modium.

σαλεύω, f. *εύσω*, (*σάλος*) idem. (proprie de mari ventorum vi agitato). 2) labefacto, moveo. 3) dicitur et neutraliter, ut bello, periculo jactari, in periculo esse, *σαλεύειν ἐπὶ πολέμου*, *σαλεύειν ἐν ἐσχάτοις*.

σάλευμα, *τό*, idem quod *σάλος*.

σάλος, *ου*, *ὁ*, salum, locus profundus maris, ubi stare naves in ancoris possunt. 2) jactatio navigantis, fluctuatio. 3) metaph. cura, dubitatio etc.

σάλπη, *ης*, *ἡ*, piscis quidam, qui Latinis etiam salpa dicitur.

σαλπιγγολογχυπηνάδαι, *οἱ*, (*σάλπιγξ*, *λόγχη* et *ὑπήνη*) qui tuba, hasta barbaque formidabiles sunt. Vox comica.

σαλπιγκτής, *οῦ*, *ὁ*, buccinator, tubicen.

σάλπιγξ, *ιγγος*, *ἡ*, tuba, buccina. 2) classicum. 3) avis quaedam. 4) piscis quidam. 5) tubicina.

σαλπίζω, f. *πίγξω*, ap. ser. *πίσω*, tuba cano, buccino: cantu significo, *ἡμέραν*, Luc.

σαλπικτής, *οῦ*, *ὁ*, i. q. *σαλπιγκτής*.

σάλπιξ, *ιγγος*, *ἡ*, ap. ser. poet. i. q. *σάλπιγξ*.

σάλπισμα, *ατος*, *τό*, tubae sonus, tubae clangor.

σαλπιστής, *οῦ*, *ὁ*, tubicen, tuba canens.

σαλπιστικός, *ή*, *όν*, qui tuba canitur.

σᾶμα, *τό*, Dor. p. *σῆμα*.

Σάμαινα, *ἡ*, (*Σάμος*) navis Samia.

σαμαίνω, Dor. p. *σημαίνω*.

Σαμάρεια, *ας*, *ἡ*, Samaria, nomen urbis, montis, regionis. Vox Ebr.

Σαμαρείτης, *ου*, *ὁ*, Samaritanus. A pr.

Σαμαρεῖτις, *ιδος*, *ἡ*, Samaritana. Femin. a pr.

σαμβύκη, *ης*, *ἡ*, sambuca, instrumentum musicum. 2) machina oppugnandis urbibus idonea. (5)

σαμβυκιστής, *οῦ*, *ὁ*, qui canit sambuca, quasi a *σαμβυκίζω*.

σαμβυκίστρια, *ας*, *ἡ*, quae canit sambuca. Femin. a praec.

σάμβυξ, *υκος*, *ὁ*, i. q. *σαμβύκη*.

σάμος, *ἡ*, locus celsior dicebatur ap. Graecos veterrimos, auctore Strabone. 2) nomen insulae.

σαμφόρας, *ου*, *ὁ*, (*σάν*, *φέρω*) equus literam *σὰν* vel *σίγμα* armo inustam gerens.

σαμψυχίζω, f. *ίσω*, (*σάμψυχον*) sampsuchi odorem habeo.

σαμψύχινος, *ίνη*, *ινον*, sampsuchinus, e sampsucho confectus. (5)

σάμψυχον, *ου*, *τό*, sampsuchum, herba, amaracus.

σάν, *τό*, litera *σίγμα*, apud Dores.

σανδάλιον, *τό*, Dim. a *σάνδαλον*.

σανδαλίσκος, *ὁ*, Dim. a *σάνδαλον*.

σανδαλοθήκη, *ἡ*, (*θήκη*) sandaliorum repositorium.

σάνδαλον, *τό*, Aeol. *σάμβαλον*, plerumque in plur. sandalium, solea lignea, Hom. h. Merc. 79. 83. 139. 2) calceamentum muliebre. 3) vestigium. Hinc

σανδαλόω, solea instruo.

σανδαράκη, *ἡ*, sandaraca, auripigmentum rubrum. 2) medicamentum equis et jumentis adhiberi solitum. 3) color rufus. 4) cibus apum, fortasse i. q. *ἐριθάκη*. (– ◡ ◡ –)

σανδαρακίζω, f. *ίσω*, sandaracae colorem refero, sandaracam colore imitor.

σανδαράκινος, *ίνη*, *ινον*, e sandaraca confectus, sandaracam referens, Hdt.

σανδαρακουργεῖον, *τό*, (*ἔργον*) locus ubi sandaraca effoditur.

σανδαράχη, *ἡ*, *σανδαραχίζω* et *σανδαράχινος*. i. q. *σανδαράκη*, *σανδαρακίζω*, *σανδαράκινος*.

σάνδαξ, *ἡ*, i. q. *σάνδυξ*.

σάνδυξ, *υκος*, *ἡ*, cerussa rufa et usta, sandyx.

σανίδιον, *ου*, *τό*, tabella, tabula, catalogus. Dim. a *σανίς*.

σανιδοτορέω, (*σανίς*, *τορέω*) tabulam perforo, Ar.

σανιδόω, f. *ώσω*, contabulo, tabulis sterno.

σανιδώδης, *ες*, tabulae seu asseri similis. 2) cui scapulae instar alarum protu-

berant.

σανίδωμα, ατος, τό, (σανιδόω) tabulatum, pulpitum, laquear.

σανιδωτός, ή, όν, contabulatus.

σανίς, ίδος, ή, tabula, asser. Hinc σανίδες, tabulae, quibus leges et similia inscribebantur. it. catalogus.

σάννας, vel σάννος, ου, ὁ, (σαίνω) stultus, fatuus.

σαννίον, ου, τό, (σαίνω) cauda, penis, hasta.

σαννίων, ὁ, (σαίνω) sannio, histrio ille ridicularius, cujus partes sunt dicteriis et sannis jaciendis gestibusque mimicis risum movere.

σαόμβροτος, ον, (βροτός) homines servans, Procli h. 6. epith. Minervae.

σαντάλινος, ίνη, ινον, santalinus, e ligno santali confectus.

σάνταλον, ου, τό, santalum, arbor.

σάξις, εως, ή, (σάττω) adimplendi actus, referciendi actus.

σαόπτολις, ιος, ὁ, ή, (σαόω, πτόλις) urbem servans, poet.

σάος, contr. σῶς, q. v. Hinc compar. σαώτερος, Il. 1, 32. magis salvus.

σαοσίμβροτος, ον, (σαόω, βροτός) homines servans.

σαοφρονέω, (σαόφρων) modestus, temperans sum. 2) castus et pudicus sum.

σαοφροσύνη, ης, ή, temperantia.

σαόφρων, ονος, ὁ, ή, (σάος, φρήν) cui mens est sana, prudens, temperans, ut σώφρων.

σαόω, i. q. σώζω, praes. inusitatum, unde f. σαώσω, aor. ἐσάωσα, aor. pass. ἐσαώθην, f. med. σαώσομαι, et σάω, 1) imperat. praes. med. 2) 3 impf. act. et praes. contr. σάω, Hom. Vide σώζω.

σαπείς, εῖσα, έν, part. aor. pass. a σήπω, Hes. ἔο. 152.

σαπέρδης, ου, ὁ, saperda, piscis Ponticus κορακῖνος sale conditus.

σαπέρδιον, τό, Dim. a σαπέρδης. 2) nomen meretricis.

σαπερδίς, ίδος, ή, piscis vivus ap. Arist. h. a. 8, 29.

σαπρία, ας, ή, (σαπρός) putredo, it. marcor, caries.

σαπρίας, ου, ὁ, ut οἶνος σαπρίας, vinum herbis in eo putrescentibus seu marcescentibus conditum.

σαπρίζω, f. ίσω, putreo, marceo. 2) putridum oleo, vel reddo.

σαπριόω, (σαπρός) putridum reddo.

σαπρόγηρος, ον, (γῆρας) putridus senectute.

σαπρόκνημος, ον, (κνήμη) cui ulcerosae, putridae sunt tibiae.

σαπρόπλουτος, ον, (πλοῦτος) valde dives: sordidus.

σαπρός, ρά, ρόν, (σήπω) putris, mucidus, rancidus. 2) foedus, obscoenus. 3) nugatorius, nugax, nullius pretii. 4) obsoletus, caseus. (σαπρὸν omnino est, quicquid non potest praestare usum eum, ad quem comparatum est).

σαπρόστομος, ον, (στόμα) putridi vel male olentis oris.

σαπρότης, ητος, ή, (σαπρός) putredo, rancor.

σαπρόφιλος, ον, putrida amans.

σαπρόω, i. q. σαπρύνω.

σαπρύνω, putridum reddo. Med. putresco.

σάπφειρος, ου, ή, sapphirus, gemma.

Σαπφικός, ή, όν, Sapphicus, a Σαπφώ, οῦς, ή, Sappho.

σάπων, ωνος, ὁ, sapo. (ᾰ)

σαπώνιον, ου, τό, Dim. a praec.

σαράβαρα, σαραβαλλα, ων, τά, Sarabara, Saraballa, tibialia Persica, vel alia pars vestitus, ap. Daniel. (Vocab. est Arabicum.)

Σαράπις, ιδος, ὁ, Serapis, deus Aegyptiorum. (⏑–⏑)

Σαραπιεῖον, et πεῖον, τό, templum Serapidis. A pr.

σαράπος, Dor. p. σαράπους.

σαράπους, ποδος, ὁ, ή, (σαίρω, πούς) qui magnis est pedibus et eos veluti trahit. 2) habens distortos et diductos pedum digitos. Hippocr.

σαργάνη, Attice ταργάνη, ης, ή, sporta, cista, corbis. 2) vinculum.

σάργος, ου, vel σαργός, οῦ, ὁ, sargus, piscis. Dicitur et σαργῖνος.

Σαρδάζειν, Sardonium, scil. risum ridere.

Σαρδάνιον, v. σαρδόνιος.

Σάρδεις, ων, οἱ, Sardes, urbs Lydiae princeps.

Σάρδινος, vel Σάρδιος, ου, ὁ, (Σαρδώ) sc. λίθος, Sardius, Sarda, gemma.

Σάρδιον, ου, τό, idem.

Σάρδιος, ου, ὁ, vide Σάρδινος.

Σαρδόνιος, ου, ὁ, (Σαρδώ) Sardonius. Hinc γέλως Σαρδόνιος, Sardous risus, i. e. amarulentus, insanus, fictus, hominem necans herbis Sardois, ap. Virg.

σαρδόνυξ, υχος, ὁ, Sardonyx, gemma. Ex σάρδιος et ὄνυξ, unguis, quod colore unguem humanum referat.

Σαρδώ, όος, vel Σαρδών, όνος, ή, Sardinia.

σαρδών, ῶνος, s. όνος, ὁ, pars retis extremi, Xenoph. Pollux.

Σαρδωνίζω, idem quod σαρδάζω.

Σαρδωνικός, ή, όν, idem quod seq.

Σαρδώνιος, ία, ιον, vel Σαρδώνιος, ον, Sardous.

Σαρδῷος, ῴα, ῷον, idem.

σάρι, τό, planta quae nascitur circa Nilum.

σάρισσα, ης, ή, sarissa, hasta Macedonica.

σαρισσοφόρος, ον, (φέρω) sarissam ferens.

σαρκάζω, f. άσω, (σάρξ) carnes detraho. 2) diducto rictu irrideo.

σαρκασμός, οῦ, ὁ, irrisio amara, inimica subsannatio.

σαρκαστικός, ή, όν, sarcasticus. 2) qui sarcasmis uti solet.

σαρκαστικῶς, adv. sarcastice, amarulenta irrisione.

σαρκίδιον, ου, τό, caruncula. Dim. a σάρξ.

σαρκίζω, f. ίσω, (σάρξ) carnes carpo, carnes vello, detraho.

σαρκικός, ή, όν, carnalis, carneus, corporeus; in Scr. S. 1) imperfectus, debilis, imbecillus. 2) corruptus, pravus, impius.

σαρκικῶς, adv. more σαρκικῶν.

σάρκινος, ίνη, ινον, (σάρξ) carne constans, carneus. 2) qui est crasso corpore.

σαρκίον, ου, τό, caruncula. 2) per contemtum de corpore humano. Dim. a σάρξ.

σαρκοβορέω, carnem voro, nimis appetens carnis sum. A seq.

σαρκοβόρος, ον, (βορά) carnivorus.

σαρκογενής, ές, (γίγνομαι) a carne natus seu profectus.

σαρκοειδής, ές, (εἶδος) carni similis, carnis figuram habens.

σαρκοθλάσματα, ων, τά, carnis contusiones.

σαρκοκήλη, ης, ή, carnosus ramex, genus herniae.

σαρκοκόλλα, ας, ή, lacrima arboris, quae in Perside nascitur, turis pollini similis, colore subrufo, amara gustanti.

σαρκολαβίς, ίδος, ή, vel σαρκολάβος, ου, ὁ, forceps ad particulas carnis prehendendas, instrumentum chirurgicum.

σαρκολάτρης, ου, ὁ, qui carnem colit et adorat.

σαρκολιπής, ές, (λείπω) quem caro reliquit, carne nudatus, extenuatus, macer, exilis.

σαρκοπαγής, ές, (πήγνυμι) carne concretus, carnosus, densus.

σαρκοποιέω, carnem facio. pass. caro fio, homo fio. A seq.

σαρκοποιός, όν, (ποιέω) carnem efficiens, gignens, alens.

σαρκόπυον, τό, (πύον) pus carnosum, quum caro est in pure, velut quum pulmones purulenti fiunt et exspuuntur.

σαρκοπυώδης, ες. σαρκοπυώδεια, idem quod praec.

σαρκόρριζος, ον, carnosam radicem habens.

σαρκότακος, ον, (τήκω) carnem evanescere faciens, νόσοι, Procli hymn. 6.

σαρκοτοκέομαι, sub carunculae figura nascor.

σαρκοτροφέω, f. ήσω, (τρέφω) carnem alo, cutem belle curo.

σαρκοφαγέω, f. ήσω, (φαγεῖν) carnem edo, carne vescor. v. σαρκοβορέω.

σαρκοφαγία, ας, ή, carnium esus.

σαρκοφάγος, ον, carnivorus, carne vescens. 2) Subst. ή, sc. σορός, sarcophagus, arca mortuorum.

σαρκοφανής, ές, (φαίνομαι) carne tectus s. vestitus, ut corpus hominis.

σαρκοφθόρος, ον, (φθείρω) homines perimens,

σαρκοφορέω, carnem gesto.

σαρκοφόρος, ον, (φέρω) carnem gestans, carne vestitus.

σαρκοφυέω, (φύω) carnem extendo, produco, quum nova caro nascitur et tegit nuda ossa etc.

σαρκοφυΐα, ή, carnis extensio.

σαρκόφυλλος, ον, (φύλλον) folia carnosa habens

σαρκόω, f. ώσω, (σάρξ) carneum reddo, incarno. 2) corpulentum reddo, corpus facio.

σαρκώδης, ες, carnosus, carneus.

σάρκωμα, ατος, τό, (σαρκόω) carnis praeter naturam incrementum. 2) carnis incrementum in naribus, pulpamentum.

σάρκωσις, εως, ή, carnis generatio, excrescentia carnis.

σαρκωτικός, ή, όν, carnem restituendi vim habens.

σάρμα, τό, (σαίρω) hiatus. 2) (σαίρω) 2) quisquiliae.

σαρμός, οῦ, ὁ, (σαίρω, 2.) sordes, quisquiliae.

σάρξ, σαρκός, ή, caro, pulpa. 2) in sacris literis, homo, ejus imperfectio, imbecillitas, corruptio, cupiditates, vitia; item lex Mosis, propter imbecillitatem in sa-

nandis hominum vitiis.

σάρος, ου, vel σαρός, οῦ, ὁ, (σαίρω) verriculum, scopae. 2) res, homo nullius pretii.

σαρόω, f. ώσω, verro, mundo. σεσαρωμένος, scopis purgatus, perf. pass. part. 2) jacto.

σάρκος, ου, ὁ, arca, domus lignea. Hesych.

σάρωθρον, ου, τό, (σαρόω) scopae.

σάρωμα, ατος, τό, sordes, quisquiliae verrendo collectae.

σάρωσις, εως, ἡ, ipsa actio verrendi. 2) sordes, quisquiliae.

σάρων, ωνος, ὁ, (σαίρω) libidinosus, vel muliebris; item venatorium rete. Est et Σάρων nauticus deus.

σάρωσις, ἡ, (σαρόω) quercus putredine cavatae, hiantes ob vetustatem. 2) arbores vetustae quercus.

σάρωσις, ἡ. (σαρόω) verrendi, scopis purgandi actio.

σαρώτης, ου, ὁ, (σαρόω) qui verrit, scoparius.

σάρωτρον, τό, i. q. σάρωθρον, Lobeck. Phryn. p. 151.

σάσσω, v. σάττω.

Σατᾶν, ὁ, et Σατανᾶς, ᾶ, ὁ, Satan, Satanas, nomen principis Angelorum malorum. Ebr. ἀλιτρόν. Adversarius.

σᾶτες vel σατές, Dor. et Aeol. p. σῆτες, τῆτες, hoc anno.

σατίνη, ἡ, currus, plaustrum, vehiculum, Hom. h. Ven. 13.

σατραπεία, ας, ἡ, Satrapia, praefectura. 2) provincia, cui praeest Satrapa. A seq.

σατραπεύω, f. εύσω, sum satrapa, sum praefectus provinciae. A seq.

σατράπης, ου, ὁ, satrapa, praefectus provinciae, proprie Persicae. Vox Persica. (ῠ ‒ ‒)

σατραπικός, ή, όν, ad Satrapam pertinens, Satrapae conveniens, Satrapicus. A pr.

σάττω, f. ξω, onero, onus impono. 2) refercio, constipo, impleo, quovis modo; unde satio. σεσαγμένος, saginatus. 3) premo, subigo.

σατυρίας, ου, ὁ, morbus, hominis faciem ita immutans, ut Satyro similis evadat.

σατυρίασις, εως, ἡ, (Σάτυρος) pruritus assiduus venereus, Priapismus. 2) i. q. σατυρίας.

σατυριασμός, ὁ, idem.

σατυριάω, satyriasi laboro.

σατυρίδιον, τό, Dim. a σάτυρος.

σατυρίζω, f. ίσω, prurio ad Venerem, ut Satyri. 2) Satyrica petulantia proscindo.

σατυρικός, ή, όν, satyricus, Satyro conveniens. 2) dicax, mordax, more Satyrorum.

σατύριον, ου, τό, herba ad Venerem incitans.

σατυρίσκος, ου, ὁ, parvus Satyrus. Dim. a σάτυρος.

σατυρισμός, οῦ, ὁ, (σατυρίζω) idem quod σατυρίασις. 2) pruritus Veneris.

σατυριστής, οῦ, ὁ, histrio fabulae satyricae: it. qui imitando satyrum exprimit.

σατυρογράφος, ον, (γράφω) fabularum satyricarum scriptor.

σάτυρος, ὁ, Satyrus, Bacchi comes. 2) simius. 3) plur. σάτυροι, drama satyricum, alias δρᾶμα Σατυρικόν. Vide dissertationem meum de orig. dram. sat. Vratislaviae 1822. 8. editam, inpr. p. 23.

σατυρώδης, ες, Satyros seu Satyrorum mores imitans. 2) hispidus. A praec.

σαυκός, ή, όν, aridus, siccus.

σαυκρόπους, ὁ, ἡ, teneros, pulcros pedes habens, vel molliter incedens, Strabo.

σαυλοπρωκτιάω, (πρωκτός) ceveo, lascive podicem moveo.

σαυλόομαι, (σαῦλος) delicior, luxu diffluo. 2) tripudio, salto.

σαῦλος, η, ον, mollis, delicatus: fluxus, levis. Adv. σαύλα. — Falso vulgo scribitur σαυλός, Arcad. p. 53, 8.

σαύλωμα, ατος, τό, deliciae. A pr.

σαυνιάζω, (σαύνιον) saunio percutio, hasta ferio.

σαύνιον, τό, it. σαυνίον, i. q. ἀκόντιον, hasta. Hinc Samnitibus nomen factum testatur Festus.

σαυνός, ή, όν, idem quod σαῦλος, Cratin.

σαῦρα, vel σαύρα, ρας, ἡ, lacerta, lacertus. 2) membrum virile.

σαύρη, ης, ἡ, nasturtium.

σαυρίδιον, τό, (σαύρη) nasturtium. Hippocr.

σαυροειδής, ές, (εἶδος) lacertae formam habens.

σαυροκτόνος, ὁ, lacertarum interfector, epith. Apollinis, Plin. h. n. 39, 19, 10.

σαυροπάτις, ιδος, ἡ, (πατέομαι) quae lacertas comedit.

σαῦρος, ου, ὁ, lacertus. 2) saurus, piscis, i. q. τραχοῦρος.

σαυρωτήρ, ῆρος, ὁ, cuspis in ima hasta, quo hasta erigi et solo infigi potest, Il. 10, 153. Hdt. 7, 41.

σαυσαρισμός, οῦ, ὁ, aridae linguae haerentis affectio, linguae haesitatio. Aristot. A σαυσαρός, ά, όν, Hesych. siccus, aridus.

σαυτοῦ, σαυτῆς, contr. p. σεαυτοῦ, σεαυτῆς, q. v.

σάφα, adv. (σαφής) certo, vere, manifeste, perspicue.

σαφεστέρως, adv. (σαφέστερος, Comp. a σαφής) apertius, clarius.

σαφέω, f. ήσω, (σαφής) manifesto, declaro, notum facio.

σαφέως, adv. Ion. pro σαφῶς.

σαφηγορος, ον, fem. σαφηγορίς, ίδος, dilucide loquens.

σαφήνεια, ας, ἡ, (σαφηνής) perspicuitas, dilucida oratio, explanatio.

σαφηνέως, adv. idem quod σαφῶς. A seq.

σαφηνής, ές, Dor. σαφάνης, i. q. σαφής.

σαφηνία, ἡ, idem quod σαφήνεια, poet.

σαφηνίζω, f. ίσω, explano, exprimo, declaro, distinguo. it. illustro.

σαφηνισμός, οῦ, ὁ, perspicuitas, declaratio.

σαφηνιστικός, ή, όν, declarandi vim habens. 2) Subst. ὁ σαφ. declarator, explanator.

σαφηνῶς, adv. idem quod σαφῶς.

σαφής, ές, manifestus, apertus, perspicuus, certus, clarus, planus. Comp. σαφέστερος, Sup. σαφέστατος. Adv. σαφέστερον, et σαφέστατα.

σαφήτωρ, ορος, ὁ, (qs. a σαφέω) interpres, vates.

σαφῶς, adv. manifeste, perspicue, dilucide, evidenter, plane, aperte, palam, liquido, ad liquidum, diserte. A pr.

σάω, imperat. praes. med. et 3 sing. act. Ep. a σαόω, q. v.

σαώσω, f. a σαόω, q. v.

σαώτερος, α, ον, v. σαός.

σαωτήρ, ῆρος, ὁ, et σαώτης, ου, ὁ, (σαόω) poet. p. σωτήρ, Simonid.

σβέννυμι, sive σβεννύω, f. σβέσω, pf. p. ἔσβεσμαι, aor. pass. ἐσβέσθην, exstinguo, restinguo: exhaurio, exsicco: lenio, mitigo, compesco, ut χόλον, μένος: reprimo, opprimo, τυραννίδα. 2) Pass. et pf. act. ἔσβηκα, aor. 2 ἔσβην, exstinguor: aresco: desino, cesso, it. morior.

σβέσις, εως, ἡ, exstinctio. A pr.

σβεστήρ, ῆρος, ὁ, exstinctor.

σβεστήριος, ία, ιον, exstinguendi vim habens, aptus ad exstinguendum. A pr.

σβεστικός, ή, όν, (σβέννυμι) idem.

σεαυτοῦ, σεαυτῆς, contr. σαυτοῦ, σαυτῆς, Ion. σεωυτοῦ, ῆς, tui ipsius. Exstat tantum in casibus obliquis sing., plur. ὑμῶν αὐτῶν rel.

σεβάζομαι, f. άσομαι, colo, veneror, vereor.

σέβας, τό, reverentia, veneratio, pudor, admiratio, stupor. 2) gloria. 3) res sacra. Invenitur tantum in nom. acc. et voc.

σέβασις, εως, ἡ, (σεβάζομαι) veneratio, adoratio.

σέβασμα, ατος, τό, veneratio, res sacra, signum dei.

σεβασμιάζω, veneror, pius sum. A seq.

σεβάσμιος, ον, vel σεβάσμιος, ία, ιον, (σεβάζομαι) venerabilis, colendus, augustus. τὸ σεβάσμιον, reverentia.

σεβασμιότης, ητος, ἡ, sanctimonia.

σεβασμίως, adv. venerabiliter.

σεβασμός, οῦ, ὁ, veneratio, adoratio, cultus. 2) religio.

σεβαστεύω, (σεβαστός) idem quod σεβάζομαι.

σεβαστικῶς, adv. cum magna veneratione; cum ἔχειν, colere.

σεβαστός, ή, όν, veneratione et adoratione dignus, venerandus, adorandus. 2) augustus, cognomen Imperat. Rom. ut Σεβαστή, Imperatricum.

σεβαστοφόρος, ὁ, ἡ, (φέρω) sacerdos Caesaris, ut flamen Augustalis.

σεβίνιον, ου, τό, palmae involucrum, sive corticosum illud, quod in summa palmula enascitur.

σεβίζω, f. ίσω, i. q. σεβάζομαι, inpr. colo, veneror, Pind.

σέβω, f. σέψω, et σέβομαι, veneror, colo, adoro, observo. 2) pudet me, revereor.

σέθεν, gen. poet. a σύ pro σοῦ, Hom.

σειεύς, έως, ὁ, (σείω) patella, in qua aliquid movetur et frigitur, sartago.

σεῖος, σεία, σεῖον, Lacon. pro θεῖος.

σείρ, σειρός, ὁ, sol. Suid.

σειρά, ᾶς, ἡ, catena, funis, linea.

σειραγωγεύς, ὁ, (ἀγωγεύς) catena, funis, quo quis ducitur vel trahitur.

σειράδιον, ου, τό, funiculus. Dim. a σειρά.

σειράζω, f. άσω, vinctum traho.

σειράζω, (σείρ, Σείριος) exsicco.

σειραίνω, idem quod praec.

σειραῖος, αία, αῖον, catenatus, catena vinctus, funalis, ut equus.

σειράς, άδος, ἡ, catena, vinculum, funis ex sparto, Pollux.

σειραφόρος et σειρηφόρος, ον, (σειρά, φέρω) catenam ferens. ἵππος, equus funalis.

σειράω, catena, fune, constringo. 2) constringo, connecto.

σειρέω, f. ήσω, (σείρ) exsicco, exinanio.

σειρήν, ῆνος, ἡ, Siren, monstrum marinum. 2) insectum api simile. Aristot. 3) LXX, σειρῆνες, pro ציים et תנים. 4) dracones aligeri. Aquila.

σειρίασις, εως, ἡ, capitis inflammatio ex vehementis solis ardore. A seq.

σειριάω, (σείριος) fulguro, luceo. 2) capitis inflammatione laboro. 3) suffraginum vitio laboro, de equis.

σείρινος, ίνη, ινον, astralis, epith. Jovis.

σειριόεις, όεσσα, όεν, (σείριος) canicularis.

σειριόκαυτος, ον, (καίω) exustus, adustus.

σείριον, ου, τό, astrum. A seq.

σείριος, ία, ιον, ardens. Hinc σείριος ἀστήρ, sol, Hes. op. 419. ὁ Σείριος, Sirius, stella, canicula. cf. σείρ, unde derivandum est.

σειρίς, ίδος, ἡ, (σειρά) catena, funiculus, vinculum.

σειρομάστης, ου, ὁ, jaculi genus vel lanceola. cf. σιρομάστης.

σειρός, v. σιρός.

σειρός, ά, όν, calidus, ardens. ἡ σειρά, sc. ἐσθής, et τὸ σειρόν, sc. ἱμάτιον, vestis levior aestati accomodata.

σειροφόρος, ον, (σειρά, φέρω) i. q. σειραφόρος.

σειρόω, f. ώσω, evacuo, exhaurio. Symmach.

σείρωμα, τό, opobalsami sedimentum. Aetius.

σείρωσις, εως, ἡ, (σειρά) religatio.

σεισάχθεια, ας, ἡ, (σείω, ἄχθος) q. d. onus excussum aut oneris excussio, allevatio aeris alieni communis, tabulae novae.

σεῖσις, εως, ἡ, (σείω) motio, quassatio, concussio.

σεισίχθων, ονος, ὁ, (χθών) motor terrae, epith. Neptuni.

σεῖσμα, ατος, τό, (σείω) concussio, quassatio, motus, inpr. terrae.

σεισματίας, ου, ὁ, ut σεισματίας τάφος, sepulcrum eorum, quos ruina e terrae motu oppressit. A pr.

σεισμός, οῦ, ὁ, (σείω) terrae motus, concussio, excussio.

σεισοπυγίς, ίδος, ἡ, (σείω, πυγή) motacilla, avis.

σείσουρα, ας, ἡ, (οὐρά) idem.

σειστός, ή, όν, qui concuti seu quassari potest, concussus.

σεῖστρον, ου, τό, sistrum, crepitaculum in sacris Isidis adhibitum. A seq.

σείω, f. σείσω, moveo, quatio, vibro, libro. 2) depello, decurro. 3) calumnior, criminor, item vexo, terreo vanis terriculamentis objectis.

σελαγέω, f. ήσω, οῦμαι, (σέλας) med. splendeo, fulgeo.

σελαγίζω, f. ίσω, idem.

σελαγηγενέτης, ου, ὁ, (σέλας, γενέτης) lucis auctor, epith. solis.

σελάνα, ας, ἡ, luna, Dor. pro σελήνη, (⏑‒‒)

σελαναία, ας, ἡ, Dor. pro σεληναία, luna.

σέλας, αος, τό, splendor ignis, fulgor, lumen, jubar.

σέλασμα, τό, et σελασμός, ὁ, (σελάω) splendor, fulgor.

σελάσσομαι, (σέλας) i. q. σελάω, fulgeo, splendeo. Nic.

σελασφόρος, ον, (φέρω) splendorem seu lumen ferens.

σελάχιον, ου, τό, piscium genus cartilaginosum, cui cartilago pro cute est. Dim. a σέλαχος.

σελαχοειδής, ές, (εἶδος) cartilagineus, cartilaginis speciem referens.

σέλαχος, εος, τό, et plur. τὰ σελάχη, genus piscium cartilaginosum.

σελαχώδης, ες, cartilagineus. A pr.

σελάω, (σέλας) illumino, illustro. 2) intr. splendeo.

σελευκίς, ίδος, ἡ, poculi, navis vel vestis genus, item avis locustis vescentis.

σεληναῖος, αία, αῖον, lunaris, lumine lunari illustratus. Hinc Subst. σεληναία, ας, ἡ, luna, Ion. A seq.

σελήνη, ης, ἡ, (σέλας) luna. σελῆναι, placentae rotundae et latae, figura lunae, πόπανα προθύματα.

σεληνιάζομαι, lunaticus sum, conflictor, morbo per certa lunae intervalla redeunte. A pr.

σεληνιακός, ή, όν, lunaris. 2) lunaticus, morbo comitiali laborans.

σελήνιον, ου, τό, lunae splendor, quum luna pernox est, vel luna sive lunae sidus.

σεληνίδιον, ου, τό, lunula. Dim. a seq.

σεληνίς, ίδος, ἡ, lunula. 2) figura lunulae. 3) amuletum puerorum, figura lunae adversus morbum lunaticum.

σεληνίτης, ου, ὁ, ut σεληνίτης λίθος, lapis lunaris, lunaticus. (ῑ)

σεληνῖτις, ιδος, ἡ, fem. a praec., lunaris.

σεληνόβλητος, ον, (βάλλω) a luna percussus, lunaticus.

σεληνοειδής, ές, (εἶδος) lunae speciem referens.

σεληνόφως, ωτος, τό, lunae lumen, radii lunae.

σελίδιον, ου, τό, chartula, pagella, pagicula. Dim. a σελίς.

σελίδωμα, ατος, τό, tabula lata.

σελίνινος, η, ον, (σέλινον) qui est ex apio factus. (⏑‒⏑⏑)

σελινίτης, ου, ὁ, ut σελινίτης οἶνος, vinum ex apio (⏑‒‒‒)

σελινοειδής, ές, (εἶδος) apii figuram habens.

σέλινον, ου, τό, apium, herba.

σέλινος, ου, ὁ, idem. dub.

σελινόσπερμον, τό, (σπέρμα) semen apii.

σελινουσία, ας, ἡ, species brassicae, apio similis.

σελίς, ίδος, ἡ, plerumque in plur. spatium vacuum inter transtra. 2) spatium inter subsellia theatri. 3) spatium vacuum inter duas παραγραφάς (columnas nunc vocant.) paginae conscriptae: hinc margo: it. pagina.

σέλλα, ης, ἡ, sella, Gl. Vet. Schol. Aristoph. Eustat. Voc. latin.

σελλάστρωσις, εως, ἡ, (στρῶσις) sellisternium. Gl. Vet.

σελλίζειν, σελλίζεσθαι, divitias simulare in paupertate. A Sello, jactatore quodam, quem Aristophanes perstringit.

σέλμα, ατος, τό, transtrum, jugum, tabula quaevis lata. 2) navis, ratis.

σίλφιον, τό, silphium, Hesych.

σέλω, Dor. p. θέλω.

σέλω, Dor. p. ἕλω.

σεμίδαλις, εως, ἡ, simila, similago, flos farinae triticeae. (⏑⏑‒⏑)

σεμιδαλίτης, ου, ὁ, ut σεμιδαλίτης ἄρτος, panis e simila confectus. A pr.

σεμναὶ θεαί, Eumenides, sive Furiae, apud Athenienses.

σεμνεῖον, ου, τό, (σεμνός) locus sacer, sanctuarium, monasterium. 2) fanum Furiarum.

σεμνηγορέω, f. ήσω, (σεμνηγόρος) magnifice, cum gravitate loquor seu praedico.

σεμνηγορία, ας, ἡ, oratio gravitatem et severitatem prae se ferens.

σεμνηγόρος, ον, (σεμνός, ἀγορεύω) qui graviter loquitur, qui magnifice praedicat.

σεμνόθεοι, οἱ, divini humanique juris peritissimi ac religioni dediti. Philosophi Indorum et Gymnosophistae; apud Laert.

σεμνοληρέω, difficiles nugas nugor, cum gravitatis specie nugor.

σεμνολογέω, f. ήσω, (σεμνολόγος) graviter et speciose loquor.

σεμνολόγημα, ατος, τό, dictum grave ac magnificum, quo quis se jactat. A pr.

σεμνολογία, ας, ἡ, (σεμνολόγος) dictio gravis. 2) sermo venustus.

σεμνολογικῶς, i. q. σεμνολόγως.

σεμνολόγος, ον, (σεμνός, λέγω) qui graviter de re quapiam disserit, etiam ostentator, jactator.

σεμνολόγως, adv. jactanter.

σεμνόμαντις, εως, ὁ, vates venerabilis ac gravis.

σεμνομυθέω, f. ήσω, (σεμνός, μῦθος) cum gravitate loquor. 2) cum fastu et insolentia loquor.

σεμνομυθία, ἡ, i. q. σεμνολογία.

σεμνοπαράσιτοι, οἱ, quasi dicantur graves parasiti; adulatores, qui gravitate superciliosa parasiticam adulationem tegunt.

σεμνοποιέω, f. ήσω, magnifice extollo. 2) auctoritatem addo, reverentiam et majestatem concilio, illustro, orno. σεμνοποιοῦμαι, ad gravitatem me compono, honestos et speciosos mores prae me fero.

σεμνόπονος, ον, arte exquisita factus, si vera lectio, Athen.

σεμνοπρέπεια, ας, ἡ, gravitas decora, dignitas oris, dignitas. A seq.

σεμνοπρεπής, ές, (σεμνός, πρέπει) gravem virum decens. 2) gravi et eximia dignitate praeditus.

σεμνοπρεπῶς, adv. cum dignitate, graviter, decore. A pr.

σεμνοπροσωπέω, f. ήσω, (σεμνοπρόσωπος) gravitatem vultu praefero.

σεμνοπροσωπία, ας, ἡ, gravitas seu dignitas oris, persona gravis.

σεμνοπρόσωπος, ον, (πρόσωπον) qui gravitatem aliquam vultu praefert.

σεμνός, ή, όν, (σέβομαι) venerandus, venerabilis, sacer, sanctus, proprie de diis, tum vero etiam de hominibus: magnificus, gravis, honestus, honore dignus, decorus. (Priorem syllabam Attici nonnunquam corripiunt.)

σεμνόστομος, ον, (στόμα) gravis ore, qui graviter loquitur.

σεμνότης, ητος, ἡ, gravitas, majestas. 2) reverentia. 3) sanctimonia, honestas. 4) pudicitia. 5) blanda vultus gravitas; de Philosophis.

σεμνότιμος, ον, (τιμή) venerandus.

σεμνοτυφία, ας, ἡ, (τῦφος) gravitas fastosa.

σεμνόω, f. ώσω, (σεμνός) exorno, illustro, magnifice praedico.

σεμνύνω, venerandum et augustum reddo. 2) orno, honore et dignitate adficio, magni facio, extollo oratione aut reverentia gestibus demonstrata. σεμνύνομαι, gravitatem prae me fero, efferor, glorior, jacto me, superbio.

σέμνωμα, ατος, τό, (σεμνόω) ornamentum, decus.

σεμνῶς, adv. (σεμνός) honeste, decenter, graviter, pudice.

σέο, Ep. p. σοῦ, gen. a σύ, Hom.

σεπτάς, άδος, ἡ, i. q. ἑπτάς, Theolog. arithm. p. 43.

σεπτεύω, (σεπτός) veneror, Hesych.

σεπτήριος, ία, ιον, ad cultum s. venerationem pertinens. τὸ σεπτήριον, ου, sc. ἱερόν, novennalia Delphis in honorem Apollinis celebrari solita.

σεπτικός, ή, όν, idem quod seq. et ab eod.

σεπτός, ή, όν, (σέβω) venerabilis, venerandus, augustus.

σεραπιάς, άδος, ἡ, Serapias, herba.

Σέραπις, ιδος, ὁ, i. q. Σάραπις.

σέρις, ἡ, gen. σέριως, et σέριδος, seris, cichorii s. intybi genus.

σερίφιον, ου, τό, absinthium marinum. (⏑–⏑⏑)

σέριφον, ου, τό, idem.

σέριφος, ἡ, idem.

σέρφος, ου, ὁ, insecti genus, culex. Proverb. ἔνεστι κἀν σέρφῳ χολή, etiam infimus et abjectissimus quisque irascitur ob injurias sibi illatas.

σέσελι, εως, τό, Seseli, herba.

σέσελις, εως, ἡ, idem.

σεσοφισμένως, adv. (σοφίζω) captiose, dolose, more sophistarum, callide.

σεσωφρονισμένως, adv. (σωφρονίζομαι) modeste, reverenter, moderate.

* σεύς, ὁ, nominativus inus, unde σέων, gen. pl. σέας, acc. plur. etc. aliique obliqui casus reperiuntur, vermis, tinea. cf. σής.

σευτλαῖος, ου, ὁ, (σεῦτλον) q. d. betarius, ranae nomen in Batrachom.

σευτλίον, ου, τό, parva beta. Dim. a σεῦτλον. v. τεῦτλον.

σευτλίς, ἡ, betula.

σεῦτλον, ου, τό, beta.

σεύω, aor. Ep. ἔσσευα et σεῦα, cieo, agito, concito: fugo, propello; jacio, jacto; vibro, concutio. Pass. et Med. feror, concitor, prorumpo, fugio.

σεφθείς, part. aor. pass. a σέβω, Plato.

σέω, curro, Dor. pro θέω.

σήθω, (σείω, σεύω) cribro.

σηκάζω, (σηκός) stabulo includo, et includo simpl. ut in urbe obsidenda.

σηκοκόρος, Dor. σακοκόρας, ον, (κορέω) qui stabulum verrit seu purgat. 2) aedituus, qui deorum delubra purgat.

σηκίζω, i. q. σηκάζω, it. sagino.

σηκίς, ίδος, ἡ, (σηκός) ancilla, famula rerum domesticarum curam gerens.

σηκίτης, ου, ὁ, stabulo etiamnum inclusus, lactens, de agno.

σηκοκόρος, v. σηκοκόρος.

σηκολόης, ου, ὁ, (ὄλλυμι) pernicies stabuli, ut lupus vel fur.

σηκός, οῦ, ὁ, proprie septum. Unde est etiam. 2) stabulum. 3) templum, fanum. 4) loculi avium, niduli. 5) domus cujusque. 6) sacra olea, apud Athen. quae et μορία. 7) sepulcrum. In quibus omnibus simpli notio inest. 8) dicitur et de libra, auctore Eustath.

σηκόω, f. ώσω, (σηκός, n. 8.) pondero, pendo, examino.

σηκύλη, ης, ἡ, idem quod σηκίς.

σηκώδης, ες, (σηκός, 3. εἶδος) templo similis.

σήκωμα, ατος, τό, (σηκός, n. 8.) libramentum, examen, temperamentum: item libratio jaculi, missilis, ut momentum accipiat, unde de accessione virium, quae momentum facit. A pr.

σηκωτήρ, ῆρος, ὁ, lorum jugi.

σηλία, ἡ, i. q. τηλία.

σῆμα, ατος, τό, signum, nota. 2) portentum et augurium. 3) vexillum. 4) bustum, sepulcrum, monumentum. 5) templum.

σημαία, ας, ἡ, vexillum, signum militare. 2) milites sub uno signo militantes, cohors. 3) simulacrum, insigne familiae sive nobilitatis. A pr.

σημαίνω, signo significo, signum do, portendo. 2) nuncio. 3) signo dato jubeo, jubeo, impero, praesum. Med. σημαίνομαι, e signis colligo. 2) obsigno.

σημαιοφόρος, ον, (σημαία, φέρω) signifer.

σημαλέος, έα, έον, (σῆμα) significandi vim habens.

σημαντέον, adv. verb. (σημαίνω) significandum est.

σημαντήρ, ῆρος, ὁ, qui signum dat, qui classicum canit, pastor, dominus, dux. 2) annulus signatorius.

σημαντήριον, ου, τό, signaculum, sigillum. idem quod ἀργυροκοπεῖον. Dimin. a pr.

σημαντικός, ή, όν, (σημαίνω) significandi, notandi vim habens. τὸ σημαντικόν, de verbis rem perspicue significantibus: apud Longin.

σημαντικῶς, adv. unde Superl. seq.

σημαντικώτατα, cum magna vi et emphasi; it. proprie, aptissime. A pr.

σημάντρια, ἡ, fem. a σημαντήρ, Soph.

σημαντρίς γῆ, terra sigillaris, cimolia, creta.

σήμαντρον, ου, τό, sigillum, signum.

σημάντωρ, ορος, ὁ, qui aliquid significat, signum dat. 2) dux, imperator, praeses, praefectus, auriga etc. 3) Adject. significans, indicans.

σημασία, ας, ἡ, significatio, significatus, significatum. 2) signi datio, classicum.

σηματίζομαι, f. ίσομαι, (σῆμα) e signis colligo.

σημάτιον, ου, τό, parvum signum. Dim. a σῆμα.

σηματόεις, όεσσα, όεν, (σῆμα) multa habens sepulcra.

σηματουργός, οῦ, ὁ, (σῆμα, ἔργον) qui insignia facit.

σημεία, ας, ἡ, pro σημαία, ap. Polyb.

σημειογραφέω, notis in scribendo utor. A seq.

σημειογράφος, ον, (γράφω) notarius, qui per notas scribit.

σημεῖον, ου, τό, (σῆμα) nota, punctum ap. Mathem. unde terminus a quo. 2) sigillum impressum annulo. it. effigies quae est in signo. 3) signum quodlibet militare, vexillum. 4) monstrum, ostentum, portentum, miraculum. 5) signum pugnae vel receptus. 6) argumentum. Plur. σημεῖα pro σημειώσεις, ap. Gramm.

σημειοφόρος, ον, (φέρω) signifer.

σημειόω, σημειόομαι, (σημεῖον) noto, signo, denoto, designo. 2) in commentarios refero. σημείωσαι, imp. aor. 1. med. nota, observa, scito. vox Scholiastarum. σεσημειωμένος, signatus.

σημειώδης, ες, significans, significandi vim habens. 2) insignis, insignitus, notabilis.

σημειωδῶς, adv. ita, ut facile appareat, notabiliter. A praec.

σημείωμα, ατος, τό, (σημειόω) constitutio, declaratio, decretum.

σημείωσις, εως, ἡ, notatio, designatio, observatio, inpr. σημειώσεις, dicuntur Scholia in scriptorem aliquem, notae grammaticae, criticae etc. A praec.

σημειωτέον, adv. verb. notandum.

σημειωτικός, ή, όν, significativus. Hinc ἡ σημειωτική, ῆς, sc. τέχνη, pars medicinae, quae signa morborum dijudicat.

σημειωτός, ή, όν, signatus.

σημερινός, ή, όν, hodiernus. A seq.

σήμερον, adv. (ἡμέρα) hodie. ἡ σήμερον, item ἡ σήμερον ἡμέρα, hodiernus dies.

σημήϊον, τό, signum, Ion. pro σημεῖον.

σημικίνθιον, τό, v. σιμικίνθιον.

σημόθετος, ον, (σῆμα, τίθημι) signatus.

σημύδα, ἡ, betula, arbor.

σημών, ὁ, Lacon. p. θημών.

σήνουρος, ον, Ion. p. σαίνουρος.

σηπεδονικός, ή, όν, (σηπεδών) ad putredinem pertinens.

σηπεδονώδης, ες, putredine vitiatus. A seq.

σηπεδών, όνος, ἡ, (σήπω) putredo. 2) ulcus purulentum. 3) serpentis genus, cujus mors putredinem excitat. 4) humor.

σηπιόω, (σήπω) veneno interficio.

σηπία, ας, ἡ, sepia, piscis atrum succum in timore emittens, unde et atramentum ita dicitur.

σηπιάς, άδος, ἡ, i. q. σήπιον.

σηπιδάριον, τό, idem quod seq.

σηπίδιον, ου, τό, sepiola. Dim. a σηπία.

σήπιον, ου, τό, pars quaedam dura et solida sepiae.

σηποποιός, όν, (σήπω, ποιέω) putrefaciens, putrefaciendi vim habens.

σηπτήριος, ία, ον, idem.

σηπτικός, ή, όν, (σήπω) idem.

σηπτός, ή, όν, putridus.

σήπω, putrefacio, putredine vitio. σήπομαι, putrefio, putresco, marceo: σεσηπώς, putridus.

σήρ, ός, ὁ, vermiculus, a quo sericum fit.

σήρ, ὁ, Lacon. p. θήρ.

σηράγγιον, τό, (σῆραγξ) caverna. 2) balneum.

σηραγγόομαι, in modum antri excavor.

σηραγγώδης, ες, rimosus, cavernosus, fistularum plenus. A seq.

σῆραγξ, γγος, ἡ, (σαίρω) fissura, hiatus, antrum, caverna, specus, locus quivis cavus. σήραγγες, pori, interstitia, qualia sunt spongiae.

σῆρες, ων, οἱ, Seres, gens Asiae. 2) bombyces, vermes. v. σήρ.

σηρικοδιαστής, οῦ, ὁ, (σηρικός, διάζομαι) sericum stamen conficiens. epith. bombycis ap. Pallad.

σηρικοπλόκος, ον, (πλέκω) sericarius.

σηρικός, ή, όν, (σήρ) sericus. Subst. ή σηρική, sc. ἐσθής, sericum.

σηρικοφόρος, ον, (φέρω) sericatus.

σής, ὁ, gen. σεός, quasi a σεύς, nom. pl. σέες, gen. σέων, acc. σέας, ap. ser. etiam gen. σητός, et sic etiam reliqui casus, — tinea, vermiculus vestibus librisque noxius. 2) omne id quod aliquid corrodit.

σησαμαῖος, α, ον, e sesamo factus. A seq.

σησάμη, ης, ή, sesama, frumenti Indici genus. 2) placenta e sesamo.

σησάμινος, ίνη, ινον, e sesamo factus. A praec.

σησαμίς, ίδος, ή, placenta e sesamo et melle. 2) herba quaedam.

σησαμίτης, ου, ὁ, sc. ἄρτος et πλακοῦς, panis vel placenta e sesamo. (ῑ)

σησαμοειδής, ές, (εἶδος) sesamo similis, sesami speciem referens.

σησαμόεις, όεσσα, όεν, e sesamo paratus.

σήσαμον, ου, τό, sesamum.

σήσαμος, ή, idem.

σησαμότυρος, ου, ὁ, cibus e sesamo et caseo.

σησαμοῦς, οῦντος, ὁ, placenta e sesamo.

σησαμώδης, ες, idem quod σησαμοειδής.

σῆσις, εως, ή, (σήθω) cribratio, cribri agitatio.

σῆστρον, ου, τό, cribrum.

σητάνειος, εία, ειον, vel σητάνιος, ία, ιον, (σήθω) cribratus. 2) factus e farina succreta. 3) hornus, hornotinus. 4) Subst. σητάνειον, τό, mespili genus.

σήτειος, εία, ειον, et σήτινος, ίνη, ινον, hornus, hornotinus.

σῆτες, Aeol. et Dor. σᾶτες, Att. τῆτες, (ἔτος) hoc anno.

σητόβρωτος, ον, (σής, βιβρώσκω) a tinea adesus sive corrosus.

σητόκοπος, ον, (κόπτω) a tineis pertusus, seu derosus.

σήψ, σηπός, ὁ et ή, (σήπω) ulcus putrescens, Hipp. 2) parvus serpens, ex cujus morsu vulnera putrescunt: it. nomen vagum venenatis pluribus attributum, quorum vis est σηπτική.

σῆψις, εως, ή, (σήπω) putrefactio, putredo, tabum.

σθεναρός, ρά, ρόν, robustus, validus. A seq.

σθένος, εος, τό, (σθένω) robur, vis, potentia.

σθενόω, f. ώσω, roboro, confirmo.

σθένω, valeo, possum.

σιαγόνιον, ου, τό, pars maxillae. σιαγόνια, maxillae. A seq.

σιαγών, όνος, ή, mala, maxilla.

σιαλίζω, f. ίσω, (σίαλον) salivam emitto.

σιαλίς, ίδος, ή, sputus, saliva, omne quod salivae modo lentum est.

σιαλικός, ή, όν, (σίαλον) salivarius.

σιαλισμός, οῦ, ὁ, (σιαλίζω) morbus, quum saliva nimia in os influit.

σιαλιστήριον, ου, τό, frenum equorum, spumam excitans ipsis mandentibus.

σίαλον, ου, τό, saliva, sputum.

σιαλοποιός, όν, Ion. σιελοπ. (ποιέω) salivam excitans.

σιαλοχοέω, f. ήσω, salivae multum effundo, sputo. A seq.

σιαλοχόος, ον, (σίαλον, χέω) qui multam salivam exspuit.

σιαλόω, (σίαλος) alo, sagino. 2) circumdo clypeum gemma, ferro, aere, auro etc.

σιαλώδης, ες, salivosus, salivam referens. 2) pinguis, opimus. Ab eod.

σιάλωμα, ατος, τό, (σιαλόω) munimen et ambitus scuti ferreus.

σίβδη, ης, ή, malum Punicum. Vox Dor. vide σίδη, item σίβδιον pro σίδιον, idem.

Σίβυλλα, ης, ή, Sibylla. 2) vates, vaticinatrix.

Σιβυλλαίνω, vaticinor, reddo oracula. 2) more senum deliro. A praec.

Σιβύλλειος, ον, Sibyllinus, ad Sibyllam pertinens.

Σιβυλλισταί, οἱ, fatidici: quasi a σιβυλλίζω.

Σιβυλλιάω, idem quod σιβυλλαίνω. 2) Sibyllinis oraculis intentus, deditus sum.

σιβύνη, ης, ή, telum, jaculum, spiculum, venabulum.

σιβύνιον, ου, τό, hastula, spiculum vel hastile parvum. Dim. a praec. v. σαύνιον.

σῖγα, adv. (σιγή) tacite.

σῑγάζω, f. άσω, conticescere jubeo.

σιγαλέος, έα, έον, tacitus

σῑγαλόεις, εσσα, εν, mollis, tener, laevis, splendidus: omnino pulcer. (Derivatur a σίαλον.)

σῑγαλός, Dor. p. σιγηλός, Pind.

σῑγαλόω, (σιγαλόεις) laevigo.

σιγάλωμα, τος, τό, vestis pulcra, splendida, s. id quo quid variegatur, politur etc. A praec.

σῑγάω, f. ήσω, taceo, sileo, conticesco.

σιγέρπης, ου, ὁ, (σῖγα, ἕρπω) tacite incedens; ut serpentium genus, quod tacitum obrepit et clam mordet.

σῑγή, ή, (σίζω, 2.) silentium, taciturnitas, reticentia. σιγῇ, adv. tacite, submissa voce, clam, quiete.

σῑγηλός, ή, όν, tacitus, taciturnus.

σῑγηλῶς, adv. tacite.

σῑγηρός, ρά, ρόν, tacitus.

σῑγηρῶς, adv. tacite.

σιγητικός, ή, όν, (σιγάω) taciturnus, silens.

σιγιλλάριον, τό, sigillum. Vox lat.

σιγλαί, ῶν, αἱ, cifrae, notae compendiariae in scribendo. Latinum. At σίγλαι, monilia, inaures, unde σιγλοφόρος, minister, cui monilia servanda traduntur.

σίγλος, ὁ, pro σίκλος, Xenoph. (Sed intell. siclus Persicus, qui est septem obolorum cum dimidio, ut Xenophon tradit, seu, auctore Hesychio, octo obolorum). Vox Hebr.

σίγμα, τό, Sigma, litera Graeca. 2) mensa sive coenaculum semirotundum instar hemicycli vel C Latini.

σιγματίζω, Sigma crebrius usurpo.

σιγματισμός, οῦ, ὁ, litterae Σ crebrior usurpatio sive concursus.

σιγματοειδής, ές, (σίγμα et εἶδος) habens formam litterae Σ vel potius C.

σιγμός, οῦ, ὁ, (σίζω) stridor, ut ferri candentis, in aqua exstincti. 2) sibilus.

σίγυμνος, ὁ, i. q. σίγυνος, σιγύνη, Lyc. 556.

σιγύνη, ή, it. σιγύνης, ου, ὁ, (ῡ) et σίγυνος, ὁ, et σίγυνον, τό, venabulum, jaculum, telum hastae adsimile: jaculum Romanis usitatum, ut pilum.

σίδαρος, ὁ, Dor. p. σίδηρος, ferrum. Sic etiam in derivatis et compositis.

σίδη, ή, it. σίβδη, malum punicum, Dor. p. ῥοά, ῥοιά. 2) herba, nymphaea alba. (ι anceps.)

σιδηρεία, ας, ή, (σίδηρος) tractatio seu negotiatio ferri. 2) ars ferrum effodiendi.

σιδηρεῖον, ου, τό, fabri ferrarii officina, ferraria.

σιδήρειος, εία, ειον, ferreus. 2) ferri modo durus. 3) crudelis, immanis. 4) patientissimus.

σιδήρεος, έα, εον, contr. σιδηροῦς, ᾶ, οῦν, idem.

σιδηρεύς, έως, ὁ, faber ferrarius. A seq.

σιδηρεύω, f. εύσω, (σίδηρος) ferrum tracto.

σιδηρικός, ή, όν, ferrarius. ή σιδηρική, ῆς, sc. τέχνη, ars ferraria sive tractandi ferrum.

σιδήριον, ου, τό, ferrum, ferramentum, instrumentum ferreum.

σιδηρίτης, ου, ὁ, ferrarius. σιδηρίτης λίθος, magnes. v. seq. (⏑‒‒‒)

σιδηρῖτις, ιδος, ή, fabrilis, σιδηρῖτις γῆ, terra, ubi ferrum effoditur, σιδηρῖτις λίθος, magnes, et σιδηρῖτις, herba quaedam.

σιδηροβόλος, ον, (βάλλω) ferrum jaculans.

σιδηροβριθής, ές, (βρίθω) gravis ferro. epith. hastae. 2) ferreus.

σιδηροβρώς, ῶτος, ὁ, ή, (βιβρώσκω) ferrum edens, ferrum adedens.

σιδηροδάκτυλος, ον, ferreos digitos habens.

σιδηρόδεσμος, ον, ferreos nexus seu ferrea vincula habens.

σιδηρόδετος, ον, (δέω) ferro ligatus.

σιδηροδμής, ῆτος, ὁ, ή, (δαμάω) ferro occisus.

σιδηροθώραξ, ᾶκος, ὁ, ferrea lorica indutus.

σιδηροκμής, ῆτος, ὁ, ή, (κάμνω) e ferro factus, arte fabrili s. ferraria elaboratus.

σιδηροκόπος, ου, ὁ, (κόπτω) faber ferrarius.

σιδηρομήτωρ, ορος, ὁ, ή, quasi dicatur ferri mater, i. e. ferrum producens, epith. terrae.

σιδηρονόμος, ον, (νέμω) ferro dividens, i. e. vi utens et bello in disceptatione de possessionibus.

σιδηρόνωτος, ον, ferreum dorsum habens, i. e. aeratus et firmus; de scuto vel clypeo.

σιδηροπέδη, ή, pedica ferrea.

σιδηρόπλαγκτος, ον, (πλάζω) ferro demens, (in errorem conjectus, sive mentis, sive corporis, h. e. a bello coactus, e solo patrio emigrare, et in exsilio circumvagari.) dub.

σιδηρόπλακτος, ον, Dor. pro σιδηρόπληκτος, (πλήσσω) ferro percussus s. occisus.

σιδηρόπλαστος, ον, idem quod σιδηρόσπαρτος, Lucian.

σιδηροποίκιλος, ου, ὁ, lapis quidam.

σιδηρόπλοκος, ον, (πλέκω) e ferro plexus.

σιδηρόπτερος, ον, (πτερόν) alas ferreas habens.

σιδηροπώλης, ου, ὁ, ferri venditor.

σίδηρος, ου, ὁ, ferrum. 2) quicquid e ferro confectum est, ut ensis, telum, thorax ferreus etc. 3) officina ferraria, Attice.

Ap. Nic. invenitur ἡ σίδηρος, in plur. etiam occurrit τὰ σίδηρα.

σιδηρόσπαρτος, ον, ferro concitatus s. illatus, ut instrumentis chirurgicis aut tortoris, aut aliis. Lucian.

σιδηροτέκτων, ονος, ὁ, faber ferrarius.

σιδηρότευκτος, ον, (τεύχω) ferro factus.

σιδηροτόκος, ον, (τίκτω) ferrum gignens, ferri ferax.

σιδηροτομέω, f. ήσω, (τέμνω) serro, seco seu incido.

σιδηρουργεῖον, ου, τό, (σιδηρουργός) fodina ferraria, officina, fabrica ferraria.

σιδηρουργία, ας, ἡ, ars ferraria, fabrile opus.

σιδηρουργός, οῦ, ὁ, (σίδηρος, ἔργον) qui ferrum tractat, faber ferrarius.

σιδηροφορέω, f. ήσω, ferrum gesto, gladio accinctus sum, arma fero. A seq.

σιδηροφόρος, ον, (φέρω) ferri ferax.

σιδηρόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (σίδηρος, φρήν) ferreus animo, durus, immitis.

σιδηρόω, f. ώσω, (σίδηρος) ferro obduco, ferro praeligo.

σιδήρωμα, ατος, τό, ferrumen, ferramentum. A praec.

σιδιοειδής, ές, (σίδιον, εἶδος) pallidus, ut cortex mali Punici.

σιδιόεις, όεσσα, όεν, puniceus. A seq.

σίδιον, ου, τό, (σίδη) cortex seu putamen mali Punici.

σιδόεις, όεσσα, όεν, (σίδη) puniceus.

Σιδών, ῶνος, ἡ, Sidon, urbs Phoenicia.

Σιδών, όνος, ὁ, Sidonius.

σιελίζω, (σίελον) Ion. p. σιαλίζω.

σιελισμός, ὁ, Ion. p. σιαλισμός.

σιελιστήρια, ων, τά, fraena equorum spumam moventia mordentibus.

σίελον, ου, τό, saliva. Ion. p. σίαλον.

σίζω, f. σίσω, vel σίξω, pf. σέσιγα, strido, sibilo; de equis et animalibus aliis, quum placantur.

συντομία , *ας* , *ἡ* , oratio concisa seu succincta , brevitas , compendium. A seq.

σύντομος , *ον* , (*συντέμνω*) concisus , brevis , compendiarius , compendiosus. *τὰ σύντομα* , compendia viae.

συντόμως , adv. concise , breviter , compendiose. 2) brevi , actutum , continuo , sine mora. *συντομωτέρως* , adv. Compar. a praec. brevius , concisius.

συντονέω , intendo.

συντονία , *ας* , *ἡ* , contentio , firmitas et robur , continuus et non interruptus tenor. A seq.

σύντονος , *ον* , contentus , qui cum nervorum contentione fit , acer , vehemens. 2) concitatus , implacabilis.

συντονόω , eodem accentu noto.

συντόνως , adv. summa cum contentione , acriter , vehementer. 2) constanter.

συντορμόω , (*τόρμος*) fibula vel unco firmo.

συντορύνάω , (*τορυνάω*) confundo , conturbo.

συντραγῳδέω , f. *ήσω* , partes tragoediae ago.

συντράπεζος , *ον* , (*τράπεζα*) ejusdem mensae particeps , convictor.

συντραυλίζω , f. *ίσω* , simul balbutio.

σύντρεις , *οἱ* , *αἱ* , tres simul , terni , tres omnino.

συντρέπω , convolvo , converto.

συντρέφω , f. *θρέψω* , simul nutrio , simul educo.

συντρέχω , concurro , in unum concurro. 2) convenio , consentaneus sum , consentio. 3) adjuvo. 4) evenio ad alicujus voluntatem. Imperson. cum Dat. *συντρέχει* , concurrit , competit. v. *συνθέω*.

σύντρησις , *εως* , *ἡ* , (*συντιτράω*) perforatio.

σύντρητος , *ον* , perforatus.

συντριαινόω , tridente concutio.

συντριβή , *ῆς* , *ἡ* , contritio , contusio , confractio. A seq.

συντριβής , *ές* , familiaris , Hesych. A seq.

συντρίβω , f. *ψω* , contero , contundo , comminuo , confringo , quasso. 2) attero , crucio , vexo , labore , dolore et tristitia veluti contero et contundo : fatigo. *συντετριμμένος* , confectus , attritus , tribulatus : contritus usu et consuetudine cum aliquo. (‒ ‒ ‒)

συντριηραρχέω , trierarchiae sum socius , simul cum alio trierarchi munere fungor. vide *τριηραρχέω*.

συντριήραρχος , *ὁ* , qui in eadem est trierarchia.

σύντριμμα , *ατος* , *τό* , (*συντρίβω*) contritio , contusio , confractio. 2) pernicies.

συντριμμός , *οῦ* , *ὁ* , idem et ab eod. LXX.

σύντριψ , *βος* , *ἡ* , idem. 2) *ὁ* , cum aliquo familiaritate conjunctus.

σύντριψις , *εως* , *ἡ* , contritio , plaga.

συντροφία , *ας* , *ἡ* , communis educatio , nutritionis communitas , convictus , sodalitium. A seq.

σύντροφος , *ον* , (*τρέφω*) simul nutritus et educatus , conlactaneus.

συντροχάζω et *συντροχάω* , f. *άσω* , concurro , simul curro ; in unum concurro. 2) occurro , obvius fio.

συντρυφάω , f. *ήσω* , una luxuriae deditus sum , luxuriose vivo , in deliciis vitam ago.

συντυγχάνω , occurro , obviam fio. 2) convenio , adeo. 3) colloquor , commercium et consuetudinem habeo. 4) accido , evenio. *συντυχών* , congressus , collocutus. aor. 2. part. *τὸ συντυχόν* , obvium ; de cibo : quivis , quicunque datur , vulgaris.

συντυμβωρυχέω , f. *ήσω* , una busta eruo , spolio.

συντυραννέω , tyrannidis consors sum , una tyrannidem exerceo.

συντυραννοκτονέω , f. *ήσω* , una tyrannum interficio.

συντύραννος , *ον* , vel Subst. *ὁ* , tyrannici dominatus particeps ; in tyrannide socius.

συντυρόω , (*τυρός*) quasi dicatur in caseum cogo , commisceo , confundo. *συντυρεύμενα* , coagulata , coagmentata. Vox Aristophanica.

συντυχία , *ας* , *ἡ* , (*συντυγχάνω*) occursus. 2) colloquium , congressus. 3) eventus , casus fortuitus. 4) dicitur et per periphrasin ; (ut *συντυχία τῆς χρείας* , pro *χρεία*). 5) de re , quae fieri solet. 6) *κατὰ συντυχίαν* , forte , casu.

συνυθλέω , nugor , sed de pluribus.

συνυμεναιόω , (*ὑμέναιος*) una hymenaeum cano , nuptias concelebro.

συνυμνέω , una cano , una celebro.

συνυπάγω , subjicio , addo , advecto. idem quod *συνυποφέρω*. Vox Gramm.

συνυπακούω , idem quod *ὑπακούω* , Polyb.

συνυπαρκτος , *ον* , qui simul est , qui simul exsistit. Vox Eccl.

συνύπαρξις , *εως* , *ἡ* , (*συνυπάρχω*) coexsistentia. Vox Eccl.

συνύπαρχος , *ου* , *ὁ* , collega praefecti.

συνυπάρχω , pro *ὑπάρχω* , Polyb. 2) adjunctus sum. 3) simul vel una sum. Vox Eccl.

συνυπατεύω , sum collega in consulatu.

συνύπατος , *ου* , *ὁ* , collega in consulatu.

συνυπερβάλλω , una transeo , trajicio.

συνυπηρετέω , simul ministro , vel simpliciter ministro.

συνυπηχέω , adstrepo , accino.

συνυποβάλλω , prosum , confero ad quid Clemens Alex. nisi leg. *συνεπιβάλλω*.

συνυποδείκνυμι , demonstro , ostendo.

συνυποδύομαι , simul subeo.

συνυποζεύγνυμι , eidem jugo adjungo.

συνυποκορίζομαι , idem quod *ὑποκορίζομαι*.

συνυποκρίνομαι , cum Dat. simul simulo. 2) simulatione utor. 3) accommodo me rebus (?)

συνυπονοέω , v. *συνεπινοέω* , cogito , intelligo.

συνυποπίπτω , una subjicior , s. una intelligor. Vox Dialect.

συνυπόστατος , *ὁ* , consubstantialis. Vox Eccl.

συνυποτίθεμαι , sumo aliquid in argumentando , unde aliud colligam.

συνυπουργέω , una subservio , una operam confero , adjuvo.

συνυποφέρω , v. *συνυπάγω*. Vox Gramm.

συνυποχωρέω , f. *ήσω* , reddo in meum locum.

συνυφαίνω , contexo , attexo. 2) connecto. 3) molior.

συνύφασμα , *ατος* , *τό* , contextus. A pr.

συνύφανσις , *εως* , *ἡ* , contextio.

συνυφή , *ῆς* , *ἡ* , (*ὑφή*) contextus , tela.

συνυφής , *ές* , contextus.

συνυφίσταμαι , subsisto , i. e. una in rerum natura sum. 2) una suscipio ac fero.

συνυψόω , una exalto , tollo.

συνῳδή , *ῆς* , *ἡ* , concentus , Philox.

συνῳδία , *ας* , *ἡ* , (*συνῳδός*) concentus.

συνωδίνω , una parturio , et parturio , et metaph. simul dolore adficior. 2) parturio , vel parturientis modo crucior simpl. ut ap. Paullum. Rom. 8. (⏑ ‒ ‒ ‒)

συνῳδός , *οῦ* , *ὁ* , *ἡ* , concentor. 2) non absonus , congruus , consentaneus.

συνωθέω , simul detrudo. 2) contrudo , trudendo in unum locum cogo , coarcto , compello , impello.

συνώθησις , *εως* , *ἡ* , compulsio. A pr.

συνωμία , *ας* , *ἡ* , (*ὦμος*) compages humerorum vel armorum. *συνωμίαι* , scapulae.

συνωμοσία , *ας* , *ἡ* , (*συνόμνυμι*) conjuratio , conspiratio , perduellio.

συνωμόσιον , *ου* , *τό* , idem et ab eod.

συνωμότης , *ου* , *ὁ* , conjuratus , conjurationis socius. Ab eod.

συνωμοτικῶς , adv. facta conjuratione seu conspiratione. Ab eod.

συνώμοτον , *ου* , *τό* , jusjurandum.

συνώμοτος , *ον* , (*συνόμνυμι*) conjuratus.

συνωνέομαι , f. *ήσομαι* , coëmo. *συνωνήσασθαι* , comparare , Philox. 2) una emo , in emendo adjuvo.

συνωνυμία , *ας* , *ἡ* , nominis cum alio in significatione communio. 2) Figura rhetorica , qua vocabula idem significantia conjunguntur. A seq.

συνώνυμος , *ον* , (*ὄνομα*) nomen commune habens , idem significans.

συνωνυμοῦντως , adv. idem quod sequens.

συνωνύμως , adv. (*συνώνυμος*) eadem diversorum vocabulorum significatione.

συνωριαστής , *οῦ* , *ὁ* , (*συνωρίς*) bigarum auriga seu agitator.

συνωρίζω , (*συνωρίς*) conjungo , proprie par equorum. Med. trop. *ξυνωρίζου χέρα* , junge mihi dextram , Eur.

συνωρικεύομαι , bigas agito.

συνωρίς , *ίδος* , *ἡ* , (a *συνάρω* , coapto) bijuges equi , par equorum aut mulorum currum trahentium , Gl. Vet. biga , bigae. *συνωρίδες* , bigae , Gl. Vet. 2) par quodcunque , ut liberorum , amicorum etc. melius scribes *ξυνωρίς*.

σύνωσις , *εως* , *ἡ* , (*συνωθέω*) compulsio ,

conrectatio.

συνωφελέω, f. ήσω, una prosum seu adjuvo.

συνωχαδόν, adv. poet. p. *συνοχηδόν*, continenter, continuo.

συξέω (rectius *συγξέω*) caedo, rado, laevigo, torno, ut arcte cohaerere possint, ut λίθοι *συνεξεσμένοι*. Et hinc λέξεις *συνεξεσμέναι*, quae non aspere concurrunt.

συοβαύβαλος, ὁ, et

συόβαυνος, ὁ, (βαῦνος, σῦς) hara.

Συοβοιωτοί, οἱ, convicium in Boeotos a Cratino usurpatum, Pors. Hec. p. LXV.

συοδήλητος, ον, (δηλέω) a sue interfectus vel laesus.

συοθήρας, ου, ὁ, (θηράω) venator suum.

συοκτασίη, ης, ἡ, Ion. pro *συοκτασία*, (σῦς, κτείνω) suis mactatio seu caedes.

συοκτονία, ας, ἡ, idem et ex iisd.

συοτρόφος, ον, apros nutriens.

συοφόντης, ου, ὁ, (φόνος) suum occisor.

συοφόντις, ιδος, ἡ, suum interfectrix. A praec.

συοφορβέω, simul cum suibus pasco. *mel.* *συφ.* οἱ *συοφορβούμενοι*, qui pascuntur (habentur) ut sues.

συοφόρβιον, ου, τό, grex suum pascentium. *mel.* *συφ.* 2) hara.

συοφορβός, οῦ, ὁ, (φορβή, φέρβω) subulcus, *mel.* *συφορβός*.

σύρβα, adv. i. q. *τύρβα*, q. v.

σύρβη, ης, ἡ, tumultus. Aeol. pro *τύρβη*. 2) a *σύρω*, i. q. *σύρμα*, *συρμός*, *σύρφαξ*.

συρβηνεύς, έως, ὁ, tumultuosus, ut hinc sit *συρβηνέων* χορός, apud Athen. chorus tumultuantium, aut est part. verb. *συρβηνέω*. A pr.

συρβηνός, όν, (σύρβη) turbulentus, tumultuosus.

συργάστρος, ου, et *συργάστωρ*, ορος, ὁ, (σύρω, γαστήρ) operarius. 2) serpentis genus.

σύρδην, adv. (σύρω) tractim. 2) funditus, impetuose.

συριγγίας, ου, ὁ, (σῦριγξ) fistularis, ad fistulas accommodatus, ut *συριγγίας* κάλαμος.

συρίγγιον, ου, τό, parva fistula: canna, etiam ulcus. Dim. a *σῦριγξ*.

συριγγόω, f. ώσω, in fistulam excavo.

συριγγώδης, ες, fistulosus aut cavernosus, et perforatus.

σύριγμα, ατος, τό, sibilus, sonitus seu stridor, qui sibilando, vel etiam fistulando editur, item venti. (– – ⏑)

συριγματώδης, ες, sono fistulae similis. A praec.

συριγμός, οῦ, ὁ, idem quod *σύριγμα*.

σῦριγξ, ιγγος, ἡ, fistula pastoritia ex arundine. 2) quidquid fistulosum siphonis modo et cavernosum, ut in rota cavum, cui axis inseritur, venae colli et pedis grandiores, fistula putris in corpore, cavernae terrae profundae etc. sed inpr. 3) *σύριγγες* sunt cuniculi in opere militari. 4) fornices, viae tectae, (– –)

συρίζω, f. ίσω, v. *συρίττω*.

Συρίζω, f. ίσω, (Σύρος) Syriace loquor aut ago. 2) Syrorum modo sum molliculus, aut fraudulentus.

Συρογενής, ές, (Συρία, γένος) Syrius origine seu genere, in Syria natus, Syrus.

συρικτήρ, ῆρος, ὁ, i. q. *συριστής*, Dor.

συρικτής, οῦ, ὁ, (συρίσσω) Dor. p. *συριστής*, sibilator. 2) fistulator, qui fistula ludit.

Συρίσδω, Dor. pro *Συρίζω*.

σύρισμα, ατος, τό, (συρίζω) fistulae cantus, aut sonus; item fistula.

συρισμός, οῦ, ὁ, sibilus, stridor.

συριστής, οῦ, ὁ, fistulator.

Συριστί, adv. (Συρίζω) Syriace.

συρίττω, f. ξω, sibilo, sibilum edo. 2) sibilo ejicio, exsibilo, sibilo explodo. 3) fistula cano.

σύρμα, ατος, τό, (σύρω) quod trahitur seu attrahitur, inpr. vestis caudata. *σύρματα*, sive pars vestis muliebris, quae per terram trahitur, Lat. syrma. 2) *σύρματα*, stramenta, paleae, quae rastris corraduntur, et alia purgamenta, sordes, quae scopis. 3) tractus, impetus, ut venti, fluctuum, imbris etc.

συρμαία, ας, ἡ, raphanus, et succus maxime raphani, ciendae alvo aptus. 2) cibi peculiaris genus ex adipe et melle. 3) potus ex aqua et sale, purgationi serviens. A praec.

συρμαΐζω, f. ίσω, ventrem purgo succo raphani. A praec.

συρμαιοπώλης, ου, ὁ, (συρμαία, πωλέω) raphanorum venditor.

συρμαϊσμός, ου, ὁ, (συρμαΐζω) vacuatio alvi per succum raphani.

συρματίς, ίδος, ἡ, (σύρμα) quae stipulas rastro vel sordes scopis coacervat.

συρμός, οῦ, ὁ, (σύρω) tractus, impetus, ut venti, (turbo), fluctuum.

συρομένως, adv. vid. *σύρδην*.

Συροπέρδιξ, ῑκος, ὁ, (Σύρος, πέρδιξ) nomen avis.

Σύρος, ὁ, Syrus.

Συροφοίνιξ, ῑκος, ὁ, Syrophoenix.

Συροφοίνισσα, ης, ἡ, Syrophoenissa, e Syrophoenice oriunda. Fem. a praec.

συρραδιουργέω, (σύν, ῥᾳδιουργέω) una facinus, fraudem patro vel molior.

συρραθαγέω, confringo, contero, collido.

σύρραξις, εως, ἡ, (συῤῥάσσω) conflictus.

συρραπτός, ή, όν, consutus.

συρράπτω, f. ψω, consuo, simul suo, consarcino.

συρράσσω, Att. άττω, f. ξω, i. q. *συρρήγνυμι*.

συρραφεύς, έως, ὁ, (συρράπτω) sartor, consarcinator.

συρραφή, ῆς, ἡ, (συρράπτω) consarcinatio. 2) metaph. excogitatio v. c. fraudum, mendaciorum.

συρρέζω, f. ξω, (ῥέζω, irr.) una facio.

συρρέμβομαι, una vagor.

συρρέπω, devergo, inclino. metaph. de cogitatione, dirigo animum aliquo.

σύρρευσις, εως, ἡ, confluxio, colluvies. A seq.

συρρέω, confluo. *συρρυείς*, qui confluxit. aor. 2.

σύρρηγμα, τό, conflictus. a seq.

συρρήγνυμι, vel *συρρηγνύω*, f. ξω, confringo. 2) committo, sc. bellum, concito. 3) confligo, quo sensu (n. 2. 3.) proprie in medio dicitur: *συνερρωγὼς* πόλεμος, bellum conflatum, inchoatum.

σύρρηξις, εως, ἡ, conflictus. A praec.

συρριζόομαι, simul radices ago.

σύρριζος, ον, cujus radices inter se serpunt.

συρρίπτω, conjicio in unum locum.

συρροή, ῆς, ἡ, (συρρέω) confluxio, confluens, confluvium, colluvies.

σύρροια, ας, ἡ, confluxio.

σύρρους, ου, ὁ, (ῥόος) locus ubi aqua confluit.

σύρρυσις, εως, ἡ, idem quod *συρροή*.

σύρσις, εως, ἡ, (σύρω) tractio, tractus.

σύρτης, ου, ὁ, (σύρω) qui trahit, ut funis, habenae.

Σύρτις, εως, ἡ, (σύρω) Syrtis, quoniam ibi arenae a ventis horsum prorsum aguntur et velut trahuntur.

συρτός, ή, όν, (σύρω) tractus, qui trahitur, quasi dicatur tractilis.

σύρφαξ, ᾶκος, ὁ, (σύρω) vilis et abjecta populi multitudo, plebis colluvies. 2) adj. i. q. *συρφετώδης*.

συρφετός, οῦ, ὁ, (σύρω) sordes, purgamenta, rastro aut scopis, aut a ventis, corrosa. 2) turba vilis, plebis colluvies.

συρφετώδης, ες, (εἶδος) e variis sordibus mixtus. 2) vilis, abjectus, plebejus. 3) inconditus, incompositus, Epith. plebis.

σύρφος, ὁ, i. q. *σέρφος*.

σύρφος, εος, τό, (σύρω) i. q. *συρφετός*.

σύρω, traho. 2) vexo, rapto. Proprie rastris in unum acervum contraho, scopis detraho sordes e pariete. vid. *συρφετός*. (– –)

σῦς, συός, ὁ, vel ἡ, sus, porcus. *σῦς* κάπριος vel *σῦς* κάπρος, Hom. *σῦς* ἄγριος, Att. aper.

συσβέννυμι, simul exstinguo.

συσκάπτω, f. ψω, simul fodio. 2) terram accumulo, pastino.

συσκεδάννυμι, f. δάσω, it. *συσκεδαννύω*, una dissipo, dispergo simul. 2) dissipo, dispergo prorsus.

σύσκεμμα, τό, (συσκέπτομαι) cogitatio, consideratio, deliberatio.

συσκεπάζω, contego.

συσκέπτομαι, f. ψομαι, consulto cum alio.

συσκευάζω, f. άσω, in fasciculum colligo, in unam sarcinam connecto. 2) compilo. 3) subdole struo fraudes, insidias. Med. vasa colligo. 2) apparo, instituo, comparo. 3) insidias struo, insidiis capto. 4) per insidias capio, in potestatem redigo.

συσκευασία, ας, ἡ, apparatus. 2) vasorum collectio itineris caussa. A praec.

συσκευαστής, οῦ, ὁ, structor, machinator, concinnator, architectus. Ab eod.

συσκευή, ῆς, ἡ, fraudulenta molitio, insidiarum machinatio, captatio. 2) consilium.

συσκευοφορέω, una vasa porto.

συσκευωρέω, una dolose machinor, commolior.

συσκηνάω, i. q. *συσκηνέω*.

συσκηνέω, contubernalis sum, in eodem tabernaculo habito, una sum. 2) convivor; utor epulo communi.

συσκηνητήρ, ῆρος, ὁ, contubernalis.

συσκηνήτρια, ας, ἡ, contubernalis. Femin. a praec.

συσκηνία, ἡ, contubernium, *συσσιτία*, Xen. h. gr. 5, 3, 20.

συσκήνιον, τό, sodalitas. Plur. τὰ *συσκήνια*, convictorum sodalitia, convivia publica, communes civium epulae, quae alias apud Lacedaemonios dicuntur φιδίτια, apud Athenienses *συσσίτια*, apud Cretenses ἀνδρεῖα s. ἄνδρια. Xenoph. Lacon. 5, 1.

συσκηνόω, f. ώσω, idem quod *συσκηνέω*.

σύσκηνος, ον, contubernalis.

συσκιάζω, f. άσω, obumbro, opaco, inumbro, obnubo, occulto, obtego, tene-

bris et caligine obduco.

συσκίασις, εως, ἡ, obumbratio. A pr.

συσκίασμα, ατος, τό, obumbratio, umbraculum, velamen. Ab eod.

συσσκιασμός, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

σύσκιος, ον, (σκιά) umbrosus, opacus, umbra tectus.

συσκιρτάω, (σκιρτάω) simul salio.

συσκοπέω, una considero.

συσκοτάζω, f. άσω, obnubilo. συσκοτάζει, intell. Θεός, advesperascit, tenebrat. συνεσκόταζε, advesperascebat, imperf.

συσκυθρωπάζω, pariter tristi vultu sum.

συσπαράσσω, Att. άττω, f. ξω, concerpo, discerpo, lacero.

σύσπασις, εως, ἡ, (συσπάω) contractio, convulsio.

σύσπαστος, ον, contractus, qui contrahi potest. A seq.

συσπάω, f. άσω, attraho, simul pertraho. 2) contraho, adduco, contorqueo, convello. 3) consuo, futura constringo.

συσπειράω, in spiram colligo, convolvo. 3) conglomero, condenso, conglobo.

συσπείρω, (σπείρω) consero.

συσπένδω, f. σπείσω, simul libo.

συσπεύδω, f. εύσω, una celeritatem adhibeo. 2) studiose cum aliis alicui faveo, meamque operam navo. 3) aemulor cum aliquo.

συσπλαγχνεύω, exta simul edo.

συσποδέω, (σποδέω) concido. Hesych.

συσπουδάζω, f. άσω, idem quod συσπεύδω.

συσπουδαστικός, ὁ, aemulus ejusdem studii. A praec.

σύσπονδος, ὁ, (συσπένδω) qui una libat.

συσσαίνομαι, adulor vel blandior. it. colloquor in familiari conventu. Polyb.

συσσαρκία, ας, ἡ, (σάρξ) carnis bonitas, firmitas, coalescentia carnis.

συσσαρκόω, f. ώσω, facio, ut caro cum carne coalescat.

συσσάρκωσις, εως, ἡ, carnis compactio. Ab ant.

συσσάττω, f. ξω, (σάττω) constipo.

συσσεισμός, οῦ, ὁ, concussio, ut in terrae motu. 2) turbo. A seq.

συσσείω, f. είσω, concutio, commoveo.

συσσεύω, f. εύσω, idem.

συσσημαίνομαι, obsigno, signo ratum facio aut certum; ap. Rhet. Gr.

σύσσημον, ου, τό, omne signum, de quo inter duos pluresve convenit: signum simpl. 2) tessera. 3) insigne. A seq.

σύσσημος, ον, (σῆμα) significans.

συσσήπω, f. ψω, putrefacio. 2) macero.

συσσιτέω, f. ήσω, una cibum capio, convictor sum. 2) contubernalis sum, in contubernio alicujus sum.

συσσιτία, ας, ἡ, (σύσσιτος) convictus, sodalitas.

συσσιτικός, ή, όν, ad convictum pertinens.

συσσίτιον, ου, τό, contubernium et hominum eadem quadra viventium coetus. 2) commune et publicum convivium. (‒ ‒ ⏑ ⏑)

συσσιτοποιέω, pinso, vel cibum concinno.

σύσσιτος, ον, (σῖτος) simul cibum capiens, convictor, sodalis.

σύσσοια, et συσσοή, ἡ, corporum plurium motus versus eundem locum. Vox Democrit. A seq.

συσσοῦμαι, (σοῦμαι, irr.) versus eundem locum moveor, de pluribus.

συσσύρω, divexo, contumeliose tracto. (‒ ‒ ‒)

συσσώζω, f. ώσω, servo, conservo. 2) contineo et stringo, ne dilabatur. 3) omnia simul accurate observo.

συσσωματοποιέω, in unum corpus cogo.

σύσσωμος, ον, (σῶμα) qui ejusdem corporis est, ejusdem corporis particeps.

συσσωρεύω, f. εύσω, coacervo.

συσσωφρονέω, una pariter recte ago, sapio etc.

συστάδες, ων, αἱ, (συνίσταμαι) ut συστάδες ἄμπελοι, vites sine ordine plantatae. v. συστάς.

συστάδην, adv. (συνίσταμαι) cominus.

σύσταδόν, adv. idem ab eod.

συσταθεύω, (σταθεύω) penitus asso, torreo: etiam metaph.

συσταθμία, ας, ἡ, aequalitas ponderis.

σύσταθμος, ον, (σταθμός) ejusdem cum aliquo ponderis.

συσταλτικός, ή, όν, (συστέλλω) contrahendi vim habens.

συσταμνίζω, (στάμνος) confundo, proprie, in unum urceum, s. poculum.

συστάς, άδος, ἡ, (συνίστημι) cisterna, ubi aqua consistit. v. συστάδες.

συστασιάζω, f. άσω, seditionis socius sum.

συστασιαστής, οῦ, ὁ, socius seditionis. A praec.

σύστασις, εως, ἡ, (συνίστημι) constitutio. 2) coagmentatio, compositio. it. coagmentum, concrementum, crassitudo, concretio, 3) origo rei, ortus, initium. sic Polyb. et Philo saepe. 4) substantia, natura, ut σύστασις θνητή. 5) natura rei. 6) confirmatio per argumenta. 7) conciliatio animorum ad concordiam, amicitia et concordia ipsa. 8) coitio, conspiratio. 9) coetus, conventus. 10) commendatio.

συστασιώτης, ου, ὁ, factionis particeps seu socius.

συστατικός, ή, όν, (συνίστημι) constituendi et compingendi vim habens. 2) commendatitius. τὰ συστατικά, sc. γράμματα, commendatitiae literae.

συσταυρόω, f. ώσω, una crucifigo, una in crucem tollo.

συστεγάζω, f. άσω, contego, operio.

συστέλλω, f. ελῶ, p. συνέσταλκα, compono, coarcto, coërceo: contraho, compesco. 2) consterno. 3) compono, ut mortuum. 4) ἐμαυτόν, minus facio quam possim, submitto me. 5) corripio, syllabam pronuncio brevem. 6) compono vultum.

συστενάζω, f. ξω, congemisco, gemo simpliciter.

σύστενος, (στενός) angustus, in arctum coactus.

συστενοχωρέω, in angustum cogo.

συστεφανηφορέω, simul coronam gesto.

συστεφανόω, f. ώσω, simul corono, vel simpliciter, corono.

σύστημα, ατος, τό, (συνίσταμαι) coagmentatio, concretio, compages, compositio, collectio. 2) coetus, conventus, collegium, globus, manus militum. 3) acervus, cumulus, multitudo. 4) opus quodlibet arte compositum. In Musicis, corpus e consonantiarum conjunctione consistens.

συστηματικός, ή, όν, collectitius. 2) q. d. acervalis. 3) ad σύστημα pertinens. 4) arte compositus in certum corpus. A praec.

συστοιχέω, f. ήσω, (σύστοιχος) ejusdem ordinis sum, in eadem serie seu eodem versu sum collocatus, conjunctus. v. συζυγέω. 2) respondeo, congruo, similis sum, convenio. v. στοιχέω.

συστοιχία, ας, ἡ, conjugatio militum. 3) series in altum porrecta, pendentem catenam referens. 3) quaevis seriei seu ordinis rerum communio, cognatio, natura, convenientia; item ordo, genus. A praec.

σύστοιχος, ον, (στοῖχος) qui ejusdem est ordinis seu seriei. 2) conjunctus, vicinus. 3) similis. τὰ σύστοιχα, Gramm. Conjugata, Dial. quae sibi analogia quadam respondent.

συστοίχως, adv. eodem ordine et serie. A praec.

συστολέω, idem quod συστολίζω.

συστολή, ῆς, ἡ, (συστέλλω) contractio, coarctatio. 2) parsimonia. 3) correptio. Figura grammatica, qua syllaba longa in versu corripitur.

συστολίζω, f. ίσω, apparo, adorno, orno.

σύστομος, ον, (στόμα) os habens sensim compressum et contractum. 2) mutus, elinguis.

συστομόω, f. ώσω, os contraho, ostium constringo et coangusto. 2) in fauces contraho. A pr.

συστοχάζομαι, idem quod simplex.

συστρατεία, ας, ἡ, communis militia, contubernium. A seq.

συστρατεύω, et εύομαι, una expeditionem suscipio, in bellum una proficiscor, simul milito.

συστρατηγέω, f. ήσω, una exercitum duco, collega imperatoris seu ducis exercitus sum.

συστράτηγος, ου, ὁ, collega imperii militaris, aut collega in praetura.

συστρατιώτης, ου, ὁ, commilito.

συστρατοπεδεύομαι, una eodem loco castra pono.

σύστρεμμα, ατος, τό, (συστρέφω) coagmentum compactile, globus, involutio, vortex. 2) agmen, manus, globus hominum, militum. 3) agmen, globus seditiosorum. 4) tumultus e concursu hominum.

συστρεμματάρχης, ου, ὁ, (ἄρχω) praefectus agmini militum. 2) dux seditiosorum.

συστρεμμάτιον, ου, τό, globulus. 2) vortex. Dim. a σύστρεμμα.

συστρεπτικός, ή, όν, qui cogit et condensat. ap. Hippocr. A seq.

συστρέφω, f. ψω, contorqueo, convolvo in fascem, seu collectum contorqueo, colligo, cogo, coacervo, conglobo, contraho, conglomero. 2) converto. Pass. est etiam, congredior, versor cum aliquo. item, coitiones facio, seditionem commoveo, tumultuor, impetum facio. συνεστραμμένος, convolutus, conjunctus, constipatus.

συστροβέω, concito.

συστρογγυλίζω, f. ίσω, corrotundo, conglobo.

συστρογγύλλω, idem.

συστροφή, ῆς, (συστρέφω) conversio et involutio in orbem, vortex, vertigo. 2) tumultuosa et seditiosa turba, concursus seditiosus, turbulentus. 3) multitudo hominum, caterva. 4) vehementia, ut venti.

συστροφία, ας, ἡ, vis acriter et vehementer agentis, contentio, impetus actionis. 2) consuetudo cum aliquo. A pr.

σύστρεφος, ον, (*στρέφω*) contortus. 2) qui in gyrum agitur, vertiginosus. 3) versutus, callidus.

συστυγνάζω, diffido.

σύστυλος, ον, columnas habens, e columnis compositus.

συστύφω, (*στύφω*) contraho. (---)

συσφάζω, f. ξω, una macto s. interficio.

συσφαιρίζω, f. ίσω, una cum aliis pila ludo.

συσφαιριστής, ὁ, collusor pilae. A pr.

συσφαιρόω, f. ώσω, conglobo, rotundo.

συσφάλλω, (*σφάλλω*) simul labefacto vel cadere facio. Med. simul cado, una erro.

συσφάττω, f. ξω, simul jugulo seu macto.

συσφηκόω, quod confusum erat, informo, compono. 2) *coasso*, clavis configo. vid. σφηκόω.

συσφηνόω, (*σφηνόω*) cuneo compingo, comprimo.

συσφίγγω, f. ξω, constringo, constringendo cogo et contraho.

συσφιγκτήρ, ῆρος, ὁ, vestis constringens corpus, quasi dicatur constrictorium. A praec.

συσφιγκτόν, οῦ, τό, uncinus.

σύσφιγκτος, ον, constrictus.

σύσφιγμα, ατος, τό, constrictio.

σύσφιγξις, εως, ἡ, (*συσφίγγω*) constrictio, succingulum.

συσφραγίζω, f. ίσω, obsigno.

συσχετήριον, τό, (*συνέχω*) cavea, qua quid retinetur.

συσχηματίζω, f. ίσω, configuro, conformo. Med. *συσχηματίζομαι*, me accommodo.

συσχηματισμός, ὁ, positio astrorum in coelo.

συσχολάζω, f. άσω, simul otior, una ferior. 2) sum condiscipulus.

σύσχολος, ον, (*σχολή*) simul otiosus.

συσχολαστής, οῦ, ὁ, condiscipulus, Plut., Strab. A pr.

σύτο, 3 aor. syncop. vel plqpf. p. a σεύω.

σῦφαρ, τό, exuviae anguis vel cicadae. 2) pellicula rugosa, lacti innatans. 3) rugosa et exsucca pellis senum. 4) decrepitus senex. 5) denique etiam cutis simpliciter.

συφειός, οῦ, ὁ, poet. pro συφεός.

συφεός, οῦ, ὁ, (*σῦς*) hara, suile.

συφεών, ῶνος, ὁ, idem, Gl. Vet. A pr.

συφόρβιον, ου, τό, (*σῦς*, *φέρβω*) grex suum, qui pascuntur. 2) hara.

συφορβός, οῦ, ὁ, (*σῦς*, *φέρβω*) subulcus.

συφός, ὁ, i. q. συφεός, Lyc.

συχνάζω, f. άσω, (*συχνός*) denso, spisso, frequento.

συχνάκις, adv. (*συχνός*) saepe.

συχνός, ή, όν, (*συνεχής*) frequens, creber, multus, copiosus, spissus, confertus, continuus.

συχνῶς, adv. crebro, adsidue.

* *σύω*, * *σύομαι*, thema obsoletum, unde tempora quaedam verbi σεύω.

συώδης, ες, (*σῦς*, *εἶδος*) porcinus, suillus.

σφαγεῖον, ου, τό, (*σφάζω*) vas, quo jugulatae pecudis sanguis excipitur. 2) victima.

σφαγεύς, έως, ὁ, (*σφάζω*) jugulator, mactator, percussor: sicarius. 2) gladius.

σφαγή, ῆς, ἡ, (*σφάζω*) jugulatio, mactatio, occisio, intercisio, caedes. 2) jugulus seu jugulum.

σφαγία, ας, ἡ, dies sacrificii, qua sacra fiunt mactatis victimis. 2) caedes promiscua victorum; Plato. A pr.

σφαγιάζω, f. άσω, et άσομαι, (*σφάγιον*) victimas jugulo, hostias macto, seu victimis mactatis sacrifico.

σφαγιασμός, οῦ, ὁ, mactatio, trucidatio. A pr.

σφαγιαστήριον, τό, i. q. σφαγεῖον.

σφαγίδιον, ου, τό, cultellus, quo jugulatur pecus, culter coquorum. Dimin. a σφαγίς.

σφάγιον, ου, τό, (*σφαγή*, *σφάζω*) victima, hostia. 2) bostia, quae jugulatur vel mactatur. 3) locus vel vas, quo excipitur sanguis victimarum. vid. σφαγεῖον.

σφαγίς, ίδος, ὁ, (*σφάζω*) culter, quo resolvunt seu feriunt jugulos pecorum mactandorum, *secaespita*. 2) jugulatio.

σφαγίτης, ου, ὁ, (*σφαγή*) jugularis, ad jugulum pertinens. (ῑ)

σφαγῖτις, ιδος, ἡ, jugularis, ut σφαγίτιδες φλέβες, venae jugulares. A pr.

σφαδάζω, f. άσω, pedes jacto, palpito, de morientibus. 2) difficulter morior. 3) indignor, graviter irascor, proprie cum supplosione pedum. 4) calcitro.

σφαδανός, ή, όν, v. l. Il. 11, 165. 16, 372. pro σφεδανός, vehemens, terribilis.

σφάδασμα, τό, i. q. σφαδασμός.

σφαδασμός, οῦ, ὁ, (*σφαδάζω*) pedum jactatio, palpitatio inprimis moribundi. 2) ira vehementior.

σφάζω, f. σφάξω, aor. 1. p. ἐσφάχθην, Hdt. et Pind. aor. 2. p. ἐσφάγην, Attice, jugulo. 2) caedo, interficio, trucido, neco, occido.

σφαῖρα, ας, ἡ, sphaera, globus, pila.

σφαιρηδόν, adv. in modum pilae seu pilulae. A pr.

σφαιρίδιον, ου, τό, pilula. Dim. a σφαῖρα.

σφαιρίζω, f. ίσω, (*σφαῖρα*) pila ludo.

σφαιρικός, ή, όν, ad sphaeram pertinens, sphaerae seu globi proprius. 2) globosus, sphaerae formam habens.

σφαιρικῶς, adv. modo sphaerae, globi, pilae.

σφαιρίον, ου, τό, globulus, pilula. Dimin. a σφαῖρα.

σφαίρισις, εως, ἡ, (*σφαιρίζω*) lusus pilaris, ludus pilae.

σφαίρισμα, ατος, τό, idem et ab eod.

σφαιριστήριον, ου, τό, locus, in quo pila luditur, sphaeristerium. A seq.

σφαιριστής, οῦ, ὁ, qui pila ludit, qui callet artem ludendi pila, pilarius. Ab eodem.

σφαιριστικός, ή, όν, pertinens ad σφαιριστήν. 2) peritus pila ludendi. ἡ σφαιριστική, ῆς, scil. τέχνη, ars s. peritia ludendi pila. v. σφαιρητικός. A pr.

σφαιρίστρα, ας, ἡ, (*σφαιρίζω*) sphaeristerium.

σφαιρίτης, ου, ὁ, (*σφαῖρα*) rotundus, globosus. fem. σφαιρῖτις, ιδος, ut σφαιρῖτις κυπάρισσος, cupressus conifera.

σφαιροειδής, ές, (*σφαῖρα*, *εἶδος*) sphaerae similis, pilae speciem gerens, globosus, pilaris.

σφαιροειδῶς, adv. in modum pilae, seu globi, in orbem. A pr.

σφαιρομαχέω, f. ήσω, (*μάχομαι*) pila ludo. 2) pila cum aliquo certo. 3) caestu pugno.

σφαιρομαχία, ας, ἡ, pugna pilaris. 2) pilaris lusio. 3) pugilum certamen, quod fit caestu; ob insertos plumbeos globulos.

σφαιροπαικτέω, pila ludo. A seq.

σφαιροπαίκτης, ου, ὁ, (*παίζω*) lusor pilae.

σφαιροποιέω, sphaeram facio.

σφαιροποιός, οῦ, ὁ, qui pilas facit. A praec.

σφαιρόω, f. ώσω, (*σφαῖρα*) conglobo, in pilam cogo, in rotundam et globosam massam conformo. 2) praepilo, pilam gladii vel hastae cuspidi praefigo.

σφαίρωμα, ατος, τό, massa rotunda seu globosa in modum pilae.

σφαιρών, ῶνος, ὁ, (*σφαῖρα*) rete piscatorium rotundum.

σφαιρωτήρ, ῆρος, ὁ, (*σφαιρόω*) corrigia s. lorum calcei. Apud LXX. interpretes etiam notat candelabri partem, quae in sphaerae formam facta est.

σφαιρωτός, ή, όν, (*σφαιρόω*) rotundatus in globosam rotundamque massam, coactus in modum pilae. 2) praepilatus.

σφακελίας, ου, ὁ, (*σφάκελος*) qui infestatur σφακέλῳ.

σφακελίζω, et ίζομαι, (*σφάκελος*) sphacelo laboro, carie exedor atque tabe, gangraena vitior. 2) idem quod σφαδάζω.

σφακελισμός, οῦ, ὁ, partis alicujus inflammationem perpessae mortificatio. 2) idem quod σφαδασμός. A pr.

σφάκελος, ου, ὁ, membri inflammationem perpessi mortificatio. 2) gangraena, sive σφάκελος incipiens: radicum in arboribus nigredo ac mors. 3) salvia, *mas*.

σφάκος, ου, ὁ, salvia, herba. v. ἐλελίσφακος.

σφάκτης, ου, ὁ, (*σφάττω*) sicarius, jugulator.

σφακτός, ή, όν, mactatus. τὸ σφακτόν, vectigal quod pro mactatis solvebatur. Pollux.

σφάκτρια, ἡ, (*σφάκτης*) sacrificula.

σφακώδης, ες, (*σφάκος*) salvia abundans.

σφάλαξ, κος, ὁ, genus spinae, paliurus. Gl. Vet. A seq.

σφαλάσσω, f. ξω, pungo, lacero. Hesych.

σφαλερός, ρά, ρόν, (*σφάλλω*) qui inter eundem lapsat, qui titubat fallente vestigio, titubans. 2) lubricus, instabilis, fallax. 3) periculosus, noxius.

σφαλερῶς, adv. lubrice, parum tuto, dubie, inconstanter.

σφαλλός, οῦ, ὁ, compedes linguae. Poll. Hesych.

σφάλλω, f. σφαλῶ, aor. ἔσφηλα, pf. p. ἔσφαλμαι, aor. p. ἐσφάλην, cadere facio; supplanto, everto, prosterno, dejicio, sc. ad terram. Med. cado, titubo, labor. 2) fallo, circumvenio, in errorem induco: in miseriam et calamitates induco, pessum do: anxium reddo. Pass. rem infeliciter gero in bello; anxius sum: erro, fallo me, pecco. σφαλῆναι τῆς ἐλπίδος, spe excidere.

σφάλμα, ατος, τό, lapsus, casus, error, peccatum, delictum, offensa, vitium. 2) infortunium, infelix successus, clades.

σφαλμάω et *σφαλμέω*, i. q. σφάλλομαι.

* *σφάλτης*, ὁ, (*σφάλλω*) supplantator.

σφαλτώδης, ες, i. q. ἀσφαλτώδης.

σφάνιον, ου, τό, lectulus. Hesych.

σφαραγέω, (σφάραγος) gutture sonum edo, strideo, strepo. 2) Med. distentus sum.

σφαραγίζω, cum stridore suscito, Hes. Th. 706.

σφάραγος, ου, ὁ, stridor, strepitus.

σφάς, acc. enclit. a σφεῖς, Il. 5, 567. Parmen.

σφάττω, f. ξω, jugulo, macto, interficio. ἐσφάγην, aor. 2. pass. ἐσφαγμένος, perf. part.

σφεδανός, ή, όν, vehemens, festinus, intensus, asper, durus. v. σπουδή et σφοδρός.

σφέλας, ατος, τό, scabellum. 2) lignum cavum, ut pila. Etiam de sede remigum in navi. Pl. σφέλα.

σφέλμα, ατος, τό, flos ilicis arboris, vel lentisci.

σφενδάμνινος, ίνη, ινον, acernus. metaph. durus, firmus, solidus. A seq.

σφένδαμνος, ου, ἡ, et σφένδαμνον, τό, acer, arbor. 2) species cannabis.

σφενδονάω, f. ήσω, (σφενδόνη) funda utor, fundam torqueo, funditor sum. 2) funda insequor, funda peto. 3) more fundae roto seu torqueo.

σφενδονέω, f. ήσω, idem et ab eod. Ionice.

σφενδόνη, ης, ἡ, funda; balista. 2) pala annuli. 3) ornamentum quoddam muliebre. 4) funda, s. bursa numaria.

σφενδονηδόν, adv. in modum fundae. A praec.

σφενδόνησις, εως, ἡ, (σφενδονάω) jaculatio glandis per fundam.

σφενδονήτης, ου, ὁ, funditor. Ab eod.

σφενδονητική, ῆς, ἡ, scil. τέχνη, ars funditoris. A pr.

σφενδονίζω, f. ίσω, idem quod σφενδονάω.

σφενδονιστής, et ίτης, οῦ, ὁ, funditor. A praec.

σφενδονοειδής, ές, (σφενδόνη, εἶδος) fundae habens formam.

σφέος, σφέη, σφέον, Epice p. σφός, σφέτερος, Ap. Rh. ἐπὶ σφέα, sc. δώματα, Ap. Rh.

σφές, Aeol. et Dor. p. σφεῖς.

σφετερίζω, et σφετερίζομαι, (σφέτερος) meum facio, in meum converto commodum, usurpo pro meo quod alius est, peculor.

σφετερισμός, οῦ, ὁ, quum quis aliena facit sua, usurpatio, peculatus. A pr.

σφετεριστής, οῦ, ὁ, interversor, qui aliena, vel communia, in suam rem vertit, usurpator. Ab eod.

σφέτερος, έρα, ερον, Pron. possess. (σφεῖς) suus, de tertia pers. plur. Hom. Scriptores prosaici ejus loco usurpare solent ἑαυτῶν. 2) Rariores usus sunt hi: a) p. ὑμέτερος, vester. b) p. ἑός, suus, ipsius, de 3 pers. sing. Hes. sc. 90. Pind. Ol. 13, 86. Pyth. 4, 148. Isthm. 6, 29. 8, 122. c) p. ἐμός, meus, Theocr. 25, 163. d) p. σός, tuus, Theocr. 22, 67.

σφέων, gen. Ep. et Ion. a σφεῖς pro σφῶν, Hom. et Hes.

σφῇ, dat. fem. a σφός, Il.

σφηκεῖον, τό, (σφήξ) genus phalangii.

σφήκειος, εία, ειον, (σφήξ) ad vespas pertinens: vespae similis.

σφηκιά, ᾶς, ἡ, (σφήξ) nidus vesparum.

σφηκία, ας, ἡ, (σφήξ) examen vesparum, σφηκίαι, crabrones, Gl. Vet. 2) cera vesparum.

σφηκίον, ου, τό, (σφήξ) cella seu nidus vesparum.

σφηκίσκος, ου, ὁ, (σφήξ) parvus cuneus, lignum parvum et acutum.

σφηκισμός, οῦ, ὁ, cantus tibicinis, similis bombo vesparum, quasi a σφηκίζω, vespas imitor, Hesych.

σφηκίωσις, εως, ἡ, favi vel nidi vesparum, dub.

σφηκοειδής, ές, (σφήξ, εἶδος) crabronis, vespae formam habens.

σφηκός, ὁ, i. q. σφηκοειδής, de homine gracili, Soph. Etym. M.

σφηκόω, f. ώσω, (σφήξ) e lato et crasso in angustum contraho, cuneo. 2) constringo, cingo. 3) fulcio, firmo.

σφηκώδης, ες, (σφήξ) vespae modo in acutum et angustum desinens. 2) homo gracilis, ventris castigati.

σφήκωμα, ατος, τό, (σφηκόω) quicquid e lato in angustum contractum est. 2) galeae pars, cui crista inseritur. 3) tenuis funis, fascia, cingulum, vinculum, quo quid constringitur.

σφηκών, ῶνος, ὁ, (σφήξ) nidus vesparum.

σφῆλαι, inf. aor. a σφάλλω.

σφηλός, ή, όν, (σφάλλω) mobilis, agilis, qui facile conquassatur, Hesych. Hinc ἐρίσφηλος.

σφήν, σφηνός, ὁ, cuneus. 2) quicquid cunei formam habet.

σφηνάριον, ου, τό, cuneus parvus. Dim. a pr.

σφηνεύς, έως, ὁ, (σφήν) cuneus, genus mugilis.

σφηνίσκος, ου, ὁ, idem quod σφηνάριον, Dimin. a σφήν.

σφηνοειδής, ές, (σφήν, εἶδος) cuneatus, cuneo similis.

σφηνοκέφαλος, ον, (κεφαλή) caput cuneo simile habens.

σφηνοπώγων, ωνος, ὁ, (πώγων) barbam habens latam, ab imo tenuiorem.

σφηνόω, f. ώσω, (σφήν) cuneo findo, cuneo adacto divello. 2) obstruo et obturo cuneo, vel obturo et obfirmo velut adacto cuneo, condenso, stipo.

σφήνωμα, ατος, τό, conus in galea, A pr.

σφήνωσις, εως, ἡ, (σφηνόω) cunei adactio, aut cuneo adacto discissio. 2) obstructio per cuneum.

σφήξ, σφηκός, ὁ, vespa, crabro.

σφιγγία, ας, ἡ, (σφίγγω) parsimonia, sordes.

σφιγγίον, ου, τό, (σφίγγω) torques.

σφιγγόπους, ουν, (σφίγξ, πούς) pedes habens, (v. c. mensa, lectus) ad sphingis speciem factos.

σφίγγω, f. ξω, stringo, adstringo, comprimo, coerceo, cohibeo, includo.

σφιγκτήρ, ῆρος, ὁ, qui constringit. Apud medicos musculus rotundus anum constringens, ne excrementa ante tempus effluant. A pr.

σφιγκτός, ή, όν, (σφίγγω) constrictus, ligatus, vinctus.

σφιγκτῶς, adv. constricte.

σφίγμα, ατος, τό, quod adstringit.

Σφίγξ, σφιγγός, ἡ, Sphinx, monstrum alatum, faciem virgineam habens, reliquo corpore leoni simile, quod aenigma praetereuntibus solvendum proponebat, nesciosque solvere dilaniabat, it. qui aenigmata loquitur.

σφίγξις, ἡ, (σφίγγω) adstrictio, constrictio.

σφόδρα, adv. vehementer, valide nimis.

σφοδρός, ρά, ρόν, vehemens, acer, alacer, violentus, pertinax. v. σφεδανός.

σφοδρότης, ητος, ἡ, vehementia, vis, acerbitas, alacritas. A pr.

σφοδρύνω, et σφοδρύνομαι, vehemens reddor, vires capio.

σφοδρῶς, adv. vehementer, valde.

σφονδύλειον, τό, herba quaedam. (υ producitur Nic. Th. 947.)

σφονδύλη, ἡ, Att. p. σπονδύλη, insectum de blattarum genere, Ar. (ῡ)

σφονδύλιον, τό, i. q. σφονδύλειον. (ῡ)

σφονδύλιον, τό, Dim. a σφόνδυλος, verticillus; inpr. verticillus nentium feminarum. (υ corripitur, sicuti in omnibus derivatis a σφόνδυλος.)

σφονδύλιος, ὁ, i. q. σφόνδυλος, vertebra, Il. 20, 483.

σφονδυλοδίνητος, ον, (σφόνδυλος, δινέω) verticillo vel fuso tortus.

σφονδυλόεις, εσσα, εν, (σφόνδυλος) e vertebris compositus.

σφονδυλόμαντις, εως, ὁ, ἡ, (σφόνδυλος, μάντις) qui vel quae ex verticillo vel fuso vaticinatur.

σφόνδυλος, ὁ, Att. p. σπόνδυλος, vertebra. 2) verticillus nentium feminarum. 3) σφόνδυλοι μεγάλοι, lapides magni rotundi: it. calculi judicum, ψῆφοι.

σφός, σφή, σφόν, (σφεῖς) suus, sua, suum, de tertia pers. sing. et plur.

σφραγίδιον, τό, Dim. a σφραγίς, sigillum, annulus signatorius. (‒ ‒ ⏑ ⏑ Ar. Thesm. 427.)

σφραγιδονυχαργοκομήτης, ου, ὁ, (σφραγίς, ὄνυξ, unguis, ἀργός, piger, et κομέω) qui comam alit, et digitos usque ad ungues annulis ornat. Vox Aristophanica.

σφραγιδοφυλάκιον, ου, τό, loculus, in quo reponuntur vel adservantur σφραγῖδες, armarium. A seq.

σφραγιδοφύλαξ, κος, ὁ, custos sigilli.

σφραγίζω, f. ίσω, Ion. σφρηγίζω, (σφραγίς) obsigno, nota impressa insignio. In Scr. S. confirmo; item occulto, aboleo.

σφραγίς, (ῑ) ῖδος, ἡ, Ion. σφρηγίς, sigillum, signum quo obsignatur; gemma, annulus gemma ornatus. 2) id ipsum cui signum impressum est, tessera.

σφράγισμα, ατος, τό, (σφραγίζω) signum seu nota alicui rei impressa. (‒ ‒ ⏑)

σφραγιστήρ, ῆρος, ὁ, annulus signatorius, sigillum.

σφραγιστήριον, ου, τό, signaculum, Philox. A pr.

σφραγιστής, οῦ, ὁ, (σφραγίζω) signator.

σφραγιστικός, ή, όν, signatorius. A pr.

σφρηγίζω, f. ίσω, Ion. pro σφραγίζω.

σφρηγίς, ῖδος, ἡ, Ion. pro σφραγίς.

σφριγανός, ή, όν, vehemens. 2) florens, vegetus. A seq.

σφριγάω, f. ήσω, turgeo, (inpr. de papillis feminarum) luxurio, (de arboribus et plantis,) lascivio, dicitur et de corporis εὐεξία, vigeo. 2) delector alicujus rei usu, sc. ut apto ad naturam, et inde fructum capio. 3) insolesco, luxurio, efferor, de animo.

σφρῖγος, εος, τό, (σφριγάω) vigor, luxuria, lascivia, Athen. p. 525. ex em. Schweigh. pro φρίγει.

σφριγώδης, ες, turgidus bonis succis, vegetus.

σφυγματώδης, ες, ὁ, ἡ, idem quod σφυγμώδης, quasi a σφύγμα, quod a σφύζω.

σφυγμή, ῆς, ἡ, (σφύζω) pulsus incompositus arteriae.

σφυγμικός, ή, όν, vim habens ciendi pulsus. 2) in quo pulsus consistunt. A seq.

σφυγμός, οῦ, ὁ, (σφύζω) pulsus arteriarum, dilatatione et contractione cordis, item cordis palpitatio ipsius. 2) genus terrae motus apud Aristot. simile palpitationi.

σφυγμώδης, ες, pulsans, pulsui similis, qualis est in arteriis. A pr.

σφυγμωδῶς, adv. palpitationis modo. A praec.

σφύζω, f. ξω, mico, palpito, de arteria, pulso, salio. 2) doleo, crucior, cupio vehementer.

σφύξις, εως, ἡ, pulsus, micatio arteriarum, cordis palpitatio. A pr.

σφῦρα, ἡ, malleus.

σφύραινα, ης, ἡ, piscis quidam. Philox. sudis, piscis. A pr. (– – ◡)

σφυράς, άδος, ἡ, Att. pro σπυράς, caprini stercoris pilula aut globulus.

σφυρελατέω, malleo duco vel fabricor.

σφυρήλατος, ον, (σφῦρα, ἐλαύνω) malleo ductus seu fabricatus, unde ferreus, et metaph. durus, rigidus; it. solidus, compactus, plenus, non conflatus: dicitur etiam ὁλόσφυρος et ὁλοσφύρατος. Epith. necessitatis ap. Pind.

σφύριον vel σφυρίον, ου, τό, (σφῦρα) malleolus, fabrile instrumentum. (υ longum.)

σφυρίς, ίδος, ἡ, Att. p. σπυρίς.

σφυροδέτης, ου, ὁ, (σφυρόν, δέω) vinculum talorum.

σφυροκόπανον, ου, τό, (σφῦρα, κόπανον) malleus.

σφυροκοπέω, (κόπτω) malleo tundo.

σφυροκοπία, ας, ἡ, percussio, quae fit malleo. LXX. A pr.

σφυροκόπος, ον, qui malleo percutit seu tundit, malleator.

σφυρόκοπος, ον, malleo percussus.

σφυροκτυπέω, (κτυπέω) i. q. σφυροκοπέω.

σφυρόν, οῦ, τό, malleolus pedis, talus. 2) extremitas ima, ut montis, insulae. 3) pes ipse.

σφυροπρησιπύρα, ἡ, (σφυρόν, πρήθω, πῦρ) quae talos igne exurit, epith. podagrae, ap. Lucian.

σφυρόω, (σφυρόν) videtur significare malleolos pedis calceis s. ocreis munio vel corrigio substringo. Hinc Athen. 14. p.622. c. ἐσφυρωμένος. Contra σφυρόω (σφῦρα) malleo percutio, nusquam, quod sciam, exstat.

σφυρωτήρ, ῆρος, ὁ, corrigia calceamenti. A pr.

σφυρωτός, ή, όν, (σφῦρα) malleatus.

σφύσδω, Dor. p. σφύζω.

σφώ, nom. et acc. Att. p. σφῶϊ, q. v. 2) pro σφωέ, Hom. dub.

σφωέ, σφωΐν, dual. masc. et fem. pronom. personalis tertiae pers.

σφῶϊ, σφῶϊν, dual. masc. et fem. pronom. personalis secundae personae.

σφωΐτερος, έρα, ερον, pron. possess. secundae pers. dualis, vester amborum. 2) pronom. possess. tertiae pers. dual., Antimach. 3) i. q. σφέτερος, suus vel tuus, Ap. Rh. 1, 643. 3, 600. 3, 395.

σφῷν, gen. et dat. Att. a σφῶϊ pro σφῶϊν.

σχαδών, όνος, ὁ, animal pedibus et pennis carens. 2) jactus quidem talorum. σχαδόνες, apum soboles, et favi.

σχάζω, f. άσω, scarifico. it. seco venam. 2) demitto, deduco. 3) dimitto, relinquo, intermitto, instituti mei tenorem abrumpo. 4) inhibeo, cohibeo. 5) solvo. 6) jacio, ejicio. 7) icio (foedus.)

σχαλιδόω, erigo retia, et furcis venaticis fulcio. A seq.

σχαλίς, ίδος, ἡ, varus, paxillus seu furcula, qua attolluntur sustentanturque retia.

σχάσις, εως, ἡ, (σχάζω) scarificatio, incisio, quae fit cultro.

σχαστήρ, ῆρος, ὁ, tendicula.

σχαστηρία, ας, ἡ, funis, trochlea, aut aliquid aliud, quo organum intentum laxatur, vel erectum dimittitur. 2) funis ille, qui in circo cursoribus praetendi solebat, et quo laxato in cursum effundebantur. A pr.

σχαστήριον, ου, τό, pugio seu scalpellus, quo utuntur in scarificando. 2) pars quaedam navis.

σχάω, f. άσω, scarifico, scalpro incido aut pertundo. 2) remitto, laxo. 3) traduco, transfero.

σχεδάριον, ου, τό, tabella, schedula, libellus pugillaris. Dim. a seq. quod v.

σχέδη, ης, ἡ, (σχίζω) scheda, tabula, in qua scribimus, et quidem proprie ex tempore.

σχέδην, adv. (ἔχω, σχεῖν) cum lentitudine quadam decora, pedetentim, modeste, composite.

σχεδία, ας, ὁ, Ion. σχεδίη, ratis seu navis tumultuaria.

σχεδιάζω, f. άσω, ex tempore et tumultuario opere facio, negligenter, parum curiose ago. 2) temere confingo: ex tempore dico. 3) (a σχεδόν) i. q. ἐγγίζω, LXX.

σχεδιάς, άδος, ἡ, anchusa, Hippocr.

σχεδίασμα, ατος, τό, (σχεδιάζω) opus ex tempore factum. item celeriter, negligenter.

σχεδιασμός, οῦ, ὁ, i. q. τὸ σχεδιάζειν, temeritas, deproperatio.

σχεδιαστικῶς, adv. ex tempore, temere.

σχεδίην, adv. (σχέδιος) cominus.

σχέδιον, τό, ex tempore dictum, extemporale opus. A seq.

σχέδιος, ον, (σχεδόν) qui prope est. 2) extemporalis, subito factus, inelaboratus, simplex.

σχεδίως, adv. (σχέδιος) temere, frustra, ut fit in festinatione. 2) idem quod σχέδην.

σχεδογραφία, ἡ, (σχέδη, γράφω) delineatio s. descriptio rei in charta, ut astrorum in sphaera. ap. Schol. Arati.

σχεδόθεν, adv. prope, cominus.

σχεδόν, adv. prope, propemodum, fere, ferme, paene. 2) cominus. (quod est ἑξῆς, ἐν τῷ ἔχεσθαι, in promtu, ut habeatur et teneatur.)

σχέθω, (ἔχω, σχεῖν) habeo, teneo, inhibeo, cohibeo, reprimo, detineo.

σχελίς, ίδος, ἡ, Att. p. σκελίς, segmentum carnis, ut τέμαχος. Poll. Hesych.

σχεῖν, inf. aor. ab ἔχω, Il.

σχέμεν, Ep. et Ion. p. σχεῖν, q. v.

σχένδυλα, ἡ, et σχενδύλη, instrumentum τῶν ναυπηγῶν, fortassis, forceps. Hinc

σχενδυλάω, forcipe prehendo.

σχενδύλη, ἡ, i. q. σχένδυλα. (ῡ)

σχενδύλιον, τό, Dim. a σχένδυλα. (ῡ)

σχενδυλόληπτος, ον, (σχένδυλα, λαμβάνω) forcipe captus s. prehensus.

σχέο, imperat. aor. med. Ep. et Ion. p. σχοῦ ab ἔχω, Il. 21, 379.

σχερός, ὁ, terra continens. Hinc ἐν σχερῷ, continuo, sine intermissione, Pind.

σχές, imperat. aor. ab ἔχω.

σχέσθαι, inf. aor. med. ab ἔχω, Od.

σχέσις, εως, ἡ, (ἔχω, σχεῖν) habitus, habitudo corporis, qua quis carnosus vel gracilis est: oratio, conditio, relatio: dicitur etiam de cultu externo, ut σχέσις τριχῶν καὶ ἐσθῆτος. 2) retentio.

σχεταῖος, αία, αῖον, cohibendus, retinendus. τὰ σχεταῖα, ap. Hippocr. cibi etc. qui vomitu rejiciuntur.

σχετήριον, ου, τό, (σχεῖν) retinaculum, remedium ad sedandum.

σχετικός, ή, όν, qui cum aliquo convenit. 2) qui habitum admittit. 3) retinendi et cohibendi vim habens. 4) relativus, ap. Dialect.

σχετικῶς, adv. per convenientiam quandam et conjunctionem, relative.

σχετλιάζω, f. άσω, (σχέτλιος) conqueror, tanquam acerba et misera passus, lamentor, oratione ad miserationem composita utor.

σχετλιασμός, οῦ, ὁ, quiritatio, lamentatio.

σχετλιαστικός, ή, όν, conveniens quiritanti seu lamentanti. 2) lamentabilis, quiritabundus.

σχέτλιος, ία, ιον, Attice -ος, ον, (ἔχω, σχεῖν) qui aliquid suscepit et tolerat, unde audax, acer, laborum patiens: scelestus, nefarius, injustus: crudelis, perniciosus: asper, severus, intractabilis, durus. 2) *de rebus* nefarius, impius.

σχέτο, Epice p. ἔσχετο, 3 sing. aor. med. ab ἔχω.

σχῆμα, ατος, τό, (ἔχω, σχεῖν) figura, forma, habitus, gestus, species externa, cultus, vestis ornatusque omnis exterior; item status, conditio, decus, dignitas: etiam praetextus.

σχηματίζω, f. ίσω, effingo, figuro, formo. 2) orno, magnifice compono. 3) gesticulor. 4) simulo, in med. A praec.

σχημάτιον, ου, τό, Dim. a σχῆμα.

σχημάτισις, εως, ἡ, (σχηματίζω) situs, habitus.

σχηματισμός, οῦ, ὁ, figuratio, figura, cultus corporis et comtus, corporis compositio in certum modum, item orationis, gestus. 2) simulatio, praetextus.

σχηματογραφέω, (σχῆμα, γράφω) fingo, formo vel oratione vel pictura, vel caelatura, vel sculptura.

σχηματοποιέω, f. ήσω, fingo, conformo, informo. 2) gesticulationi servio, schemata saltationis cujusdam imitor; gesticulor.

σχηματοποιΐα, ας, ἡ, gestuum schematumque in saltando effictio. A pr.

σχῆσις, ἡ, i. q. σχέσις, Hesych. cf. Lobeck. ad Phrin. p. 447.

σχητηρία, ἡ, (ἔχω, σχεῖν) i. q. σχετήριον et σχαστηρία.

σχιδακηδόν, adv. (σχίδαξ) in modum assularum, assulatim.

σχιδακιδόν, adv. i. q. σχιδακηδόν.

σχιδακώδης, ες, assulosus; in multas fissuras abiens.

σχιδανόπους, οδος, ὁ, ἡ, cujus pedes in digitos fissi sunt, Aristot. Athen. 9. p. 389. a. 392. c. 397. b. cf. σχιζόπους.

σχίδαξ, ακος, ἡ, assula, fragmentum aut segmentum e ligno scisso, talea. A seq.

σχίδη, ης, ἡ, (σχίζω) idem, scida, scidula.

σχίδιον, ου, τό, idem quod praec. et ab eod.

σχίδος, εος, τό, idem et ab eod.

σχιδώνυχος, ον, (σχίδη, ὄνυξ) ungulas fissas habens.

σχίζα, vel σχίζη, ης, ἡ, (σχίζω) fissura. 2) sagitta, ap. LXX. σχίζαι, segmenta ligni fissi, ad usum coquendi, praesertim piceae, unde et faces.

σχιζίας, ὁ, gracilis, ap. Clem. Alex. A praec.

σχιζοποδία, ας, ἡ, fissi pedes, fissura pedum in digitos. A seq.

σχιζόπους, οδος, ὁ, ἡ, (σχίζω, πούς) cujus pedes in digitos fissi sunt. 2) digitatus.

σχιζόπτερος, ον, (πτερόν) alas fissas habens.

σχίζω, f. ίσω, findo, scindo, diffindo, discindo, disseco. ἐσχισμένος, perf. part. pass.

σχινδάλαμος, ου, ὁ, assula, festuca, segmentum e calamo fisso. vid. σκινδαλμός.

σχινδαλμός, οῦ, ὁ, idem.

σχινδύλησις, εως, ἡ, fissio in assulas, quasi a σχινδυλέω. Hippocr.

σχινίζομαι, (σχῖνος) ad dentes repurgandos et candefaciendos lentiscum mando.

σχίνινος, ίνη, ινον, lentiscinus. (-◡◡)

σχινίς, ίδος, ἡ, Epith. Veneris. a σχῖνος, quia dentes purgat, et ad Venerem stimulat.

σχινοκέφαλος, ον, (κεφαλή) habens caput bulbo simile, i. e. oblongum.

σχῖνος, ου, ὁ, lentiscus, hodie mastix. 2) scilla, bulbus.

σχινοτρώκτης, ου, ὁ, (τρώγω) qui lentiscum mandit.

σχινοτρώξ, ῶγος, ὁ, ἡ, idem et ex eodem.

σχινώδης, ες, (σχῖνος) lentiscum ferens. 2) qui est e lentisci genere.

σχίσις, εως, ἡ, (σχίζω) scissio, scissura.

σχίσμα, ατος, τό, (σχίζω) fissio, scissura, fissura. 2) dissidium, dissensio, discordia. 3) schisma, ruptio unionis in Ecclesia.

σχισματικός, ή, όν, schismaticus, qui a societate se segregat. A pr.

σχισμή, ῆς, ἡ, (σχίζω) scissio, fissio, fissura.

σχιστός, ή, όν, (σχίζω) fissus, scissus. 2) fissilis, qui findi vel scindi potest. Substantive τὸ σχιστόν, est genus stolae muliebris: at σχισταί, calceamenti genus, Pollux.

σχοίατο, 3 pl. opt. aor. med. ab ἔχω, poet. p. σχοῖντο, Il. 2, 98.

σχοίην, opt. aor. act. ab ἔχω.

σχοινιά, ας, ἡ, rectius σχοινιά, (σχοῖνος) junci planta seu stirps una cum suo caespite. 2) funale, funis.

σχοινίκλος, ου, ὁ, nomen avis. Gaza junconem interpretatur. Ab eod.

σχοινικός, ή, όν, i. q. σχοίνινος.

σχοίνινος, ίνη, ινον, junceus. Ab eod.

σχοινίζω, f. ίσω, fune dimetior, agrum metior, divido.

σχοινίον, ου, τό, Dim. a σχοῖνος, funiculus e junco tortus, funis, restis.

σχοινιοπλόκος, ον, (πλέκω) funes contorquens.

σχοίνιος, ον, i. q. σχοίνινος.

σχοινιοστρόφος, ον, (στρέφω) propr. funem contorquens, restio. 2) qui aquam per amphoram e fune pendentem attollit e puteo, et quicunque simili modo laborat vid. σχοινοστρόφος.

σχοινιοσυμβολεύς, έως, ὁ, et

σχοινιοσύμβολος, ον, (συμβάλλω) i. q. σχοινιοστρόφος.

σχοινίς, ίδος, ἡ, (σχοῖνος) colum junceum s. fragmentum in modum coli juncei formatum: funis, Theocr. 23, 51. 2) fructus σχοίνου. (ῑ)

σχοινίς, ίδος, ἡ, juncea, Nic.

σχοίνισμα, ατος, τό, (σχοινίζω) pars agri fune dimensa ac descripta.

σχοινισμός, οῦ, ὁ, dimensio et descriptio, quae fit fune. 2) torturae genus, quod funibus fit et fidiculis tractoriis.

σχοινῖτις, ιδος, ἡ, (σχοῖνος) e junco facta.

σχοινοβατέω, funi inambulo. A seq.

σχοινοβάτης, ου, ὁ, (σχοῖνος, βαίνω) qui per funem ambulat, funambulus.

σχοινοβατία, ας, ἡ, incessus per funem. A pr.

σχοινοβατική, ἡ, ars funambulorum. Ab eod.

σχοινοειδής, ές, (εἶδος) ad funis speciem factus.

σχοινόπλεκτος, ον, e junco plexus, junco nexus.

σχοινοπλοκικός, ή, όν, funibus texendis aptus.

σχοινοπλόκος, ον, (σχοῖνος, πλέκω) qui funes vel tegetes e junco torquet seu nectit. Gl. Vet. restio, restiarius. vid. σχοινοσυμβολεύς.

σχοινοπώλης, ου, ὁ, (πωλεῖν) spartarius, Gl. Vet. qui restes vendit.

σχοῖνος, ου, ὁ, et aliquando ἡ, juncus. 2) funis e junco plexus, funis, restis. item quicquid e junco textum est. 3) mensura Aegyptiaca, 60 stadiorum, ap. Herod. alii autem 30 ei tantum assignant. Philox. σχοῖνος γεωμετρικός, arvipendium.

σχοινοστρόφος, ον, (στρέφω) idem quod σχοινιοστρόφος.

σχοινοσυμβολεύς, έως, ὁ, idem quod σχοινιοσυμβολεύς.

σχοινοτενής, ές, (τείνω) extensus seu protensus, ut funis; longus, rectus.

σχοινοτενῶς, adv. in modum funis extensi; porrecte, extente, recte. A pr.

σχοινοτονία, ας, ἡ, longitudo. A seq.

σχοινότονος, ον, (σχοῖνος, τείνω) e junco aut sparteo fune nexus et contextus. 2) 2) longus, extentus.

σχοινοφόρος, ον, (φέρω) junceum funem gestans, s. simpliciter funem gerens.

σχοινοχάλινος, ον, frenum e fune factum habens.

σχοινώδης, ες, (σχοῖνος) juncosus, junceus, juncum referens, e juncorum genere.

σχοινωτός, ή, όν, (quasi a σχοινόω) tortus in modum funis.

σχολάζω, f. άσω, (σχολή) otiosus sum, ab occupationibus liber sum. ἐσχόλασαν ἀπὸ τοῦ Κρώμνου, non amplius obsederunt Cromnum, Xen. h. gr. 7, 4, 28. it. seq. inf. πολὺν χρόνον οὐκ ἐσχόλαζε τοῖς τοιούτοις ὑπακούειν, Xen. Cyr. 8, 1, 18. diu otium ei non suppetebat ut. 2) σχολάζειν τινός et ἀπό τινος, vacare a re, Xen. 3) σχολάζειν τινί, vacare alicui rei, tempus impendere, operam dare rei: inpr. operam dare praeceptori, audire praeceptorem, Xen. sine casu, docere, scholas habere, Plut. 4) σχολάζειν πρός τι, tempus impendere ad, Xen. 5) cunctor, moras necto. 6) metaph. τόπος σχολάζων, locus vacuus. καθέδρα σχολάζουσα, sedes vacua.

τιμητός, ή, όν, aestimandus. τιμητὴ δίκη, cui pecuniaria poena lege constituta non est, sed actor vel judex aestimat.

τιμιοπωλέω, f. ήσω, care vendo. A seq.

τιμιοπώλης, ου, ὁ, qui pretio magno vendit, al. pollinctor; proprie rerum pretiosarum venditor.

τίμιος, ία, ιον, (τιμή) honoratus, honorabilis. 2) pretiosus, carus. (- ⏑ ⏑)

τιμιότης, ητος, ἡ, q. d. honorabilitas, pretiositas. 2) nobilitas, excellentia, pretium. 3) opulentia. A pr.

τιμίως, adv. magno pretio, care.

τιμογραφέω, f. ήσω, (τιμή, γράφω) aestimo, taxo.

τιμόθεος, ου, ὁ, (θεός) Timotheus, colens deum. 2) nom. proprium.

τιμοκρατία, ας, ἡ, (κρατέω) reipublicae status, in quo e censu magistratus creantur.

τιμοκρατικός, ή, όν, censu potens. 2) ambitiosus. A pr.

τιμόπτολις, εως, ὁ, ἡ, (τιμή, πτόλις) qui civibus honori est et ornamento. 2) civitatem honestans.

τῖμος, ὁ, poet. i. q. τιμή, Aesch.

τιμοῦχος, ον, (τιμή, ἔχω) honoratus, cui honor habetur.

τιμωρέω, f. ήσω, (τιμωρός) cum Dat. auxilior, opem fero, tueor, defendo. At τιμωροῦμαι, cum Acc. punio, ulciscor, castigo, animadverto, coerceo.

τιμωρητέος, α, ον, puniendus. Hinc adv. posit. τιμωρητέον, vindicare oportet, i. e. auxilio adesse; ap. Thucyd. A pr.

τιμώρημα, ατος, τό, ultio, vindicta, poena, supplicium. Ab eod.

τιμώρησις, εως, ἡ, idem et ab eod.

τιμωρητήρ, ῆρος, ὁ, vindex, ultor. Ab eod.

τιμωρητής, οῦ, ὁ, idem, ab eod.

τιμωρητικός, ή, όν, pertinens ad τιμωρητήν. 2) ad poenas exigendas propensus, crudelis. A praec.

τιμωρία, ας, ἡ, ultio, vindicta, poena, supplicium, animadversio. 2) auxilium, subsidium. A seq.

τιμωρός, όν, (τιμή, ὤρω) vindex, ultor. 2) adjutor, defensor.

τίναγμα, ατος, τό, (τινάσσω) vibratio, concussio.

τιναγμός, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

τινάκτειρα, ἡ, quae concutit, Femin. quasi a τινακτήρ, quod idem cum seq.

τινάκτωρ, ορος, ὁ, motor, concussor. A seq.

τινάσσω, f. ξω, quatio, concutio, vibro.

τινθαλέος, έα, έον, calidus, tepidus. A seq.

τινθός, οῦ, ὁ, lebes, vas quodvis, inprimis in quo cibi coquuntur, unde et pro ventriculo; item cavum, capax, ut τινθὸς λέβητος, Lycophr. Schol. Lycophr. habet et τινωθός.

τινύω, τίνυμι vel τίνυμι, poet. p. τίνω. (ι in τίνυμι longum est Epicis, breve Atticis.)

τίνω, f. τίσω, (ῑ) pf. τέτικα, pf. p. τέτισμαι, aor. p. ἐτίσθην, luo, solvo, pendo, rependo, c. acc. 2) Med. τίνομαι, f. τίσομαι, aor. ἐτισάμην, punio, poenas exposco, τινά τινος, Theogn. ulciscor, c. acc. rei. (ι in praes. et impf. ab Epicis producitur, ab Atticis corripitur; in reliquis tempp. longum est.)

τίποτε, quidnam? cur? pro διὰ vel κατὰ τί.

τίπτε, adv. idedm per syncopen.

τὶς, ὁ, ἡ, τὸ τί, Gen. τινός, aliquis, quispiam, quidam, certus; cum numeralibus circiter, ferme; cum πᾶς, ἕκαστος, αὐτός, πολύς, μέγας, τοῖος, τοιοῦτος, ὅδε, aliisque, (magnitudinem aut qualitatem indicantibus), eleganter abundat; (imo, habet vim intendendi): sed τίς, τί, Gen. τίνος, quis? quae? quid? qualis? qualisnam?

τίσις, εως, ἡ, (τίνω) punitio, poena, ultio. 2) persolutio, remuneratio.

τιταίνω, i. q. τείνω, tendo, extendo, intendo. Med. extendor: curro, festino, fugio. 2) τιταίνω, ulcisor, Hes. Theog. 209. nisi hic quoque est tendo, intendo, sc. vires.

Τιτάν, ᾶνος, ὁ, Titan, Sol: at in Plur. Titanes, coeli et terrae filii, a Jove sub terram detrusi.

Τιτανογραφία, ἡ, (γράφω) historia gigantum.

Τιτανοκράτωρ, ορος, ὁ, (κρατέω) Titanum dominator, vel Titanum domitor.

Τιτανοκτόνος, ον, (κτείνω) Titanum interfector.

τίτανος, ου, ἡ, calx. 2) gypsum.

τιτανόω, f. ώσω, calce oblino. A pr.

Τιτανώδης, ες, (Τιτάν) Titanicus. Hinc Τιτανωδῶς, adv. more Titanum. 2) torve, torvum.

τιτανωτός, ή, όν, (τιτανόω) calce vel gypso oblitus.

τίταξ, κος, ὁ, honoratus, princeps. Aeschyl.

τίτας, ὁ, idem quod τιμωρός, a τίω, pro τίτης. Aeschyl. (--)

τιτάω, idem quod τητάω. Nam utroque modo scribitur.

τιτθεία, ας, ἡ, nutritio.

τιτθεύω, f. εύσω, (τιτθή) nutrio.

τίτθη, ης, sive τιτθή, ῆς, ἡ, (τιτθός) mamma, mamilla. 2) nutrix, altrix. 3) avia materna.

τιτθιβύζω, cacabo, Gl. Vet.

τιτθίζω, (τιτθός) sugo, subrumo, Gl. Vet.

τιτθίον, ου, τό, Dim. a τιτθή, mamilla.

τιτθίς, ίδος, ἡ, (τιτθή) nutrix. 2) soror matris vel patris, matertera, amita.

τιτθός, οῦ, ὁ, mamma, mamilla.

τιτίζω, pipio, seu vocem edo avium, inprimis pullorum. v. τιτυβίζω.

τίτλος, ου, ὁ, titulus. Lat. vox.

τιτράω, f. τρήσω, aor. ἔτρησα, pf. τέτρηκα,

τίτρημαι, Attice τετραίνω, aor. ἐτέτρηνα, perforo, terebro.

τιτρώσκω, f. τρώσω, vulnero, cutem telo pertundo seu perfodio. 2) laedo, damnum infero. τιτρωμένος, saucius, cruentus.

τιτρωσμός, ὁ, vulneratio. A pr.

τιτυβίζω, (τιτίζω) vocem edo hirundinum seu perdicum, cacabo.

τιτυοκτόνος, ου, ἡ, (τιτυός, κτείνω) Tityi interfectrix.

τιτύρινος, ου, ὁ, (τίτυρος) epith. fistulae pastoralis e stipula.

τιτυριστής, οῦ, ὁ, saltator, turpes motus edens. Ab eod.

τίτυρος, ου, ὁ, Dor. p. Σάτυρος, Satyrus. 2) pastorculus, parvus puer pastoritius, rusticanus. 3) aries major, dux gregis. 4) calamus. 5) otiosus.

τιτύσκομαι, intentissime dirigo, ut certum ictum inferam, collimo, dirigo ad scopum. 2) paro, struo.

τίφη, ης, ἡ, frumenti genus, quo porci aluntur. Aristot. 2) insectum quoddam, Ar. Ach. 920.

τίφειος, ία, ιον, (τῖφος) palustris. τὰ τίφεια, aves palustres. (–◡◡)

τῖφος, εος, τό, locus palustris, palus.

τίφυον, ου, τό, tiphyum, herba coronaria.

τιφώδης, ες, (τῖφος) palustris.

τίω, f. τίσω, pendo, luo, solvo, persolvo, dependo. 2) aestimo, pretium statuo. 3) tracto pro meritis. 4) honoro, in honore habeo, magnifacio, carum habeo. 5) punio, vindico, ulciscor. (ι anceps, ita tamen ut ab Homero in arsi producatur, in thesi corripiatur. Sequente σ in τίσω, ἔτισα, nec non in perf. pass. τέτῑμαι semper longum est.)

τλαθύμος, ον, Dor. p. τληθύμος, Pind. (ᾱ)

* τλάω, thema inusitatum, unde f. τλήσομαι, aor. ἔτλην, perf. τέτληκα, unde Epice imperat. τέτλαθι, opt. τετλαίην, inf. τετλάναι, τετλάμεν, τετλάμεναι, part. τετληώς. Aor. 1. Epic. ἐτάλασα vel ἐτάλασσα, quasi a ταλάω, quod nusquam exstat, ut et τλῆμι, perfero, patior, tolero, perpetior. 2) sustineo, i. e. audeo, seq. inf. vel part.

τλάμων, Dor. pro τλήμων.

τληθύμος, ον, Dor. τλαθ. (θυμός) aerumnarum patiens: audax.

τλημόνως, adv. (τλήμων) misere, calamitose.

τλημοσύνη, ης, ἡ, aerumna, miseria, infortunium.

τλήμων, ονος, ὁ, ἡ, (* τλάω) sustinens, patiens, ferens. 2) audax, fortis. 3) miser, aerumnosus, calamitosus.

τληπαθέω, (τληπαθής) patiens sum laborum et molestiarum, item miseriis adfligor.

τληπάθεια, ἡ, patientia. 2) afflictio. A seq.

τληπαθής, ές, (* τλάω, πάθος) patiens laboris. 2) calamitosus.

τλησικάρδιος, ον, (καρδία) qui toleranti et forti est animo.

τλησίμοχθος, ον, (μόχθος) i. q. seq.

τλησίπονος, ον, (πόνος) patiens laboris. 2) audax.

τλῆσις, εως, ἡ, (* τλάω) patientia, tolerantia. 2) audacia.

τλητικός, ή, όν, patiens, ad tolerandos labores aptus.

τλητικῶς, adv. toleranter.

τλητός, ή, όν, adj. verb. a * τλάω, tolerabilis, qui tolerari potest. 2) tolerans, patiens.

τμάγεν, 3 pl. aor. pass. Ep. p. ἐτμάγησαν a τμήγω, Il. 16, 374.

τμάγης, ου, ὁ, (τμήγω) sector, incisor, arator, fossor, qui secat, Dorice.

τμῆγος, εος, τό, sectura, fissum, sulcus.

τμήγω, aor. 1. ἔτμηξα, aor. 2. pass. ἐτμάγην, i. q. τέμνω, seco, scindo, succido.

τμήδην, adv. (τέμνω) in modum secantium. 2) incidendo seu secando, caesim. 3) leviter.

τμῆμα, ατος, τό, (τέμνω) segmentum, frustum sectione alicunde ablatum. 2) particula, portio.

τμηματώδης, ες, in partes sectus, s. qui in partes secari potest. A pr.

τμῆσις, εως, ἡ, (τέμνω) sectio, scissio.

τμητέος, έα, έον, adj. verb. a τέμνω, secandus.

τμητήρ, ῆρος, ὁ, sector, incisor.

τμητής, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

τμητικός, ή, όν, incidendi vim habens. 2) incisus, sectilis. A praec. s. a seq.

τμητός, ή, όν, (τέμνω) sectus, incisus. 2) sectilis, scissilis.

τοαρχαῖον, adv. τὸ ἀρχαῖον, olim, antiquitus.

τόδε, adv. huc.

τοδεύτερον, adv. τὸ δεύτερον, iterum, secundum.

τοεπίπαν, adv. τὸ ἐπὶ πᾶν, omnino, penitus. 2) plerumque.

τόθεν, adv. (ὅθεν) inde, e loco illo, oppon. πόθεν.

τόθι, adv. (ὅθι) ibi, illo in loco. 2) ubi.

τοι, particula enclitica, quae aliis jungitur, sed non sine vi: ut καί τοι, quamvis, quanquam, atqui; οὔ τοι, nequaquam, non. Aliquando praeponitur, ut in τοιγαροῦν, proinde, ergo, igitur, itaque, it. τοίγαρ τοι. Est et pronomen Dor. τοί, tibi, et articulus pro οἱ. τοίνυν, igitur, itaque, ergo, it. porro.

τοῖος, τοία, τοῖον, (οἷος) talis, hujusmodi.

τοιόσδε, τοιάδε, τοιόνδε, talis, ejusmodi.

τοιοσδί, talis, ejusmodi. Attice.

τοιοῦτος, τοιαύτη, τοιοῦτο et τοιοῦτον, Att. it. τοιουτοσί, (τοῖος, οὗτος) talis, hujusmodi.

τοιουτότροπος, ου, ὁ, ἡ, hujusmodi, talis.

τοιουτοτρόπως, adv. tali modo.

τοιουτόχροος, ον, contr. ους, ουν, (χροῦς) talem colorem habens.

τοιουτώδης, ες, (τοιοῦτος, εἶδος) talis.

τοίχαρχος, ου, ὁ, (τοῖχος, ἀρχός) qui praeest navis lateri, sive remigibus in latere navis sedentibus

τοιχογραφία, ας, ἡ, (γράφω) descriptio muralis, picturati parietes.

τοιχοδιφήτωρ, ορος, ὁ, (διφάω) qui parietes scrutatur, qua parte aperiri possint, et perfodit, fur.

τοιχόκρανον, τό, (κρᾶνον) caput muri, Mathem. vett.

τοιχορύκτης, ου, ὁ, i. q. τοιχωρύχος, Lobeck. Phryn. p. 232.

τοῖχος, ου, ὁ, paries, murus domesticus: etiam locus navis. 2) murus urbis. τοῖχος est ad occultandum, τεῖχος, ad muniendum.

τοιχόω, f. ώσω, murum, parietem facio. A pr.

τοιχωρυχέω, f. ήσω, (τοιχωρύχος) parietem effringo et perforo, expilo.

τοιχωρύχημα, ατος, τό, foramen parietis perfossi A pr.

τοιχωρυχία, ας, ἡ, parietis perfossio Ab eod.

τοιχωρύχος, ου, ὁ, (τοῖχος, ὀρύσσω) qui parietem perfodit furandi caussa, effractor, perfossor.

τοίως, adv. (τοῖος) tali modo, sic, ita.

τόκα, tunc. Dor. pro τότε.

τοκαρίδιον et τοκαρίδιον, ου, τό, usurula, Dim. quasi a τοκάριον, quod esset a τόκος.

τοκάς, άδος, ἡ, (τόκος) quae peperit et enixa est, puerpera, paritura. 2) patria.

τοκάω, parturio, partui sum vicina.

τοκετός, οῦ, ὁ, partus, puerperium, Philox. expon. et nativitas.

τοκεύς, έως, ὁ, (τίκτω) parens, genitor.

τοκήεσσα, ἡ, (τόκος) idem quod τοκάς, Hipp.

τοκίζω, f. ίσω, (τόκος) fenori do, feneror.

τοκισμός, οῦ, ὁ, feneratio; fenus. A pr.

τοκιστής, οῦ, ὁ, fenerator.

τοκογλυφέω, f. ήσω, tabulis insculpo nomina eorum, quibus pecunia fenori credita est, feneratorem ago, in exigendis usuris nimis diligentem et acerbum me gero, ut quicquid est fenoris cum pulvisculo velut abradam et exsculpam. 2) anatocismum exerceo. Lucian. A seq.

τοκογλύφος, ου, ὁ, (τόκος, γλύφω) fenerator, qui fenori dat, qui fenus facit, tocullio.

τοκοληψία, ας, ἡ, (λῆψις) usurae acceptio, feneratio.

τόκος, ου, ὁ, (τίκτω) partus, ipse pariendi actus. 2) quod partu edidit mater, fetus partu editus. 3) fenus, usura, id pecuniae, quod numi fenori dati e se velut gignunt.

τοκοφορέω, (φορέω) usuram pendo. 2) usuram accipio.

τόλμα, ης, ἡ, audacia.

τολμάω, f. ήσω, audeo, patior, tolero, impetro a me, tametsi invito et reluctante, ut faciam aliquid, ipse mihimet extorqueo. it. sustineo, in animum induco, volo. A praec.

τολμήεις, ήεσσα, ῆεν, audens, audax, intrepidus. 2) tolerans. Ab eod.

τόλμημα, ατος, τό, (τολμάω) facinus, quod quis perpetrare ausus est, ausum.

τολμηρία, ας, ἡ, audacia. A seq.

τολμηρός, ρά, ρόν, (τόλμα) audax, temerarius.

τολμηρῶς, adv. audacter, temere.

τόλμησις, εως, ἡ, (τολμάω) conatus audax, ausum.

τολμητέον, adv. verb. a τολμάω, audendum est.

τολμητής, οῦ, ὁ, qui aliquid suscipere et adgredi audet, homo audax.

τολμητίας, ου, ὁ, audax.

τολμίστατος, ου, ὁ, (τόλμα) audacissimus.

τολοιπόν, adv. τὸ λοιπόν, posthac, deinceps. 2) ceterum.

τολύπευμα, ατος, τό, (τολυπεύω) glomus lanae.

τολυπευτικός, ή, όν, qui novit glomera-

re. A seq.

τολυπεύω, f. εύσω, glomero, conglomero, conglobo, necto, contexo. 2) machinor, fabricor, struo. 3) conficio, ad finem perduco. 4) aerumnas patior, labores molestos exantlo, velut glomum lanae linive, molestias alias ex aliis evolvo. A seq.

τολύπη, ης, ἡ, lana carpta et pexa, pila seu glomus lanae carptae et ad nendum paratae et carminatae in globum. Est et cucurbita agrestis.

τομαῖος, ον, vel τομαῖος, αία, αῖον, (τομή) sectus, caesus, succisus, recisus. 2) idoneus ad secandum.

τομάριον, ου, τό, idem quod τόμος.

Τόμαρος, ὁ, i. q. Τόμουρος. cf. intpp. ad Od. xvi, 403.

τομάω, (τομή) sectione egeo, cultrum posco, sectione mihi opus est.

τομεῖον, ου, τό, instrumentum, quo quid scindi aut dissecari potest, ut forceps.

τομεύς, έως, ὁ, putator, sector. 2) idem quod τομεῖον. 3) resecta pars circuli duabus ad ambitum e centro productis lineis, angulus ad centrum.

τομή, ῆς, ἡ, (τέμνω) sectio, sectura, incisio, amputatio. it. vulnus. 2) portio sectione demessa, segmen. αἱ τομαί, viae ac vici urbium, se invicem scindentes.

τομίας, ου, ὁ, sectionem seu scalprum expertus, incisionem passus. 2) castratus. Gl. Vet. τομίας χοῖρος, majalis. A pr.

τομικός, ή, όν, (τομός) ad incidendum idoneus.

τόμιον, ου, τό, (τόμος) frustum sectione ablatum. τὰ τόμια, exta.

τομίς, ίδος, ἡ, (τέμνω) forceps.

τομός, ή, όν, (τέμνω) scindens, incidens, acutus. Comp. τομώτερος.

τόμος, ου, ὁ, (τέμνω) frustum sectione seu scissione ablatum. 2) scapus chartae, pars libri. (Nam veteres non parvis schedis papyraceis, quod nos facimus, sed totis grandibus animalium pellibus, arte comparatis, quas chartas appellabant, nos pergamena coria, ad inscribendum utebantur. Hinc ejusmodi segmentum τόμος dictum.)

Τόμουρος, ὁ, sacerdos Dodonaeus. cf. Τόμαρος.

τομῶς, adv. (τομός) more scindentium seu incidentium. 2) acriter, cum vi penetrante.

τοναῖος, αία, αῖον, (τόνος) vehemens, contentus, intentus, de voce.

τονάριον, ου, τό, fistula, qua musici tonos praemonstrant.

τονέω, idem quod τονόω.

τονθολυγεῖν, et τονθορυγεῖν, proprie de sono aquae ab aestu ebullientis s. ferventis, deinde eadem quae seq.

τονθορίζω, vel τονθορύζω, (τονθρύς) proprie de sono aquae ferventis, murmuro, vel submissa voce murmuro, musso, submisse loquor. 2) tremo, ut τονθαρύζω.

τονθρίζω et τονθρύζω, idem. A seq.

τονθρύς, ύος, ἡ, murmur aquae ebullientis, fervor, per onomatopoeiam. Hesych.

τονθρυστής, οῦ, ὁ, murmurator. A pr.

τονιαῖος, αία, αῖον, (τόνος) toni (qui sc. sermoni opp.) magnitudinem aequans.

τονίζω, (τόνος) accento. v. τονόω, n. 3.

τονικός, ή, όν, qui fit extensione, firmus.

τόνος, ου, ὁ, (τείνω) tonus, accentus, tenor, tentigo, intensio, et quo quid intenditur, ut funis, restis, vis rei intendens et impellens, vigor, robur, ut vesicae, stomachi etc.

τονόω, f. ώσω, intendo, v. c. vocem. 2) roboro, firmo. 3) accentum pono alicubi. A pr.

τονώδης, ες, (τόνος) tonum habens.

τόνωσις, εως, ἡ, (τονόω) corroboratio, confirmatio. 2) accentus.

τονωτικός, ή, όν, vim habens intendendi seu roborandi et firmandi.

τοξάζομαι, f. άσομαι, (τόξον) arcu jaculor.

τοξαλκής, ὁ, ἡ, (ἀλκή) Epith. Cupidinis, sagittis vim suam exserens, aut contemtum sui ulciscens.

τοξάριον, ου, τό, parvus arcus. Dim. a τόξον.

τοξάρχης, ου, ὁ, (ἄρχω) praefectus sagittariorum.

τοξεία, ας, ἡ, (τοξεύω) ars sagittandi.

τόξευμα, ατος, τό, quod arcu emissum est, sagitta, jaculum. 2) ipse ictus seu jactus sagittae aut teli.

τοξευτήρ, ῆρος, ὁ, (τοξεύω) arcitenens, sagittarius, fem. τοξεύτειρα, sagittaria, jaculatrix, venatrix.

τοξευτής, οῦ, ὁ, idem.

τοξευτικός, ή, όν, sagittariae artis peritus, sagittarius. A pr.

τοξευτός, ή, όν, sagitta percussus.

τοξεύω, f. εύσω, (τόξον) arcu sagittam emitto, jaculor, arcu peto, sagittis ferio.

τοξήρης, ες, (τόξον, ἄρω) sagittifer, arcitenens, arcu et jaculis instructus.

τοξίκλυτος, ον, (κλυτός) arcu celeber, Pind.

τοξικός, ή, όν, (τόξον) sagittarius, ad sagittas aptus. Subst. ἡ τοξική, sc. ἐπιστήμη, ars sagittas mittendi. τὸ τοξικόν, sc. πλῆθος, sagittarii. 2) venenum, sc. ἔγχρισμα, quod sagittis illinebatur.

τοξοβέλεμνος, ον, (βέλεμνον) et

τοξοβόλος, ον, (βάλλω, βόλος) sagittas jaculans.

τοξοδάμας, αντος, ὁ, (δαμάω) i. q. τοξόδαμνος.

τοξόδαμνος, ον, (δαμνάω) arcu jaculisve domans, i. e. interficiens; jaculandi peritus.

τοξοειδής, ές, (εἶδος) arcuatus.

τοξοθήκη, ης, ἡ, pharetra.

τόξον, ου, τό, arcus. 2) pharetra cum telis. 3) ars sagittaria. τόξα, tela.

τοξοποιέω, arcus conficio.

τοξοποιΐα, ἡ, arcuum confectio. A pr.

τοξοποιός, οῦ, ὁ, qui conficit arcus.

τοξοσύνη, ης, ἡ, (τόξον) ars sagittandi.

τοξοτευχής, ές, (τεύχω) arcus faciens.

τοξότης, ου, ὁ, sagittarius, arcitenens. 2) sideris coelestis nomen. 3) ap. Atticos, minister publicus, apparitor magistratus.

τοξότις, ιδος, ἡ, sagittaria, arcitenens. A pr.

τοξοτίς, ίδος, ἡ, foramen muri, per quod sagittae emittuntur.

τοξουλκός, όν, (τόξον, ἕλκω) peritus artis sagittariae.

τοξοφόρος, ον, arcum gestans et sagittas, sagittarius, arcifer.

τοξόω, (τόξον) i. q. τοξεύω.

τοπάζιον, ου, τό, topazium, topazius lapis, gemmae nomen.

τοπάζιος λίθος, topazius lapis.

τοπάζω, f. άσω, (τόπος) statuo, colloco, q. d. in loco pono. 2) conjicio, suspicor, quaero, investigo. v. ὑποτοπάζω.

τοπάλαι, adv. τὸ πάλαι, olim, quondam, jam pridem.

τοπαλαιόν, adv. adv. τὸ παλαιόν, antiquitus, olim.

τοπᾶν, et τοπάν, (alpha brevi, Pind.) τὸ πᾶν, adv. perpetuo, omnino.

τοπαράπαν, adv. omnino, prorsus.

τοπαραυτίκα, adv. statim.

τοπάροιθε, vel τοπάροιθεν, adv. antea.

τοπάρος, adv. prius, antea. Haec omnia ad simplicia quaeque sua referenda et ibi quaerenda sunt.

τοπάρχης, ου, ὁ, (τόπος, ἄρχω) loci praeses, qui loco alicui praefectus est, seu praeest, toparcha, praefectus regionis.

τοπαρχία, ας, ἡ, toparchia, munus toparchae. 2) pagus. A pr. cf. seq.

τόπαρχος, ου, ὁ, idem quod τοπάρχης.

τοπεῖον, τό, v. τοπήϊον.

τοπέω, f. ήσω, conjector, suspicor.

τοπηγορία, ἡ, (τόπος, ἀγορεύω) loci communis tractatio.

τοπήϊον, ου, τό, (τόπος) Ion. pro τοπεῖον, pl. τοπήϊα, arma navis, s. suppellex nautica. Callim.

τοπικός, ή, όν, (τόπος) localis, situs. ἡ τοπική, ῆς, sc. τέχνη, ars topica, ostendens τόπους sive locos, e quibus argumenta desumenda sunt ad probandum vel amplificandum.

τοπικῶς, adv. ratione loci. 2) per locos communes, per capita.

τοπλέον, adv. magis. 2) frequentius.

τοπογραφέω, (τοπογράφος) locum describo.

τοπογραφία, ας, ἡ, loci vel locorum descriptio. A seq.

τοπογράφος, ον, (τόπος, γράφω) locos describens. ὁ τ. locorum descriptor.

τοποθεσία, ας, ἡ, (θέσις) loci situs vel positus, loci positio, situs: it. designatio, descriptio locorum.

τοποθετέω, f. ήσω, (τίθημι) locorum descriptionem instituo.

τοποκλισία, ας, ἡ, (κλίσις) locus accubitus, ubi quis accumbit.

τοπομαχέω, (μάχομαι) variis in locis praelior, i. e. modo hoc, modo illo in loco. 2) loci opportunitate utor ad pugnandum.

τόπος, ου, ὁ, locus, tractus, regio. 2) τόποι, sedes et domicilia argumentorum apud dialecticos. 3) τόπος, argumentum seu thema, quod tractatur apud rhetoras. 4) locus affectus apud medicos 5) locus auctoris alicujus apud Graecos recentiores. 6) vulva. 7) facultas, occasio.

τοποτηρητής, οῦ, ὁ, q. d. loci servator, vicarius, locum tenens.

τοπρίν, adv. prius, antea, olim.

τοπρόσθεν, adv. antea, olim.

τοπρότερον, adv. prius, antea, olim.

τοπρῶτον, adv. primum, primo, primo loco.

τόργος, ου, ὁ, vultur. Callim. Lycophr.

τορδύλιον, ου, τό, tordylium, seseli Creticum, herba.

τορεία, ας, ἡ, (τορεύω) ipsa actio caelandi, scalpendi.

τόρευμα, ατος, τό, opus caelatum, toreuma.

τόρευσις, εως, ἡ, caelatura.

τορευτής, οῦ, ὁ, caelator.

τορευτικός, ή, όν, ad caelaturam perti-

nens, seu cujus usus est in caelando. 2) caelandi facultate praeditus. A pr.

τορευτός, ή, όν, caelatus, caelo elaboratus. 2) elaboratus, exquisitus, pulcer. A seq.

τορεύω, f. εύσω, (τορός) caelo, sculpo.

τορέω, f. ήσω, aor. 2. ἔτορον, perforo, perterebro, ferro trajicio, penetro. 2) perspicue declaro et denuncio.

τορητός, ή, όν, perforatus: vulnerabilis.

τόρμη, ης, ή, vel τόρμος, ου, ὁ, modiolus rotae, in quem axis inseritur. 2) fibula, uncus, clavus. 3) carceres et repagula. 4) cursus in hippodromo. 5) meta. 6) vestigium rotae.

τορνεία, ας, ή, (τορνεύω) tornatio.

τόρνευμα, ατος, τό, quod tornando confit. 2) scobs, ramenta.

τορνευτήριον, ου, τό, instrumentum, quo tornant, tornus.

τορνευτής, οῦ, ὁ, tornator.

τορνευτικός, ή, όν, ad tornatorem vel tornaturam pertinens. 2) tornandi peritus. ἡ τορνευτική, ῆς, sc. τέχνη, ars tornandi. A pr.

τορνεύω, f. εύσω, torno, rotundo. 2) circino describo. A seq.

τόρνος, ου, ὁ, tornus, instrumentum, quo aliquid tornatur et excavatur.

τορνόω, f. ώσω, torno. 2) rotundum facio, circulo circumscribo. A pr.

τόρος, ου, ὁ, instrumentum lapicidarum.

τορός, ρά, ρόν, (τείρω) penetrans, acutus. 2) acer, vehemens. 3) perspicuus, clarus.

τορυνάω, tudicula agito. A seq.

τορύνη, ης, ή, (τείρω) instrumentum, quo in olla aliquid teritur et agitatur inter coquendum, tudicula. (⏑ – –)

τορῶς, adv. (τορός) acute. 2) perspicue, aperte, clare, acuta voce.

τοσάκις et τοσσάκις, adv. (τόσος) toties.

τοσάτιος vel τοσσάτιος, tantus.

τοσαυτάκις, adv. (τοσοῦτος) toties.

τοσαυταπλάσιον, adv. tantuplum.

τοσαυταχῶς, adv. tot modis.

τόσος, η, ον, (ὅσος) tantus.

τοσουτάριθμος, ον, (ἀριθμός) tantum numerum explens.

τοσοῦτος, αύτη, οῦτο, (τόσος, οὗτος) tantus. τοσούτῳ, tantidem, tanto.

τοσσάκις et τοσσάκι, poet. pro τοσάκις.

τόσσος, poet. pro τόσος.

τότε, adv. (ὅτε) tunc, tum, deinde. τότε δή, ita demum, tum vero, tum demum.

τοτέ, adv. aliquando.

τοτελευταῖον, adv. postremo, demum, denique, tandem.

τοτηνικάδε, adv. tunc.

τοτρίτον, adv. tertium, tertio.

τού, τούν, τούγα, Boeot. p. σύ, σύγε.

του, enclit. pro τινός gen. sing. a τις.

τοῦ, gen. sing. ab articulo ὁ, et pron. interrog. τίς.

τοὐλάχιστον, per crasin i. q. τὸ ἐλάχιστον, minimum.

τοὔμπαλιν, per crasin i. q. τὸ ἔμπαλιν, ut τοὔμπροσθεν pro τὸ ἔμπ., τοὐναντίον pro τὸ ἐναντίον, τοὐντεῦθεν p. τὸ ἐντεῦθεν, τοὔνομα p. τὸ ὄνομα, al.

τοὔνεκα, τοὔνεκεν, pro τοῦ (i. e. τούτου) ἕνεκα, propterea.

τουτάκι et τουτάκις, adv. (τοῦτο) interea vero, tunc, eo tempore. 2) hic, ibi. 3) toties.

τουτεί, adv. Dor. p. ταύτῃ, Theocr. 5, 103.

τουτογί, hocce.

τουτέων, Ion. p. τούτων.

τουτί, hocce, τοῦτο cum ι demonstrativo.

τουτόθε, adv. eo, Theocr.

τουτῶθεν, adv. inde, Theocr.

τόφρα, adv. tamdiu, donec, dum, seq. plerumque ὄφρα. 2) Conj. ut, quo, Ap. Rh. 4, 1487.

τράγαιναι, ῶν, αἱ, (τράγος) caprae, utriusque sexus genitalia habentes.

τραγάκανθα, ης, ή, (τράγος, ἄκανθα) q. d. hircina spina, frutex.

τραγαλίζω, (quasi a τραγεῖν, a τρώγω) rodo; verbum Aristoph.

τραγανόν, τό, vel τράγανον, cartilago.

τράγανος, ου, ὁ, herba quaedam, quae et τράγος.

τραγάω, (τράγος) hircum refero, odore, libidine. 2) libidine incipio tentari, unde et pubesco, item de voce pubescentium. 3) luxurio, ut seges, arbor, et hinc sterilis sum.

τραγεῖν, inf. aor. a τρώγω.

τραγεῖον, τό, v. τράγιον.

τράγειος, εία, ειον, (τράγος) hircinus. ἡ τραγεία, sc. δορά, hircina pellis.

τραγέλαφος, ου, ὁ, hircocervus, animal hirci et cervi figuram mixtam habens. 2) poculi genus.

τράγεος, έα, εον, hircinus.

τραγῆ, ἡ, contr. p. τραγέη, fem. a τράγεος, pellis hircina, sc. δορά.

τράγημα, ατος, τό, (τραγεῖν, aor. 2. a τρώγω) quod secundis mensis apponitur. τραγήματα, bellaria.

τραγηματίζομαι, comedo bellaria. A pr.

τραγηματισμός, οῦ, ὁ, esus bellariorum. A praec.

τραγίαμβος, ὁ, (τράγος, ἴαμβος) tragiambus, genus versus iambici, cui opponitur τὸ κωμικὸν ἰαμβικόν.

τραγίζω, f. ίσω, (τράγος) hircum odore refero. 2) Venerea libidine tentor. 3) pubesco; item de voce pubescentium: hirquitallio.

τραγικεύομαι, tragice loquor. Schol. Aristoph.

τραγικός, ή, όν, pertinens ad tragoedum, tragoedorum proprius, conveniens tragicis, dignus tragicis, tragicus poeta.

τραγικώδης, ες, tragicus, tragoedia dignus.

τραγικῶς, adv. tragice, more tragicorum.

τράγιον, seu τραγεῖον, ου, τό, (τράγος) tragium, herba, cujus folia autumno virus hirci olent.

τραγίσκος, οῦ, ὁ, parvulus hircus, aut hoedus. Dim. a τράγος.

τραγοβάμων, ὁ, (βαίνω) hircinis pedibus incedens, ut Pan. (⏑ ⏑ – –)

τραγοειδής, ές, (εἶδος) hirco similis, Plat.

τραγόκερως, ων, gen. ω, (κέρας) hircina cornua habens.

τραγοκουρικός, ή, όν, (κουρά) ad capros tondendos aptus.

τραγοκτόνος, ον, (κτείνω) hircos occidens.

τραγομάσχαλος, ον, (μασχάλη) hircosus, hircum olens.

τραγόπους, ποδος, ὁ, (πούς) hircinos pedes habens.

τραγοπώγων, ωνος, ὁ, hircinam barbam habens. 2) nomen herbae.

τραγορίγανον, ου, τό, origanum hircinum. Hinc τραγοριγανίτης οἶνος, vinum e tragorigano confectum.

τράγος, ου, ὁ, hircus, caper. 2) libido et salacia. 3) foetor, qualis hircorum. 4) luxuries arborum, segetis.

τραγοσκελής, ές, (σκέλος) qui hircinis est cruribus, capripes.

τραγοφαγέω, (φαγεῖν) hircos vel capros edo.

τραγῳδάριον, ου, τό, Dim. a τραγῳδία.

τραγῳδέω, f. ήσω, (τραγῳδός) tragoediam decanto. 2) tragice decanto. 3) tragice exaggero, vociferor, exclamo, deploro, ostendo, res supra modum augeo etc.

τραγῴδημα, ατος, τό, tragoedia, tragica oratio. A pr.

τραγῳδητής, οῦ, ὁ, idem qui tragoedus. Ab eodem.

τραγῳδία, ας, ἡ, (τραγῳδός) tragoedia. 2) rerum terribilium optatio, jactatio. it. tragica narratio.

τραγῳδιδάσκαλος, ὁ, i. q. τραγῳδιοδιδάσκαλος.

τραγῳδικός, ή, όν, pertinens ad tragoedum, tragoedorum proprius.

τραγῳδιογράφος, ου, ὁ, (τραγῳδία, γράφω) tragoediarum scriptor.

τραγῳδιοδιδάσκαλος, et τραγῳδοδιδάσκαλος, ου, ὁ, qui tragoedias docet, i. e. agit, profert, tragicus.

τραγῳδιοποιός, τραγῳδοποιός, οῦ, ὁ, (τραγῳδία et ποιέω) tragicus poeta.

τραγῳδοποιΐα, ἡ, carminis tragici compositio.

τραγῳδός, οῦ, ὁ, tragoedus, tragicus poeta s. actor. (E τράγος et ᾠδή, quoniam hircum accipiebant, qui tragoedia vicissent.)

τράμις, vel τράμη, ἡ, (*τράω, τιτράω) podex, sive linea, quae medium scrotum dividit in duas partes.

τράμπις, ιδος, ἡ, navis. Lycoph. Nicand.

τρανής, ές, (τιτράω) perspicuus, manifestus.

τρανός, ή, όν, idem, LXX de loquente, opponitur muto.

τρανότης, ητος, ἡ, perspicuitas orationis. A pr.

τρανόω, f. ώσω, clarum et perspicuum reddo, declaro, manifesto. 2) illumino, illustro.

τρανῶς, adv. manifeste, aperte, diserte, ad liquidum, clare.

τρανωτικός, ή, όν, (τρανόω) explanandi et illustrandi vim habens.

τράπεζα, ης, ἡ, (pro τετράπεζα) mensa cibaria. 2) coena ipsa, s. cibi in mensa positi, fercula, lances. 3) mensa argentaria. 4) fiscus, aerarium. 5) dicitur et de quibusque rebus mensae tabulaeve grandioris figuram habentibus, quomodo nos voc. *Platt* usurpamus, ut e. c. tabula, cui aliquid memoriae ergo insculpitur, quae suspendatur in templa.

τραπεζεύς, έως, ὁ, parasitus.

τραπεζήεις, ήεσσα, ῆεν, ad mensam pertinens, mensae inserviens.

τραπεζία, ας, ἡ, mensarum confectio.

τραπέζιον, ου, τό, mensula, abaculus, figura geometrica. Dim. a τράπεζα.

τραπεζιτεύω, f. εύσω, mensarius sum. A

seq.

τραπεζίτης, ου, ὁ, (τράπεζα) numularius, mensarius, argentarius. (ῑ)

τραπεζιτικός, ή, όν, ad mensarium pertinens. A praec.

τραπεζοειδής, ές, (τράπεζα, εἶδος) mensae formam habens.

τραπεζοκόμος, ον, (κομέω) qui mensam curat et instruit.

τραπεζοκόρος, ον, (κορέω) qui satiatur cibis appositis, vel curator dapum, epularum.

τραπεζολοιχός, οῦ, ὁ, (λείχω) qui mensas lingit, mensarum adsecla, parasitus.

τραπεζοποιέω, mensas facio. 2) mensam instruo.

τραπεζοποιΐα, ἡ, mensarum fabricatio. A praec.

τραπεζοποιός, οῦ, ὁ, (ποιέω) mensam instruens. 2) mensas fabricans.

τραπεζορήτωρ, ορος, ὁ, qui in mensa disserit.

τραπεζότης, ητος, ἡ, abstractum a τράπεζα. ap. Diog. Laert.

τραπεζοφόρος, ον, (τράπεζα, φέρω) mensam ferens s. sustinens, signum hac specie; trapezophorus, Cic.

τραπεζοφόρον, ου, τό, caliculare, ubi calices reponuntur.

τραπεζόω, f. ώσω, (τράπεζα) mensae impono.

τραπεζώδης, ες, (εἶδος) mensarius, mensae similis, figuram mensae habens.

τραπέζωμα, ατος, τό, (τραπεζόω) quod mensae imponitur, ut vasa.

τραπέζωσις, εως, ἡ, apparatus mensae, id quod mensae imponitur.

τραπελίζω, verto, converto. A seq.

τραπελός, ή, όν, (τρέπω) mutabilis.

τραπέμπαλιν, adv. (τρέπω, ἔμπαλιν) retro.

τράπεσδα, ἡ, Dor. p. τράπεζα.

τραπέσθαι, inf. aor. 2. med. a τρέπω, Hom.

τραπέω, uvas calco in lacu.

τραπῆναι, inf. aor. 2. pass. a τρέπω.

τράπηξ, ηκος, ὁ, hasta validus.

τραπητέος, έα, έον, adj. verb. a τρέπω, factum ab aor. 2. τραπεῖν, vertendus, convertendus.

τραπητής, οῦ, ὁ, (τραπέω) calcator uvarum.

τράπομαι, vertor, convertor. Ion. pro τρέπομαι.

τράπω, Ion. p. τρέπω.

τρασιά, ᾶς, ἡ, (τέρσω) tabula, s. corbis, ubi siccantur casei et ficus, et alii fructus.

τραυλίζω, f. ίσω, (τραυλός) balbutio, balbus aut blaesus sum.

τραυλισμός, οῦ, ὁ, balbuties. A praec.

τραυλός, ή, όν, balbus, blaesus, fractus lingua.

τραυλότης, ητος, ἡ, balbuties. propr. quum quis literam ρ pronunciare nequit. A praec.

τραῦμα, ατος, τό, (* τρόω, τιτρώσκω) vulnus. 2) clades, strages, detrimentum bello acceptum.

τραυματίας, ου, ὁ, vulneratus, saucius. A praec.

τραυματίζω, f. ίσω, vulnero, saucio. Ab eod.

τραυματικός, ή, όν, vulneribus sanandis aptus.

τραυματοποιός, όν, (τραῦμα, ποιέω) vulnificus.

τραφερός, ρά, ρόν, (τρέφω) aridus, siccus. 2) compactus, firmus. 3) alens, alendi vim habens. τραφερά, ἡ, terra arida, continens. v. ξηρά.

τράφηξ, ηκος, ὁ, lignum erectum, scopus. 2) hasta cf. τράπηξ. Lycoph.

τράφος, ἡ, Dor. p. τάφρος.

τράφω, Aeol. et Dor. p. τρέφω, vide Boeckh. v. l. Pind. P. 2, 44

τραχαλᾶς, ᾶντος, ὁ, cognomen Constantini M. Dor. p. τραχηλᾶς, (τράχηλος) i. q. παχὺς τὸν αὐχένα, crassam cervicem habens: i. e. ut Aurel. Victor explicat, irrisor.

τρᾱχέως, adv. (τραχύς) aspere.

τραχηλιαῖος, αία, αῖον, (τράχηλος) ad collum pertinens.

τραχήλια, ων, τά, edulia ab extremis partibus animalium, ut cervicibus, pedibus, alis anserum et aliorum. 2) minores victimarum partes; majores sunt κῶλα.

τραχηλιάω, collum seu cervicem attollo. 2) superbio, ferocio.

τραχηλίζω, f. ίσω, (τράχηλος) collum seu cervicem resupino. 2) obtorqueo collum, obtorto collo traho, in caput ita impello, ut cervices rumpantur. it. disseco cervices. v. τραχηλοκοπέω. 3) nudo, praebeo conspiciendum, patefacio. 4) converto s. convertere facio cervicem ac vultum. τραχηλιζόμενος, qui alicujus rei videndae cupiditate incensus convertit eo collum et caput.

τραχηλιμαῖος, αία, αῖον, idem quod τραχηλιαῖος.

τραχηλισμός, οῦ, ὁ, (τραχηλίζω) cervicis resupinatio vel flexus.

τραχηλοκοπέω, f. ήσω, (τράχηλος, κόπτω) collum abscindo seu amputo, decollo.

τραχηλοκοπία, ας, ἡ, decollatio. A pr.

τράχηλος, ου, ὁ, collum, cervix, proprie cervices, vertebrae ad collum. (A τραχύς, quia spina dorsi ibi maxime est aspera. v. τραχαλέος.)

τραχηλόσιμος, ον, (σιμός) breve collum habens.

τράχουρος, vel τραχοῦρος, ου, ὁ, (τραχύς, οὐρά) trachurus, piscis quidam. (—⏑)

τραχόω, durum, asperum reddo, ap. Joseph.

τρᾱχοβατέω, per aspera incedo.

τρᾱχυδέρμων, ονος, ὁ, ἡ, (δέρμα) cutem seu pellem habens asperam et scabram.

τρᾱχυντικός, ή, όν, exasperandi vim habens. A seq.

τρᾱχύνω, (τραχύς) aspero, exaspero.

τρᾱχυόστρακος, ον, (ὄστρακον) asperam et scabram testam habens.

τρᾱχύπους, ποδος, ὁ, ἡ, asperos et scabros habens pedes.

τρᾱχύς, εῖα, ύ, Ion. τρηχύς, asper, scaber, confragosus, salebrosus, scruposus, hirsutus. 2) acer, acerbus, ferox.

τρᾱχυσμα, ατος, τό, (τραχύνω) asperitas seu aspredo, v. c. cutis. (– – ⏑)

τρᾱχυσμός, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

τρᾱχύστομος, ον, (τραχύς) qui aspera voce est, seu qui aspere loquitur, ut barbari.

τρᾱχύτατα, adv. asperrime. Superl. a τραχύς.

τρᾱχύτης, ητος, ἡ, asperitas, scabrities. Ab eod.

τρᾱχύφλοιος, ον, asperum et scabrum corticem habens.

τρᾱχυφωνία, ας, ἡ, asperitas vocis. A seq.

τρᾱχύφωνος, ον, (φωνή) cui aspera vox est.

τρᾱχώδης, ες, (τραχύς) asper, durus.

τράχωμα, ατος, τό, (τραχόω) asperitas, exasperatio. (– – ⏑)

τρᾱχών, ῶνος, ὁ, (τραχύς) locus asper et salebrosus, sentes, cautes.

*τράω, thema obsoletum, v. τιτράω.

τρεῖς, οἱ, αἱ, τρία, τά, tres, tria.

τρείω, poet. p. τρέω.

τρέμιθος, ἡ, poet. p. τέρμινθος, Nic.

τρέμω, f. τρεμῶ, tremo, intremisco, trepido: moveor. 2) metuo. cf. τρέω.

τρεπτικός, ή, όν, mutabilis.

τρεπτός, ή, όν, (τρέπω) qui verti, s. qui mutari potest, mutabilis. 2) exorabilis.

τρεπτότης, ητος, ἡ, mutabilitas. A praec.

τρέπω, f. τρέψω, verto, converto. 2) in fugam converto. 3) muto. 4) verso, considero, perpendo. ἐτράπησαν, in fugam versi sunt, aor. 2. pass. 3. pl. τετραμμένος, conversus, perf. pass. part.

τρέσσης, ου, ὁ, (τρέω) timidus.

τρέφος, εος, τό, quod nutritur, alumnus. 2) frustum, ut e. c. casei, a coalescendo. A sequ.

τρέφω, f. θρέψω, alo, nutrio, nutrico, educo. ἡ θρέψασα, patria. ἐτράφην, nutritus sum, aor. 2. pass. τεθραμμένος, educatus, perf. part. pass. 2) habeo, Sophocl. 3) coagulo, compingo, conglacio. v. τραφερός.

τρεχεδειπνέω, ad coenam curro. A seq.

τρεχέδειπνος, ον, (δεῖπνον) qui ad coenas festinanter accurrit, parasitus. Gl. Vet. cupidicinus, i. e. cupidicoenus.

τρέχνος, εος, τό, idem quod τέρχνος. Dosiad.

τρέχω, curro, festino, propero. 2) navigo. f. m. θρέξομαι et δραμοῦμαι. aor. 2. ἔδραμον. imp. δράμε.

τρεψίχρως, ωτος, ὁ, (τρέπω, χρώς) epith. polypi, qui colorem mutat.

τρέω, f. έσω, tremo, intremisco, trepido, timeo, vereor. 2) territus seu pavefactus fugio. 3) dubius animi haereo. v. τρέσσης.

*τρήω, thema obsol. unde τρήσω, fut. a τιτράω.

τρῆμα, ατος, τό, foramen. 2) pudenda muliebria.

τρηματίκτης, ου, ὁ, qui tesseris ludit. 2) qui feminas stuprat. Dor. pro ῥηματιστής. A seq.

τρηματίζω, (τρῆμα) alea ludo; a punctis, quae sunt in tesseris. 2) stupro.

τρηματίτης, ου, ὁ, idem qui τρηματίκτης. (ῑ)

τρηματόεις, όεσσα, όεν, multis foraminibus pertusus, multa habens foramina.

τρηματώδης, ες, idem et ab eod.

τρήρων, ωνος, ὁ, ἡ, (τρέω) timidus, epith. Hom. columbarum. Unde ἡ τρήρων, columba.

τρῆσις, εως, ἡ, (τιτράω) perforatio, perfossio, trajectio, quae fit terebra.

τρητός, ή, όν, perforatus, foramina habens.

τρηχαλέος, έα, έον, Ion. p. inusit. τραχαλέος, poet. p. τραχύς, asper, durus.

τρηχύνω, Ion. pro τραχύνω, exaspero.

τρηχύς, εῖα, ύ, Ion. pro τραχύς.

τρήχυσμα, Ion. pro τράχυσμα.

τρηχυσμός, Ion. pro τραχυσμός.

τρηχόω, asper et salebrosus sum.

τρηχώ, όος, οῦς, ἡ, locus salebrosus, Nic.

τρηχώδης, Ion. p. τραχώδης.

τρι, syllaba in compositione est vel τρίς, vel e τρεῖς, vel e τρία, quod facile e sensu cujusque verbi colligitur.

τριαγμός, οῦ, ὁ, victoria, proprie in triplici certamine. A sq.

I. τριάζω, f. άσω, Dor. άξω, (τρεῖς, τρία) vinco in triplici certamine.

II. τριάζω, f. άσω, (τρία) triplico.

τρίαινα, ης, ἡ, (τρία) tridens, fuscina.

τριαινατήρ, ῆρος, ὁ, agricola, qui tridente utitur. A praec.

τριαινοειδής, ές, (εἶδος) speciem tridentis habens.

τριαινοειδῶς, adv. specie tridentis. A praec.

τριαινόω, occo. Schol. Aristoph. Pr. tridente moveo.

τριακαίδεκα, οἱ, αἱ, τά, tredecim.

τριακαιδεκέτης, ου, ὁ, fem. -έτις, ιδος, (ἔτος) tredecim annos natus.

τριακάς, άδος, ἡ, (τριάκοντα) trigesima dies mensis. 2) numerus tricenarius.

τριάκις, adv. (τρία) ter.

τριακονθήμερος, ον, (τριάκοντα, ἡμέρα) qui triginta dierum est, qui habet triginta dies.

τριακονθάμματος, ον, (ἅμμα) constans triginta nodis seu vinculis.

τριάκοντα, οἱ, αἱ, τά, Ion. et Ep. τριήκοντα, (τρεῖς) triginta. (⏑ – – ⏑)

τριακονταετηρίς, ίδος, ἡ, anni triginta. A seq.

τριακονταέτης, ου, ὁ, it. τριακονταετής, ές, Plat. legg. 12. p. 9lia. B. (τριάκοντα, ἔτος) qui triginta annorum est.

τριακονταετία, ας, ἡ, tempus triginta annorum. A praec.

τριακονταέτις, ιδος, ἡ, quae triginta annorum est. Ab eodem.

τριακοντάζυγος, ον, (ζυγόν) triginta transtra habens, de navi.

τριακοντάκις, adv. tricies.

τριακοντάκλινος, ον, (κλίνη) triginta lectis instructus.

τριακοντάκωπος, ον, (κώπη) epith. navis, quae triginta remis impellitur.

τριακοντάμηνος, ον, (μήν) qui est triginta mensium.

τριακονταμναῖος, αία, αῖον, (μνᾶ) qui triginta minarum est.

τριακονταπέντε, οἱ, αἱ, τά, triginta quinque.

τριακοντάπηχυς, εος, ὁ, ἡ, triginta cubitorum mensuram aequans.

τριακοντάπους, ουν, triginta pedes aequans.

τριακοντήρης, εος, ἡ, (ἐρέσσω) navis triginta ordinum.

τριακοντόργυιος, ον, (ὄργυια) passus triginta aequans.

τριακόντορος, ου, ἡ, quae triginta remis agitur, epith. navis.

τριακοντούτης, ου, ὁ, i. q. τριακονταέτης, Plat. de rep. 7, p. 730. a.

τριακοντούτης, ες, ὁ, ἡ, v. τριακονταέτης.

τριακόσιοι, ιαι, ια, (τρεῖς) trecenti, ae, a.

τριακοσταῖος, αία, αῖον, (τριακοστός) qui trigesimo die, vel spatio triginta dierum aliquid facit.

τριακοστημόριον, τό, (μόριον) pars tricesima.

τριακοστόδυος, ον, (δύο) tricesimus secundus.

τριακοστός, ή, όν, (τριάκοντα) trigesimus.

τριακτήρ, ῆρος, ὁ, (τριάζω) victor.

τριακτός, ή, όν, (τριάζω) victus. 2) superabilis.

τριάνωρ, ορος, ἡ, (ἀνήρ) quae ter, vel saepius nupsit. (⏑ – –)

τριάρμενος, ον, (τρία, ἄρμενον) trinis instructus velis.

τριαρχία, ας, ἡ, (τρεῖς, ἀρχή) triumviratus.

τριάς, άδος, ἡ, (τρεῖς) numerus ternarius, ternio, triga; tertia pars cujusvis totius. 2) tres personae S. Trinitatis, trinitas.

τριᾶς, ᾶντος, ὁ, triens, numus.

τριαύλαξ, κος, ὁ, ἡ, (αὖλαξ) trisulcus.

τριαύχην, ενος, ὁ, ἡ, tria capita habens. epith. Hecates.

τριβάδες, ων, αἱ, (τρίβω) tribades, feminae lasciviae nefandae. (ἀπὸ τοῦ τρίβεσθαι ἐναλλὰξ ὀλισβῷ).

τριβακός, ή, όν, (τρίβαξ) homo tritus, i. e. veterator, in rebus agendis exercitatus. At τριβακόν, οῦ, τό, lacerna seu vestis trita, obsoletum, Gl. Vet.

τριβαλλοί, οἱ, vel τριβαλλοί, dii barbari, Ar. 2) nebulones, juvenes in cauponis et balneis vitam degentes, Hem.

τρίβαλος, ον, i. q. τριβακός, dub.

τρίβανον, ου, τό, id, quo teritur fomes, id, quod terit fomitem.

τριβάρβαρος, ου, ὁ, ter barbarus, valde barbarus.

τριβελής, ές, (τρεῖς, βέλος) tres cuspides habens.

τριβεύς, έως, ὁ, tritor, qui fricat seu defricat.

τριβή, ῆς, ἡ, (τρίβω) tritus, i. e. tritura. 2) usus, exercitatio. 3) occupatio. 4) mora, procrastinatio.

τριβολεκτράπελα, τά, (τρίβολος, ἐκτράπελος) nugae insulsae; ap. Aristoph.

τρίβολος, ον, (βάλλω) proprie tricuspis. Hinc Subst. 1) ὁ τρίβολος, tribulus, *herba*, sentis, spina. b) vinum acescens. c) dicterium, acumen orationis. d) stercus ovium lanae adhaerescens, Ar. 2) τὰ τρίβολα, tribula, instrumentum triturandi.

τρίβος, ἡ, it. ὁ, Eur. et Plut. (τρίβω) via trita, semita, callis, limes. 2) i. q. τρῖψις, attritio. 3) exercitatio, usus, consuetudo; it. mora. 4) motus celer corporis.

τρίβραχυς, εος, ὁ, tribrachys, pes prosodicus, tribus syllabis brevibus constans.

τρίβω, f. ψω, aor. 1. pass. ἐτρίφθην, usitatius aor. 2. pass. ἐτρίβην, tero, frico, trituro. 2) attero, debilito. Med. τρίβεσθαί τινι, usu terere aliquid, ut πολέμῳ, Hdt. 3, 134.

τρίβων, ωνος, ὁ, ἡ, pallium tritum. A praec.

τριβωνάριον, ου, τό, palliolum tritum. Dimin. a praec.

τριβωνικῶς, adv. modo pallii detriti. A seq.

τριβώνιον, ου, τό, palliolum tritum, lacernula detrita. Dim. a τρίβων.

τριβωνοφορέω, (τριβωνοφόρος) pallium tritum gesto.

τριβωνοφορία, ας, ἡ, triti pallii gestatio. A seq.

τριβωνοφόρος, ον, (τρίβων, φέρω) pallium tritum gestans, s. detritam vestem.

τριγαμία, ας, ἡ, tertium matrimonium A seq.

τρίγαμος, ον, ter uxorem ducens, ternupta.

τριγένεια, vel τριγενία, ας, ἡ, dub. tertius generis gradus, tertia aetas, tertia generatio. vid. τριγονία. A seq.

τριγενής, ές, (τρεῖς, γένος) tertia perfectus generatione. 2) triplicem habens generationem.

τριγερήνιος, ον, senex trium seculorum, qui aetatem Nestoris aetate triplo majorem assecutus est, quippe qui Γερήνιος vocatur apud Homerum, Antonin. 4, 50. cf. τριγέρων.

τριγέρων, οντος, ὁ, ἡ, (γέρων) triplex senex, valde senex, Aesch. Choe. 311.

τρίγιγας, αντος, ὁ, (γίγας) immanis gigas, Orph. Arg. 1358.

τριγμός, τριγμόω, f. l. p. θριγκός, θριγκόω.

τρίγλα, s. τρίγλη, ης, ἡ, mullus, piscis.

τρίγληνος, ον, (τρεῖς, γλήνη) quasi tres pupillas habens, pulcerrimus. Epith. inauris trigeminis, ap. Hom. januae caelatae ap. Joseph.

τριγλίς, ίδος, ἡ, mullulus. Dim. a τρίγλα.

τριγλοβόλος, ον, (βάλλω) mullos venans.

τριγλοφόρος, ον, (φέρω) mullos afferens.

τρίγλυφος, ον, (γλύφω) tres scalpturas s. triplicem caelaturam habens, pulcerrime caelatus. ἡ τρίγλυφος, Eur. Or. 1374. vel τὸ τρίγλυφον, ornamentum columnarum. 2) ter fissus; αἰχμὴ τρίγλυφος, tridens, Opp. hal. 5, 377

τριγλώχιν, ῖνος, ὁ, ἡ, tres cuspides habens, trisulcus, tridens.

τριγμός, οῦ, ὁ, (τρίζω) stridor.

τρίγναθος, ον, trifaucis, Gl. Vet. triceps, epith. Cerberi.

τρίγομφος, ον, (γόμφος) tribus clavis instructus.

τριγονέω, (τρίγονος) tertio genero s. pario.

τριγονία, ας, ἡ, tertium genus, ut nepos. v. τριγένεια. A seq.

τρίγονος, ον, tertio generans vel pariens.

τριγράμματος, ον, (γράμμα) tribus litteris constans.

τριγχός, c. derivat. f. l. p. θριγκός, rel.

τριγωνίζω, (τρίγωνος) in trigonum formo. 2) trigonum pulso.

τριγωνίστρια, ἡ, femina, quae trigonum pulsat. v. τρίγωνον, n. 2.

τριγωνοειδής, ές, (εἶδος) triangularis, trianguli formam habens.

τρίγωνον, ου, τό, figura triangularis. 2) instrumentum musicum, triangularis formae. 3) forum judiciarium Athenis, a simili forma. A seq.

τρίγωνος, ον, (γωνία) triangulus. 2) tres cuspides habens. 3) pastillus ad sistendos dolores, dictus a figura.

τριδακτυλιαῖος, αία, αῖον, et

τριδάκτυλος, ον, (δάκτυλος) tres habens digitos. 2) qui tres digitos aequat.

τρίδειρος, ον, (δειρή) tria capita habens, i. e. tres in margine colles habens; de Sicilia. Lycoph.

τριδέσποτος, ον, qui tres dominos habuit.

τρίδουλος, ον, (δοῦλος) cujus pater, et avus, sicut ipse, servi fuerunt. item, qui

ter servus factus est. v. τρίπρατος.

τρίδραχμος, ον, (δραχμή) qui pretio, pondere aut mensura trium drachmarum est. Hinc τὸ τρίδραχμον, ου, tres drachmae.

τρίδυμος, ον, (τρεῖς) trigeminus. cf. δίδυμος.

τριδύστηνος, ον, infelicissimus.

τριέλικτος, ον, (ἑλίσσω) triplici volumine sinuatus, sinuosus.

τριέμβολος, ον, triplici armatus rostro.

τριένος, ον, trimus.

τριέσπερος, ον, trivesper, tres vesperas (vel noctes) habens. 2) trinoctio genitus.

τριέτεια, ἡ, i. q. τριετία, Dem. c. Androt. p. 589, 23. R. v. Schaef. app. 3. p. 594.

τριετήρ, ῆρος, ὁ, trimus. v. τριέτης.

τριετηρικός, ή, όν, triennalis. A seq.

τριετηρίς, ίδος, ἡ, triennium. 2) sc. ἑορτή, quae tertio quovis anno celebratur.

τριέτηρος, ον, i. q. τριετής.

τριετής, ές, gen. έος, et τριέτης, ου, ὁ, (ἔτος) trimus, tres annos natus, tres annos durans. adv. τριέτες, per tres annos, Od. 2, 106. 13, 377. — Ex grammaticorum praeceptis τριέτης dicitur de tempore, τριετής de aetate hominis; Etym. M. τριέτης μὲν χρόνος, τριετὴς δὲ παῖς.

τριετία, ας, ἡ, triennium.

τριετίζω, triennium ago.

τριζυγής, ές, et

τρίζυγος, ον, (ζυγόν) i. q. τρίζυξ.

τρίζυξ, υγος, ὁ, ἡ, (ζεύγνυμι) trijugis.

τρίζω, f. ίσω, (ῐ) et ίξω, pf. τέτριγα, strido, strideo.

τριηκάς, άδος, ἡ, Ep. et Ion. p. τριακάς, Hes.

τριηκονθήμερος, ον, Ion. p. τριακ.

τριήκοντα, Ion. pro τριάκοντα.

τριηκόντορος, ου, ἡ, sc. ναῦς, v. τριακόντορος.

τριηκοσταῖος, Ion. pro τριακοσταῖος.

τριηκοστημόριον, τό, tricesima pars. Ion. pro τριακοστημόριον.

τριημερία, ας, ἡ, (τριήμερος) triduum.

τριημερόνυκτος, ον, (ἡμέρα, νύξ) tres dies et tres noctes durans.

τριήμερος, ον, (ἡμέρα) triduanus, tres dies durans, seu inde a tertio die durans. τριήμερος ὑπέρθεσις, comperendinatio, Philox.

τριημίεκτος, ον, sesqui-sextus.

τριημιολία, v. τριηρημιολία.

τριημιπόδιον, ου, τό, pes cum dimidio, sesquipes.

τριημιτόνιον, ου, τό, tonus cum dimidio.

τριημιχοίνιξ, ικος, ἡ, choenix cum dimidia, terni semisextarii.

τριημιωβόλιον, ου, τό, obolus cum dimidio.

τριηραρχέω, f. ήσω, trierarchi munere fungor. 2) sumtus praebeo vel confero ad triremem. A seq.

τριηράρχης, ου, ὁ, (τριήρης, ἄρχω) triremis, seu triremium praefectus. 2) qui in publicam triremem seu publicas triremes sumtus confert.

τριηραρχία, ας, ἡ, triremis, seu triremium praefectura. 2) triremium tutela.

τριηραρχικός, ή, όν, ad trierarchiam pertinens.

τριήραρχος, ὁ, i. q. τριηράρχης.

τριηραύλης, ου, ὁ, (τριήρης, αὐλέω) tibicen in triremi.

τριηρητικός, ή, όν, (τριήρης) ad triremes pertinens.

τριηρημιολία, ας, ἡ, (ἡμιολία) navis minor justa triremi, et quidem hemiolia tres remorum ordines habens.

τριήρης, εος, ἡ, triremis, navis tribus remorum ordinibus instructa. 2) poculi genus. 3) Adj. τριήρης, ες, (ἄρω) tres contignationes habens, ut τριώροφος.

τριηρικός, ή, όν, ad triremem pertinens. A praec.

τριηρίτης, ου, ὁ, et τριηρείτης, qui triremi vehitur. 2) remex in triremi.

τριηρονόμος, ου, ὁ, (νέμω) trierarchus, praefectus triremi.

τριηροποιός, οῦ, ὁ, (ποιέω) triremes struens.

τριθάλασσος, Attic. τριθάλαττος, ον, (θάλασσα) trimaris, tribus maribus cinctus.

τριθαλής, ές, (θάλλω) ter virens seu florens. ἡ τριθαλίς, nomen herbae.

τριθεΐα, ας, ἡ, (θεός) deitatis ternio, opinio deos tres statuentium.

τριθεῖται, ῶν, οἱ, Tritheitae, qui tres deos esse statuunt. A pr.

τριθημερινός, ή, όν, (τρίτη, ἡμέρα) triduanus.

τρίθρονος, ον, tribus soliis, sedibus constans. Est etiam epith. SS. Trinitatis.

τρίιππον, ου, τό, (ἵππος) triga.

τρικαλίνδητος, ον, (καλινδέω) ter volutatus. 2) saepe volutatus.

τρικάρηνος, ον, (κάρηνον) triceps.

τρίκαρπος, ον, trifer, i. e. ter fructus quotannis reddens.

τρικέρως, ων, (κέρας) tricornis.

τρικέφαλος, ον, (κεφαλή) triceps, tricipitinus. [Penultima longa reperitur in v. l. Hes. Theog. 287. cf. χρυσοκέφαλος.)

τρίκλινος, ον, (κλίνη) tribus lectis instructus. Hinc. τὸ τρίκλινον, ου, triclinium, conclave, ubi convivia sunt. 2) tres lecti contigui.

τρίκλυστος, ον, (κλύζω) ter, i. e. saepius, bene elutus.

τρίκλωστος, ον, (κλώθω) ter fuso ductus seu netus.

τρίκοκκος, ον, triplici fetus grano, tria ferens grana. 2) Epith. monilis, pro τρίγληνος, nam et Latini *baccas* de gemmis et margaritis dicunt.

τρικόλωνος, ον, triplicem habens collem, vel tres colles.

τρίκορος, ον, (κόρη) idem quod τρίγληνος.

τρικόρυθος, ον, idem quod seq.

τρίκορυς, υθος, ὁ, (κόρυς) tres cristas in galea gestans.

τρικόρυφος, ον, (κορυφή) triplicem habens verticem.

τρικόρωνος, ον, (κορώνη) qui tres cornicis aetates degit, admodum longaevus.

τρικότυλος, ον, (κοτύλη) tres cotylas capiens, ebibens.

τρίκουρος, ον, (κουρά) ter tonsus.

τρικρανής, ές, (κρᾶνος) trifidus, triceps.

τρίκρανος, ον, idem.

τρικύαθος, ον, tres cyathos capiens.

τρικυμία, ας, ἡ, (κῦμα) fluctus magnus, Latinis, decumanus. 2) procella magna.

τρίκωλος, ον, (κῶλον) tria membra habens.

τριλάγηνος, ον, tres lagenas continens.

τριλαμπής, ές, (λάμπω) valde splendens.

τρίλιθος, ον, trigemmis.

τρίλινον, τό, quod filis tribus constat. 2) triplex linea margaritarum.

τρίλιτρον, ου, τό, (λίτρα) tripondium.

τρίλλιστος, ον, (λίσσομαι) ter i. e. multis precibus petitus, saepe optatus, vel invocatus.

τρίλοβος, ον, (λοβός) tres lobos habens.

τριλογέω, (λόγος) tribus modis dico, ut idem verbum tribus terminationibus.

τριλογία, ἡ, (λόγος) tres fabulae conjunctae, trilogia, cf. τετραλογία.

τρίλογχος, ον, (λόγχη) tricuspis.

τριλοφία, ας, ἡ, (λόφος) trium cristarum gestatio in galea, gestatio galeae, quae tres cristas habet.

τρίλοφος, ον, (λόφος) tres cristas habens: tres colles habens.

τριμάκαιρα, ἡ, fem. a τρίμακαρ, ter beata.

τρίμακαρ, αρος, ὁ, (μάκαρ) ter beatus.

τριμάμμα, ἡ, (μάμμα, 2.) tritavia.

τριμερεία, ας, ἡ, divisio in tres partes. A seq.

τριμερής, ές, (μέρος) tripartitus, in tres partes divisus. 2) triplex

τριμερίζω, f. ίσω, in tres partes divido. A praec.

τριμερῶς, adv. tripartito. Ab eod.

τρίμετρος, ον, (μέτρον) tribus pedibus constans, secundum Graecorum rationem, Latinis sex pedibus constans, epith. versus senarii.

τριμηνιαῖος, αία, αῖον, trimestris. 2) tertio mense maturescens, trimenstruus. A seq.

τρίμηνος, ον, (μήν) idem.

τριμίτινος, ίνη, ινον, (μίτος) ternis textus liciis.

τρίμιτος, ον, (μίτος) tribus textus liciis. ὁ τρίμιτος, τὸ τρίμιτον, trilicium: it. vestis densissime texta. Unde Dim. τὸ τριμίτιον.

τρίμμα, ατος, τό, (τρίβω) quod tritum seu intritum est, potio ex aromatis intritis, seu cui aromata sunt intrita. 2) in aliqua re diu exercitatus, vafer, fraudulentus. v. περίτριμμα.

τριμμάτιον, τό, Dim. a τρίμμα.

τριμμός, ὁ, (τρίβω) tritus, tritum. 2) quodcunque detritum est. 3) via trita, semita, trames.

τριμναῖος, αία, αῖον, (μνᾶ) qui trium minarum est.

τριμοιρία, ας, ἡ, (τρίμοιρος) tres partes, tripla portio.

τριμοιρίτης, ου, ὁ, qui tres portiones accipit. A praec.

τρίμοιρος, ον, (μοῖρα) triplex, tribus partibus constans, tres portiones accipiens. it. τριμοιριαῖος, αία, αῖον.

τρίμορος, ον, (μόρος) i. q. τρίμοιρος.

τρίμυξος, ον, (μύξα, 3.) tria habens ellychnia.

τρίμορφος, ον, (μορφή) triformis. τρίμορφος Ἑκάτη, Trivia, Gl. Vet.

τρίναξ, ακος, ἡ, (τρεῖς, ἀκή) tridens, instrumentum rusticum.

τρινύκτιον, τό, (νύξ) tres noctes, q. d. trinoctium.

τριξᾶς, ᾶντος, ὁ, nummus Siculus, tres χαλκοῦς valens, triens. A seq.

τριξός, ή, όν, Ion. p. τρισσός, Hdt.

τριξύλης, ες, f. l. p. τριστιξύλης.

τριοβολιαῖος, αία, αῖον, et τριοβολιμαῖος, αία, αῖον, f. l. pro τριωβελ. v. Lobeck.

Phryn. p. 551. 709.

τριόβολον, τό, f. l. p. τριώβολον.

τριοδέω, (ὁδός) eandem viam ter eo: hinc ter facio, triplico.

τριοδία, ας, ἡ, (ὁδός) trivium.

τριοδίτης, ου, ὁ, qui in triviis versatur.

τριοδῖτις, ιδος, ἡ, trivia, Dianae epith. quia triviis praeest.

τριοδοντία, ας, ἡ, (τριόδους) piscatus, in quo tridente utebantur; Plat. unde et τριοδοντική, dicitur Poll.

τριοδόντιον, τό, Dim. a τριόδους.

τρίοδος, ου, ἡ, (ὁδός) trivium. ἐκ τριόδου, e trivio, de rebus vulgaribus.

τριόδους, οντος, ὁ, ἡ, (ὀδούς) tribus dentibus instructus. 2) ὁ τρ. i. q. τρίαινα, tridens, fuscina, Pind.

τρίοζος, ον, (ὄζος) in tres ramos divisus, vel fissus, seu trinodis.

τριόπης, ου, fem. τριοπίς, ίδος, ἡ, (ὄψομαι) i. q. τριόφθαλμος, tres oculos habens.

τριόπιος, ία, ιον, i. q. praec.

τριόργυιος, ον, (ὀργυιά) tres passus aequans.

τριορία, ας, ἡ, (ὅρος) trifinium.

τριόροφος, ον, i. q. τριώροφος, Hdt.

τριόρχης, et τρίορχος, ου, ὁ, (ὄρχις) triorches, buteo, genus accipitris; it. aquila rapax. 2) herbae genus. 3) tres testiculos habens.

τριόττιον, ου, τό, et τριοττίς, ίδος, ἡ, (ὄττι Att. pro ὄσσε) inauris, monile. Att. pro τρίγληνον, vel τριόφθαλμον. Eustat.

τριόφθαλμος, ον, q. d. trioculus, cui tres sunt oculi. dicitur et pro τρίγληνος. 2) gemmae nomen.

τρίπαις, τρίπαιδος, ὁ, ἡ, cui tres sunt liberi.

τρίπαλαι, adv. q. d. ter olim, i. e. jam inde a priscis temporibus, diutissime ante.

τριπάλαιστος, ον, (παλαιστή) qui est trium palmorum.

τρίπαλτος, ον, (πάλλω) ter vibratus, ter exsiliens. Vox tragicorum pro, vehementissimus, acerrimus.

τρίπαππος, ου, ὁ, tritavus.

τριπάρθενος, ον, tribus virginibus constans.

τριπάροδος, ον, triplicem aditum habens.

τρίπατρος, ον, (πατήρ) qui tres dominos habuit. Lycoph.

τριπάχυιος, v. τριπήχυιος.

ὑπεραής, ές, (ὑπέρ, ἄημι) desuper flans.

ὑπεραθλέω, f. ήσω, certo pro aliquo.

ὑπεραιδέομαι, valde revereor.

ὑπεραίμωσις, εως, ἡ, (αἱμόω) nimia sanguinis abundantia.

ὑπεραινετός, ή, όν, supra modum laudabilis.

ὑπεραίρω, extollo, effero. 2) antecello, supero. τὸ ὑπεραῖρον, excessus, quod modum superat. 3) praetervehor. 4) trajicio.

ὑπεραίσχρος, ον, supra modum turpis.

ὑπεραισχύνομαι, valde verecundor, admodum me pudet.

ὑπεραιωρέω, f. ήσω, suspendo, sublimem reddo.

ὑπεραιώρησις, εως, ἡ, suspensio. A praec.

ὑπέρακμος, ον, (ἀκμή) aetatis florem, aetatem vegetam egressus, exoletus; sed virgo ὑπέρακμος est, quae jam aliquamdiu nubilis fuit, Hesych. magnus.

ὑπερακοντίζω, f. ίσω, supra jaculor, ultra aut ulterius jaculor, ultra metam, aut longius, quam alter, jactu jaculi vinco, ultra linem jaculor. 2) praesto, supero, vinco.

ὑπερακούω, (ἀκούω) valde audio, Phryn.

ὑπερακρατῶς, adv. (ἀκρατῶς) valde intemperanter. (⏑⏑–––)

ὑπεράκρια, ων, τά, (ὑπεράκριος) montium cacumina.

ὑπερακριβής, ές, valde accuratus, nimis diligens.

ὑπερακρίζω, (ἀκρίζω) per summum evado, supero, per summa montium transeo, trajicio. v. ὑπεξακρίζω.

ὑπεράκριος, ον, loca montana incolens.

ὑπεραλγέω, f. ήσω, perdoleo, supra modum doleo. ὑπεραλγῶ σου, vicem tuam doleo.

ὑπεραλγής, ές, (ἄλγος) valde dolens.

ὑπεράλιος, ον, (ἅλς) maritimus, qui est supra mare, mari impositus.

ὑπεράλλομαι, transilio, ultra salio.

ὑπέραλλος, ον, eximius, aliis praestans.

ὑπέραλμα, τος, τό, trajectus per saltum.

ὑπεράλπειος, ον, (Ἄλπεις) transalpinus.

ὑπεραμφισβητέω, valde discepto.

ὑπεραναβαίνω, transscendo.

ὑπεραναιδέομαι, vinco, pass. vincor impudentia.

ὑπεραναίσχυντος, ον, impudentissimus.

ὑπερανάκειμαι, super accumbo, una accumbo a parte superiore.

ὑπερανατείνω, sursum extendo s. assurgo.

ὑπερανατέλλω, emergo, exorior.

ὑπερανέχω, promineo, ultra aliquid emineo.

ὑπερανθέω, f. ήσω, egregie floreo.

ὑπεράνθρωπος, ον, qui est supra hominem, humanam conditionem excedens, homine excellentior.

ὑπερανίσταμαι, emineo, exsurgo, praesto, supero, excello.

ὑπερανίσχω, emineo, supero.

ὑπεραντλέομαι, hausta aqua redundo, de navi: tropice, gravibus malis laboro, opprimor, in periculo ultimo versor etc. A seq.

ὑπέραντλος, ον, (ἄντλος) proprie est navis, cujus sentina exhauriri non potest, propter aquam undique illabentem, ut periculum sit, ne mergatur et intereat. Hinc trop. est, oppressus malis, in ultimo periculo versans, it. ultimum periculum afferens, opprimens hominem etc.

ὑπεράνω, adv. supra.

ὑπεραπατάω, valde decipio.

ὑπεραποθνήσκω, morior pro aliquo.

ὑπεραποκρίνομαι, patrocinor, defendo. (ῑ)

ὑπεραπόλλυμαι, morior pro quo.

ὑπεραπολογέομαι, caussam ago alicujus.

ὑπεραπότισις, ἡ, v. ὑπερέκτισις, Hesych.

ὑπεραποφαντικός, ή, όν, enunciationem enunciationi addens.

ὑπεραποφατικός, ή, όν, negationi negationem addens.

ὑπεραποχρῶ, plus quam satis est, abun-

de sufficit.

ὑπεραντοχεύντως, adv. abunde, plus quam satis. A praec.

ὑπεραρέσκω, f. ρέσω, valde placeo, valde sum gratiosus.

ὑπεράριθμος, ον, supernumerarius.

ὑπεραῥῥωδέω, f. ήσω, valde timeo. 2) pro aliquo timeo, alicui timeo. v. ὀῤῥωδέω.

ὑπέραρσις, εως, ἡ, (ὑπεραίρω) elevatio, superlatio, praestantia, excellentia.

ὑπεράρχιος, ον, (ἀρχή) principium omne excedens, qui est supra quodvis principium.

ὑπεράρχω, praedominor, LXX.

ὑπερασθενής, ές, supra modum infirmus, valde infirmus.

ὑπερασθμαίνω, admodum anhelo.

ὑπεράσθμος, ον, (ἄσθμα) admodum anhelans.

ὑπερασμενίζω, libentissime amplector et suscipio, valde laetor.

ὑπερασπάζομαι, valde amplector, valde amanter tracto, cupide et comiter excipio.

ὑπερασπίζω, f. ίσω, et ιῶ, (ἀσπίς) clypeo tego, propugno, protego.

ὑπερασπισμός, οῦ, ὁ, propugnatio, defensio.

ὑπερασπιστής, οῦ, ὁ, propugnator, defensor.

ὑπερασπίστρια, ας, ἡ, propugnatrix.

ὑπεράστειος, ον, (ἀστεῖος) supra modum urbanus, valde facetus.

ὑπεραστράπτω, valde splendeo.

ὑπερασχημονέω, valde indecenter me gero.

ὑπεραττικίζω, nimium adfecto Atticismum.

ὑπεραττικισμός, οῦ, ὁ, Atticismi nimia adfectatio. A praec.

ὑπεραττικός, ή, όν, pr. valde, putide Atticus.

ὑπεραττικῶς, adv. valde Attice.

ὑπεραυγάζω, f. άσω, valde splendeo.

ὑπεραυγής, ές, (αὐγή) valde splendens.

ὑπεραυξάνω, f. ξήσω, supra modum augeo. ὑπεραυξάνομαι, supra modum augesco, vel cresco.

ὑπεραύξησις, εως, ἡ, excessus, superlatio, quod in re quaque superfluum est. A praec.

ὑπεραύξω, idem quod ὑπεραυξάνω.

ὑπεραυχέω, f. ήσω, valde glorior, valde me jacto. A seq.

ὑπεραυχής, ές, (αὐχή) valde gloriosus vel elatus, jactabundus.

ὑπέραυχος, ον, idem.

ὑπεραφρίζω, valde spumo.

ὑπεραχθής, ές, supra modum gravatus et onustus.

ὑπεράχθομαι, valde doleo, iniquissimo animo fero.

ὑπερβάθμιος, ον, (βαθμός) supergrediens limen. 2) immodicus, immodestus, parum modeste ac diligenter in aliqua re versans.

ὑπερβαίνω, f. βήσομαι, (βαίνω, irr.) transgredior, transscendo, transeo. 2) excedo, supero, antecello. item vinco v. c. hostem. 3) praetereo, omitto, transmitto, non dico. 4) decipio.

ὑπερβαλλόντως, adv. supra modum, excellenter, Philox. eximie. A seq.

ὑπερβάλλω, projicio ultra, v. c. terminum. 2) supero, excello, vinco. 3) excedo, redundo, abundo. 4) certo cum aliquo licitando, contra liceor. 5) trajicio, ut v. c. saltum, Alpes. v. ὑπερβολή. ὑπερβάλλων, nimius. ὑπερβάλλομαι, differo in aliud tempus.

ὑπερβαρέω, praegravo, a seq.

ὑπερβαρής, ές, (βαρύς) praegravis.

ὑπερβασία, ας, ἡ, transgressio. 2) contemtus. 3) peccatum, delictum. A seq.

ὑπερβάσιος, ον, violatus, v. c. de lege. A seq.

ὑπέρβασις, εως, ἡ, (ὑπερβαίνω) transgressio, transitus. 2) praestantia, excellentia, qua superamus alios. 3) violatio legis, foederis etc.

ὑπερβατέον, adv. posit. verb. ab ὑπερβαίνω, transsiliendum, transgrediendum.

ὑπερβατόν, οῦ, τό, hyperbaton, trajectus verborum ordo. Philox. praeposterum. A seq.

ὑπερβατός, ή, όν, (ὑπερβαίνω) q. d. qui transscendi seu transiri potest. 2) praestantissimus, superans, excellens.

ὑπερβατῶς, adv. in transitu, in transcursu, perfunctorie. 2) trajectione quadam verborum. A praec.

ὑπερβεβλημένως, adv. (ὑπερβάλλω) supra modum.

ὑπερβιάζομαι, vi supero.

ὑπερβιβάζω, traduco, trajicio.

ὑπερβίη, ης, ἡ, (βία) via seu injuria modum excedens.

ὑπέρβιον, adv. ultra vires. 2) per vim. 3) supra modum. A seq.

ὑπέρβιος, ον, (βία) omnem vim excedens. 2) insolens. 3) violentus. 4) generosus.

ὑπερβλαστάνω, valde ac laetius germino.

ὑπερβλήδην, adv. (ὑπερβάλλω) supra modum.

ὑπερβλύζω, f. ύσω, supra modum scateo, exundo, redundo, exubero, circumfluo. 2) effundo, abundanter emitto.

ὑπέρβλυσις, εως, ἡ, exuberantia. A praec.

ὑπερβοάω, clamore supero.

ὑπερβολάδην, adv. supra modum.

ὑπερβολή, ῆς, ἡ, (ὑπερβάλλω) exsuperatio, excessus, excellentia. 2) transmissio, dilatio, procrastinatio. 3) de magnitudine quacunque cujusque rei. 4) de eo, quod accedere, addi, augendi caussa, potest. v. c. τίς ὑπερβολή; quid addi ad hanc v. c. malitiam, potest? ὑπερβολαί, saltus, loca montana.

ὑπερβολία, ας, ἡ, excessus. Ab eod.

ὑπερβολικός, ή, όν, excedens, nimius. Ab eod.

ὑπερβολικῶς, adv. supra fidem, modum

ὑπερβόρεος, et βόρειος, ον, (βορέας) q. d. superborealis, superaquilonaris, ultimus versus septentrionem, ultra Scythas habitans.

ὑπερβορίς, ίδος, ἡ, poet. i. q. ἡ ὑπερβόρειος.

ὑπερβράζω, (βράζω) ebullio, exaestuo, exundo.

ὑπερβριθής, ές, (βρῖθος) praegravis.

ὑπερβρυχάομαι, valde rugio.

ὑπερβρύω, supra modum plenus sum.

ὑπερβύθιος, ον, demersus undis.

ὑπεργάζομαι, f. άσομαι, clam facio seu efficio. 2) subigo.

ὑπεργαμία, ας, ἡ, (γάμος) nuptiae serae.

ὑπέργειος, ον, (γέα, γῆ) qui supra terram est.

ὑπεργέλοιος, ον, valde ridiculus.

ὑπεργεμίζω, nimis repleo, nimia copia obruo; it. valde plenus sum.

ὑπεργέμω, idem.

ὑπεργηράσκω, valde senex sum.

ὑπεργήρειος, ον, valde senex. A seq.

ὑπέργηρος, ον, idem. quod seq. et ab eod.

ὑπεργήρως, ω, ὁ, ἡ, (γῆρας) senex, decrepitus.

ὑπέργομος, ον, nimis onustus.

ὑπεργράφω, superpingo.

ὑπέργυιος, ον, (γυῖα) jugeri spatium excedens. 2) valde magnus, modum excedens.

ὑπέρδασυς, εως, ὁ, ἡ, neutr. υ, (δασύς) valde hirsutus.

ὑπερδεής, ές, (δέος) metu superior, qui nihil metuit, ὑπερδέα, acc. Ep. p. ὑπερδεᾶ, Il. 17, 330. Alii explicant: multo minor, multo humilior, ut sit a δέομαι. Scholiastes: ὑπερδέα, σφόδρα ἐνδεῆ.

ὑπερδείδω, (δείδω, irr.) supra modum timeo, vehementer timeo. 2) pro aliquo timeo, alicui metuo, τινός, Hdt.

ὑπερδειμαίνω, (δειμαίνω) supra modum timeo, τινά, Hdt. 5, 19.

ὑπέρδεινος, ον, supra modum gravis.

ὑπερδειπνέω, f. ήσω, ultra modum coeno, nimis gulae indulgeo. 2) non invitatus cum alio ad coenam eo.

ὑπερδέξιος, ον, qui alterum (ut hostem in praelio) circumvenit, aut superior est loco, viribus, bello, caussa: item locus ipse superior. τὰ ὑπερδέξια, locus superior.

ὑπερδεξίως, adv. superiori loco, in circumveniendo etc.

ὑπερδέω, (δέω, δήσω, irr.) qs. superligo, superalligo: In Epigr.

ὑπερδιαλέγομαι, insuper vel super aliqua re colloquor. Lucian.

ὑπερδιατείνομαι, supra modum contendo, summa vi contendo.

ὑπερδίδωμι, do pro aliquo, alicujus servandi caussa.

ὑπερδικάζω, f. άσω, (δικάζω) τινός, ulciscor injuriam alicui illatam.

ὑπερδικέω, f. ήσω, defendo in judicio, patrocinor. 2) potiores fero partes. A seq.

ὑπέρδικος, ον, (δίκη) supra modum justus, summe justus. 2) ultor.

ὑπερδίκως, adv. summo jure, summa aequitate. 2) contra jus et fas, Aeschyl.

ὑπερδίπηχυς, εος, ὁ, ἡ, duos cubitos excedens.

ὑπερδισκεύω, f. εύσω, jaculando disco supero. metaph. longo intervallo supero.

ὑπερδισσύλλαβος, ον, (συλλαβή) duabus syllabis major.

ὑπερδοκέω, supra modum placeo.

ὑπερδυναμόω, f. ώσω, praevaleo.

ὑπερέζομαι, (ἕζομαι, irr.) supra sedeo.

ὑπερεθίζω, (ὑπό, ἐρεθίζω) subirrito.

ὑπερεῖδον, (εἶδον) aor. ab ὑπεροράω, praetervidi, transmisi: conniventia dissimulavi: condonavi, remisi: despexi.

ὑπερείδω, f. είσω, (ἐρείδω) suffulcio, sustineo.

ὑπερειπεῖν, pro aliquo dicere.

ὑπερείπω, (ἐρείπω) subverto, expugno.

ὑπέρεισις, εως, ἡ, idem quod sequens.

ὑπέρεισμα, ατος, τό, (ἐρείδω) fulcimentum, fultura, fulcrum.

ὑπερειστικός, ή, όν, fulciens, ad fulciendum aptus.

ὑπερέκεινα, adv. (ἐκεῖνος) ultra, trans.

ὑπερεκθεραπεύω, valde colo vehementer

gratiam capto.

ὑπερέκκειμαι, in conspectu positus sum, promineo.

ὑπερεκκρεμάω, desuper appendo.

ὑπερεκπαίω, f. παιήσω, (παίω, irr.) longe egredior, s. excedo.

ὑπερεκπέμπω, f. ψω, ultra emitto.

ὑπερεκπερισσοῦ, adv. supra modum.

ὑπερεκπίπτω, exsupero, excello.

ὑπερεκπλήσσω, valde obstupefacio.

ὑπερέκπτωσις, εως, ἡ, (ὑπερεκπίπτω) excessus. 2) licentia.

ὑπερεκτείνω, ultra, vel ultra modum, extendo.

ὑπερεκτίνω, f. τίσω, (τίνω, irr.) solvo vel pendo pro aliquo. (ῐ Epice., ῑ Att.)

ὑπερέκτισις, εως, ἡ, depensio, Gl. Vet. A praec.

ὑπερεκτρέπομαι, valde aversor.

ὑπερεκφεύγω, insuper effugio.

ὑπερεκχέω, superinfundo, effundo, ut super oras vasis redundet, nimium effundo. Pass. superfundor, superfluo, exundo, redundo.

ὑπερέκχυσις, εως, ἡ, exundatio. A pr.

ὑπερέλαφρος, ον, valde levis.

ὑπερεμβάλλω, insero, interpono.

ὑπερεμέω, f. έσω, (ἐμέω) evomo, refundo.

ὑπερεμπίπλημι, et ὑπερεμπλήθω, supra modum impleo. ὑπερεμπίμπλαμαι, impleor, ingurgito me. ὑπερεμπλησθείς, expletus, aor. 1. part. pass.

ὑπερεμφορέομαι, supra modum repleor, ingurgitor.

ὑπερένδοξος, ον, valde gloriosus, clarissimus.

ὑπερενιαυτίζω, ultra annum duro.

ὑπερεντελής, ές, plus quam sufficiens.

ὑπερέντευξις, εως, ἡ, deprecatio pro aliquo.

ὑπερεντρυφάω, supra modum illudo.

ὑπερεντυγχάνω, convenio et compello, interpello et intercedo, medium me alterius caussa interpono, deprecor pro aliquo.

ὑπερεξαίρω, supra modum, valde extollo.

ὑπερεξανθέω, effloresco.

ὑπερεξαπατάω, valde decipio.

ὑπερεξερύω, eximo, libero, v. c. servitute etc. Herodot. pro ὑπεξερύω, nisi sic scribendum est.

ὑπερεξέρχομαι, digredior.

ὑπερεξέχω, (ἔχω, irr.) emineo supra.

ὑπερεξηκοντέτης, ες, (ἑξήκοντα) ultra sexaginta annos natus, sexaginta annos excedens.

ὑπερεξηκοντούτης, ες, i. q. praec.

ὑπερέξις, εως, ἡ, (ἕξις) qualitas praevalens et nimia.

ὑπερεξίστημι, aor. 2. cedo alicui. Joseph. nisi scripsit ὑπεξίστημι.

ὑπερεπαινέω, f. έσω et ήσω, valde laudo.

ὑπερεπαίρω, supra modum extollo.

ὑπερεπείγω, vehementissime urgeo seu festino.

ὑπερεπιθυμέω, admodum cupio.

ὑπερεπιτείνω, (τείνω) ultra intendo, supra modum intendo.

ὑπερέπτω, f. ψω, (ἐρέπτω) idem quod ὑπεσθίω. 2) subtraho, aufero, clam arrodo.

ὑπερεράω, (ἐράω, irr.) vehementer amo.

ὑπερέρχομαι, supervenio, intervenio. 2) supero, trajicio.

ὑπερεσθίω, (ἐσθίω, irr.) supra modum edo.

ὑπερέσσυμαι, pf. p. ab ὑπερσεύω.

ὑπερέσχεθον, aor. poet. ab ὑπερέχω, Il.

ὑπερευ, adv. egregie, optime, Xen. et Dem.

ὑπέρευγε, adv. (εὖγε) optime, supra modum egregie, Luc. parsas. 9.

ὑπερευγενής, ές, nobilissimus, Aristot. polit. 4, 11.

ὑπερεύγομαι, evomo.

ὑπερευδαιμονέω, felicissimus sum.

ὑπερευδοξέω, f. ήσω, maxime floreo fama.

ὑπερευδοκιμέω, f. ήσω, idem.

ὑπερευκαιρέω, multa opportunitate utor. etiam de rebus dicitur, pro commodum, opportunum, accommodatum esse.

ὑπερευπρεπῶς, adv. valde honeste, decenter.

ὑπερευφραίνω, magna laetitia afficio. ὑπερευφραίνομαι, admodum laetor.

ὑπερεχθαίρω, impense odi.

ὑπερεχόντως, adv. prae ceteris, inprimis. A seq.

ὑπερέχω, teneo super aut supra aliquid, supra aliquid attollo. 2) emineo, supereminео, exsto, excello. 3) supero, vinco.

ὑπερέψω, (ἕψω, irr.) valde coquo.

ὑπερέω, (ὑπό, ἐρέω) fut. Ionic. ab ὑπειπεῖν, q. v.

ὑπέρζεσις, εως, ἡ, (ὑπερζέω) vehemens effervescentia.

ὑπέρζεστος, ον, vehementer effervefactus.

ὑπερζέω, supra modum ferveo, vehementer ferveo, efferveo.

ὑπέρζωος, ον, contr. ὑπέρζως, ων, (ζωός) superstes.

ὑπερηγορέω, i. q. ὑπεραγορεύω, dico pro aliquo, c. gen.

ὑπερηγορία, ἡ, defensio, a pr.

ὑπερηδέως, adv. perlibenter.

ὑπερήδιστος, ον, Superl. ab ὑπερηδύς, suavissimus, jucundissimus. adv. ὑπερήδιστα, libentissime.

ὑπερήδομαι, f. ησθήσομαι, aor. ὑπερήσθην, (ἥδομαι) admodum laetor, supra modum gaudeo, τινί, Hdt. 1, 224. Activum ὑπερήδω, f. ήσω, supra modum exhilaro vel delecto, Basil.

ὑπερηδύς, υ (ἡδύς) ultra modum dulcis. Superl. ὑπερηδίστος η, ον, q. v.

ὑπερῆλιξ, κος, ὁ, ἡ, (ἧλιξ) qui aetatem florentem excessit.

ὑπέρημαι, (ἧμαι, irr.) sedeo supra, τινός.

ὑπερημερία, ας, ἡ, delatio ejus, qui praestitutum diem deserit, quo debitum solvere, sive aliud quid praestare debuit. 2) foenus pro debito ad diem non soluto, multa non solutae usurae. A seq.

ὑπερήμερος, ον, (ἡμέρα) q. d. supergrediens diem praestitutum, seu condictum, qui intra diem non solvit debitum, vel implet, quod promisit. 2) qui judicatum non facit intra diem a judice praestitutum. 3) vitae spatia superans; ap. Longin. vid. ὑπέρορος.

ὑπερημίσυς, υ, (ἥμισυς) excedens numerum dimidium.

ὑπέρημος, ον, (ἔρημος) prope desertus, non valde habitatus.

ὑπερηνορέα, ἡ, ferocia, insolentia, inpr. e fiducia virium.

ὑπερηνορέω, supra modum virilis et fortis sum. 2) ferocio, superbio. A seq.

ὑπερήνωρ, ορος, ὁ, ἡ, (ἀνήρ) valde virilis, fortis. 2) superbus, ferox.

ὑπερηφάνεια, ας, ἡ, (ὑπερηφανής) superbia, arrogantia.

ὑπερηφανεύομαι, idem quod seq.

ὑπερηφανέω, f. ήσω, superbio. 2) effero me, vel superbe effero. 3) fastidio, superbe contemno. 4) cum Acc. jacto. A seq.

ὑπερηφανής, ές, eminens. 2) superbus, arrogans.

ὑπερηφανία, ας, ἡ, superbia, arrogantia, fastidium. A seq.

ὑπερήφανος, ον, (φαίνομαι) superbus, qui supra alios vult videri. 2) substantive cum genit. in masc. contemtor. 3) in neutr. magnificentia, pulcritudo eximia.

ὑπερηφάνως, adv. superbe, arroganter.

ὑπερηχέω, f. ήσω, supra modum resono. 2) sono pleniore supero seu vinco.

ὑπερθαλάσσιος, ον, (θάλασσα) ultramarinus; ap. Herodot. ὑπερθαλασσίδιος.

ὑπερθαῤῥέω, praefidens sum, forti animo sum.

ὑπερθαυμάζω, supra modum demiror.

ὕπερθε, sive ὕπερθεν, adv. (ὑπέρ) desuper, superne, in superiore parte, supra, superius.

ὑπέρθεμα, ατος, τό, augmentum pretii in licitando.

ὑπερθεματίζω, licitor contra, pretium licitando augeo. A pr.

ὑπερθεματισμός, οῦ, ὁ, licitatio, auctio pretii. item, melior conditio in paciscendo etc. A pr.

ὑπερθεματιστής, οῦ, ὁ, licitator. Ab eodem.

ὑπέρθεος, ον, (θεός) deum superans, v. Meineke ad Menandr. p. 378.

ὑπερθεραπεύω, impense, nimis curo, colo.

ὑπερθερμαίνεσθαι, supra modum calefieri, effervescere.

ὑπερθερμασία, ας, ἡ, nimius calor.

ὑπέρθερμος, ον, (θερμός) supra modum calidus.

ὑπερθέσιμος, ἡ, sc. ἡμέρα, superpositio; i. e. dies jejunii, Euagr. h. eccl.

ὑπέρθεσις, εως, ἡ, (ὑπερτίθημι) transpositio. 2) transitus per excelsa, transcensus. 3) dilatio, procrastinatio, mora. 4) rejectio ad alterius judicium. 5) excellentia, abundantia. 6) superlativus gradus.

ὑπερθετικός, ή, όν, superlativus.

ὑπερθετικῶς, adv. superlativo gradu.

ὑπερθέω, f. εύσομαι, praecurro, ultra curro. 2) emineo, promineo. 3) praesto.

ὑπερθιγγής, ές, (θιγγάνω) superbus, elatus. Suid.

ὑπερθνήσκω, morior pro aliquo, c. gen.

ὑπερθορεῖν, inf. aor. 2 ab ὑπερθρώσκω, q. v. Il.

ὑπερθοροῦμαι, fut. ab ὑπερθρώσκω, q. v.

ὑπερθορέω, (θορέω) ap. ser. i. q. ὑπερθρώσκω, supersilio, transilio.

ὑπερθορυβέω, f. ήσω, supra modum tumultuor.

ὑπερθρασύνομαι, supra modum audax sum, insolens.

ὑπερθρώσκω, f. θοροῦμαι, (θρώσκω, irr.) supersilio metam, fossam transilio, in altum salio.

ὑπερθυμέομαι, totius animi viribus incumbo. A seq.

ὑπέρθυμος, ον, valde animosus, magnanimus; it. ferox.

ὑπερθύμως, adv. animose. (⏑ ‒ ‒ ‒)

ὑπερθύριον, ου, τό, (θύρα) limen superius, superliminare.

ὑπερθυρίς, ίδος, ἡ, i. q. praec.

ὑπέρθυρος, ον, (θύρα) qui est supra portam. τὸ ὑπέρθυρον, limen superius, Hdt. 1, 179.

ὑπεριάχω, clamore alios supero: c. gen.

ὑπεριδεῖν, inf. aor. ab ὑπερεῖδον.

ὑπεριζάνω, (ἱζάνω) sedeo supra.

ὑπερίημι, f. ήσω, (ἵημι) supero jaculando scopum, terminum etc.

ὑπερίκανος, ον, (ἱκανός) plus quam sufficiens.

ὑπέρικον, ου, τό, hypericum, *herba.*

ὑπερικταίνομαι, valde gestio pedibus, s. subsulto, prae laetitia, Od. 23, 3.

ὑπερινέω, f. ήσω, (ἰνέω) immodice purgo.

ὑπερίνησις, εως, ἡ, immodica purgatio A praec.

ὑπέρινος, ον, nimium purgatus seu evacuatus.

ὑπερίπταμαι, (ἵπταμαι, irr.) Att. p. ὑπερπέτομαι, supervolo, superne volo.

ὑπερίπτω, Il. 21, 271. f. l. p. ὑπερέπτω.

ὑπερισθμέω, (ἰσθμός) navem ab altero mari ad alterum per isthmum traho machinis. 2) isthmum supero. cf. δίολκος.

ὑπερισθμίζω, idem.

ὑπερίσταμαι, tueor, protego.

ὑπερίστωρ, ορος, ὁ, ἡ, supra modum sciens, doctus.

ὑπερίσχνος, ον, valde tenuis.

ὑπερισχυρός, ον, (ἰσχυρός) robustissimus, praevalidus, munitissimus

ὑπερισχύω, f. ύσω, praevalidus seu praepotens sum. (ῡ)

ὑπερίσχω, emineo, exsto. 2) superior sum, supero, vinco.

Ὑπερίων, ονος, ὁ, Hyperion, epith. Solis: Sol ipse. (ῑ)

ὑπερκαγχάζω, f. άσω, effuse cachinnor.

ὑπερκαθαίρω, valde purgo.

ὑπερκάθαρσις, εως, ἡ, immodica purgatio. A pr.

ὑπερκάθημαι, (ἧμαι, irr.) c. gen. superior sum, ut v. c. domina ancillis. 2) immineo.

ὑπέρκαιρος, ον, intempestivus.

ὑπερκακέω, idem quod ἐκκακέω, Hesych.

ὑπερκακόω, malis multis affligo.

ὑπερκαλλής, ές, (κάλλος) perpulcer.

ὑπέρκαλος, ον, idem.

ὑπερκάμνω, pro aliquo laboro. 2) valde afflictus sum.

ὑπερκαταβαίνω, transcendo.

ὑπερκαταγέλαστος, ον, valde ridiculus.

ὑπερκατάκειμαι, supra aliquem discumbo.

ὑπερκατάληκτος, ον, versus, in quo in fine syllaba abundat, supra modum tristis.

ὑπερκατηφής, ές, supra modum tristis.

ὑπερκαχλάζω, effervescere facio.

ὑπέρκειμαι, (κεῖμαι, irr.) superjaceo, impositus sum, immineo, c. gen. 2) excello.

ὑπερκέρασις, εως, ἡ, (ὑπερκεράω) cornuum hostilium in praelio circumventio.

ὑπερκεράννυμι, superinfundo.

ὑπερκεράω, (κέρας) cornua hostium circumvenio, cornua extendendo hostes claudo.

ὑπέρκερως, ὁ, ἡ, valde cornutus.

ὑπερκέρωσις, ἡ, idem quod ὑπερκέρασις.

ὑπερκηλέω, admodum delinio, permulceo.

ὑπερκινδυνεύω, periclitor pro aliquo.

ὑπερκλονέω, (κλονέω) inundo, Or. Sib. 4 p. 54.

ὑπερκλύζω, f. ύσω, inundo, Strab. Hinc

ὑπέρκλυσις, εως, ἡ, inundatio.

ὑπερκολακεύω, supra modum adulor. 2) adulando supero.

ὑπερκομίζω, (κομίζω) transveho.

ὑπέρκομπος, ον, nimis jactabundus.

ὑπερκόμπως, adv. cum magna jactantia.

ὑπέρκοπος, ον, supra modum lassatus, valde fessus. 2) nimis molestus, nimius, praegravans.

ὑπερκόπτω, f. ψω, supero, superscando, supervehor.

ὑπερκορέω, Ion. p. ὑπερκορέννυμι, (κορέννυμι, irr.) exsaturo, τινά τινος, Theogn. 1154.

ὑπερκορής, ές, supra modum satur. A pr.

ὑπέρκορος, ον, idem.

ὑπερκόρως, adv. satis superque, ad satietatem, fastidium.

ὑπερκορύφωσις, εως, ἡ, vertex, caput cujusque rei, ut capita extorum.

ὑπερκόσμιος, ον, (κόσμος) q. d. supramundanus, qui est supra mundum.

ὑπερκοσμίως, adv. supra mundum.

ὑπέρκοτος, ον, valde iratus.

ὑπερκότως, adv. magna cum ira.

ὑπερκρατέω, f. ήσω, supero, superior seu firmus sum.

ὑπερκρεμάννυμι, (κρεμάννυμι, irr.) super vel supra suspendo, impono alicui quid, ἄταν τινί, Pind.

ὑπερκρίνω, supero. ὑπερκριθῆναι κατὰ κάλλος, pulcritudine superari, Phryn. A. B. p. 69.

ὑπερκτάομαι, abunde possideo.

ὑπερκύανεος, ον, valde caeruleus.

ὑπερκυβιστάω, periculosissime ago, periculum manifestum temere subeo.

ὑπερκύδας, αντος, ὁ, (κῦδος) gloria eminens, summa gloria insignis. (⏑ – – –)

ὑπερκυδέω, valde clarus sum. A seq.

ὑπερκυδής, ές, (κῦδος) valde clarus.

ὑπερκύκνειος, ον, (κύκνος) cycnorum cantum superans.

ὑπερκύπτω, f. ψω, caput profero ad prospiciendum. 2) exsupero, excedo, c. acc.

ὑπερλαλέω, nimis loquax sum.

ὑπέρλαμπρος, ον, valde splendidus et illustris, admodum clarus et fulgidus. Gl. Vet. praeclarus, illustris.

ὑπερλαμπρύνομαι, prae caeteris valde claresco.

ὑπερλάμπω, fulgore supero, super alios clarus et conspicuus sum.

ὑπέρλεπτος, ον, supra modum tenuis, pertenuis.

ὑπέρλευκος, ον, nimis albus.

ὑπερλίαν, adv. vehementissime. (⏑ ⏑ –)

ὑπερλυπέομαι, f. ήσομαι, supra modum contristor.

ὑπερμαζάω, quasi supra modum luxurior in mazis parandis vel edendis; prae nimia saturitate lascivio, petulans sum e nimio delicatarum mazarum esu, petulans sum, turgesco. 2) turgidiores habeo mammas, superbio, effero me.

ὑπερμαίνομαι, (μαίνομαι, irr.) supra modum insanio, vehementer furo.

ὑπερμαντεύομαι, vaticinor super.

ὑπέρμαργος, ον, supra modum insanus.

ὑπερμαχέω, (μάχη) pugno pro aliquo, propugno, defendo, c. gen. Soph. c. acc. Lucian.

ὑπερμάχησις, εως, ἡ, defensio, propugnatio. A pr.

ὑπερμαχητικός, ή, όν, ad defendendum pertinens, defensorius, ad propugnandum aptus, promtus.

ὑπερμάχομαι, (μάχομαι, irr.) propugno, τινός.

ὑπέρμαχος, ον, (μάχη) qui pro aliquo pugnat, propugnator.

ὑπερμέγας, μεγάλη, μέγα, (μέγας) supra modum magnus, immensus.

ὑπερμεγεθέω, immensus sum, in immensum cresco. A seq.

ὑπερμεγέθης, ες, Ion. ὑπερμεγάθης, (μέγεθος) supra modum magnus, maximus, immensus, amplus.

ὑπερμεθύσκομαι, supra modum inebrior.

ὑπερμενέτης, ου, ὁ, viribus praepotens. A seq.

ὑπερμενέω, viribus praepolleo, viribus alios antecello et supero. 2) superbio, superbus sum. A seq.

ὑπερμενής, ές, (μένος) viribus praevalidus, aut praepotens, viribus caeteros praecellens. 2) nimium violentus.

ὑπέρμετρος, ον, (μέτρον) mensuram excedens, immodicus.

ὑπερμέτρως, adv. supra modum.

ὑπερμήκης, ες, (μῆκος) praelongus, supra modum longus. 2) praealtus.

ὑπερμιξολύδιος, ἡ, genus harmoniae, ap. Athen. (λῡ)

ὑπέρμορον et ὑπέρμορα, adv. (μόρος) praeter fatum, contra quod in fatis erat. Scribitur etiam ὑπὲρ μόρον, sed minus recte. cf. ὑπέρ, II. 2.

ὑπερνεολκέω, male interdum reperitur p. νεωλκέω.

ὑπερνεφελος, ον, (νεφέλη) qui est ultra nubes, excedens nubes.

ὑπερνεφέω, supra nubes me effero. A seq.

ὑπερνεφής, ές, (νέφος) nubes superans.

ὑπερνέω, f. νεύσομαι, (νέω, irr.) transnato.

ὑπερνεωλκέω, (νεωλκέω) navem ab altero mari ad alterum traho, ut in Isthmo fieri solitum, machina remulco.

ὑπερνήχομαι, innato.

ὑπερνικάω, victor sum, longe supero, exsupero.

ὑπερνοέω, ultra cogito, insuper cogito.

ὑπερνότιος, ον, (νότος) ultra austrum situs, ut ὑπερβόρειος, ον, ultra boream.

ὑπερξανθίζω, valde flavus sum; de comis.

ὑπερξηραίνω, valde, prorsus exsicco. ὑπερξηραίνομαι, prorsus exaresco.

ὑπερξηρασία, ας, ἡ, nimia ariditas. A praec.

ὑπέρξηρος, ον, supra modum aridus, vel siccus, aridissimus.

ὑπέρογκος, ον, supra modum magnus, modum magnitudinis mole excedens. 2) supra modum tumidus et turgidus, gravis et magnificus, superbus, valde fastosus.

ὑπεροειδής, ές, (ὕπερον) pistilli speciem referens.

ὑπεροιδαίνω, idem quod seq.

ὑπεροιδάω, f. ήσω, valde intumesco.

ὑπεροικέω, f. ήσω, habito supra aliquem, it. trans aliquem locum.

ὑπεροικοδομέω, f. ήσω, inaedifico, superstruo.

ὑπέροικος, ον, in superiori parte domus habitans.

ὑπέροινος, ον, (οἶνος) vino nimium deditus.

ὑπεροίομαι, f. οιήσομαι, (οἴομαι, irr.) nimis magnam de me opinionem habeo, nimis arroganter de me sentio.

ὑπεροιστεύω, sagittando supero.

ὑπερόλβιος, ον, perbeatus.

ὑπερομβρία, ας, ἡ, (ὄμβρος) immodica pluvia.

ὕπερον, ου, τό, pistillum. v. ὕπερος.

ὑπερόξυς, υ, (ὀξύς) praeacutus: valde acidus: valde acer.

ὑπεροπλήεις, εσσα, ῆεν, Epice p. ὑπέροπλος, Ap. Rh. 2, 4. Superl. ὑπεροπληέστατος.

ὑπεροπλία, ας, ἡ, (ὑπέροπλος) et in plur. apud Hom. superbia, arrogantia, fastus.

ὑπεροπλίζομαι, audax sum, audacter aliquid facio. 2) superbio, insolesco, per insolentiam noceo, insulto. A seq.

ὑπέροπλος, ον, (ὅπλον) robustissimus. 2) audax, temerarius. 3) ferox viribus, arrogans, insolens.

ὑπεροπτάω, supra modum torreo.

ὑπερόπτης, ου, ὁ, (ὑπερόψομαι) contemtor, qui superbe contemnit et despicit, fastidiosus, arrogans.

ὑπερόπτησις, εως, ἡ, (ὑπεροπτάω) i. q. τὸ ὑπεροπτᾶν.

ὑπεροπτεία, ἡ, i. q. ὑπεροπλία, dub. l. Soph. Ant. 130.

ὑπεροπτικός, ή, όν, qui contemnere et superbe despicari solet, superbus, fastidiosus, insolens. A praec.

ὑπεροπτικῶς, adv. more eorum, qui despicantur et superbe contemnunt, insolenter.

ὑπερόπτιος, α, ον, (ὑπερόπτης) superbus, fastosus, dub. Soph. Ant. 130.

ὑπέροπτος, ον, (ὑπερόψομαι) contemtus, neglectus. 2) despiciens, superbus, insolens, Soph. O. R. 883.

ὑπερόρασις, εως, ἡ, despicientia, contemtus. A seq.

ὑπεροράω, f. όψομαι (ὁράω, irr.) ultra, seu ulterius specto. 2) contemno, negligo, posthabeo, nihili facio.

ὑπεροργίζομαι, (ὀργίζω) nimis irascor, Dio Cass.

ὑπερορέγομαι, (ὀρέγομαι) nimia cupiditate ardeo, τινός.

ὑπερορία, ας, ἡ, (ὑπερόριος) quod extra fines nostros est. 2) exsilium. 3) regio transmontana.

ὑπερορίζω, f. ίσω, extermino, limitibus et finibus meis expello. A seq.

ὑπερόριος, ον, (ὅρος) qui ultra seu extra fines est, exterus, qui est e regione ultra seu extra fines nostros sita. 2) peregrinus, inusitatus.

ὑπερορισμός, ὁ, (ὑπερορίζω) ejectio in exsilium.

ὑπερορμαίνω, (ὁρμαίνω) i. q. ὑπερέρχομαι.

ὑπέρορος, ον, qui non die constituta solvit, quod debet, apud Schol. Aristoph. Nub. 1132. sed legendum videtur ὑπερήμερος.

ὑπερορόφιος, ον, f. l. p. ὑπερωρόφιος.

ὑπερορρωδέω, Ion. ὑπεροῤῥωδέω, valde timeo, maxime vereor. v. ὑπορρωδέω.

ὕπερος, ὁ, pistillum, Hes. op. 425. Hdt. 1, 200. Proverb. ὑπέρου περιστροφή s. περιτροπή, de iis qui semper in eadem re frustra laborant, Plat. Theaet. p. 209. e M. Anton. X, 17. ibique Catak. Hesych s. v. 2) ferrum quo janua pulsatur. — Apud seriores est etiam τὸ ὕπερον.

ὑπερουράνιος, ον, qui supra coelos est. 2) coelestis.

ὑπερούσιος, ον, (οὐσία) qui est supra essentiam alterius, cujus natura comprehendi nequit.

ὑπερουσιότης, ητος, ἡ, incomprehensibilitas naturae. A praec.

ὑπερουσίως, adv. supernaturaliter.

ὑπεροφρυόομαι, οῦμαι, supercilia tollo. A seq.

ὑπερόφρυς, υος, ὁ, ἡ, superciliosus, qui elato supercilio est, superbus.

ὑπεροχέω, (ὑπέροχος) emineo.

ὑπεροχή, ῆς, ἡ, (ὑπερέχω) eminentia, summitas. 2) excellentia. 3) vehementia. 4) insolentia. 5 ὑπεροχαί, proceres, magistratus, imperia.

ὑπεροχικός, ή, όν, eminens, princeps, praestantissimus. A praec.

ὑπέροχος, ον, Ep. et Ion. ὑπείροχος, (ὑπερέχω, 2.) eminens, praestans, excellens, ἄλλων, ante alios, Il. 6, 208.

ὑπεροχυρόω, (ὀχυρόω) supra modum firmo.

ὑπεροψία, ας, ἡ, (ὑπερόψομαι) despectus, despicientia, contemtus, superbia et fastidium, quo quis ceteros prae se contemnit.

ὑπέροψις, εως, ἡ, idem.

ὑπερόψομαι, f. a ὑπεροράω.

ὑπεροψωνέω, (ὀψωνέω) in emendis opsoniis plus liceor, ὑπεροψωνεῖν, τὸ ἀγοράζοντός τινος ὄψον ἕτερον τῇ τιμῇ ὑπερβάλλοντα ὠνεῖσθαι, Phryn. A. B. p. 67.

ὑπερπαγής, ές, (πάγος) admodum glacie constrictus. τὸ ὑπερπαγές, nimium gelu.

ὑπερπαθέω, (πάθος) valde afficior et commoveor.

ὑπερπαθής, ές, qui supra perturbationes est, qui perturbationibus dominatur.

ὑπερπαίω, f. παίσω, (παίω, irr.) supergredior, supero, excedo, c. gen. Ar. Eccl. 1118. ap. ser. c. acc.

ὑπερπαλαίω, (παλαίω) luctando vinco.

ὑπερπαλύνω, (παλύνω) desuper conspergo.

ὑπερπαφλάζω, f. άσω, supra modum ferveo; ebullio.

ὑπερπαχύνω, supra modum pinguefacio.

ὑπερπαχύς, εος, ὁ, ἡ, neutr. υ, supra modum crassus, pinguis, obesus.

ὑπερπείθω, supra modum persuadeo.

ὑπερπέλομαι, (πέλομαι, irr.) pro ὑπερέχω, c. gen.

ὑπερπέμπω, f. ψω, mitto super vel ultra. 2) ultra scopum jaculor.

ὑπερπέπτω, f. ψω, supra modum concoquo.

ὑπερπερισσεύω, f. εύσω, superabundo, vehementer exundo.

ὑπερπερισσός, ή, όν, supra modum abundans.

ὑπερπερισσῶς, adv. supra modum abundanter, vehementer.

ὑπερπεπαίνω, nimis maturus sum.

ὑπερπέσσω, Att. πέττω, f. πέψω, (πέσσω, irr.) supra modum, nimis concoquo, Hippocr.

ὑπερπέταμαι, i. q. ὑπερπέτομαι.

ὑπερπετάομαι, ap. ser. pro ὑπερπέταμαι.

ὑπερπετής, ές, supervolans, supra nos transvolans, superne volans. 2) praealtus; de vertice montis ultra aerem nostrum in altum erecto. it. de ventis qui sublimibus e montibus spirant. A sq.

ὑπερπέτομαι, (πέτομαι, irr.) supervolo, superne volo.

ὑπερπέττω, idem quod ὑπερπέπτω.

ὑπερπήγνυμι, supra figo.

ὑπερπηδάω, f. ήσω, transsilio.

ὑπερπιαίνω, supra modum pinguefacio. ὑπερπιαίνομαι, nimis pinguesco.

ὑπέρπικρος, ον, valde amarus.

ὑπερπίμπλημι, v. ὑπερπλήθω.

ὑπερπίνω, (πίνω, irr.) nimium bibo. (ῑ)

ὑπερπίπτω, excedo; supero, emineo. 2) praeterlabor, praetereo.

ὑπερπλεονάζω, f. άσω, superabundo.

ὑπερπλέω, f. πλεύσομαι, praeternavigo, nave supero.

ὑπερπλήθω, nimis repleo. In pass. etiam de intemperantia cibi et potus.

ὑπερπλημμυρέω, inundo.

ὑπερπληρόω, nimis impleo.

ὑπερπλήσσομαι, att. ήττομαι, vehementer miror.

ὑπερπλούσιος, ον, admodum dives.

ὑπερπλουτέω, f. ήσω, divitiis abundo, ditissimus seu praedives evado.

ὑπέρπλουτος, ον, praedives.

ὑπερπνέω, f. πνεύσω, (πνέω, irr.) superbe me effero supra aliquem, τινά.

ὑπερπνιγής, ές, (πνίγω) i. q. ὑπέρασθμος.

ὑπερπολάζω, inundo, expleo, de aqua.

ὑπερπολλος, πόλλη, πολλον, Ion. p. ὑπέρπολυς, Hipp.

ὑπέρπολυς, πόλλη, πολυ, valde multus, permultus it. permagnus.

ὑπερπονέω, nimis laboro, labore conficior.

ὑπέρπονος, ον, nimio labore fessus.

ὑπερπόντιος, ον, qui in mari natat, ut navis, aut vadit. 2) ultra mare situs.

ὑπερποτάομαι, vide ὑπερπετάομαι.

ὑπερπρόθεσμος, ον, qui praestitutum diem excessit.

ὑπερπροθυμοῦμαι, praegestio, Gl. Vet.

ὑπέρπτωχος, ον, nimia paupertate oppressus.

ὑπέρπυκνος, ον, praedensus, Gl. Vet.

ὑπερποππύζω, f. άσω, demulceo poppysmate.

ὑπέρπυρος, ον, (πῦρ) admodum excalefactus, fervens, valde calidus.

ὑπερπυρρiάω, f. άσω, (⏑ ⏑) supra modum rufus sum s. fio, rufo colore perfundor.

ὑπέρπωλος, ον, (πῶλος) nimio equitatu instructus, qui nimium confidit equitatui suo, vel ferociens nimium ut equus, Aesch. Pers. 791.

ὑπερπώρωσις, εως, ἡ, quum membrum fractum tegitur callo.

ὑπερπωτάομαι, supervolo.

ὑπερράγη, 3 aor. p. ab ὑπερρήγνυμι, Il.

ὑπέρροος, ον, (ῥέω) fluens super.

ὑπερσαρκέω, f. ήσω, (σάρξ) admodum carnosus fio. 2) supra modum corpulentus evado.

ὑπερσαρκίζω, idem et ab eod.

ὑπερσαρκόω, (σαρκόω) nimiam carnem addo.

ὑπερσάρκωμα, ατος, τό, et ὑπερσάρκωσις, εως, ἡ, carnis excrescentia, carnis inutile incrementum in quacumque corporis parte.

ὑπέρσεμνος, ον, valde gravis, magnificus etc.

ὑπερσεμνύνω, immodicis laudibus afficio. med. vehementer glorior, valde me jacto.

ὑπερσεύω, (σεύω, irr.) celeriter ago super. Pass. perf. ὑπερέσσυμαι, festinavi super.

ὑπερσκελής, ές, (σκέλος) qui cruribus est grandioribus.

ὑπέρσκληρος, ον, praedurus.

ὑπερσοφιστεύω, arte sophistica supero. A seq.

ὑπερσοφιστής, οῦ, ὁ, excellens artifex in aliquo genere.

ὑπέρσοφος, ον, supra, quam dici possit, sapiens.

ὑπερσπουδάζω, supra modum studeo.

ὑπέρσπουδος, ον, (σπουδή) nimium severus.

ὑπερσταθμίζεσθαι, pondere vincere, praegravare, propendere.

ὑπερστατέω, (ἵσταμαι) defendo, propugno.

ὑπερσταχυόω, aristas immensa multitudine profero.

ὑπερστένω, gemo alicujus caussa, ingemisco, c. gen.

ὑπερστέργω, supra modum amo.

ὑπερστίλβω, immensum splendorem emitto.

ὑπερστρωννύω, seu ὕμι, superinsterno.

ὑπερσυντελικός, ή, όν, plus quam perfectus. Vox Gramm.

ὑπερσχέθω, emineo, emico, exsto. 2) protendo, extendo supra.

ὑπέρσχῃ, ὑπέρσχοι, 3 conj. et opt. aor. ab ὑπερέχω, Hom.

ὑπερταλαντάω, pondere supero.

ὑπέρτατος, άτη, ατον, supremus, summus, altissimus. 2) maximus. Superl. ab ὑπέρ.

ὑπερτείνω, supra modum tendo, intendo. ὑπερτείνω, et ὑπερτείνομαι, extollor supra vel ultra. 2) supero, excedo, proprie longitudine vel latitudine. 3) tensus sum supra vel super. Subs. τὸ ὑπερτεταμένον, sublimitas.

ὑπερτέλειος, ον, vel -τέλεος, ον, (τέλος) modum excedens, qui est supra numerum: plus quam perfectus.

ὑπερτελέω, (ὑπερτελής) excedo, transilio, Aesch. Ag. 309.

ὑπερτελής, ές, (τέλος) modum excedens, Aesch. ἄθλων ὑπερτελής, qui ad finem certaminum pervenit, Soph. Tr. 35. 2) plus quam perfectus. 3) i. q. ὑπερτέλλων, Eur.

ὑπερτέλλω, f. τελῶ, orior et exsisto supra alios, supereminco.

ὑπερτενής, ές, (ὑπερτείνω) tensus vel tendens. 2) altus, sublimis, eminens.

ὑπερτερέω, f. ήσω, (ὑπέρτερος) superior sum.

ὑπερτερία, ας, et ὑπερτερίη, ἡ, poet. contabulatio currus, cui onus imponitur. 2) storea superior. 3) praestantia. it. superbia, Theogn. 418. ex Hesychio, dub. l.

ὑπέρτερος, έρα, ερον, superior, praestantior, major, potior, Compar. ab ὑπέρ.

ὑπέρτεχνος, ον, (τέχνη) valde artificiosus, peritus.

ὑπερτήκω, colliquefacio. (sed praestat ὑποτηκ.)

ὑπερτέρ, ρος, ὁ, et ὑπερτήριον, ου, τό, i. q. ὑπερτερία, dub.

ὑπερτίθημι, superpono, vel superimpono, super attollo, praepono. 2) differo, procrastino. ὑπερτίθεμαι, procrastino, differo. 3) ad alium judicem rejicio. 4) supero. 5) propono mihi, propositum mihi est.

ὑπερτιμάω, f. ήσω, supra modum honoro, supra alios honore adficio.

ὑπερτίμιος, ον, qui magni pretii est, in summo honore habetur. (⏑ – – ⏑ ⏑)

ὑπέρτολμος, ον, (τόλμα) valde audax.

ὑπέρτονος, ον, (τόνος) nimium tentus, ultra modum contentus.

ὑπερτοξεύσιμος, ον, (τοξεύω) qui sagitta superari potest.

ὑπερτραγίζω, admodum hircum oleo.

ὑπερτραφής, ές, supra modum nutritus.

ὑπερτρέχω, supercurro. 2) transcurrendo depopulor.

ὑπερτρισύλλαβος, ον, (συλλαβή) plus quam tres syllabas habens.

ὑπερτρυφάω, supra modum delicior, luxurior, insolesco.

ὑπερυβρίζω, supra modum contumeliose tracto.

ὑπερυγραίνω, valde humecto. τὸ ὑπερυγραῖνον, valde humidum.

ὑπέρυδρος, ον, (ὕδωρ) admodum aquosus, aqua inter cutem collecta distentus et suffusus.

ὑπερυθριάω, (ὑπό, ἐρυθριάω) rubore suffundor.

ὑπέρυθρος, ον, (ὑπό, ἐρυθρός) subruber, rubidus.

ὑπερύμνητος, vel ὑπερυμνητός, όν, laudibus super omnia evectus vel evehendus.

ὑπερύπτιος, ον, valde supinus.

ὑπερύψηλος, ον, supra modum excelsus, excelsissimus.

ὑπερυψόω, f. ώσω, supra alia extollo, supra modum extollo et eveho, exalto.

ὑπερφαής, ές, (φάος) valde conspicuus.

ὑπερφαίνομαι, appareo vel conspicior supra, supereminco. 2) illucesco, de die.

ὑπερφαλαγγέω, (φάλαγξ) longe, vel ultra hostem, extendo aciem s. cornua.

ὑπερφαλαγγίασις, ἡ, et ὑπερφαλαγγίωσις, ἡ, dicitur, quum acies ultra cornua hostilis exercitus extenditur.

ὑπερφανής, ές, supra apparens, praelucidus.

ὑπέρφασις, εως, ἡ, magniloquentia, jactantia.

ὑπέρφατος, ον, (φημί) insignis, praeclarus.

ὑπερφέγγεια, ἡ, (φέγγος) lux nimia.

ὑπερφέρεια, ας, ἡ, elatio, superbia. Aquila.

ὑπερφερέστατος, praestantissimus. ὑπερφερέστερος, praestantior. Superlat. et Compar. ab ὑπερφερής.

ὑπερφερίτης, ου, ὁ, Feretrius, epith. Jovis. Dion. Halic.

ὑπερφερής, ές, praestans, qui excellit. 2) elatus, superbus. A seq.

ὑπερφέρω, f. ὑπεροίσω, fero super, vel ultra, transveho, v. c. per isthmum ab uno mari ad alterum navem traduco. 2) praesto, antecello, anteeo, supero. ὑπερφέρομαι, idem.

ὑπέρφευ, adv. supra modum, Aesch. et Eur. v. Blomfield. Gloss. ad Aesch. Pers. 825.

ὑπερφεύγω, supero sine noxa, effugio periculum temporis certi, ut in morbis diem criticum.

ὑπερφθέγγομαι, f. ξομαι, q. d. sono supra alium, sono clarius, clariorem sonum edo.

ὑπερφθίνω, et -φθίω, interficio alterius loco. Med. morior pro aliquo, τινός, Pind. (De quant. v. φθίω.)

ὑπερφίαλος, ον, (φιάλη) foedifragus, infidus, perfidus. Exponitur etiam vinosus; it. superbus, arrogans, insolens; it immanis magnitudinis et roboris homo, quia inde nasci solet ferocia. dicitur tamen etiam in bonam partem.

ὑπερφιάλως, adv. perfide, more foedifragi. 2) superbe, arroganter. 3) valde, vehementer, mirum in modum.

ὑπερφιλέω, f. ήσω, supra modum amo.

ὑπέρφιλος, ον, (φίλος) nimis amicus.

ὑπερφιλοσοφέω, philosophor de aliqua re.

ὑπερφιλότιμος, ον, qui supra modum laudi, honoribus studet, nimium ambitiosus.

ὑπερφλεγμαίνω, nimia pituita laboro.

ὑπέρφλοιος, ον, extra corticem situs.

ὑπερφλυαρέω, supra modum nugor.

ὑπερφλύζω, f. ύσω, effervesco, inundo.

ὑπερφοβέομαι, in summo timore versor.

ὑπέρφοβος, ον, qui valde timet, meticulosus.

ὑπερφορέω, fero super, ut ventus fert nivem v. c. super vias.

ὑπερφρίσσω, Att. ττω, supra modum horreo.

ὑπερφρονέστερος, Compar. ab ὑπέρφρων, arrogantior, superbior.

ὑπερφρονέω, f. ήσω, supra modum de me sentio, insolesco, superbio. 2) plus sapio, admodum vel supra modum sapio. 3) contemno, despicio.

ὑπερφρόνησις, εως, ἡ, contemtus, despicientia. A praec.

ὑπερφροντίζω, supra modum curo.

ὑπερφρόνως, adv. (ὑπέρφρων) superbe, arroganter.

ὑπερφροσύνη, ης, ἡ, insolentia. Ab eodem.

ὑπερφρύγιος, ἡ, genus harmoniae.

ὑπέρφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) superbus, arrogans. 2) magnanimus.

ὑπερφυής, ές, (φύω) naturae modum excedens. 2) qui aliqua re inter ceteros eminet, eximius. it. sublimis, admirandus, insignis, ingeniosus, vehemens, amplus, ingens, copiosus. 3) sed dicitur et in malam partem, pro atrox, velut excedens humanitatem.

ὑπερφύομαι et aor. ὑπερέφυν, (φύω, irr.) super nascor, supero, valde cresco, potior sum. De quant. v. φύω.)

ὑπερφυσάω, supra modum inflo et effero.

ὑπερφυῶς, adv. (ὑπερφυής) excedendo consuetum naturae modum. 2) mirum in modum, mirifice, eximie, magnifice, splendide.

ὑπερφωνέω, f. ήσω, voce clariore utor.

ὑπέρφωτος, ον, (φῶς) praelucidus.

ὑπερχαίρω, (χαίρω, irr.) summopere laetor, τινί, de re, Eur.

ὑπερχαλάω, demitto e superiori loco, v. c. per funem.

ὑπερχαρής, ές, (χαίρω) supra modum hilaris seu laetus sum.

ὑπερχειλής, ές, (χεῖλος) qui supra labia est, qui labra excedit, redundans. exsuperans.

ὑπέρχειλος, ον, idem et ex eod.

ὑπερχέω, f. χεύσω, (χέω, irr.) superfundo, superfusione obruo. ὑπερχέομαι, superfluo.

ὑπερχθόνιος, ον, (χθών) qui supra terram est.

ὑπερχλιδάω, f. ήσω, in deliciis modum

excedo. 2) insolentia et petulantia modum supero.

ὑπερχολάω, valde biliosus sum, vehementer irascor.

ὑπέρχολος, ον, (χολή) admodum iratus.

ὑπέρχομαι, f. ὑπελεύσομαι, (ἔρχομαι, irr.) subeo, c. acc. curo, c. dat. 2) metaph. de affectibus animi, ut ὑπέρχεταί με φόβος, δέος, οἶκτος, subit me metus, misericordia, i. e. subito me capit. 3) submitto me alicui, obsequiose colo, τινά. 4) clam decipio, fallo, τινά. 5) clam affecto, τυραννίδα, Plut. 6) circumeo, circumvenio.

ὑπέρχρεως, ων, (χρέος) qui supra facultates debet.

ὑπερχρήματος, ον, supra modum dives.

ὑπερχρονίζω, nimis tardo vel moror.

ὑπερχρόνιος, ον, idem quod seq.

ὑπέρχρονος, ον, omne tempus exsuperans.

ὑπέρχυσις, εως, ἡ, effusio immodica, inundatio.

ὑπερχωρέω, supero, superscando.

ὑπέρψυχρος, ον, supra modum frigidus.

ὑπερψύχω, (ψύχω, irr.) valde refrigero. (⏑ - - -)

ὑπερώα, ας, et ὑπερώη, ης, ἡ, (ὑπερῷος) palatum.

ὑπερωδυνία, ας, ἡ, (ὀδύνη) dolor vehementissimus.

ὑπερωέω, (ὑπό, ἐρωέω) retrocedo, regredior.

ὑπερῷόθεν, adv. e summa aedium parte, e coenaculo. A seq.

ὑπερῷϊον, ου, τό, v. ὑπερῷον. A seq.

ὑπερῷϊος, ΐα, ϊον, (ὑπέρ) qui in summa aedium parte est.

ὑπερωκεάνιος, ον, (ὠκεανός) ultra oceanum situs.

ὑπερωμία, ἡ, (ὦμος) pars corporis supra humeros.

ὑπερωνέομαι, f. ήσομαι, majori pretio emo.

ὑπερώνυμος, ον, (ὄνομα) omnium verborum vim excedens, qui exprimi verbis non potest.

ὑπερῷον, ου, τό, summa aedium pars, coenaculum, pergula. 2) palatium.

ὑπερῷος, ῴα, ῷον, v. ὑπερῷϊος.

ὑπέρωρος, ον, (ὥρα) qui excessit tempus legitimum.

ὑπερωρόφιος, ον, (ὄροφος) qui supra tectum s. cameram est.

ὑπερώσιος, ον, (ὅσιος) sanctissimus, maxime sanctus.

ὑπερωτάω, f. ήσω, clam, callide, finita alterius oratione, inter loquendum, interrogo.

ὑπεσθίω, (ἐσθίω, irr.) edo, comedo s. devoro, quod pedibus subjectum et inde subtractum est, de equis, bubus etc.

ὑπεσπληνισμένος, η, ον, (σπλήνιον) splenio utens, splenio devinctam habens aliquam corporis partem. Vox comica.

ὑπεσσεῖται, 3 fut. ab ὕπειμι, Doric. p. ὑπέσεται, ὑπέσται.

ὑπεσταλμένως, adv. part. pf. p. ab ὑποστέλλω, breviter, tenuiter.

ὑπέσχημαι, pf. ab ὑπισχνέομαι.

ὑπεύδιος, ον, qui est in tranquillo, item qui in tranquillo tenet navim, tranquillus, qui tranquillat.

ὑπεύθυνος, ον, (εὔθυνα) obnoxius rationi reddendae, reus, sons, nocens.

ὑπευνάζομαι, (εὐνάω) lecti instar substratus sum, ὑπευνηθεῖσα, Hes. Th. 374. v. ll. 2) mihi suppositum habeo, sedeo super, ἑρταθεὶς νεοσσοῖς ὑπευνηθεῖσα, Nic.

ὑπέχω, f. ὑφέξω, suppono, submitto, v. c. mammillam, unde praebeo. 2) sustineo. 3) subeo. ὑπέχομαι, promitto, profiteor.

ὑπήβολος, ον, poet. p. ὑπόβολος.

ὑπαίθριος, ον, (ἀήρ) subdivalis, aerius.

ὑπήκοος, ον, (ὑπακούω) morigerus, dicto audiens, imperio subjectus.

ὑπήλατα φάρμακα, (ἐλαύνω) medicamenta alvum subducentia.

ὑπηλιφής, ές, (ὑπαλείφω) inunctus.

ὑπημάτιος, ία, ιον, (ἦμαρ) matutinus.

ὑπημύω, v. ὑπεμνήμυκε.

ὑπήνεικαν, 3 pl. aor. Ion. ab ὑποφέρω.

ὑπηνέμιος, ον, (ἄνεμος) ventosus, cui subest ventus. 2) inanis, vanus, irritus; de ovis sterilibus.

ὑπήνεμος, ον, aurae patens, i. e. vento expositus. 2) vento contrarius, vento non expositus; opp. προσήνεμος, vento expositus. ap. Xenoph.

ὑπήνη, ης, ἡ, barba.

ὑπηνήτης, ου, ὁ, juvenis, pubescens. A praec.

ὑπηοῖος, οία, οῖον, (ἠώς) matutinus.

ὑπηρεσία, ας, ἡ, (ὑπηρετέω) ministerium, officium, quod in quacunque re praestatur, sed maxime vilius. 2) de ministris ipsis, inprimis vilioribus. 3) de apparatu, ludorum etc. 4) obsequium, adulatio. 5) ὑπηρεσίαι sunt naves ministrae majorum, quae milites vehunt.

ὑπηρέσιον, ου, τό, pellis aut aliud quidpiam, quod remiges sibi substernebant. 2) actuarium navigium. 3) quod equo insterni solet.

ὑπηρετέω, f. ήσω, (ὑπηρέτης) ministro, subministro, inservio, operam alicui navo. 2) obsequor, gratificor, obedio.

ὑπηρέτημα, ατος, τό, ministerium. 2) auxilium. 3) obsequium. A pr.

ὑπηρέτης, ου, ὁ, (ἐρέτης) minister, (pr. remigis), famulus. 2) minister publicus, apparitor, minister poenarum, torturae. 3) Subdiaconus, qui episcopo, presbyteris et diaconis ministrabat.

ὑπηρέτησις, εως, ἡ, (ὑπηρετέω) ministerium.

ὑπηρετικός, ή, όν, (ὑπηρέτης) famularis, servilis. 2) obsequiosus.

ὑπηρέτις, ιδος, ἡ, ministra. Ab eod.

ὑπήριπε, 3 aor. ab ὑπερείπω.

ὑπήσω, Ionic. p. ὑφήσω, fut. ab ὑφίημι, Hdt.

ὑπήτριον, ου, τό, (ἦτρον) uber, mamma, Suid.

ὑπηχέω, f. ήσω, resono, sono. 2) succino. Part. praes. οἱ ὑπηχοῦντες, qui succinebant κορυφαίῳ sive κατάρχοντι.

ὑπηῷος, α, ον, v. ὑπηοῖος.

ὑπίλλω, (ἴλλω) propr. subvolvo. οὐρὰν ὑπίλλειν, remulcere caudam. ὑπίλλειν στόμα, quasi linguam contrahere, i. e. obsequium praestare alicui in sermone, Soph. Ant. 509. cf. ὑπειλέω.

ὑπιλλωπέω, paullulum conniveo.

ὑπινέω, (ἰνάω) evacuo. v. ὑπέρινος.

ὑπισχνέομαι, Ion. ὑπίσχομαι, f. ὑποσχήσομαι, aor. ὑπεσχόμην, imperat. ὑπόσχου vel ὑποσχέθητι, pf. ὑπέσχημαι, (ἴσχω, ἴσχω) polliceor, promitto, affirmo, τινί τι vel seq. inf. maxime fut. 2) profiteor.

ὑπίσχνος, ον, aliquantum macer, tenuis.

ὑπίσχομαι, Ion. p. ὑπισχνέομαι, q. v. Hom.

ὑπιωγή, ῆς, ἡ, v. ἐπιωγή.

ὑπναλέος, έα, έον, (ὕπνος) somno gravatus, somnolentus. 2) somnum praebens.

ὑπναπάτης, ου, ὁ, (ἀπατάω) per somnum fallens vel delectans.

ὑπνάω, Ion. p. ὑπνέω, (ὕπνος) dormio, somnum capio.

ὑπνηλός, ή, όν, somnolentus, somniculosus.

ὑπνητικός, ή, όν, (ὑπνάω) idem.

ὑπνίζω, (ὕπνος) obdormiscere facio.

ὑπνικός, ή, όν, (ὕπνος) somnolentus.

ὑπνοδότειρα, ας, ἡ, quae somnos praebet et adfert, somnifera. Fem. a seq.

ὑπνοδοτήρ, ῆρος, ὁ, (δίδωμι) somnos praebens.

ὑπνοδότης, ου, ὁ, vel ὑπνοδώτης, ου, ὁ, fem. -δότις vel δῶτις, ιδος, ἡ, (δίδωμι) somni largitor, -trix, soporifer, a.

ὕπνον, τό, musci species.

ὑπνομαχέω, (μάχομαι) cum somno pugno, somno reluctor.

ὑπνοποιέω, somnum concilio seu adfero.

ὑπνοποιός, όν, (ποιέω) somnificus, somnum adferens.

ὕπνος, ου, ὁ, somnus, sopor.

ὑπνοφανής, ές, (φαίνομαι) in somnis visus.

ὑπνοφόβης, ου, ὁ, (φοβέω) in somnis terrens, insomniis per quietem terrens.

ὑπνοφόρος, ον, (φέρω) somnifer, somnum adferens.

ὑπνόω, f. ώσω, (ὕπνος) dormio. 2) somnum adfero.

ὑπνώδης, ες, somnolentus, somniculosus.

ὑπνωδία, ἡ, somnolentia, Jambl. dub.

ὑπνῶν, inf. Lacon. ab ὑπνόω p. ὑπνοῦν, Ar.

ὑπνώσσω, Att. ώττω, i. q. ὑπνόω.

ὑπνωτικός, ή, όν, (ὑπνόω) somnolentus. 2) somnum adferens.

ὑπνωτικῶς, adv. somniculose.

ὑπνώω, Ep. p. ὑπνόω, dormio, Hom.

ὑπό, Epice ὑπαί, Praepos. regens gen., dat. et acc. *sub*. 1. Cum gen. 1) de loco: *sub*. ὑπὸ τῆς γῆς, sub terra. βοῦς ὑφ' ἁμάξης, bos sub curru i. e. currui junctus, Xen. 2) metaph. a) indicat ea, quae sunt vel fiunt dum aliud quid agitur; Latine redditur per praep. cum, vel per ablat. sine praep. nonnunquam tamen etiam latinus sermo hic *sub* admittit. (Photius e Procli chrestom. gramm. ad calcem Apollonii de synt. p. 345. ed. Sylb. οἱ παλαιοὶ τὴν ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετὰ πολλάκις ἐλάμβανον.) Sic τὰ τείχη κατέσκαπτον ὑπ' αὐλητρίδων, adhibitis tibicinis s. ad cantum tibicinarum, Xen. h. gr. 2, 2, 14. ὑπὸ φανοῦ πορεύεσθαι, id. Lac. 5, 7. ἐπόξευον ὑπὸ μαστίγων, sub verberibus, i. e. verberibus adacti, Xen. exp. 3, 4, 25. b) indicat caussam efficientem, a, per, prae, culpa, vi alterius, propter. Plerumque ita ponitur post verba passiva et neutra, ὑπό τινος ἀναγκάζεσθαι, cogi ab aliquo; ἀποθνήσκειν, mori per aliquem; αἰδοῦς τυγχάνειν, coli ab aliquo, Xen. ἀπολέσθαι ὑπὸ λιμοῦ, fame perire, Xen. exp. 1, 5, 5. sed etiam c. adjectivis et substantivis, sensu fere passivo, ἡ γῆ ἐνεργός ἐσται ὑπὸ τῶν κατοικούντων, Xen. Oec. 4, 9. ἡ ὑπὸ πάντων τιμή, honor ab omnibus delatus, id. Cyr. 3, 3, 2. ὑπ' ἀνάγκης, per

vim, vi. Ita praesertim ponitur cum substantivis affectum aliquem animi significantibus, Lat. *prae*, ὑπὸ δέους, prae metu, ὑπὸ λύπης, prae tristitia, ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι, prae stupore, Xen. Sed si sequitur inf. cum articulo saepe in versione circumscriptione utendum est, ut ὑπὸ τοῦ τὸ μέλλον ὀκνεῖν, propterea quod futurum metuebant, Xen. Cyr. 7, 1, 25. II. Cum dat. 1) de loco: *sub*. Nonnunquam reddendum est *in*, τῆς γῆς ἁπάσης τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης δίχα τετμημένης, in mundo, Isocr. paneg. §. 179. 2) metaph. a) indicat imperium, sub. εἶναι ὑπό τινι, sub aliquo esse, sub imperio alicujus esse, subditum esse alicui, οἱ ὑπό τινι, subditi alicujus, γίγνεσθαι ὑπό τινι, imperio alicujus subjici, in potestatem alicujus redigi, ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι, in suam potestatem redigere, ἔχειν ὑφ' ἑαυτῷ, suo imperio subjectum habere. b) indicat res, quae factum aliquod comitantur vel quae sunt vel accidunt, dum aliud quid agitur, cf. I. 2, a. ὑπ' αὐλητῆρι πρόσθ' ἔκιον, sub tibicinis cantu procedebant, Hes. sc. 283. 299. ὑπ' αὐλῷ, sub tibiarum cantu s. dum canebantur tibiae. Etiam verti potest *cum* vel per abl. ὑπὸ φωτὶ πολλῷ πρέπει, cum multo lumine; Plut. ὑπὸ κήρυκι, proclamante praecone. c) indicat caussam, a, fere eodem modo, ut cum gen. ὑπὸ χερσί τινος δαμῆναι, ὀλέσθαι vel ὑπὸ δουρὶ δαμέντα, τυπέντα, πίεσθαι, Hom. φοβεῖσθαι, κλονεῖσθαι, πτώσσειν, πίπτειν, ὑπό τινι, terreri, pelli ab aliquo, cadere per aliquem, Hom. Prosae orationis scriptores hic ponunt ὑπό τινος, v. I, 2, b. Notanda formula τίκτειν ὑπό τινι, parere ex aliquo, de muliere quae viro, a quo est gravida facta parit infantem, Il. 2, 714. 728. 820. et eodem sensu τίκτεσθαι ὑπό τινι, Il. 2, 742. III. Cum accus. 1) de loco, sub, indicans motum in aliquem locum, ὑπὸ τὴν γῆν, sub terram, ὑπὸ Ἴλιον, sub moenia Trojae, Hom. ὑπὸ τὸν λόφον, ad radices collis, Xen. opp. ἐπὶ τὸν λόφον. 2) de tempore, sub, ὑπὸ τὴν νύκτα, sub noctem. ὑπὸ τὴν κατάλυσιν τοῦ πολέμου, sub tempus belli finiti, Xen. ὑπὸ κύνα, sub caniculam, sub tempus s. exortum caniculae, Aristot. ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, sub idem tempus. 3) de imperio, cui aliquis subjectus est, sub. ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, sub imperio subjicere, Plat. τῶν ὑφ' ἑαυτὸν ἡγεμόνων, ducum ipsius imperio subditorum, Xen. Multo frequentior hoc sensu est constructio cum dat. 4) ponitur plane ita ut cum gen. I, 2, a. et cum dat. II. 2, b. ὑπ' αὐλόν, sub tibiarum cantum, Xen. Symp. 6, 3. Sed hic quoque usus admodum rarus est. 5) ὑπό τι, quodammodo, fere, propemodum, aliquatenus, nonnihil, Plat. — A poetis nomini postponitur per anastrophen scriptum ὕπο. — IV. Adverbialiter, subter, subtus; it. clam. V. in compositione est sub, inter, clam, paullulum, sensim sensimque minuitque significationem.

ὑποβάθρα, ας, ἡ, fulcrum, solum, fundamentum, scabellum, fulcimentum.

ὑπόβαθρον, ου, τό, scabellum; subsellium.

ὑποβαίνω, subeo. 2) progredior. 3) inferior sum. In med. submitto, demitto me.

ὑποβάκχειος, ὁ, pes una brevi et duabus longis, ⏑ – – alias Antibacchius.

ὑποβάκχος, ον, (Βάκχος) Bacchicus.

ὑποβάλλω, subjicio, suppono. 2) suggero, moneo. 3) spurium, falsum pro genuino, vero vendito: sic inpr. medium ὑποβάλλομαι. 4) interloquor, interpello. 5) objicio, v. c. invidiae.

ὑποβαρβαρίζω, subbarbare loquor.

ὑποβάρβαρος, ον, subbarbarus.

ὑπόβασις, εως, ἡ, (ὑποβαίνω) decrementum, diminutio, v. et ὑποκατάβασις, item fundamentum, basis.

ὑποβασμός, οῦ, ὁ, idem quod ὑποβάθρα.

ὑποβαστάζω, f. άσω, sustento, sustineo.

ὑποβάτης, ου, ὁ, (ὑποβαίνω) scabellum.

ὑποβδύλλω, clam flatum ventris emitto.

ὑποβήττω, f. ξω, tussio, subtussio.

ὑποβιάζω, f. άσω, violenter depello.

ὑποβιβάζω, f. άσω, deduco. 2) minuo, deprimo. In med. submitto me.

ὑποβιβρώσκω, subtus erodo; ap. Theophrast.

ὑπόβλαισος, ον, q. d. subvalgus, obliquus, distortus.

φιλοκέρτομος, ον, qui maledictis incessere amat, qui cavillari et deludere amat, contumeliosus.

φιλοκηδεμών, όνος, ὁ, ἡ, (κηδεμών) propinquorum amans, Xen. Ag. 11, 12.

φιλοκηδής, ές (κῆδος) adfinium suorum studiosus, benignus in cognatos.

φιλόκηπος, ον, hortorum studiosus s. in hortis agens vitam.

φιλοκιθαριστής, οῦ, ὁ, citharistarum amans. 2) qui cithara ludere amat.

φιλοκίνδυνος, ον, periculi adeundi cupidus, periculum facile adiens, temerarius.

φιλοκινδύνως, adv. more eorum, qui periclitari amant. (6)

φιλοκισσοφόρος, ον, amans hederae gestandae, qui hederam gestat.

φιλόκλαυτος, ον, (κλαίω) qui lacrimari solet.

φιλόκνημις, ῖδος, ὁ, ocreatus. 2) armorum amans s. armatus.

φιλόκνισος, ον, (κνίζω) pruritum concitans.

φιλόκοινος, ον, amans rei publicae, civilis, communis.

φιλοκόλαξ, ακος, ὁ, ἡ, adulator. 2) adsentatorum amans.

φιλοκομπέω, f. ήσω, (φιλόκομπος) jactito et effero me.

φιλοκομπία, ας, ἡ, jactatio, ostentatio. A seq.

φιλόκομπος, ον, jactationis amans, qui sese jactare et efferre amat.

φιλόκοπρος, ον, qui stercorari debet, fimo opus habet.

φιλοκοσμέω, ornatui s. cultui deditus sum.

φιλοκοσμία, ας, ἡ, ornatus seu cultus studium. A seq.

φιλόκοσμος, ον, ornatus seu cultus amans, cultus studiosus. 2) qui amat mundum, i. e. res mundanas et terrenas.

φιλόκρημνος, ον, qui in rupibus esse, versari, nasci, pasci solet.

φιλοκρινέω, f. ήσω, (κρίνω) studiose discerno vel distinguo, accurate expendo vel examino.

φιλοκρινητικός, ή, όν, vim habens studiose discernendi vel dijudicandi. A pr.

φιλοκρόταλος, ον, (κρόταλον) crotalum amans.

φιλόκροτος, ον, (κροτέω) amans strepitum, plausum. 2) strepitum faciens, strepens plausibus.

φιλοκτέανος, ον, (κτέανον) divitiarum amans, avarus, lucri avidus.

φιλοκτεανώτατε, adv. avarissime. Superl. a praec.

φιλοκτήματος, ον, (κτῆμα) i. q. φιλοκτέανος.

φιλοκτημοσύνη, ἡ, i. q. φιλοκτησία.

φιλοκτήμων, ονος, ὁ, ἡ, (κτῆμα) idem quod φιλοκτήματος et φιλοκτέανος.

φιλοκτησία, ας, ἡ, (κτῆσις) divitiarum cupiditas, avaritia.

φιλοκτίστης, ου, ὁ, studiosus aedificandi. A seq.

φιλόκτιστος, ον, (κτίζω) idem.

φιλόκυβος, ον, (κύβος) aleae studiosus.

φιλοκυδής, ές, (κῦδος) amans vel studiosus gloriae.

φιλοκυνηγέτης, ου, ὁ, venationis studiosus.

φιλοκυνηγία, ἡ, venandi studium.

φιλοκύνηγος, ον, (κυνηγός) venandi studiosus.

φιλόκυνος, ον, (κύων) qui canibus gaudet.

φιλοκύων, gen. κυνός, ὁ, ἡ, (κύων) i. q. praec.

φιλοκωθωνιστής, οῦ, ὁ, bibax, vinolentus, ebriosus; ap. Athenae.

φιλόκωμος, ον, qui amat comissationes.

φιλόκωπος, ον, (κώπη) nauticae studiosus.

φιλόλαγνος, ον, (λάγνος) libidinosus.

φιλολάκων, ωνος, ὁ, ἡ, Lacedaemoniis deditus.

φιλόλαλος, ον, (λάλος) garrulus, loquax.

φιλολάμπαδος, ον, (λαμπάς) faces, lucem amans; epith. Dianae.

φιλοληΐος, ον, Ion. p. φιλόλειος, (ληΐη, λεία) amans praedae, Hom. h. Merc. 335.

φιλόληπτος, ον, (λαμβάνω) lubenter accipiens.

φιλόλιθος, ον, qui gemmas amat, lapidum pretiosorum studiosus.

φιλόλιχνος, ον, gulae deditus.

φιλολογέω, f. ήσω, (φιλόλογος) libenter dissero, philosophor et dissero cum philosophis aut aliis eruditis hominibus.

φιλολογία, ας, ἡ, studium seu amor disserendi. 2) studium seu amor literarum.

φιλόλογος, ον, (λόγος) qui disserere amat. 2) qui libenter audit alios loquentes seu disserentes. 3) literarum, philosophiae studiosus. 4) literatus, doctus. – Falso a quibusdam scribitur φιλολόγος.

φιλολόγως, adv. more philologorum, amore literatorum.

φιλολοιδορία, ας, ἡ, dicacitas. A seq.

φιλολοίδορος, ον, dicax, maledicus, contumeliosus.

φιλολοιδόρως, adv. contumeliose.

φιλολουτρέω, f. ήσω, libenter lavo, praecupidus sum lavandi, i. e. balnei. A seq.

φιλόλουτρος, ον, (λουτρόν) qui balnea amat, balneorum avidus.

φιλόλυρος, ον, (λύρα) lyram amans.

φιλομάθεια, et θία, ας, ἡ, (φιλομαθής) discendi cupiditas.

φιλομαθέω, f. ήσω, discere cupio, discendi studio teneor.

φιλομαθής, (μανθάνω) cupidus seu studiosus discendi, doctrinae.

φιλομαθῶς, discendi cupiditate, doctrinae studio. A pr.

φιλομάλακος, ον, (μαλακός) mollitiei deditus.

φιλομαντευτής, οῦ, ὁ, (μαντεύομαι) qui omina amat, Plat. legg. 7. p. 813. D.

φιλόμαντις, εως, ὁ, ἡ, (μάντις) vates, eorumque artem amans.

φιλόμαστος, ον, (μαστός) lactens, sugens ubera.

φιλομαχέω, ήσω, (μάχομαι) appeto pugnam, cupide pugno. 2) fervide et incaute praelior.

φιλόμαχος, ον, (μάχη) bellicosus, ferox.

φιλόμβριος, ον, i. q. seq.

φίλομβρος, ον, imbre multo opus habens; epith. plantarum.

φιλόμβροτος, ον, (βροτός) homines amans.

φιλομειδής, ές, poet. φιλομμειδής, ές, (μειδάω) risum amans. Hinc Subst. τὸ φιλομειδές, amor risus.

φιλομεῖραξ, ακος, ὁ, ἡ, (μεῖραξ) pueros amans, paederasta, Diog. L. 4, 40.

φιλομειράκιος, α, ον, (μειράκιον) paederasticus, deditus paederastiae.

φιλομεμφής, ές, (μέμφομαι) qui libenter conqueritur et expostulat. Superl. irr. φιλομεμφότατος, Plut.

φιλομέριμνος, ον, (μέριμνα) curas amans.

φιλομετάβολος, ον, (μεταβολή) mutationes amans, rerum novarum studiosus.

φιλομηδής, ές, v. φιλομμηδής.

φιλομήλα, ης, ἡ, Ion. φιλομήλη, luscinia.

φιλομήλειος, α, ον, qui est lusciniae. A praec.

φιλόμηλος, ον, (μῆλον) qui pomis delectatur. ap. Athenae.

φιλόμηρος, ον, studiosus Homeri, qui libenter legit, vel imitatur Homerum.

φιλομήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, (μήτηρ) matris amans.

φιλομισέω, odio indulgeo. A seq.

φιλόμισος, ον, (μῖσος) odio indulgens.

φιλομίσως, adv. odiose. (⏑⏑––)

φιλομμειδής, ές, idem quod φιλομειδής.

φιλομμηδής, ές, poet. p. φιλομηδής, i. e. μήδεα s. genitalia amans, epith. Veneris natae ex Saturni genitalibus, Hes. Th. 200. in versu spurio.

φιλόμολπος, ον, (μολπή) amans cantum, vel carmina. 2) cantor. 3) gloriae appetens, qui amat nomen suum a multis cantari, celebrari.

φιλομουσέω, Musas amo.

φιλομουσία, ας, ἡ, Musarum, seu Musices amor, studium Musices. A seq.

φιλόμουσος, ον, (Μοῦσα) Musarum vel Musices amans. 2) qui studiorum humaniorum seu politioris literaturae amans est.

φιλομοχθηρος, ον, qui pravorum consortio delectatur. Pollux.

φιλόμοχθος, ον, laborum amans, laboriosus.

φιλομυθέω, f. ήσω, (φιλόμυθος) libenter fabulor, confabulationum seu fabularum amans sum.

φιλομυθία, ας, ἡ, fabularum studium.

φιλόμυθος, ον, confabulationum vel fabularum amans. Subst. τὸ φιλόμυθον, studium sermocinandi et confabulandi.

φιλόμυρος, ον, (μύρον) unguenta amans.

φιλόμωμος, ον, reprehensor, cavillator, φιλόψογος.

φιλονάματος, ον, (νᾶμα) humoris appetens; ep. solis, quia humores attrahere creditur. (⏑⏑–⏑⏑)

φιλοναύτης, ου, ὁ, rei navalis studiosus.

φιλονεικέω, f. ήσω, (φιλόνεικος) rixor, contendo, altercor. 2) aemulor, aemulus sum. 3) contendo, i. e. laboro efficere, nitor.

φιλονεικία, ας, ἡ, contentio, rixarum amor, jurgium, pertinacia. 2) aemulatio. 3) contentio virium in certamine. 4) certamen, pugna. A seq.

φιλόνεικος, ον, (νεῖκος) contentiosus, altercator. 2) in bonam partem, cupidus, studiosus alicujus rei, multum in re aliqua laborans.

φιλονείκως, adv. contentiose. 2) cum aemulatione. 3) certatim.

φιλόνεος, ον, qui juvenum amore tenetur, paederasta. v. φιλομεῖραξ et φιλόπαις.

φιλονικέω, (φιλόνικος) vincere, praestare cupio, contendo.

φιλονικία, ἡ, vincendi studium, v. ad Isocr. Paneg. p. 40.

φιλόνικος, ον, (νίκη) studiosus seu cupidus victoriae, ambitiose laborans in aliqua re, sc. ut aliis praestet.

φιλονοσέω, (νόσος) aegrotare soleo.

φιλονύμφιος, ἡ, nuptiis gaudens, nuptiis favens; epith. Veneris.

φιλόξεινος, ον, poet. p. φιλόξενος, Od.

φιλοξενέω, (φιλόξενος) hospites amo, hospites libenter excipio. 2) peregrinos amo, peregrinos amo mores.

φιλοξενία, ας, ἡ, hospitalitas, liberalitas in hospites.

φιλοξενίζω, liberalis sum erga hospites.

φιλόξενος, ον, hospitalis, liberalis in hospites.

φιλοξένως, adv. hospitaliter, liberaliter in hospites.

φιλοξύτονος, ον, in pl. φιλοξύτονα, verba quae acui fere solent.

φιλόοινος, ον, v. φίλοινος.

φιλοπαθής, ές, (πάθος) affectibus indulgens.

φιλοπαιγμόνως, adv. (φιλοπαίγμων) jocose, studio joci, ludendi, saltandi etc.

φιλοπαιγμοσύνη, ης, ἡ, studium jocandi, ludendi, saltandi etc. A seq.

φιλοπαίγμων, ονος, ὁ, ἡ, (παίζω) amans jocos et lusus. 2) facetus, festivus.

φιλοπαίκτης, ου, ὁ, (παίζω) idem.

φιλόπαις, αιδος, ὁ, ἡ, amans liberorum, amans puerorum s. paederasta.

φιλοπαίσμων, ὁ, ἡ, idem quod φιλοπαίγμων, et ab eod.

φιλοπαίστης, ου, ὁ, idem et ab eod.

φιλοπάννυχος, ον, noctem vigiliis consumere solitus, epith. etiam Veneris.

φιλοπαράβολος, ον, qui alacriter se offert periculis.

φιλοπάρθενος, ον, virginum amans. 2) virginitatis studiosus.

φιλόπατρις, ιδος, ὁ, ἡ, patriae amans. Accus. φιλόπατριν, Diod. Sard. ep. 11. Cic. ad Att. 9, 10.

φιλοπατορία, ἡ, amor patris s. erga patrem.

φιλοπατρία, ἡ, amor patriae vel patris.

φιλοπάτωρ, ορος, ὁ, ἡ, (πατήρ) amans patris.

φιλοπενθής, ές, (πένθος) ad luctum proclivis.

φιλοπένταθλος, ον, proprie quinquertio esse cupiens; metaph. qui excellere in omni genere cupit.

φιλοπευθής, ές, (πεύθομαι) qui sciscitari et percontari amat, ideoque discendi cupidus est, curiosus scrutator.

φιλοπευστέω, f. ήσω, libenter audio et sciscitor, curiosus sum in sciscitando, percontor. A seq.

φιλοπεύστης, ου, ὁ, sciscitator.

φιλοπευστία, ἡ, sciscitandi studium.

φιλόπευστος, ον, idem quod φιλοπευθής.

φιλοπλακοῦντος, ον, (πλακοῦς) qui placentis delectatur, libenter placentis vescitur.

φιλόπλικτος, ον, bene textus, s. plicatus, cincinnatus, amans crinium crispatorum.

φιλόπλοος, ον, contr. φιλόπλους, (πλέω) navigandi cupidus.

φίλοπλος, ον, (ὅπλον) arma amans, bellicosus.

φιλοπλούσιος, ον, i. q. φιλόπλουτος.

φιλοπλουτέω, f. ήσω, (φιλόπλουτος) ditescere cupio, nimio studio divitiis inhio.

φιλοπλουτία, ας, ἡ, divitiarum amor, divitiarum cogendarum cupiditas. A pr.

φιλόπλουτος, ον, divitiarum amans, ditescendi studiosus.

φιλοποιέω, et έομαι, amicum seu benevolum reddo, concilio.

φιλοποίησις, εως, ἡ, conciliatio, reconciliatio. A pr.

φιλοποιητής, οῦ, ὁ, poetarum et poeseos amicus, Plat. rep. 10, 8. p. 607.

φιλοποιία, ας, ἡ, conciliatio.

φιλοποίμην, ενος, ὁ, pastorum amans, vitae pastoritiae. Exstare videtur non nisi in nom. proprio.

φιλοποίμνιος, ον, (ποίμνιον) gregis amans, gregem curans, epith. canis.

φιλοποιός, όν, (ποιέω) amicos efficiens.

φιλοπόλεμος, ον, belli amans. 2) bellicosus.

φιλόπολις, εως, Ion ιος, ὁ, ἡ, it. gen. ιδος, Plat. de rep. 5, p. 470. D. (πόλις) civitatis amans, patriae et civitatis commodis studens, civilis.

φιλοπολίτης, ου, ὁ, amans et studiosus civium, ac saluti eorum consulens. (ῑ)

φιλοπολυγέλως, ωτος, ὁ, ἡ, multum risum amans.

φιλοπονέω, f. ήσω, (φιλόπονος) laborum amans sum. 2) cum labore efficio, studiose et gnaviter aliquid facio, elaboro, elucubro, c. accus.

φιλοπονηρία, ἡ, amor improborum. A seq.

φιλοπόνηρος, ον, improborum amans.

φιλοπονία, ας, ἡ, laborum amor, studium, industria. A seq.

φιλόπονος, ον, amans laborum, gnavus, industrius. Subst. τὸ φιλόπονον, studium.

φιλοπόνως, adv. gnaviter, diligenter.

φιλόπορνος, ον, (πόρνη) scortator.

φιλοπόρφυρος, ον, (πορφύρα) qui veste purpurea utitur, delectatur.

φιλοποσία, ας, ἡ, (πόσις) amor potationis, inexhausta et inexplebilis bibendi aviditas.

φιλοποτέω, amo compotationes. A sq.

φιλοπότης, ου, ὁ, amator vini, potator, bibax.

φιλοποτία, ἡ, i. q. φιλοποσία, Lobeck. Phryn. p. 522.

φιλοπότις, ιδος, ἡ, bibula, vinosa.

φιλοπουλυγέλως, ωτος, ὁ, ἡ, poet. p. φιλοπολυγ.

φιλοπραγματίας, ου, ὁ, (φιλοπράγμων) rerum alienarum curiosus.

φιλοπραγμόνως, adv. more eorum qui se libenter implicant negotiis alienis. 2) studio facessendi negotium.

φιλοπραγμοσύνη, ης, ἡ, studium alienis seu variis se implicandi negotiis. 2) amor et voluntas litigandi. 3) sollertia.

φιλοπράγμων, ονος, ὁ, ἡ, (πρᾶγμα, πράσσω) qui libenter variis negotiis se implicat, qui sibi et aliis negotia libenter facessit.

φιλοπρεπής, ές, (πρέπω) decori amans, elegans.

φιλοπρεπῶς, adv. eleganter, amice. A pr.

φιλοπροσηγορία, ας, ἡ, adfabilitas. A seq.

φιλοπροσήγορος, ον, (προσηγορέω) adfabilis, comis, blandus.

φιλοπροσηγόρως, adv. salutandi studio, adfabiliter.

φιλοπροσηνής, ές, (προσηνής) qui mitis et mansuetus esse solet.

φιλοπρωτεία, ας, ἡ, amor principatus, s. primatus.

φιλοπρωτεύω, f. εύσω, (φιλόπρωτος) primatum obtinere cupio, primatum ambio, cupio esse primus, primas partes affecto.

φιλόπρωτος, ον, primatum affectans.

φιλοπτόλεμος, ον, v. φιλοπόλεμος.

φιλόπτολις, v. φιλόπολις.

φιλόπτορθος, ον, (πτόρθος) ramos diligens.

φιλοπτωχία, ας, ἡ, amor pauperum et in pauperes liberalitas. Eccl. A seq.

φιλόπτωχος, ον, promptus ad juvandos pauperes et mendicos, Eccl.

φιλόπυρος, ον, triticum amans. in Epigr.

φιλοπυστέω, i. q. φιλοπευστέω.

φιλόπυστος, ον, idem quod φιλοπευθής.

φιλοπωριστής, οῦ, ὁ, (ὀπώρα) qui autumnales fructus decerpere et iis vesci amat.

φιλοπωτέω, et φιλοπώτης, ου, ὁ, i. q. φιλοποτέω, et φιλοπότης, v. Lobeck. ad

Phryn. 436.

φιλοργής, ές, (ὀργή) iracundus.

φιλόργιος, ον, (ὄργια) qui Orgia celebrare amat, s. celebrat; epith. festi diei, sollemnis, celeber.

φιλοργός, όν, i. q. φιλοργής.

φιλορήτωρ, seu φιλοῤῥήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, rhetoricae amans et studiosus.

φιλόρθιος, ον, (ὄρθιος) recta amans.

φιλοριστία, ας, ἡ, (ὁρίζω) nimia et inanis subtilitas in definiendo. Galen.

φιλορμίστειρα, ἡ, (ὁρμίζω) epith. Veneris, in portum deducens navigantes.

φιλορνιθία, ας, ἡ, avium amor. A seq.

φιλόρνις, ιθος, ὁ, ἡ, avium amans.

φιλοῤῥήτωρ, v. φιλορήτωρ.

φιλόῤῥυθμος, ον, (ῥυθμός) numerum amans.

φιλοῤῥώθων, ὁ, ἡ, (ῥώθων) epith. cami, a loco, quem obtinet.

φιλοῤῥώξ ἄμπελος, vitis amica uvis vel acinis. in Epigr.

φιλορτυγοτροφέω, coturnices alere soleo. A seq.

φιλόρτυξ, ὁ, ἡ, amans coturnices.

φιλορχήμων, ονος, ὁ, ἡ, (ὀρχέομαι) saltationum amans. dub.

φιλορχηστής, οῦ, ὁ, i. q. praec.

φιλόρχηστος, ον, saltandi cupidus. dub.

φίλος, η, ον, carus, amicus, gratus, jucundus. ὁ φίλος, Subst. amicus. 2) inservit etiam pronominibus circumscribendis meus, tuus, suus; ap. Hom. et alios poetas. — Compar. et superl. a) φιλίων, ον, Od. φίλιστος, ίστη, ιστον, Soph. b) φιλτερος, φίλτατος, Hom. et φιλαίτερος, φιλαίτατος, Callim. et Theocr. d) φιλώτερος, φιλώτατος, ap. ser. (ι in arsi producitur, φίλε κασίγνητε, Il. 4, 155. 5, 359).

φιλοσαρκέω, (φιλόσαρκος) voluptatis studio teneor, carnem amo et cuticulam curo. Eccl.

φιλοσαρκία, ας, ἡ, amor carnium, libido edendi carnes. 2) corporearum voluptatum studium. Eccl.

φιλόσαρκος, ον, (σάρξ) carnem amans, corporeis oblectamentis deditus. Eccl.

φιλοσίγματος, ὁ, (σίγμα) crebro usurpans literam σ.

φιλόσιτος, ον, frumenti comparandi cupidus. 2) cibi appetens.

φιλοσκαρθμος, ον, (σκαρθμός) saltationem amans.

φιλόσκεπος, ον, (σκέπη) tegmine gaudens.

φιλοσκήπων, ωνος, ὁ, ἡ, baculum vel sceptrum gestare solitus.

φιλόσκιος, ον, (σκιά) amans umbrae, umbram captans.

φιλοσκόπελος, ον, scopulos amans.

φιλόσκοπος, ον, scopum attingere solitus.

φιλοσκύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, canes amans.

φιλοσκωμμοσύνη, ἡ, dicacitas.

φιλοσκώμμων, ονος, ὁ, ἡ, (σκῶμμα) dicteriis mordacibus gaudens, cavillator, dicax.

φιλοσκωπτέω, f. ήσω, dicax sum. A seq.

φιλοσκώπτης, ου, ὁ, (σκώπτω) dicax, urbanus.

φιλοσμάραγος, ον, tumultum amans.

φιλόσμηνος, ον, (σμῆνος) alvearia amans.

φιλοσοφέω, f. ήσω, (φιλόσοφος) sapientiam amo, sapientiae deditus sum, studium meum in doctrina et sapientia colloco, philosophiam capesso, philosophiae me dedo. 2) philosophorum more disputo, dissero seu disquiro et commentor mecum, philosophiam doceo seu profiteor. 3) universe, pro exquiro aliquid, in cogitatione et tractatione alicujus rei versor, curo, video, c. accus. apud Lys. et Isocr. 4) sapientiae et modestiae in moribus studeo. Apud Scriptt. Eccles. vitae operam do austerae et severae.

φιλοσόφημα, ατος, τό, philosophica quaestio, seu res, quam quis philosophica commentatione exquirit. A pr.

φιλοσοφία, ας, ἡ, (φιλόσοφος) philosophia, sapientiae studium. 2) secta. 3) eloquentia apud Isocr. saepe; et omnino fuit nomen omnibus disciplinis commune. 4) vita ascetica et monastica, apud Scriptores Eccles.

φιλοσοφοκλῆς, έους, ὁ, amicus Sophoclis.

φιλοσοφομειρακίσκος, ὁ, quasi paederasta philosophicus, vox Comica.

φιλόσοφος, ον, (σοφός) amans seu expetens sapientiam, sapientiae studio deditus. 2) sapiens, doctus, philosophus.

φιλοσόφως, adv. philosophice, ut philosophum decet.

φιλοσπήλυγξ, υγγος, ὁ, ἡ, (σπήλυγξ) speluncas amans, libenter in antris commorans.

φιλόσπονδος, ον, (σπονδή) libationi aptus s. serviens, v. c. vinum.

φιλόσπουδος, ον, diligens, studiosus.

φιλοστασιώτης, ου, ὁ, seditiosus.

φιλοστάφυλος, ον, uvas amans.

φιλοστεφανέω, coronarum amans sum; seu coronam adsequi contendo, coronam ambio. A seq.

φιλοστέφανος, ον, coronarum amans seu cupidus.

φιλόστονος, ον, gemebundus.

φιλοστόνως, adv. cum gemitu.

φιλοστοργέω, (φιλόστοργος) ad amandum propensus sum, sive valde amo: dicitur imprimis de amore conjugum, et eo, qui inter parentes et liberos est. 2) cupiditate generandorum liberorum ducor.

φιλοστοργία, ας, ἡ, amor vehemens quivis, tum inter parentes et liberos, conjugesque. A praec.

φιλόστοργος, ον, (στοργή) propensus ad amorem, qualis est inter parentes et liberos et conjuges.

φιλοστόργως, adv. amantissime, indulgenter.

φιλοστρατιώτης, ου, ὁ, militum amans s. militibus nimis indulgens. 2) ad rem militarem pronus.

φιλόστροφος, ον, (στροφή) mutabilis, inconstans.

φιλόσυκος, ον, (σῦκον) amans ficuum qui ficuum esu delectatur.

φιλοσύμμαχος, ον, qui amat belli socios, amans commilitonum, vel qui se libenter belli socium adjungit.

φιλοσυνήθης, ες, amans consuetudines, familiaritates.

φιλοσυνουσιάζω, frequenti congressu, item coitu gaudeo.

φιλοσυνουσιαστής, οῦ, ὁ, salax, coitum nimis appetens. A pr.

φιλοσύντομος, ον, brevitatis studiosus, brevis.

φιλοσωματέω, nimium sum amans corporis, nimis curo corpus.

φιλοσωματία, ἡ, nimia corporis cura. A seq.

φιλοσώματος, ον, (σῶμα) corporis nimium studiosus, qui nimis amat curare cutem suam.

φιλοσωμάτως, adv. nimia in corpus indulgentia, nimia corporis cura.

φιλοσώφρων, ονος, ὁ, ἡ, moderatus vel prudens. 2) pudicos et castos amans.

φιλοτάριον, et φιλοττάριον, τό, Dim. a φιλότης, n. 3. amicellulus, in compellatione, ὑποκοριστικῶς.

φιλοτάριχος, ὁ, salsamentorum avidus. ap. Athenae.

φιλοτεκνία, ας, ἡ, amor in liberos. A seq.

φιλότεκνος, ον, (τέκνον) amans liberorum.

φιλοτεχνέω, f. ήσω, (φιλότεχνος) artium studiosus sum. 2) artificiosae elegantiae studio teneor. 3) dissero de arte aliqua, velut ejus studiosus. 4) artificiose et callide ago.

φιλοτέχνημα, ατος, τό, opus sollers, artificiosum. A pr.

φιλοτεχνήμων, ονος, ὁ, ἡ, ingeniosus, artifex.

φιλοτέχνης, ου, ὁ, (τέχνη) artificiosus.

φιλοτέχνησις, εως, ἡ, (φιλοτεχνέω) ipsa actio sollerter aliquid efficiendi. 2) artificium, opificium.

φιλοτεχνία, ας, ἡ, artium studium vel studium elegantiae et artificii, sollertia. it. egregium artificium; ap. Diodor. Sic. 2) usus consiliorum callidorum, inventorum callidorum, doli, in efficiendo, praesertim in bello gerendo. A seq.

φιλότεχνος, ον, (τέχνη) artis aut artium studiosus, industrius, sollers.

φιλοτέχνως, adv. more eorum, qui artium sunt studiosi. 2) artificiose, ingeniose.

φιλότης, ητος, ἡ, (φίλος) amicitia, amor, benevolentia. 2) concubitus. 3) amicus, in compellationibus, ὦ φιλότης.

φιλοτησία, ας, ἡ, propinatio, invitatio ad bibendum. 2) propinatio post coenam benevolentiae ergo. A seq.

φιλοτήσιος, ον, (φιλότης) ad amicitiam pertinens, amicitiae conveniens, aptus ad conciliandam amicitiam. Subst. φιλοτήσιος, sc. κύλιξ s. κοτύλη, poculum amicitiae dicatum, Theogn. 489.

φιλότησις, εως, ἡ, amicitia, dub.

φιλοτιμέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, (φιλότιμος) honoris consequendi gratia facio, ambio honorem. 2) ambitiose et magno studio conor et annitor, more nimirum eorum, qui honoris caussa toti sunt in re aliqua. 3) cum cura elaboro. 4) aemulor, aemulatione ductus contendo cum aliquo. 5) efferor, glorior, mihi placeo. 6) munificentia et liberalitate inclaresco, largior populariter. 7) simpliciter, dono, largior. 8) gaudeo aliqua re, delector.

φιλοτίμημα, ατος, τό, conatus, contentio, studium aliquid efficiendi. 2) in quo aliquis sibi placet, et quo honorem aucupatur. 3) liberalitas, facinus liberale. 4) ornamentum, magnificentia. (⏑ ⏑ – – ⏑) A. pr.

φιλοτιμία, ας, ἡ, honoris seu honorum studium, ambitio. 2) aemulatio, aemula virtus et contentio animi ad certamen excitati. 3) studium, contentio. 4) erogatio publice facta, largitio, munificentia,

velut in ludis, unde φιλοτιμίαι, ludi. 5) liberalitas. A seq.

φιλότιμος, ον, (τιμή) honoris seu honorum cupidus seu studiosus, ambitiosus, qui ad rem aliquam contendit, et ex eo honorem sibi parere nititur. 2) studiosus simpl. 3) generosus, magnificus, ambitiosus, munerarius, liberalis.

φιλοτίμως, adv. studio honoris, nimio honoris studio, ambitiose, sollicite, comiter, enixe, certatim. Comp. φιλοτιμοτέρως. (⏑⏑‒‒)

φιλότμητος, ον, epith. diei, qua circumcisio fit apud Judaeos, h. e. octavi sollemnis destinati circumcisioni. Nonn.

φιλοτοιοῦτος, ου, ὁ, rei alicujus valde studiosus, Aristot.

φιλοτραγήμων, ὁ, ἡ, (τράγημα) bellaria amans, libenter edens.

φιλοτράπεζος, ὁ, ἡ, (τράπεζα) parasitus, scurra.

φιλοτροφέω, f. ήσω, libenter alo, multos alo. A seq.

φιλότροφος, ον, (τρέφω) almus, beneficus, epith. deorum. 2) (τροφή) alimenta amans.

φιλότρωξ, ωγος, ὁ, ἡ, (τρώγω) libenter manducans.

φιλοττάριον, τό, poet. p. φιλοτάριον, Ar. Eccl. 891.

φιλοτύραννος, ου, ὁ, ἡ, fautor, sectator tyrannorum vel tyrannidis. 2) tyrannidis amans s. cupidus.

φιλοτώθαστος, ον, (τωθάζω) deridere solitus, dicax, Hippocr.

φιλόϋπνος, ον, i. q. φίλυπνος.

φιλοφαίαξ, ακος, ὁ, ἡ, Phaeacas amans.

φιλόφθογγος, ον, clamosus, vocalis, latrator.

φιλόφθονος, ον, invidus.

φιλοφιλία, ας, ἡ, amor et studium erga amicos. A seq.

φιλόφιλος, ον, amicorum studiosus.

φιλοφόρμιγξ, γγος, ὁ, ἡ, lyrae amans; epith. cantus, sc. cui lyra accinit.

φιλοφρονέομαι, f. ήσομαι, (φιλόφρων) comitate prosequor et humanitate, amanter complector, excipio, ut amicum tracto.

φιλοφρόνημα, τό, factum benigne, beneficium, humanitas. A pr.

φιλοφρόνησις, εως, ἡ, comitas, benevolentia. Ab eodem.

φιλοφρονητικός, ή, όν, comis, blandus. Ab eod.

φιλοφροσύνη, ης, ἡ, benevolentia, comitas, liberalitas. 2) amicitia, familiaritas. Ab eod.

φιλοφρόνως, adv. benevolo animo, benevole, comiter, amanter, amice. Comp. φιλοφρονεστέρως. Ab eod.

φιλόφρων, ονος, ὁ, ἡ, (φρήν) cui mens est benevola erga quempiam, benevolus, comis, benignus, humanus.

φιλόφωνος, ον, (φωνή) loquax, garrulus.

φιλόχλαινος, ον, (χλαῖνα) propric laena, veste pingui utens: cupidus laenae, appetens laenam s. vestem quamcunque.

φιλόχλος, ον, amans vulgi, popularis.

φιλοχορευτής, οῦ, ὁ, choreas ducendi studiosus; epith. Bacchi.

φιλόχορος, ον, chori seu chorearum amans.

φιλοχρηματέω, f. ήσω, (φιλοχρήματος) pecuniae avidus sum.

φιλοχρηματία, ας, ἡ, pecuniae cupiditas, avaritia. Ab eod.

φιλοχρηματιστής, οῦ, ὁ, pecuniae comparandae cupidus, s. studiosus.

φιλοχρηματιστικῶς, adv. studio comparandarum divitiarum. A pr.

φιλοχρήματος, ον, (χρήματα) cupidus pecuniae, avarus.

φιλοχρημάτως, adv. cupiditate pecuniae, avare.

φιλοχρημονέω, f. ήσω, (φιλοχρήμων) pecuniae avidus seu avarus sum

φιλοχρημοσύνη, ης, ἡ, pecuniae cupiditas, avaritia. Ab eod.

φιλοχρήμων, ονος, ὁ, ἡ, (χρήματα) cupidus pecuniae.

φιλόχρηστος, ον, amans honorum. 2) honesti studiosus, benignus, aequus.

φιλόχριστος, ον, amans et studiosus Christi.

φιλόχρονος, ον, propric amans temporis, cunctator. φιλόχρονος ἔνστασις, cavillatio studiose tempus captans. ap. Gregor. Naz.

φιλοχρυσία, ας, ἡ, studium auri habendi

φιλόχρυσος, ον, auri amans, auro inhians.

φιλοχωρέω, f. ήσω, (φιλόχωρος) libenter in loco aliquo versor et habito, loci alicujus amore captus sum. v. χωροφιλέω. 2) versor, habito.

φιλοχωρία, ας, ἡ, amor loci, quum quis libenter in aliquo loco commoratur. A praec.

φιλόχωρος, ον, qui locum amat, qui aliquo in loco versatur.

φιλοψεύδεια, ας, ἡ, (φιλοψευδής) studium mentiendi.

φιλοψευδία, ἡ, idem.

φιλοψευδής, ές, (ψεῦδος) mendaciorum amans, libenter mentiens, fingens.

φιλοψεύστης, ου, ὁ, amans mendacia, mendax

φιλοψία, ας, ἡ, (φίλοψος) opsoniorum cupido, s. appetitus.

φιλοψογέω, reprehendendi studio teneor.

φιλόψογος, ον, reprehendere amans.

φιλοψόγως, adv. reprehendendi studio s. libidine.

φίλοψος, ον, (ὄψον) opsoniorum amans.

φιλόψοφος, ον, garrulus, jactator.

φιλοψυχέω, f. ήσω, (φιλόψυχος) nimium amo animulam meam, vitae turpiter et ignave parco.

φιλοψυχητέον, cum οὐ, non nimium amanda est vita A pr.

φιλοψυχία, ας, ἡ, nimius vitae amor. A seq.

φιλόψυχος, ον, (ψυχή) qs. animae amans; nimium vitae cupidus, nimium timens, ne vita privetur, timidus. 2) qui vitam tuetur.

φιλόψυχρος, ον, qui frigida amat, frigoris cupidus, amans frigidi.

φιλοψύχως, adv. (φιλόψυχος) nimio vitae amore, nimis vitae parcendo. (ῡ)

φιλτάτιον, ου, τό, amiculus; in compellatione. Dim. a seq.

φίλτατος, η, ον, (φίλος) carissimus; sodes, sc. in compellatione.

φίλτρον, ου, τό, (φιλέω) amoris illecebra, amatorium poculum. 2) res amicitias, seu amorem, benevolentiam concilians.

φιλτροποιός, όν, philtra conficiens, veneficus.

φίλυβρις, ὁ, ἡ, (ὕβρις) contumeliosus, insolens.

φιλυβριστής, ου, ὁ, i. q. praec.

φιλυγιής, ές, bonae valetudinis studiosus.

φιλυδρίας, ου, ὁ, idem quod φίλυδρος, et ex eod.

φιλυδριάω, aquam, loca irrigua amo. A praec.

φίλυδρος, ον, (ὕδωρ) aquae amans, gaudens aquis.

φιλύδρηλος, ον, idem.

φιλύκη, ἡ, philyca, arbor semper virens; ap. Theophrast.

φίλυμνος, ον, amans hymnos, cantum, studiosus canendi, musicus.

φιλυπήκοος, ον, obsequiosus, facile obediens.

φίλυπνος, ον, amans somni, somnolentus.

φιλυπόδοχος, ον, (ὑποδοχή) qui saepe, benigne convivatur.

φιλυπόστροφος, ον, (ὑποστρέφω) redire solitus, facile rediens.

φιλυποστροφώδης, ες, (ὑποστροφή) idem.

φιλυποψία, ας, ἡ, (ὕποψις) natura ad suspicandum propensa.

φιλύρα, ας, ἡ, tilia, arbor. 2) ejusdem arboris bractea, i. e. tenuior membrana inter lignum et extimum corticem latitans.

φιλύρινος, ίνη, ινον, tiliaceus. A pr.

φιλύρεος, έα, εον, idem et ab eod.

φιλῳδός, οῦ, ὁ, (ᾠδή) studiosus cantus, cantor, musicus.

φίλως, adv. (φίλος) libenter.

φίλωψ, ωπος, ὁ, ἡ, qui amico vultu est, amicus.

φῑμός, οῦ, ὁ, camus, capistrum. 2) fiscella. 3) pyrgus in ludo aleatorio, turricula in qua concutiuntur tesserae, aut tali. (Imo: pyrgus infundibuli vel coli speciem repraesentabat, per quod tali concussi in ψηφοβόλῳ, i. e. fritillo, jaciebantur in alveolum.) Reperitur et φιμόν in neutr.

φῑμόω, f. ώσω, camo obligo aut adstringo, capistro, obturo, coarcto, constringo, os occludo, compesco. metaph. ad silentium adigo. φιμοῦμαι, obmutesco. A pr.

φῑμώδης, ες, (φιμός) cami seu fiscellae formam habens. 2) cami usum praebens. 3) constringens.

φίμωσις, εως, ἡ, (φιμόω) obligatio, quae fit camo. 2) coarctatio, s. constrictio quaelibet. (‒‒⏑)

φίμωτρον, τό, capistrum. (‒‒⏑)

φίν, Dor. p. σφίν.

φήνις, ὁ, i. q. φήνη, ossifragus, genus aquilarum, Dioscor.

φίντερος, -τατος, Dor. p. φίλτερος, -τατος, Epicharm.

φίντις, ὁ, auriga. 2) animus, qs. corporis auriga et rector. Vox Dorica.

φίξ, ῑκός, ἡ, Boeot. pro σφίγξ.

φιτρός, οῦ, ὁ, stipes, truncus. 2) caulis. 3) fax. Reperitur et neutrum.

φίττα, adv. accelerandi. Ab et pro σίττα.

φιττάκια, τά, Aeol. p. ψιττάκια

φῖτυ, τό, poet. p. φίτυμα, Ar. Pac. 1164. Eupol. ap. Schol. Plat. p. 211.

φίτυμα, τό, (φιτύω) germen, stirps, proles, soboles, filius, Aesch. Ag. 1292. (‒‒⏑)

φῑτυποιμήν, ένος, ὁ, poet. p. φυτοκόμος, hortulanus, Aesch.

φῖτυς, υος, ὁ, pater, genitor.

φῑτύω, f. ύσω, (φῖτυ) sero, planto. 2)

genero, gigno.

φλαδιάω, (φλάω) contundendo, subigendo mollio; unde subigo.

φλάζω, stulte et non articulate loquor. 2) ferveo.

φλαμέντας, ου, ὁ, flamen, vox Latin., Appian.

φλανύσσω, Doric. p. φληνύσσω, garrio, ineptio, deliro.

φλάσις, εως, ἡ, Ion. pro θλάσις, fractura.

φλάσμα, τό, pro θλάσμα, (φλάω pro θλάω) quod confractum, contusum est, contusio.

φλασμός, οῦ, ὁ, (φλάζω) fastus.

φλαστός, ή, όν, (φλάω) qui contundi seu conteri potest.

φλαυρίζω, f. ίσω, idem quod φαυλίζω. A seq.

φλαῦρος, ρα, ρον, idem quod φαῦλος, et ab eo. (vel dicitur Attice pro φλυαρός, nugatorius, ineptus; auctore Eustathio.)

φλαύρως, adv. pro φαύλως.

φλάω, contundo, contero, frango, rumpo. 2) subigo, tero. Unde 3) contundendo, vel subigendo mollio. 4) masturbo. 5) voro, avide comedo. Est autem a θλάω.

φλεβάζω, (φλέψ) scaturio tanquam e vena.

φλεβικός, ή, όν, ad venas pertinens, qui venarum est.

φλέβιον, ου, τό, venula. Dim. a φλέψ.

φλεβονευρώδης, ες, (φλέψ, νευρώδης) quasi veninerveus.

φλεβοῤῥαγία, ας, ἡ, (ῥήγνυμι) venae ruptio.

φλεβοτομέω, (φλεβοτόμος) venam seco. φλεβοτομοῦμαι, sanguinor.

φλεβοτομία, ας, ἡ, venae sectio, venae incisio. A seq.

φλεβοτόμος, ον, (τέμνω) venam incidens. Hinc Subst. τὸ φλεβοτόμον, ου, scalpellum, seu instrumentum, quo vena inciditur.

φλεβώδης, ες, (φλέψ) venosus, venis abundans.

φλεγίθω, (φλέγω) uro, incendo, comburo.

φλεγυρός, ά, όν, ruber, flammae modo.

φλέγμα, ατος, τό, (φλέγω) inflammatio, ardor, incendium. 2) pituita.

φλεγμαίνω, ardeo, aestuo, exaestuo, effervesco. 2) intumesco, tumeo, suppuro. 3) factum, crimen dicitur φλεγμαίνειν, quod adhuc fervet, h. e. in recenti sermone et odio versatur. item, cujus dolor recens est. A pr.

φλεγμαῖος, αία, αῖον, (φλέγμα) inflatus.

φλέγμανσις, εως, ἡ, idem quod seq. et ab eod.

φλεγμασία, ας, ἡ, (φλεγμαίνω) inflammatio, aestus, ardor.

φλεγματίας, Ion. φλεγματίης, ου, ὁ, pituitosus, qui bilioso opponitur.

φλεγματικός, ή, όν, abundans pituita.

φλεγματοειδής, ές, (εἶδος) idem.

φλεγματόεις, όεσσα, όεν, idem.

φλεγματώδης, ες, inflatus, inflammatus, suppuratus. 2) pituitosus.

φλεγμονή, ῆς, ἡ, (φλέγω) inflammatio, suppuratio, tumor, furunculus.

φλεγμονώδης, ες, inflammationem habens, cum inflammatione conjunctus. A pr.

φλεγύας, ου, ὁ, (φλέγω) aquila.

φλεγυρός, ρά, ρόν, (φλέγω) ignitus, ardens. 2) splendens. 3) injuriosus, damnosus

φλέγω, f. ξω, uro, cremo, incendo, inflammo. 2) amore mei incendo. 3) illustro, illumino. 4) fulgeo. φλέγομαι, ardeo, ardesco, flagro.

φλεδονεία, ας, ἡ, nugacitas, ineptiae, importuna loquacitas. A seq.

φλεδονεύω, et νέω, (φλεδών) nugor, garrio. v. φληδάω.

φλεδονώδης, ες, nugax, garrulus. A seq.

φλέδων, οντος, vel φλεδών, ῶνος, ὁ, (φλέω) homo ineptus, nugax.

φλέξις, εως, ἡ, (φλέγω) incensio, incendium.

φλέψ, εβός, ἡ, vena 1) animalis, 2) aquarum et similium.

φλέω, idem quod φλύω, plenus seu refertus sum, redundo, etiam bonis rebus. 2) ebullio, effervesco. 3) erumpo. 4) nugor. (φλάω, φλεύω, φλέω et φλύω, unum idemque verbum est.)

φλέως, ω, ἡ, papyrus, planta aquatica spinis carens. A pr.

φληδάω, f. ήσω, (φλέω) nugor. Hesych.

φληναφάω, f. ήσω, (φλήναφος) nugor.

φληναφεύω, idem.

φληναφέω, idem.

φληνάφημα, τό, idem quod seq. A pr.

φλήναφος, ὁ, (φληνάω) nugae.

φλήναφος, ον, nugatorius, nugax, nugator, nugatrix, stultiloquus

φληναφώδης, ες, idem quod praec.

φληνέω, f. ήσω, (φλέω) nugor.

φληνύω, f. ύσω, idem et ab eod.

φλιά, ᾶς, ἡ, portae antepagmentum, antae: vestibulum, limen. Hinc et φλιαί, valvarum postes: item, ligna directa et transverso depacta, et scalarum firmamenta, quae gradus transversarios, per quos ascenditur, utrinque compingunt.

φλίβω, premo, comprimo, Aeol. pro θλίβω.

φλιδάω, et φλιδιάω, putresco, putresio. 2) rumpor, laceror, lanior. 3) rugas contraho. v. φλυδάω.

φλιδόνες, ων, αἱ, rugae et sinus vestium. A praec.

φλίψις, ἡ, Aeol. pro θλίψις, ubi v.

φλόγεος, έα, εον, (φλόξ) flammeus. 2) splendidus, fulgidus.

φλογερός, ρά, ρόν, idem et ab eod.

φλογετός, οῦ, ὁ, (φλόξ) ardor.

φλογιάω, (φλόξ) inflammor.

φλογίδιον, ου, τό, parvum frustum carnis assae. Dim. a φλογίς.

φλογίζω, f. ίσω, (φλόξ) ardeo. 2) ustulo, inflammo, incendo.

φλόγινος, ίνη, ινον, flammeus.

φλόγιον, ου, τό, flammula. Dim. a φλόξ.

φλογίς, ίδος, ἡ, caro assa.

φλογισμός, οῦ, ὁ, (φλογίζω) ustulatio.

φλογιστός, ή, όν, ustulatus. 2) inflammabilis.

φλογμός, οῦ, ὁ, ardor, aestus, flamma, incendium. 2) fulgur.

φλογμοτύραννος, ὁ, (τύραννος) dominus flammarum.

φλογογενής, ές, (φλόξ, γένος) e flammis ortus s. natus, flammigena.

φλογοειδής, ές, (εἶδος) flammae similis. 2) flammeus, ignitus.

φλογόεις, όεσσα, όεν, (φλόξ) flammeus, flagrans, ardens.

φλογόλευκος, ον, e rubro albicans.

φλογοφαῖος, α, ον, colore ex flammeo et fusco.

φλογόω, f. ώσω, inflammo, incendo. φλογοῦσθαι, flammescere.

φλογώδης, ες, ardens, fervens. 2) flammeus et incensus.

φλόγωμα, ατος, τό, (φλογόω) ustulati panis quasi pustula.

φλογωπός, όν, (φλόξ, ὤψ) rutilus, splendens.

φλόγωσις, εως, ἡ, (φλογόω) inflammatio.

φλοιά, Ion. φλοιή, ἡ, pro φλιά, ap. Apollon. Rhod. ubi tamen alii φλιή. 2) Proserpina ap. Lacedaemonios.

φλοιάριον, ου, τό, parvus cortex. Dim. a φλοιός.

φλοιδέω, f. ήσω, amburo.

φλοΐζω, f. ΐσω, (φλόος) decortico.

φλόϊνος, η, ον, (φλόος) e cortice factus.

φλοιοβαρής, ές, (βαρύς) levis.

φλοιοῤῥαγία, ας, ἡ, corticis ruptio. A seq.

φλοιοῤῥαγής, ές, corticem habens diruptum; (quod est ex φλοιός et ῥήγνυμι.)

φλοιός, οῦ, ὁ, (φλόος) cortex, stirps; suber.

φλοῖσβος, ου, ὁ, sonitus, quem aqua edit, praesertim, quum fluctus excitantur. 2) murmur, tumultus, strepitus.

φλοϊσμός, οῦ, ὁ, (φλοΐζω) decorticatio.

φλοϊστικός, ή, όν, ad decorticandum aptus. Subst. ἡ φλοϊστική, sc. τέχνη, ars corbes et vasa conficiendi ex corticibus.

φλοίω, (φλέω) turgeo, tumeo.

φλοιώδης, ες, (φλοιός) cortici similis, corticosus. 2) futilis, vilis, vanus.

φλομίς, ίδος, ἡ, verbasculum. Dim. a seq.

φλόμος, et φλῶμος, ου, ἡ, verbascum, herba.

φλονίς, ίδος, ἡ, squama, Hesych.

φλονῖτις, ἡ, phlonitis; herba quae et ὄνοσμα dicitur.

φλόξ, ογός, ἡ, (φλέγω) flamma.

φλόος, φλοῦς, ου, ὁ, acc. sing. irreg. φλόα, Nic. (φλοιός) cortex: scirpus. 2) teges, storea, stragulum ex ulva vel scirpo, aut sparto vel junco. cf. φλοιός.

φλοῦς, ὁ, Ion. p. φλέως, ulva, juncus. Hdt.

φλυάκιον, ου, τό, pustula. Dim. a φλύαξ.

φλυακογραφέω, nugas scribo.

φλυακογραφία, ἡ, nugarum scriptio.

φλυακογράφος, ὁ, (φλύαξ, γράφω) nugarum scriptor.

φλύαξ, ακος, ὁ, Dor. p. φλύαρος, (φλύω) nugae. 2) nugator, scurra, garrulus.

φλυαρέω, f. ήσω, (φλύαρος) nugor, garrio, blatero.

φλυάρημα, τό, dictum nugatorium, s. sermo nugatorius, ineptus, impudens. A praec. (⏑––⏑)

φλυαρία, ας, ἡ, nugae, garrulitas, verbositas. φλυαρίαι, argutiae.

φλυαρολογέω, f. ήσω, (φλυαρολόγος) nugas loquor.

φλυαρολογία, ας, ἡ, sermo nugatorius, garrulitas, argutiae.

φλυαρολόγος, ον, (λέγω) qui nugas loquitur, nugator.

φλύαρος, ον, Ion. φλύηρος, (φλύω) nugatorius, ineptus, vanus, futilis, nugax, garrulus, stultiloquus. Subst. ὁ φλύαρος, nugae, argutiae.

φλυαρώδης, ες, nugatorius, nugax. A

praec.

φλυδαρός, ρά, ρόν, humidus. A seq.

φλυδάω, (φλύω, φλέω) i. q. πλαδάω, humesco, humore affluo, flaccesco.

φλυζάκιον, τό, (φλύζω) bulla, pustula in modum bullae.

φλυζογράφος, ον, i. q. φλυακογράφος.

φλύζω, f. ξω, poet. p. φλύω, Nic.

φλύαρος, φλυαρέω, Ion. p. φλύαρος, φλυαρέω.

φλύκταινα, ης, ἡ, (φλύσσω) pullula, papula, pr. ab igni in subcineritiis panibus excitata.

φλυκταινίδιον, ου, τό, parva pustula. Dimin. a praec.

φλυκταινοειδής, ές, (εἶδος) pustulatus, pustulae formam habens

φλυκταινόομαι, οῦμαι, in pustulas erumpo. A praec.

φλυκταίνωσις, ἡ, eruptio pustularum. A praec.

φλυκτίς, ίδος, ἡ, (φλύω) pustula, tumor.

φλύος, τό, nugae, Archil

φλύσις, εως, ἡ, eruptio in cute e redundantia humoris. A seq.

φλύω, f. ύσω, ferveo, bullio, ebullio, fervendo seu bulliendo strido. 2) evomo. 3) nugas loquor, garrio. (υ natura longum corripitur in praes. et impf. Il. 21, 361, nec non in aor. Mel. 119, 4. Dioscor. 25, 6.)

φοβερίζω, (φοβερός) terreo.

φοβερισμός, οῦ, ὁ, (φοβερίζω) terror.

φοβερός, ρά, ρόν, (φόβος) terribilis, formidolosus, tremendus, horrendus. 2) timidus; ap. Xenoph.

φοβερότης, ητος, ἡ, timor, terror. A praec.

φοβερωπός, όν, et φοβερώψ, ῶπος, ὁ, ἡ, (φοβερός, ὤψ) terribilis specie.

φοβερῶς, adv. (φοβερός) metum incutiendo, formidabiliter.

φοβεσιστράτη, ἡ, quae exercitus terret, epith. Minervae, Ar.

φοβεσίστρατος, ον, (φοβέω, στρατός) exercitum terrens, Hes.

φοβέω, f. ήσω, timorem injicio, terreo; in fugam verto, τινά, Il. Xen. — Pass. φοβέομαι, f. φοβηθήσομαι, sed etiam forma media φοβήσομαι, Xen. Cyr. 1, 4, 19. 6, 7, 15. aor. ἐφοβήθην, pf. πεφόβημαι, terreor, in fugam vertor, ὑπό τινος, Hom. plerumque timeo, metuo, formido, paveo, expavesco. φοβεῖσθαί τινα, timere aliquem. φοβεῖσθαι περί τινος, timere ob aliquid. φοβοῦμαι μή, seq. conj. vereor ne. φοβοῦμαι ποιεῖν τι, vereor, dubito, non audeo aliquid facere. φοβεῖσθαι πρός τι, horrere aliquam rem, Soph. Tr. 1211. Nota. Aor. ἐφοβησάμην nusquam exstat.

φόβη, ης, ἡ, (φοβέω) juba, de equo et leone. Sophocl. 2) coma, de hominibus et plantis. Sophocl. Eurip. et Nicand.

φόβημα, τό, (φοβέω) terror, terriculamentum, Soph. O. C. 699.

φοβητής, οῦ, ὁ, (φοβέω) qui terret.

φοβητικός, ή, όν, meticulosus.

φόβητρον, ου, τό, quod metum incutit, seu incutere potest, terriculum, terriculamentum.

φοβόδιψος, ον, (δίψα) i. q. ὑδρόφοβος.

φόβος, ὁ, (φέβομαι) timor, metus, formido; fuga. Ap. LXX. est etiam pietas.

φοιβάζω, f. άσω, (φοῖβος) expurgo, verro. 2) (Φοῖβος) Phoebi numine afflatus vaticinans dico, vaticinor. it. numine afflo, Longin.

φοιβαίνω, idem et ab eod.

φοιβάς, άδος, ἡ, Phoebas, fatidica, vaticinatrix, utpote Phoebi numine adflata.

φοιβαστική, ῆς, ἡ, (φοιβάζω) vates, fatidica. Propr. femin. a seq.

φοιβαστικός, ή, όν, vaticinus.

φοιβάστρια, ἡ, fem. a φοιβαστής, fatidica.

φοιβάω, (φοῖβος) lustro, purgo. 2) splendidum reddo.

Φοίβειος, α, ον, Ion. Φοιβήϊος, Phoebeus, ad Phoebum pertinens.

φοιβητεύω, idem quod φοιβάζω, vel φοιβάω. A φοιβάω, φοιβήτρια, ἡ, antistita templi, fatidica. A seq.

φοιβήτωρ, ορος, ὁ, (φοιβάω) fatidicus, vates.

Φοιβόληπτος, ον, (Φοῖβος, ληπτός) a Phoebo adflatus, Phoebi numine correptus, fatidicus.

φοῖβος, η, ον, purus, impollutus, castus, ἡλίου φοίβη φλόξ, Aesch. Pr. 22. Hinc Φοῖβος, ὁ, epith. Apollinis, Phoebus.

φοίνη, ἡ, Aeol. et Lacon. p. θοίνη.

φοινήεις, ήεσσα, ῆεν, (φοινός) puniceus, purpureus.

φοίνιγμα, τό, (φοινίσσω) quod rubri coloris est.

φοινιγμός, ὁ, (φοινίσσω) i. q. τὸ φοινίσσειν, qs. rubefactio.

φοινικάνθεμος, ον, (φοῖνιξ, ἄνθεμον) flores purpureos efferens s. habens, epith. veris.

φοινικάω, (φοῖνιξ) rubefacio. Gl. Vet.

φοινίκειος, ον, puniceus. 2) palmeus, e palma factus. (ῑ)

φοινικέλικτος, ον, et λίκτης, ου, fraudulentus, dolosus. (E φοῖνιξ et ἑλίσσω. Nam Poeni pro vafris et σκολιοῖς habebantur.)

φοινίκεος, έα, εον, contr. φοινικοῦς, ῆ, οῦν, (φοῖνιξ) puniceus, purpureus. 2) e palmae fructu factus.

Φοινίκη, ης, ἡ, Phoenice. (ῑ)

φοινικήϊος, ΐη, ϊον, Ion. p. φοινίκειος.

φοινικηΐς, ίδος, ἡ, punica, it. vestis punicei coloris.

Φοινικίας, ου, ὁ, Phoenicias, ventus a Phoenice flans, euronotus, thrasciae oppositus.

Φοινικίζω, f. ίσω, Phoenicas imitor, aut aemulor. 2) ad puniceum colorem vergo, purpurasco. 3) tingo purpura.

φοινικικός, ή, όν, Phoenicius, Punicus.

φοινίκινος, ίνη, ινον, puniceus aut rutilus. 2) palmeus, e palmulis confectus. (‒ ‒ ‿ ‿)

φοινίκιος, ία, ιον, puniceus, palmeus. (‒ ‿ ‿)

φοινικιοῦς, ῆ, οῦν, i. q. φοινίκιος, Ar. Av. 272. v. Buttm. gramm. plen. I. p. 249.

φοινικίς, ίδος, ἡ, vestis punicei coloris, puniceus amictus, purpurea vestis, (ob coloris adfinitatem), pannus puniceus, paludamentum.

φοινικιστής, οῦ, ὁ, (φοινικίζω) purpurae tinctor, vel purpuratus, (melius puniceа veste indutus.) ap. Xenoph. Voc. dubiae significationis.

Φοινικιστί, adv. Punice. (‒ ‒ ‒ ‿)

φοινικοβάλανος, ου, ὁ, fructus palmae Aegyptiacae.

φοινικόβαπτος, ον, colore puniceo tinctus.

φοινικοβατέω, (βαίνω) palmas scando.

φοινικοβαφής, ές, (βαφή) idem quod φοινικόβαπτος.

Φοινικογενής, ές, (Φοῖνιξ, γένος) e Phoenice ortus

φοινικοδάκτυλος, ον, digitos purpureos, i. e. pulcros habens, pulcra: de femina.

φοινικόεις, όεσσα, όεν, (φοῖνιξ) puniceus.

φοινικόκροκος, ον, (κρόκη) puniceam tramam habens.

φοινικόλοφος, ον, (λόφος) rubram cristam habens.

φοινικοπάρειος, ον, (παρειά) puniceas habens genas, i. e. pulcras, pulcra.

φοινικοπάρηος, ον, Ion. pro φοινικοπάρειος.

φοινικοπάρυφος, ον, (πάρυφος) puniceo limbo praetextam vestem gerens, praetextatus.

φοινικόπεδος, ον, (πέδον) solum habens puniceum seu rubrum.

φοινικόπεζα, ης, ἡ, purpureos pedes habens i. e. pulcros, pulcra.

φοινικόπτερος, ον, (πτερόν) rubras alas seu pinnas habens: genus avis.

φοινικοροδίαι, ῶν, αἱ, (ῥόδον) punicea rosaria

φοινικόρυγχος, ον, (ῥύγχος) qui est rostro puniceo, nempe a sanguine, ut leo, lacerato animali. 2) de homine foret, purpurea labia, purpureum os habens, i. e. pulcrum.

φοινικός, ή, όν, i. q. φοινίκεος, dub. l. Xen. Ag. 2, 7.

φοινικοσκελής, ές, (σκέλος) qui est puniceis, i. e. pulcris cruribus.

φοινικοστερόπης, Dor. πας, ὁ, (στεροπή) fulminator, pr. rubra fulmina mittens.

Φοινικόστολος, ον, (στέλλω) Phoenicum more instructus vel armatus: a Phoenicibus missus, ἔγχεα, Pind.

φοινικοτρόφος, ον, (φοῖνιξ, τρέφω) palmas alens, palmifer.

φοινίκουρος, ου, ὁ, avis quaedam solitaria, a quibusdam Silvia vocata. (Ex eod. et οὐρά, quia cauda punicea praedita est.) (ῑ)

φοινικοῦς, ῆ, οῦν, puniceus, Xen.

φοινικοφαής, ές, (φάος) purpureus, puniceus adspectu.

φοινικόφυτον, ου, τό, palmetum. A seq.

φοινικόφυτος, ον, (φύω) palmis consitus.

φοινικών, ῶνος, ὁ, palmetum. A seq.

φοῖνιξ, ικος, ὁ, palma, arbor. 2) palmae ramus, vel fructus, palmula, i. e. palmae fructus. 3) herba quaedam, spicam ferens lolio similem et ad palmulae maturae colorem accedentem. 4) avis quaedam Phoenix dicta, a puniceo pennarum colore. 5) color ruber seu puniceus, qualis est palmulae. 6) instrumentum musicum a Phoenicibus inventum. 7) collyrium, tollendis oculorum asperitatibus efficax. 8) Phoenix, e Phoenice oriundus, Punicus. Sed Adj. ὁ καὶ ἡ, ruber, ad rubrum colorem accedens. rutilus.

φοίνιξις, εως, ἡ, (φοινίσσω) rubefactio, rubor.

φοίνιος, ία, ιον, vel -ος, ον, (φοινός) ruber, αἷμα, Od. 18, 97. 2) caede contaminatus, cruentus, crudelis, homicida.

φοίνισσα, ἡ, fem. a φοῖνιξ, ὁ, ἡ, rubra,

rutila, purpurea, Pind.

Φοίνισσα, ἡ, fem. e Φοῖνιξ, ὁ, Phoenissa, e Phoenice oriunda, Od. 15, 417.

φοινίσσω, f. ξω, (φοινός) rubefacio, sanguine inficio, cruento, purpureo aut etiam puniceo colore inficio.

φοινός, ή, όν, (φόνος) cruentus, cruentatus. v. δάφοινος.

φοινός, ὁ, i. q. φόνος, Nic.

φοινώδης, ες, cruentae speciei.

φοιταλέος, ον, vel φοιταλέος, έα, έον, (φοιτάω) insanus, furiosus. 2) errabundus, vagus. 3) per certa temporum intervalla rediens.

φοιταλιεύς, έως, ὁ, idem, epith. Bacchi.

φοιταλιώτης, ου, ὁ, idem. A praec.

φοιτάς, άδος, ἡ, (φοιτάω) insana, furiosa. 2) vaga, errans. 3) meretrix. 4) epith. viae, trita, qua crebro commeatur.

φοιτάω, f. ήσω, (φοῖτος) ito, frequento, commeo: dicitur de discipulis, nunciis inprimis. 2) insanio, furo. 3) redeo, fructibus, vectigalibus.

φοιτέω, Ion. pro φοιτῶ, φοιτάω.

φοίτησις, εως, ἡ, (φοιτάω) itio, frequens aditus.

φοιτητήρ, ῆρος, ὁ, idem quod seq.

φοιτητής, οῦ, ὁ, (φοιτάω) qui ventitat. 2) qui ad praeceptorem ventitat, discipulus.

φοιτίζω, eo, poet. p. φοιτάω, venio, accedo.

φοῖτος, ου, ὁ, vagatio, error. 2) insania, furor.

φολιδώδης, ες, idem quod seq. et ab eod.

φολιδωτός, ή, όν, squameus, squamatus, corticatus A seq.

φολίς, ίδος, ἡ, squama qualis est serpentis.

φολκός, οῦ, ὁ, (φάος, ἕλκω: sed v. Buttm. Lexil. I. p. 246.) strabus, seu strabo, qui habet oculos distortos.

φόλλιξ, ικος, ἡ, asperitas cutis.

φόλλις, εως, ἡ, obolus. 2) marsupium sive sacculus condendis obolis. 3) follis. Vox. Lat.

φολλιώδης, ες, follicularis, fungosus, inanis, follis modo. A praec.

φονάω et φονόω, (φόνος) caedis avidus sum.

φονεργάτης, ου, ὁ, (φόνος, ἐργάτης) auctor caedis.

φόνευμα, ατος, τό, (φονεύω) quod occisum est, cadaver.

φονεύς, έως, ὁ, (φονεύω) homicida, sicarius.

φονευτής, οῦ, ὁ, idem.

φονεύω, f. εύσω, (φόνος) caedem perpetro, occido.

φονή, ῆς, ἡ, (φένω) caedes. 2) locus occisorum.

φονικός, ή, όν, (φόνος) ad caedem pertinens. 2) qui facile ad caedem perpetrandam incitatur, caedis cupidus. 3) truculentus, crudelis. 4) mortifer, letalis.

φονικῶς, adv. crudeliter.

φόνιος, ον, et φόνιος, ία, ιον, (φόνος) caede contaminatus, homicida, item cruentus. 2) letalis, mortifer.

φονοκτονέω, (φονοκτόνος) caedem perpetro, interficio. 2) caede polluo.

φονοκτονία, ας, ἡ, caedes. A praec.

φονοκτόνος, ον, (φόνος, κτείνω) qui per caedem, cum sanguinis effusione, interficit.

φονολοιβής et φονολιβής, ές, (λείβω) propr. sanguine stillans, crudelis, saevus.

φονόῤῥυτος, ον, (ῥέω) sanguine redundans.

φόνος, ου, ὁ, (φένω) homicidium, caedes, nex, clades. 2) sanguis, sed qui in caede effunditur.

φονώδης, ες, cruorem repraesentans, ap. Theophrast.

φόξινος, ου, ὁ, piscis quidam in ostiis fluviorum celeriter nascens.

φοξίχειλος, ον, vid. φοξόχειλος.

φοξός, ή, όν, acutus et veluti turbinatus, verticem habens fastigiatum. 2) qui est vultu distorto.

φοξότης, ητος, ἡ, vitium capitis φοξοῦ. A praec.

φοξόχειλος, ον, (χεῖλος) qui labris est coarctatis et in acutum desinentibus.

φορά, ᾶς, ἡ, (φέρω) latio, gestatio, bajulatio. 2) motus vehementior, ut in jactu, conversione, lapsu. (A φορά fit φορέω verbum, unde φορητικὰ σχήματα, concitatae et multae φορᾶς saltationes). item impetus, v. c. fluctuum, fluminis, fulminis, venti, animi studium vehemens. 3) vectigal, portorium, pensio, collatio, tributum. 4) feracitas, ubertas, proventus, annona.

φοράδην, adv. portando, gestando. A praec.

φορβαιά, ᾶς, al. φορβαία, ας, ἡ, (φέρβω) capistrum. v. φορβειά.

φορβαῖος, αία, αῖον, (φορβή) pascuus.

φορβάς, άδος, ὁ, ἡ, (φέρβω) alimentum suppeditans. 2) gregarius, gregalis. φορβάς, ἡ θήλεια ἵππος, equa. 3) sus; ap. Lycophr.

φορβειά, ᾶς, ἡ, et φορβεά, item φορβιά, (φέρβω) cibus, esca. 2) capistrum. 3) corium, quo tibicines ora muniebant.

φορβή, ῆς, ἡ, (φέρβω) pabulum, alimentum, esca.

φορβιά, ᾶς, ἡ, idem quod φορβειά.

φορεῖον, ου, τό, (φορεύς) gestatorium, sella gestatoria, lectica. 2) vehiculum. 3) merces, quae datur bajulo.

φορειοφόρος, ὁ, (φέρω) qui lecticam portat, lecticarius.

φορεσία, ας, ἡ, (φορέω) vestis, pallium.

φόρετρον, ου, τό, vectura. 2) merces bajuli.

φορεύς, έως, ὁ, bajulus. 2) lecticarius.

φορέω, f. ήσω, (φέρω) gesto, fero, porto.

φορηδόν, adv. sarcinae in modum. 2) acervatim. 3) portando, gestando. A pr.

φορή, ἡ, Ion. pro φορά.

φόρημα, ατος, τό, (φορέω) quod gestatur, gestamen, ut indumentum, annulus, sceptrum etc.

φόρησις, εως, ἡ, gestatio.

φορητός, ή, όν, qui ferri et portari potest, tolerabilis.

φόριμος, ον, (φορός) utilis, commodus.

φορίνη, ἡ, cutis suilla, quae crassa. 2) cutis hominis, Harpocr. inpr. de homine stupido.

φορίς, ίδος, ἡ, (φορός) pr. quae gerit, gestat, fert. 2) gravida, fecunda, epith. feminae, terrae.

φορμηδόν, adv. (φορμός) in modum sportae seu corbis, tegetis seu storeae.

φόρμιγξ, ιγγος, ἡ, cithara, testudo.

φορμίδιον, ου, τό, tegeticula, Gl. Vet. Dim. a φορμός.

φορμίζω, f. ίσω, Doric. ξω, (φόρμιγξ) citharam pulso, cithara ludo, celebro. 2) cano.

φορμικτάς, Doric. pro φορμικτής, οῦ, ὁ, citharoedus. A pr.

φορμίον, ου, τό, sportula, corbula. 2) tegeticula, parva storea. Dim. a φορμός.

φορμίς, ίδος, ἡ, idem et ab eod.

φορμίσκιον, ου, τό, idem. Dimin. a φορμός.

φορμίσκος, ου, ὁ, idem. Dim. ab eod.

φορμοκοιτέω, f. ήσω, (κοίτη) super tegete cubo, storeae incubo.

φορμοραφέω vel φορμοῤῥαφέω, f. ήσω, (ῥάπτω) in tegete vel matta insuo, vel, tegetes seu trajecta consuo.

φορμοραφίς, ίδος, ἡ, (ῥαφίς) acus ad storeas consuendas apta.

φορμός, οῦ, ὁ, sporta, corbis, calathus, nexus vitilium, seu textum e junco, sparto, et id genus aliis. 2) teges, storea.

φορμοφορέω, f. ήσω, storeas, corbes gesto, bajulus sum. A seq.

φορμοφόρος, ον, (φορμός, φέρω) qui storeas, corbes portat, bajulus.

φορολογέω, f. ήσω, (φορολόγος) tributum exigo.

φορολόγητος, ον, a quo tributum exigitur, tributarius. A pr.

φορολογία, ας, ἡ, tributi exactio. A seq.

φορολόγος, ου, ὁ, (φόρος, λέγω) tributi exactor.

φορός, όν, (φέρω) ferens, secundus, de vento. Unde 2) fecundus, felix. 3) cum impetu ferens, celer, vehemens, ut fulmen. 4) fertilis, ferax. 5) fecunda, de muliere.

φόρος, ου, ὁ, (φέρω) tributum. item, pensio. 2) forum tum negotiantium, tum judiciarium. Hactenus est voc. Lat.

φορταγωγέω, onera porto. A seq.

φορταγωγός, (φόρτος, ἄγω) onera ferens.

φόρταξ, ακος, ὁ, (φόρτος) bajulus.

φορτηγέω, f. ήσω, (φορτηγός) onera fero.

φορτηγία, ας, ἡ, mercaturae genus, quae exercetur navibus onerariis. A pr.

φορτηγικός, ή, όν, onerarius.

φορτηγός, όν, (φόρτος, ἄγω) onera vehens. ut φορτηγὸς ναῦς, oneraria navis.

φορτίζω, f. ίσω, (φόρτος) onero. πεφορτισμένη, onusta.

φορτικεύομαι, sum molestus, odiosus, ineptus. A seq.

φορτικός, ή, όν, (φόρτος) onerarius, onerosus. 2) ineptus, insulsus. 3) fastosus, arrogans, insolens. 4) molestus, gravis, non ferendus, importunus.

φορτικότης, ητος, ἡ, inepti, stulti, arrogantes, molesti mores. A pr.

φορτικῶς, adv. odiose, moleste, inepte, arroganter, insolenter, importune.

φορτίον, ου, τό, (φόρτος) onus, sarcina, fascis, merx.

φορτίς, ίδος, ἡ, oneraria navis.

φορτοβαστάκτης, ου, ὁ, (βαστάζω) bajulus.

φόρτος, ου, ὁ, (φέρω) onus; *proprie* navium, s. de mercibus, quibus navis oneratur. 2) res molesta, taedium.

φορτοφόρος, ον, (φέρω) onus portans, bajulus.

φορτόω, (φόρτος) onero.

φορυκτός, ή, όν, tinctus, coloratus. A

seq.

φορύνω, vel φορύσσω, f. ύξω, (φορύω) pinso, subigo, misceo, confundo. 2) foedo, polluo. 3) inficio, tingo.

φορυτός, οῦ, ὁ, quisquiliae e variis rebus commixtis. 2) funis e congestis stramentis et vitilibus ad πλέγματα. 3) coenum. A seq.

φορύω, idem quod φορύνω.

φουλλικλος, ὁ, folliculus, vox Lat.

φουρνοπλάστης, ου, ὁ, (πλάσσω) qui furnos conficit.

φοῦρνος, ὁ, furnus, vox Lat.

φόως, τό, Epice p. φῶς, lux, lumen.

φόωσδε, adv. in lucem, in luminis auras.

φράγδην, adv. (φράσσω) cum munimento.

φραγέλλη, ἡ, idem quod seq.

φραγέλλιον, ου, τό, flagellum. Voc. Lat.

φραγελλόω, f. ώσω, flagello.

φράγμα, ατος, τό, (φράσσω) sepimentum, septum, sepes, maceria, vallum, munimentum.

φραγμίτης, ου, ὁ, ad sepes pertinens, sepimentis idoneus. 2) qui circa sepes nascitur. A pr.

φραγμός, οῦ, ὁ, (φράσσω) sepimentum, septum, sepes, dumus, carectum.

φραγμών, ῶνος, ὁ, (φράσσω) dumetum.

φράγνυμι, idem quod φράττω, poet.

φραδά, ἡ, Dor. p. φραδή, Pind.

φραδάζω, f. άσω, (φράζω, πέφραδα) indico, declaro, explico, Pind.

φραδέω, (φράζω, πέφραδα) indico, declaro.

